




RERUM
GALLICARUM ET FRANCICARUM
SCRIPTORES.

TOMUS VIGESIMUS QUARTUS.

RECUEIL
DES HISTORIENS
DES GAULES
ET DE LA FRANCE.

TOME VINGT-QUATRIÈME.

RECUEIL
DES
HISTORIENS
DES GAULES
ET
DE LA FRANCE.

TOME VINGT-QUATRIÈME,

CONTENANT

LES ENQUÊTES ADMINISTRATIVES DU RÈGNE DE SAINT LOUIS
ET LA CHRONIQUE DE L'ANONYME DE BÉTHUNE,

PUBLIÉ

PAR M. LÉOPOLD DELISLE
MEMBRE DE L'INSTITUT.

SECONDE PARTIE.





PARIS.
IMPRIMERIE NATIONALE.

MDCCCCIV.

SECONDE PARTIE.

QUERIMONIÆ BITERRENSIUM.

PARS POSTERIOR.

ANNO 1247.

MONITUM.

Codicem in archivo Parisiensi alterum habemus (J. 1033, n. 13) querimoniis refertum quas pariter in Biterrensi et Agathensi diœcesibus receperunt magister Petrus de Castra, canonicus Carnotensis, et frater Johannes de Templo, ordinis Vallis Scholarium, inquisitores a sancto Ludovico deputati. Foliis compactus est chartaceis, numero quadraginta, quibus in alto millimetra sunt 210, in lato 150. Chartam in meridianis partibus fabricatam credas, cui panniculum, sicut in præcedenti codice, insertum deprehendimus, posteriori folii tricesimi noni paginæ inhærentem. In instrumentis, nitide quidem transumptis, sæpius erravit scriptor; verba *nos*, quæ invitus ille deformavit, credimus in minutis parum accurate delineata fuisse, unde plures in regestum errores subrepserint. Membrana codex involutus est, nunc cancellata, qua continetur charta anno 1247, die octobris vicesima nona, data, quam Bernardus Escoti, publicus Biterris notarius, fieri jussit, conscripsit vero Petrus de Aureliaco; qua charta comperimus Petrum de Cruce Stephano Fedacerio vendidisse « totum « et integrum unum malliolum, cum terra in qua est, et cum intro- « itibus et exitibus suis, et cum omni jure suo et omnibus undique « suis pertinenciis et adjacenciis quod habemus, ut dicebant, in de- « cimaria Sancti Felicis de Baxano[1]. » Ex quo Bernardum L'Escot conscribendo regesto præfuisse forsan quis arbitretur.

Querelam numero 62 distinctam invenimus anno 1247, die decima sexta decembris, oblatam; de cæteris eadem quæ de querimoniis in altero Biterrensi regesto transcriptis conjicienda sunt; cap. 56 accusatur Raimundus de Gigniaco, Biterrensis subvicarius, quem anno 1247, mense octobri, liquet[2] officio orbatum fuisse; hanc saltem querelam credimus subvicario nondum revocato fuisse conscriptam.

Hujus regesti, ut et prioris, epitome, anno 1879, curante Augusto Molinier, vulgata est in operis cui titulus *Histoire générale de Languedoc* novissima editione, tomo VII, part. II, col. 59-104.

[1] Bassan, Hérault, canton Béziers. — [2] Vaissète, *Hist. générale de Languedoc*, édit. A. Molinier, t. VIII, col. 1234.

Fol. 1.

DE BITERRI.

1. Conqueritur abbas et capitulum Sancti Affrodisii[1], quod dominus rex Franciæ tenet A tres rotas molendinorum, in eorum præjudicium, quæ sunt in flumine Orbi[2], in loco qui vocatur Bannolas[3], in proprio alodio eorumdem, quas rotas petunt sibi restitui per vos venerabiles viros, Petrum et Johannem, a domino rege missos.

Item petit idem abbas removeri retrodecimam impositam a baillivis domini regis, nunc regnantis, in honoribus qui tenentur ab ipso abbate in terminio hospitalis de Garriga et in B terminio bastidæ quæ vocatur de Cotcianicis[4] prope Biterrim, cum certum sit quod non fuerit imposita ab antiquo, sed tempore istius domini regis.

Item abbas petit sibi restitui honores, redditus et jura quæ Guillelmus Amelius, olim de hæresi notatus, habebat et possidebat in terminio Sancti Johannis de Grazano[5], de Ponciano[6], scilicet in vineto de Podio Batallerio, et in Insula, et de Sancto Ypolito[7], in vineto C de Fisco, et in terminio Sancti Genesii de Monestrolo[8], et in loco qui dicitur Cornudella. Quæ bona, licet magna non sint, dominus rex tenet in præjudicium dicti abbatis, cum sint de dominio suo, et ab ipso abbate tenebantur in feudum. Comes quoque Montis Fortis remisit dictæ abbaciæ olim omnia jura et com[m]issa quæ erant de dominio ejusdem abbaciæ et aliis ecclesiis, pro eo quia Deus, per merita beati Affrodisii et beati Guiraldi, D filium suum Guidotum[9] restituerat sanitati.

Item abbas petit sibi restitui foriscapium quod competebat sibi pro emptione honorum quos R. Ainardi et Guillelmus fratres emerunt in terminio de Ponciano, qui honores sunt de dominio dicti abbatis. Baillivi autem domini regis fecerunt dictum foriscapium condubiari. E

Fol. 1 v°. Idem abbas petit removeri retrodecimam a bailivis domini regis, nunc regnantis, impositam in honoribus qui tenentur ab ipso abbate in terminio hospitalis de Garrica et in terminio et decimaria Sancti Martini de Cutssanicis et Sancti Andreæ de Tremoleto circa Biterrim infra duas leucas, cum certum sit quod non fuerit imposita dicta retrodecima ab antiquo, sed de novo, tempore istius domini regis, in magnum dicti abbatis præjudicium et F gravamen. Petit etiam cohiberi foristarios et baiulos domini regis, ne terminos territorii dicti abbatis invadant, ligna vel aliquid aliud ibi capiendo, ne ligna de sua garrica aliis vendere præsumant, et ab omni molestia sua cessent.

2. Vobis dominis inquisitoribus in partibus istis pro domino rege Franciæ conqueruntur Arnaudus Genciani et P. de Affiaco, coiraterii, pro se et aliis probis hominibus coiratariæ G Biterris, de Guillelmo de Arzileriis et Petro de Sancta Eulalia, recipientibus leudam dicti domini regis, eo quod, cum probi homines coiratariæ Biterris et illi qui emunt coria aptata[10] boum in ipsa coirataria, habuerint [et] tenuerint continue per XL et L et LX et LXX et LXXX annos et amplius, et etiam tanto tempore cujus non extat contrarium memoriæ alicujus personæ quod viderit contrarium, quod illi qui emunt coria boum aptata[11] in coirataria Biterris, H dederunt leudam de dictis coriis alicui personæ, nisi tantummodo a VII annis citra. Quam leudam accipiunt et acceperunt per violenciam et contra juris ordinem leddarii dicti domini regis a VII annis citra, prout dictum est superius, dictis probis hominibus ipsius coiratariæ semper contradicentibus et invitis. Unde, cum dicti probi homines ipsius coiratariæ, propter dictam leudam de novo impositam, magnum detrimentum et læsionem paciantur, I petunt et supplicant a vobis dominis inquisitoribus prædicti Arnaudus Genciani et P. de Affiaco, coiraterii, pro se et aliis probis hominibus, quod dicta leuda a dictis e[m]ptoribus removeatur[12], maxime cum dicti probi homines ipsius coiratariæ sunt et fuerunt semper ad servicium et honorem domini regis et suorum.

3. Vobis dominis inquisitoribus significat P. Condors, aluderius, quod Raimundus de J Gigniaco[13] aufert ei de precio panni bruni quem ab ipso P. emit V solidos melgoriensium. Unde supplicat quod prædictos V solidos faciatis sibi exsolvi.

[1] *Sanctus Aphrodisius, abbatia regularis, ordinis S. Augustini, ipsa in urbe Biterrensi sita.*

[2] L'Orb, *fluvius qui Biterrim præterfluit.*

[3] Bagnols, Hérault, c^{on} et c^{ne} Béziers.

[4] Coussergues, Hérault, c^{on} Servian, c^{ne} Montblanc.

[5] Grezan, Hérault, c^{on} Murviel, c^{ne} Laurens.

[6] Poussan-le-Bas, Hérault, c^{ne} Béziers.

[7] Saint-Hippolyte, Hérault, c^{ne} Béziers.

[8] Saint-Geniès-le-Bas, Hérault, c^{ne} Murviel.

[9] *Qui Petronillam, Bigorræ comitissam, anno 1216 in uxorem duxerat, et anno 1220 in obsidione Castri Novi de Areio interfectus est.*

[10] *Cod.* coria abtata.

[11] *Cod.* abtatorum.

[12] *Cod.* removeantur.

[13] *Olim subvicarius Biterrensis, quem Ludovicus rex, anno 1247, ab officio amovit. Vide* Histoire de Languedoc, noviss. ed., t. VIII, col. 1234.

A 4. Vobis dominis inquisitoribus significat B. Vincentius, quod Raimundus de Gigni[a]co Fol. 2.
aufert ei, injuste et sine causa, II sestarios frumenti et II sestarios ordei. Unde supplicat, *etc.*
5. Vobis dominis inquisitoribus significant Bernardus Escoti[1], notarius Biterrensis, et
P. Riquelmi, mercator, quod, de dono et magna helemosina quam felix dominus noster rex
Franciæ ex magna sua gracia et misericordia fecit, quando eis et toti universitati Biterris
B reddidit et donavit hereditates parentum et propinquorum defunctorum in generali strage
quæ facta fuit olim in civitate Biterris[2], G. de Ulmeio, condam senescallus Carcassonæ[3]
retinuit et retinere voluit ad opus domini regis, ipsis invitis, partes quas ex dicto dono
debebant recipere et recuperare in sestario Biterris, licet plures alii tunc haberent partes et
hodie habeant in dicto sestario. Et voluit dictus senescallus quod dictus Bernardus Escoti
C solveret domino regi partem suam quam habebat in dicto sestario, quæ bene valebat centum
marchas et amplius, pro nonaginta libris melgoriensium, et quod dictus P. solveret ipsi
domino regi pro LX libris melgoriensium partem suam dicti sestarii, quæ bene valebat
CL libras, et ita fecerunt prædicti Bernardus et P. dictam solutionem. Præterea dictus senes-
callus abstulit eis ad opus sui de dicto vili precio X libras melgoriensium, et Astruguetus
D judæus, qui est de curia, abstulit eis de eodem precio ad opus sui XXX solidos melgorien-
sium. Et ita amiserunt de dicto precio XI libras et dimidiam melgoriensium inter ambos.
Item voluit dictus G. de Ulmeio, senescallus tunc, quod dicti Bernardus et P. acciperent in
solutum pecuniæ suæ bladum vetus, frumentum, ordeum et arraonem, et accipiebant
sestarium frumenti, quod bene vendebatur de duobus solidis et VI denariis justo precio, pro
E tribus solidis melgoriensium et tribus obolis, et sestarium ordei, quod bene vendebatur de
duodecim denariis, accipiebant pro XVI denariis, et sestarium arraonis sive mixturæ, quod
bene vendebatur de XV denariis, tunc accipiebant pro decem et octo denariis. Et hoc idem
non fuit eis datum totum in civitate Biterris, imo oportuit eos apud castrum de Pedenatio[4],
quod per quatuor leucas distat a Biterri, accipere bladum, quod fere nichil valebat, quia
F totum corrosum erat a gurgulionibus. Et accipiebant illud bladum pro precio superius
expresso, non obstantibus magnis expensis quas inde fecerunt. Et ita prædicti Bernardus et
P. gravati et dampnificati ac læsi fuerunt pluribus modis, scilicet in retentione partis quam
habebant in dicto sestario, in minori precio quod impositum fuit ipsi parti, in ablatione
ejusdem precii, sicut superius expressum est, a senescallo et judæo facta, in mutatione
G pecuniæ ad bladum, et in precio ipsius bladi, et in vetustate ac deterioratione. Unde sup-
plicant humiliter requirendo quatinus super prædictis eis justiciæ complementum faciatis.
Nam pro certo sciatis quod in duplum valent fructus a domino rege inde percepti[5], quam
illud quod dictus senescallus inde eis donavit.
6. Significa[n]t vobis dominis inquisitoribus B. Aurioli et P. Aluderii, mercator, pro se et Fol. 2 v°.
H uxoribus suis, quod R. Rogerii, tunc vicecomes Biterrensis[6], debebat ex causa mutui, pro
bono et amore, Ugueto jam defuncto, cujus prædicti habent jura, tria milia et DCC solidos
melgoriensium, ut in instrumento inde confecto plenius continetur. Unde supplicant vobis
dominis, si placet, dictam pecuniam sibi solvi et reddi, cum dominus rex Franciæ habeat
terram et hereditatem ipsius vicecomitis, et sunt parati vobis facere fidem ad cognitionem
I vestram super prædictis.
7. Vobis dominis inquisitoribus significat Jacobus Ferrerius quod Bernardus Mabilii,
condam vicarius, et Raimundus de Gigniaco, subvicarius, auferunt ei XVIIII solidos mel-
goriensium pro ferramentis et rebus aliis quæ ab operatorio suo habuerunt, tam ex causa
emptionis quam pro loguerio dictorum ferramentorum. Unde supplicat, *etc.*
J 8. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis magister Salomon, phisicus,
judæus, quod dominus Simon de Mueil, castellanus Menerbensis[7] pro domino rege tunc
temporis, debet sibi X libras melgoriensium pro salario suo seu mercede, quas solvere con-
tradicit. Unde petit, *etc.*
9. Inquisitoribus domini regis significat conquerendo R. Paschal, coiraterius, quod,
K cum ipse vellet hædificare in quodam patuo, de quo ipse et pater ejus et avus suus diucius
in plena fuerunt possessione, Bernardus Mabilius contradixit ne de cetero ibi hædificaret
sine omni ratione. Quod patuum est juxta portale Sancti Ægidii, et affrontat ex una parte
in patuo quod fuit den Vasieia, ex alia parte in camino antiquo juxta prædictum portale.
Unde petit sibi justiciam exhiberi, et quod non prohibeatur hædificare in loco prædicto.

[1] *Tegumentum regesti quod præ oculis habemus constat instrumento quodam membranaceo, quod anno 1247, quarto kalendas novembris, scripsit Petrus de Aureliaco, vice Bernardi Escoti, publici Biterris notarii.*

[2] *Anno 1209. — Restitutionem de qua hic agitur fecit rex Ludovicus anno 1240 vel 1241.*

[3] *Annis 1240-1242.*

[4] Pézenas, Hérault, arr. Béziers.

[5] *Cod.* perceptos.

[6] *Biterrensis vicecomes ab anno 1194 usque ad annum 1209.*

[7] Minerve, Hérault, c[on] Olonzac.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Fol. 3. 10. Venerabilibus dominis inquisitoribus, magistro Petro et fratri Johanni, significat A Adalaicis, puella minor XIIII annis, filia condam Amelii Bertrandi, qui alio nomine vocabatur Amelius de Rivo Sicco, civis Biterris, volens dicta puella comprobare innocenciam Amelii patris sui hæreticæ pravitatis, cujus hæresis macula per suos æmulos fuit imposita, et dictus Amelius inter notatos et suspectos de hæresi fuit aliquando nominatus[1]. Propter quam suspicionem Simon, comes Montis Fortis quondam bonæ memoriæ, bona et jura B quæ erant in civitate Biterris et districtu dicti Amelii occupavit[2]. Quam occupacionem bonorum et detencionem factam per comitem Montis Fortis asserit dicta puella irrationabiliter fore factam, eo quia ante destructionem Biterris[3] idem Amelius Bertrandi, corde contritus et humiliatus et compunctus, gravi infirmitate detentus, misit ad Raimundum de Sancto Albino, presbiterum et canonicum ecclesiæ Sancti Nazarii Biterris, et Guillelmum, C presbiterum ebdomedarium ejusdem ecclesiæ, tenentes locum episcopi Biterrensis, dum tunc vaccaret ecclesia Biterrensis episcopo seu pastore[4], in spiritualibus, in confessionibus audiendis et pœnitentiis indulgendis his qui participium habuerant cum hæreticis vel suspectis hæreticæ pravitatis, coram quibus presbiteris proposuit et ipsis supplicavit humiliter et devote quod darent eidem Amelio consilium, pœnitenciam et eucharistiam[5]. Qui D presbiteri, requisito consilio ab Engelberto, archidiachono majori, tunc gerente vices episcopi, et P. Amelii sacrista, Bernardo Cota succentore et pluribus aliis canonicis ecclesiæ Biterrensis, audierunt et receperunt confessionem Amelii Bertrandi prædicti, qui confessus fuit peccata sua, et præcipue culpam quæ remordebat ipsum de participatione hæreticorum, injungentes dicti presbiteri eidem Amelio, auctoritate et consilio præfati archidiachoni, E Fol. 3 v°. pœnitenciam salutarem, prout hæc et alia quam plura, quæ faciunt ad purgacionem infamiæ et maculæ hæresis pro prædicto Amelio, continentur in quodam instrumento bullato et sigillato sigillis capituli Sancti Nazarii et Bernardi[6], abbatis Sancti Affrodisii, et G.[7], abbatis Sancti Jacobi Biterris. Postea vero, constituto episcopo in ecclesia Biterrensi, idem Amelius, sicut injunctum fuerat a prædictis presbiteris eidem, præsentavit se coram domino Rainaudo, F tunc episcopo Biterrensi[8], cum prædictis presbiteris aperientibus eidem episcopo quomodo idem Amelius, gravi detentus infirmitate et in mortis discrimine constitutus, confessus fuerat peccata sua eisdem presbiteris, qui eidem Amelio injunxerant pœnitenciam, ut superius est expressum. Cujus Amelii confessionem et pœnitenciam injunctam a prædictis presbiteris eidem Amelio idem episcopus approbavit, et superinjunxit nomine pœnitentiæ G eidem Amelio quædam alia opera pietatis, ut manifeste ostendit tenor litterarum dicti episcopi Biterrensis. Cum vero prædictus Amelius non esset ausus ingredi civitatem Biterris propter metum et timorem dicti comitis Montis Fortis, et longo tempore extra civitatem Biterris existeret vagabundus, et idem comes juraverat quod dictum Amelium et quosdam alios non reciperet Biterrenses, impetravit a sanctissimo patre summo pontifice Innocencio H litteras quas direxit comiti Montis Fortis, continentes quod idem comes dictum Amelium Bertrandum, non obstante prætextu præstiti juramenti, tanquam virum fidelem benigne reciperet, et eundem restitueret locis suis, dirigens idem papa alias litteras venerabilibus episcopis Biterrensi et Agathensi, ut rogarent ex parte domini papæ prædicti et amonerent atencius dictum comitem, non obstante prædicto juramento, ut Amelium Bertrandi prædictum benigne reciperet et restitueret locis suis, et hæc omnia prædicta in litteris domini I papæ plenius continentur. Quibus completis et peractis, post recessum et exitum comitis Fol. 4. Montis Fortis hujus terræ[9], Amelius Bertrandi, existens in civitate Biterris tanquam vir cat[h]olicus et fidelis, tenens et possidens omnia bona et jura sua, in adventu illustris regis Lodoyci, genitoris regis Lodoyci domini nostri, juravit[10] fidelitatem cum aliis civibus Biterrensibus domino regi prædicto, et[11] archiepiscopo Narbonæ et episcopo Biterrensi in J civitate Biterris pro domino rege recipientibus juramentum, et possessiones, bona et jura sua idem Amelius tenebat et possidebat, dum dictus dominus rex erat in obsidione[12] Avinionensi, et postea, donec Petrus Singlaris, senescallus Biterris[13] pro domino rege, dessasivit, sine omni causa, cognicione et audientia, dictum Amelium de possessionibus suis et juribus K

[1] *Anno scilicet 1209.*
[2] *Simon de Monteforti domum, quam Amelius de Rivosicco Biterris possidebat, abbatiæ Cisterciensi et ejus abbati, Arnaldo, sedis apostolicæ legato, anno 1209, mense augusto dono dedit* (D. Vaissète, Hist. de Languedoc, noviss. ed., t. VIII, col. 571-572).
[3] *Id est ante anni 1209 mensem julium.*
[4] *Mortuo Ermengaudo episcopo, qui decessit anno 1208, die 26 mensis augusti.*
[5] *Cod.* heucaristiam.
[6] *Bernardus Calveti, abbas annis 1203-1212.*
[7] *Guiraldus. — Abbatia S. Jacobi, Biterris sita, regula S. Augustini regebatur.*
[8] *Anno 1208 exeunte vel 1209 ineunte electus.*
[9] *Id est post annum 1224.*
[10] *Instrumentum de hoc fidelitatis sacramento die 29 aprilis anni 1226 confectum vide in* Layettes du Trésor des chartes, t. II, p. 78, *et in* Hist. générale de Languedoc, noviss. edit., t. VIII, col. 843.
[11] *Vox* et *abundare videtur.*
[12] *Cod.* subsidione.
[13] *Circa ann. 1229.*

A supradictis. Unde, cum Amelius Bertrandi prædictus a tempore destructionis Biterris citra,
hoc est fere a XL annis citra, non habuerit participium vel consorcium cum suspectis de
hæresi et exstiterit vir catholicus et in bona conversatione, et ultimis diebus suis vitæ suæ
intrav[er]it ordinem fratrum Templariorum et ibi decesserit, supplicat dicta puella sibi a
domino rege Franciæ de bonis patris sui dotari et misericordiam indulgeri. Quod si facere
B supersederit, petit sibi justiciam ex[h]iberi.

11. Significat vobis dominis inquisitoribus Ar. Bofati quod Johannes de Africampis[1]
habuit et exegit, indebite et sine causa, ab ipso VIII libras melgoriensium. Unde petit dictas
octo libras sibi reddi et restitui, cum eas sine justa causa dictus Johannes de Africampis
habuerit, prout supradictum est. Qui Johannes de Africampis, tunc temporis, quando
C exegit et habuit prædictas VIII libras, erat senescallus Carcassonæ, et per vim habuit et
extorsit prædictas VIII libras. — *Secretum est.*

12. Reverendis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat Fol. 4 v°.
G. Burgensis, civis Biterris, quod Petrus Poncii de Tholosa, scriptor domini Johannis de
Craniis, senescalli, querimoniam exposuit petendo quendam mansum a G. Burgense prædicto
D coram domino B. Dorna archidiacono, episcopatus Biterris vicario, ratione jurisdictionis
episcopatus, coram quo archidiacono partibus constitutis, a quibus dictus archidiaconus
requirebat quod satisdarent et firmarent de stando et parendo juri et cognicioni, sicut
moris est curiæ episcopalis, et G. Burgensis paratus esset satisdare et requireret dictum
archidiaconum ut reciperet et exigeret firmancias a Petro Poncio prædicto, ad hoc ne
E frustra litigaret, respondit Petrus Poncii quod non firmaret nec juraret nec promitteret
quod staret judicio vel cognicioni dicti archidiaconi et curiæ episcopalis, sed si domus vel
mansus sibi traderentur, ipse eas reciperet et aliud judicium vel aliam litem non acciperet
coram eodem archidiacono vel curia Biterrensi, accedens idem Petrus Poncii ad Hugonem
de Archisio, tunc senescallum Carcassonæ[2], de G. Burgense querimoniam exponendo,
F petendo mansum et domos prædictas quæ non erant in jurisdictione nec in burgo domini
regis, sed sitæ erant dictæ domus in burgo episcopi Biterrensis et ab eo tenebantur, et sub
jurisdictione dicti episcopi erant dictæ domus hædificatæ, de quibus domibus seu manso
prædicto et possessionibus eorumdem idem senescallus G. Burgensem violenter expulit et Fol. 5.
dejecit[3], et Petrum Poncium cum armis et hominibus armatis in prædicto manso et do-
G mibus per violentiam intromisit, facta primo appellatione ad dominum regem Franciæ a
G. Burgense prædicto, quam appellationem idem senescallus audire et recipere recusavit,
et G. Burgensis non fuit ausus expellere propter potenciam senescalli superius memorati,
qui defendebat Petrum Poncium in possessione dictarum domorum, in G. Burgensis præ-
judicium et gravamen. Quas domos seu mansum idem G. Burgensis a Petro Poncio non
H potuit recuperare, donec numeravit eidem C libras melgoriensium. Unde super præmissis
petit et supplicat justiciam ex[h]iberi et dictam pecuniam sibi reddi.

13. Vobis dominis inquisitoribus significat P. Maurini, civis Biterris, quod Raimundus
de Gingniaco, condam subvicarius Biterris domini regis, conduxit seu locavit ab ipso
P. Maurini quendam mulum, et ipsum mulum per quinque dies ipse Raimundus de Gigniaco
I tenuit, et loguerium dicti muli, scilicet VI solidos minus duobus denariis, eidem P. Maurini
solvere contradicit. Unde petit, *etc.*

14. Significat vobis dominis inquisitoribus Cæcilia, filia quondam Poncii Bertrandi de
Biterri, pupilla, orphana patre et matre, quod, cum ipsa habeat unum campum tantum,
de cujus redditu non potest sibi etiam miseræ vitæ necessaria ministrare, quem campum
J tenet ab ecclesia Sancti Affrodisii, vicarii domini regis Franciæ fecerunt ibi poni furcas
contra Deum et omnem rationem, in quibus latrones suspenduntur et alii qui suspendium
meruerunt. Propter quod dicta orphana dampnificatur injuste, quia non invenit illum reddi-
tum de dicto campo quem invenisset, si dictæ furcæ non ibi fuissent[4], et hoc ideo quia
homines nolunt ibi libenter laborare propter fœtorem suspensorum, nec secare[5] bladum, Fol 5 v°.
K segetibus jam maturis. Præterea cum segetes sunt jam quasi maturæ et aliquis ducitur ad
suspendium, multitudo populi, quæ sequitur eum, transit per dictum campum, et sic bla-
dum quod ibi est destruit et conculcat. Ad hoc injuste positæ sunt dictæ furchæ in campo
prædictæ orphanæ ac pupillæ, quia, cum idem campus non teneatur a rege, sed ab ecclesia
Sancti Affrodisii, ut dictum est, non debuerunt prædictæ furcæ ibi poni, in præjudicium
L dictæ orfanæ et contra ipsius et ecclesiæ Sancti Affrodisii voluntatem, maxime cum locus
alius qui tenetur a rege ad hoc olim fuerit destinatus, ubi prædicta consueverunt olim sine

[1] *Senescallus Carcassonæ et Biterrensis annis 1236-1239.*
[2] *Qui ab officio cessit anno 1246.*
[3] *Cod.* dejessit.
[4] *Cod.* non ibi non fuissent.
[5] *Cod.* seccare.

alicujus præjudicio exerceri. Unde, cum vos sitis omnibus in justicia sua debitores, et A
maxime teneamini orfanos et pupillos defensare, petit dicta pupilla et orfana quatinus prædictas furchas de prædicto campo suo removeri faciatis et ad locum solitum reportari, ne occasione dictarum furcharum dicta pupilla deinceps indebite tantum dispendium sustineat vel jacturam.

15. Vobis dominis inquisitoribus significat Ricardis, filia condam P. Arnaudi de Villis B
Passantibus[1], civis Biterrensis, quod R. Andreas, qui decessit in clade Biterris[2], habebat quendam campum pignori obligatum in terminio de Corneliano[3] pro CCCL solidis melgoriensium ab Ermengaudo de Corneliano, milite, quem campum et fructus et redditus dicti campi occasione dicti pignoris curia Biterris percepit, tenuit et possedit, et pro dicta curia R. Adalberti, baiulus in castro de Corneliano pro domino rege. Unde, cum dicta Ricardis C
sit heres R. Andreæ, fratris sui, petit et supplicat quod fructus et redditus dicti campi quos dictus baiulus habuit et recepit pro domino rege, quos fructus æxtimat CCC solidos melgoriensium, sibi reddantur et restituantur, qui cedunt in extenuationem sortis.

16. Vobis dominis inquisitoribus significat Gaucelmus Mercerius quod Raimundus de Gigniaco, condam subvicarius curiæ Biterris domini regis, aufert ei X solidos et quatuor D
denarios melgorienses, quos sibi debebat pro centuris et bursis et aliis quæ ab operatorio dicti Gaucelmi ex causa empcionis habuit. Unde supplicat, *etc.*

Fol. 6. 17. Conqueritur P. Martini, de Sancto Genesio, de Bernardo Mabilii et de Raimundo de Gigniaco, eo quod, cum ipse P. prædictus duxerat XII trabes usque ad gravam de molendinis de Bainholis, venit Bernardus Mabilius, et Raimundus de Ginhaco, et abstulerunt ei E
trabes prædictas, quæ bene valebant XXX solidos melgoriensium, et tot inter toros et cimals, qui valebant bene X solidos. Unde de omnibus prædictis petit curiæ domini regis restitutionem sibi fieri.

18. Vobis dominis inquisitoribus significat Guir. Catalani quod, cum ipse habuisset quoddam vas vinarium tenens[4] VIIII modios et amplius, Deodatus Duranti, qui tunc tem- F
poris erat vicarius curiæ domini regis istius civitatis, cepit et extraxit prædictum vas vinarium de domo dicti Guir., et fecit illud portari ad palacium domini regis, et postea non potuit illud recuperare. Unde petit prædictum vas vel æstimationem ejus sibi reddi et restitui.

19. Dicit et proponit P. Bardoni quod Odo de Linais, condam vicarius Biterris[5] pro G
domino rege Franciæ, habuit ab ipso dimidium modium vini albi, quod valebat XXIIII solidos melgoriensium, et nunquam voluit dictum precium sibi solvere, imo dicebat ei convicia quando exigebat illud. Et hoc s[c]it Johannes de Ponte, qui cepit dictum vinum pro dicto vicario.

20. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis S. Sedacerii[6], quod dominus J. de H
Fricampis, tunc senescallus Carcassonensis et Biterrensis, et dominus Nicholaus, filius ejus, debent sibi XXX solidos melgoriensium pro speciebus et aliis rebus ypotecæ, quas ex causa emptionis de operatorio dicti S. habuerunt. Unde, *etc.*

21. Vobis dominis inquisitoribus significat R. Arnaudi, civis Biterrensis, quod G. de Fontainas et Jaufre extraxerunt XL sestaria frumenti quæ habebat apud Magalacum[7] in I
quadam cegia, et ceperunt prædictum bladum contra voluntatem et prohibitionem suam et habuerunt injuste et sine causa. Unde, cum ipse sit civis Biterrensis et contradixerit prædictis ne extraherent[8] bladum, petit restitutionem dicti bladi sibi fieri, *etc.*

Fol. 6 v°. 22. Vobis dominis inquisitoribus significat R. Bosc, diaconus, quod illi qui sunt pro domino rege in civitate Biterris, scilicet vicarius et subvicarius, compellunt ipsum R. et J
compulerunt retroactis temporibus, per VII annos et plus, ad dandum talliis quæ fiunt in castro de Columbariis[9] pro quolibet anno XL solidos. Unde, cum ipse sit clericus et privilegiata persona, supplicat ne hujusmodi exactionibus gravetur, et quod pro retroactis temporibus illicite vel indebite est extortum eidem ressarciatur.

23. Vobis dominis inquisitoribus conqueritur R. Jordani, macellarius, de Guiraudo K
Barrato, eo quia ipse Guiraudus, tempore quo erat subvicarius curiæ domini regis, cepit dictum R. Jordanum et misit ipsum in compedibus et etiam intrusit in carceribus, scilicet infra turrem quæ dicitur de na Ovellana, pro qua capcione, contra juris ordinem et sine causa, curia domini regis habuit ab ipso R. Jordano viginti unum solidos melgoriensium. Unde, cum dictus Guiraudus Barroti dederit causam et occasionem prædictæ captionis, L

[1] Villespassans, Hérault, c[on] Saint-Chinian.
[2] *Anno 1209.*
[3] Corneilhan, Hérault, c[on] Béziers.
[4] *Cod.* tenentem.
[5] *Qui vicarius extitit circa annum 1234.*
[6] *Idem qui* Stephanus Fedacerius *in quodam anni 1247 instrumento dicitur. Vide supra, p.* 359.
[7] Magalas, Hérault, c[on] Roujan.
[8] *Cod.* extraerunt.
[9] Colombiers, Hérault, c[on] Béziers.

A petit a vobis dominis inquisitoribus quod compellatis dictum Guiraudum Barratum ut satisfaciat eidem R. Jordano in dictis viginti uno solidis, cum in jure caveatur quod ille videtur dampnum dedisse qui dat occasionem dampni.

24. Vobis dominis inquisitoribus significat G. Blanquerius, coiraterius, quod, cum quidam homo extraxisset de quadam cegia furtive x sestaria bladi, in qua prædictus G.
B habebat bladum suum, B. Favardus cepit prædictum bladum et omnia bona illius hominis qui fuerat furatus bladum prædictum. Unde petit bladum vel precium sibi reddi seu restitui.

25. Vobis dominis inquisitoribus significat P. Novelli, pelliparius, quod Raimundus de Gigniaco aufert ei de precio cujusdam pennæ cirogrillorum IIII^or solidos melgoriensium.
C Unde supplicat, *etc.*

26. Vobis dominis inquisitoribus, magistro Petro et fratri Johanni, insinuat B. Dorna, Fol. 7.
archidiaconus Biterrensis in Caprariensi[1], pro magistro Helia de Caturcio, canonico Parisiensi, consanguineo suo et pro fratribus suis, filiis condam R[aimundi] de Caturcio, quod ipse R[aimundus], pater eorum, hædifficavit capud[2] castri de Pedenacio[3], et suis expensis
D fecit murum et turres et alias municiones ejusdem castri, et in tenemento ipsius castri emit molendina et condaminas et plura alia quæ constiterunt sibi ducenta milia solidos melgoriensium et ultra. Quæ omnia et plura alia in Biterrensi et Agathensi diocesibus, a dicto R[aimundo] de Caturcio aquisita et comparata et hædifficata, suo loco et tempore exprimenda, dominus rex vel alius pro eo habet et tenet, propter quod prædicti liberi præfati R[aimundi]
E de Caturcio læsi sunt enormiter et gravati. Et ideo supplicat et requirit quod super prædictis dominus rex præfato magistro Heliæ et fratribus suis competenter satisfaciat arbitrio boni viri.

27. Vobis dominis magistro Petro [et] fratri Johanni, inquisitoribus datis ab illustrissimo et sanctissimo domino Lodoyco, Dei gratia rege Franciæ, significat magister G. de
F Vallibus quod olim dominus Odo dictus Cocus, miles, senescallus in partibus istis[4] pro dicto domino rege, fecit ipsum notarium castri de Cerviano[5] et ejus pertinencium, concedens ei plenam potestatem conficiendi omnia instrumenta dictorum locorum, et quod notaria dictorum locorum in solidum et in perpetuum esset sua, sub annuo censu v solidorum, annuatim domino regi præstando. Et pro concessione dictæ notariæ dedit domino regi
G cc solidos, et c solidos curialibus pro servicio, quod scit Astruguetus judæus, a quo dictam pecuniam manulevavit, et de hujusmodi concessione notariæ habet publicum instrumentum cum sigillo pendenti ipsius senescalli. Et postea, cum fuisset dicta notaria longo tempore usus, et esset in ejus possessione, dominus Guillelmus de Olmeus, hujus terræ senescallus[6],
violenter abstulit sibi G. notariam, et ejus possessione injuste et per violenciam spoliavit, et Fol. 7 v°.
H eam de facto dedit, cum de jure non posset, magistro P. de Sancto Antonino, clerico suo, qui eam vendidit aliis, qui pro eo, licet sit injustum et iniquum, conficiunt instrumenta, et fecit ipsi G. prohiberi prædictus senescallus, ad prædicti magistri P. peticionem, ne amodo conficeret instrumenta. Unde dampnificatus est plurimum atque læsus. Et ideo supplicat clemenciæ domini regis et vobis dominis inquisitoribus supradictis quod prædictam inju-
I riam et injusticiam minime toleretis, imo ipsum G. in prædictæ notariæ possessionem, quolibet alio detentore[7] inde amoto, restitui faciatis, et dampnum totum quod inde passus fuerit et quod alius inde injuste habuerit resarciri.

28. Vobis dominis inquisitoribus significat B. Corciali, civis Biterris, pro se et fratribus suis, quod, cum ipsi haberent in pignore a Rostagno de Biterri pro quinque milibus et
J quinge[n]tis solidis melgoriensium quintam partem sextarii Biterris, quæ spectabat jure proprietatis ad ipsum dominum Rostagnum de Biterri, dominus P. Cinglaris, condam senescallus Biterris domini regis, abstulit eis, per vim et juris ordine prætermisso, dictam quintam partem sextarii, et ipsam quintam partem sextarii, pro domino rege et ad opus domini regis, tenuerunt ipse dominus P. Senglaris et dominus Odo Cocus, condam senes-
K calli domini regis, per VII annos continuos[8] et plus, et proventus qui inde exierunt, et redditus perceperunt ad opus domini regis. Qui redditus et proventus valebant per annum VIII modios bladi et plus, et ita sunt LVI modii bladi, quod bladum totum æxtimat valere septem viginti[9] libras melgoriensium. Unde petit et supplicat vobis de his sibi justiciam exhiberi et restitutionem fieri a domino rege.

[1] *Regio Biterrensis pagi cujus caput erat vicus hodie dictus* Cabrières, Hérault, c^on Montagnac.

[2] *Cod.* capd, *compendii notis super* p *et* d *adjectis.*

[3] Pézenas, Hérault, arr. Béziers. *Quod castrum anno 1212 Raimundo de Caturcio dono contulerat Simon de Monteforti.*

[4] *Senescallus inde ab anno 1231.*

[5] Servian, Hérault, arr. Béziers.

[6] *Annis 1240-1242.*

[7] *Cod.* detentatore.

[8] *Id est annis circiter 1228-1234.*

[9] *Cod.* vinginti.

Fol. 8. 29. Vobis dominis inquisitoribus, magistro Petro et fratri Johanni, significat Augerius A de Ponciano quod, dum Augerius de Ponciano litigaret in curia Biterris domini regis coram G. Capucii, tunc existente judice, et Bernardo Mabilii, vicario, hostendentibus terrorem et minacem faciem, vendidit idem Augerius G. Capucio, judici, quendam campum precio LX solidorum melgoriensium, de quibus non habuit nisi XXX solidos, qui valet XX libras melgoriensium, et Bernardo Mabilii, vicario, quoddam pratum sive prædium vendidit precio B XL solidorum melgoriensium, quod L libras melgoriensium valet. Unde, *etc.*

30. Conqueritur vobis dominis R. Benedicti, stans in burgo Sancti Affrodisii, de Raimundo de Giniaco, condam subvicario curiæ Biterris, qui injuste retinet II solidos et IIII denarios, quos debebat ei propter paleam domini regis quam portavit cum bestiis suis per duos dies, ex mandato dicti Raimundi de Gigniaco. C

31. Vobis significat supplicando R., cultellerius, quod Bernardus Mabilius, condam vicarius, aufert ei V solidos melgoriensium, quos debet sibi de precio cultellorum quos habuit ab ipso ex causa e[m]pcionis. Unde supplicat, *etc.*

32. Significat Johannes de Burgis vobis dominis inquisitoribus quod Guiraudus de Aureliaco, stans in Biterri, tunc temporis concurialis curiæ domini regis, abstraxit ronci- D num suum de domo ipsius Johannis, dicendo quod assignaret dictum roncinum in officio coquinæ domini Johannis de Bello Monte[1], et quod sibi pro loguerio ejusdem roncini qualibet die XII denarios parisienses [solveret], quia talis erat consuetudo regis. Unde, cum nichil solverit sibi de prædictis et dictum roncinum tenuerit per VII ebdomadas, supplicat, *etc.*

Fol. 8 v°. Item significat idem Johannes de Burgis, nutritius dominæ reginæ Blanchæ et benefi- E ciatus domini regis in Biterri, quod dominus G. de Ulmeio, tunc senescallus Carcassonæ et Biterrensis, abstulit sibi per vim et contra Deum et justiciam XXII libras et dimidiam melgoriensium, de helemosina quam dominus rex sibi assignaverat intuitu pietatis. Unde supplicat, *etc.*

Item significat vobis dominis idem Johannes quod, dum venerat de Carcassona ad F Biterrim pro quibusdam negociis domini regis Francorum, ex mandato et præcepto domini Guillelmi[2] de Ulmeio, senescalli Biterris tunc temporis, fuit captus a faiditis et ab inimicis domini regis et ecclesiæ in strata publica et crudeliter incarceratus, et redemit se LXXV libris[3] melgoriensium, pro qua redemtione vendidit et impignoravit beneficium seu helemosinam quam dominus rex dederat sibi et infantibus suis intuitu Dei. Unde supplicat plorando vobis G dominis quatinus, *etc.*

Item significat idem Johannes quod, cum dominus rex Francorum dederit et assignaverit sibi XV libras turonensium in Biterri pro helemosina, et non fuerunt sibi soluti a XV annis citra nisi melgorienses, et ita diminuitur helemosina domini regis per augmentum monetæ, quod est de turonensi usque ad melgoriensem, supplicat idem Johannes vobis H dominis, si placet, quatinus augmentum monetæ sibi reddi faciatis, maxime cum non debetis sustinere helemosinam domini regis diminuere, imo pocius augmentare tenemini. Et est paratus probare per litteras patentes domini regis.

Fol. 9. 33. Vobis significant Vesianus et R. Arquerii, peissonerii, quod Bernardus Mabilii et Raimundus de Gigniaco, olim officiales curiæ Biterris, debent eisdem VI solidos melgo- I riensium pro precio piscium quos ab ipsis emerunt, qui piscis fuit portatus apud Montem Securum[4]. Unde supplicant, *etc.*

DE CAUCIO[5].

34. Vobis dominis significat Raimundus Faber, de Cerviano, stans in castro de Caucio, quod Petrus Bedocius, vicarius de Capistagno[6], baiulus condam de Caucio, pro Gauterio J infra scripto fidejussit et principalem debitorem se constituit eidem Raimundo pro Gauterio, condam baiulo de Caucio[7], in quatuordecim solidis melgoriensium et VII denariis, quos eidem Raimundo debebat dictus Gauterius pro ferrare, et etiam dictus Gauterius tradidit quasdam res dicto Petro de quibus satisfaceret dicto Raimundo in debito supradicto. Unde petit, *etc.* K

Fol. 9 v°. 35. Vobis dominis inquisitoribus pro illustrissimo rege Francorum supplicat Guillelma Natala, pauperrima mulier et vidua, quod baiulus castri de Calcio detinet quandam domum

[1] *Cambellani regis, qui partes Albigenses ad debellandos rebelles anno 1240 adiit.*

[2] *Cod.* P. de Ulmeio. *Hic non agitur de Petro de Ulmeio, qui Biterris vicarius, non senescallus, fuit. Vide infra p.* 368, § 40.

[3] *Cod.* libras.

[4] Montségur, Ariège, c[on] Lavelanet. *Quod castellum anno 1245 expugnarunt regii milites.*

[5] Caux, Hérault, c[on] Pézenas.

[6] Capestang, Hérault, arr. Béziers.

[7] *Cod.* Caicio. — *Qui Gauterius baiulus fuit tempore Johannis de Fricampis senescalli. Vid. infra, p.* 368, § 40.

A quæ sita est in ipso castro, quæ domus pertinet ad ipsam jure institutionis pro Poncio de
Pleisano[1], marito suo. Domus illa confrontatur ex una parte cum B. de Affaniano, ex duabus
partibus cum viis publicis, ex alia parte cum stari Raimundi de Pedenacio. Et hoc supplicat
regiæ dignitati sibi restitui atque reddi.

36. Significant vobis dominis inquisitoribus J. Furnerii et R[aimundus] Faber, de Caucio,
B quod, cum quæstio injuriarum de verbo fuisset versa inter eos, et postmodum fuissent illa
verba contumeliosa remissa consilio curiæ ad invicem, ex eo quia non erat decens quod illa
quæstio agitaretur ratione injuriarum, quia sunt parentes et affines ut avunculus et nepos,
demum voluit curia extorquere CCCL solidos melgoriensium ab eis pro illa remissione inju-
riarum. Unde, cum sint pauperes et peccato non merito se senciant aggravari, vestræ beni-
C gnitati supplicant humiliter quatinus, recordata illa inclita et benignissima auctoritate
Evangelii quæ dicit : « Si remiseritis, peccata vestra remittentur vobis[2], » et in remissione
pec[c]aminum domini regis et per vestri gratiam eis restituere dignemini quod sit justum
super dicta pecunia, tanquam illis qui fideliter domino regi servierunt, expectantes miseri-
cordiam Dei et domini regis, et maxime cum curia domini regis de Biterri nichil expendit
D vel laboravit pro dicta causa, nec etiam responsum fuit ab aliquo prædictorum in dicta
causa.

DE AVIACIO[3]. Fol. 10.

37. Vobis significant universitas et probi homines castri de Aviacio quod dicta univer-
sitas habuit, tempore domini comitis Montis Fortis et tempore domini regis Francorum,
E liberas et ab exactione setzeni absolutas possessiones, quas aliqui de universitate prædicti
castri habebant in terminio de Cotcianicis[4], quousque Odo Cocus fuit senescallus in par-
tibus istis pro domino rege[5], qui fecit compelli homines de Aviacio habentes in dicto ter-
minio de Cotcianicis possessiones ad dictum setzenum præstandum, cum ipsi deberent esse
immunes ab illa exactione, cum ante tempus dicti senescalli stetissent liberi et immunes
F tanto tempore cujus memoria[6] non extat. — Præterea illi qui erant officiales pro domino
rege distraxerunt publicas vias quibusdam privatis hominibus, pertinentes ad mansum de
Bastida, qui mansus est P. de Aviacio et fratrum suorum, et pertinentes universitati dicti
castri et hominibus ibi publice transeuntibus. Et de nominibus et aliis non declaratis vestræ
religioni per testes poterit liquere. — Præterea illi qui sunt pro domino rege in manso de
G Cotcianicis locant pasturalia et garrigas et proprios honores, pertinentia et pertinentes homi-
nibus dicti castri, hominibus extraneis et qui non sunt de districtu vel dominatione dicti
castri, immo sunt de aliis castris, et hoc faciunt per vim, habentes inde præmium vel mer-
cedem, cum homines dicti castri retroactis temporibus liberas habuerint suas possessiones
et sint hujusmodi honeribus et gravaminibus immunes. Unde supplicat dicta universitas et
H probi homines quod potestas vestra inde faciat quod debebit.

CASTRI SANCTI NAZARII[7]. Fol. 10 v°.

38. Vobis dominis inquisitoribus significat P. Audouinus, de Sancto Nazario Leradensis,
quod Rogerius Garini, tunc baiulus de Cecenone[8] pro domino rege, abstulit ei, per vim et
sine aliqua justa ratione, sex sextarios araonis. Unde petit a vobis sibi justiciam ex[h]iberi et
I dictum Rogerium sibi compelli ad restitucionem dicti bladi vel precii sibi faciendam, quod
æstimat valere XII solidos et amplius.

CASTRI DE MARCELIANO[9]. Fol. 11.

39. Vobis dominis inquisitoribus, magistro Petro et fratri Johanni, significant B. Vituli
et P. Ademari, de Marciliano, quod, facta treuga[10] inter dominum regem et comitem Tholo-
J sanum, domino episcopo Agathensi[11] tenente castrum de Marciliano et eodem castro recu-
perato a dicto domino episcopo, et recuperato castro de Florenciaco[12] et recepto per bail-
livos domini Guidonis de Levicis, marescalli[13], fuit præconizatum in castro de Marciliano
quod quicumque vellet lucrari cum animalibus suis et saccis ad ferendum bladum apud Mar-

[1] Plaissan, Hérault, c[on] Gignac.
[2] *Matth.*, XVIII, 35.
[3] Vias, Hérault, c[on] Agde.
[4] Coussergues, Hérault, c[on] Servian, c[ne] Montblanc.
[5] *Qui anno 1231 senescallus exstitit.*
[6] *Cod.* memorie.
[7] Saint-Nazaire-de-Ladarez, Hérault, c[on] Murviel.
[8] Cessenon, Hérault, c[on] Saint-Chinian.
[9] Marseillan, Hérault, c[on] Agde.
[10] *Anno 1242 exeunte, quo pacem a rege Ludovico IX obtinuit Raimundus VII.*
[11] *Christiano.*
[12] Florensac, Hérault, arr. Béziers.
[13] *Domini Mirapiscis* (Mirepoix, Ariège, arr. Pamiers).

cilianum, irent ad castrum de Florenciaco. Et cum prædicti B. Vedelli et P. Ademari et A
J. Redorta, G. Maisoerii, S. Moreti, J. Salomon, B. de Vallibus, G. Aimoy, de Marciliano,
venissent ad castrum de Florenciaco, et ibidem honerassent bladum in bestiis quas ducebant,
et irent versus Marcilianum, Raimundus de Gigniaco, subvicarius tunc Biterris, qui tunc erat
in castro de Florenciaco, mandavit prædictis hominibus quod redirent ad ipsum cum bestiis
suis et blado quod deferebant. Quibus hominibus reddeuntibus versus eundem Raimundum B
de Gigniaco, sicut præceperat, idem Raimundus de Gigniaco subvicarius cepit bestias et
saccos dictorum hominum, quas bestias noluit reddere dictis hominibus, donec compulsi
et inviti numeraverunt eidem subvicario XIIII^or libras melgoriensium, et retinuit penes se
dictos saccos quos noluit reddere hominibus supradictis. Quæ omnia petunt et supplicant
sibi reddi, cum saccis suis supradictis. C

40. Vobis significat Raterius de Broza quod, cum ipse invenisset duos homines de Alignano[1] colligentes ligna in quadam devesa sua, fecit utrique aportare unum faxium de lignis in domo sua apud Margonc[2]. Quapropter P. de Ulmeio, condam vicarius Biterris[3] pro domino rege, extorsit et habuit ab eo XXX solidos melgoriensium, quos petit sibi restitui.

Fol. 11 v°. 41. Vobis dominis inquisitoribus pro domino rege significat[4] Bartolomæus Chausaudus, D
stans in castro de Marcelliano, quod Barba Auri, dominus castri de Turvibus[5], pro dimidia
[parte], et Pontius Guitberti, baiulus domini regis pro altera ejusdem loci, exheredant
ipsum injuste, ea scilicet occasione quod, cum dictus Bartolomæus, dum stabat in castro de
Turvibus olim, et ad magnam devenisset paupertatem, transtulit se ad castrum de Marcel-
liano cum uxore sua et sex infantibus, propter melius lucrum quod ibi acquirebat, et melius E
cum familia sua vivebat. Et propter talem transmutationem dictus Barba Auri et baiulus
domini regis supradictus occupaverunt bona dicti Bartolomæi, quæ in dicto castro et in ejus
terminiis habebat et tenebat, et usatica et servicia prout debebat persolvebat eisdem, quam-
vis dictus Bartolomæus dicat et confiteatur se esse hominem domini regis et quod propter
paupertatem se transtulerat. Et modo vellet redire ad castrum de Turvibus libenter cum sua F
familia, si redderentur ei suæ possessiones, quod nullo modo dictus Barba Auri et præfatus
baiulus dicti castri pro domino rege aliquatenus restituere voluerunt, imo detinent adhuc
et detinuerunt per IIII^or annos, et redditum inde perceperunt, et arbores devastaverunt, de
quibus petit restitucionem.

Fol. 12. CASTRI DE ROJANO[6]. G

42. Significant vobis dominis inquisitoribus P. Gavaudani, Po. Boterii, Martinus Or-
tol[anus], pro universitate castri de Rojano, quod Baucelinus, condam senescallus Biterris[7],
habuit et extorsit contra justiciam ab universitate castri de Rojano et a singulis D solidos
melgoriensium, hac occasione, ut dicebat, quod quidam juvenis faiditus intraverat furtive
de nocte castrum de Rojano et inde exiverat. Quos D solidos peciit et exegit dictus senes- H
callus ab hominibus dicti castri, et [si] dictam pecuniam nollent dare, quod diruerent et
destruerent[8] omnes muros usque ad terram, vel redderent dictum juvenem, quem non vide-
rat dicta universitas eo tempore in dicto castro, excepto quodam homine dicti castri, qui
eundem juvenem in domo sua furtive recepit et de nocte, qui receptator punitus fuit pecu-
nialiter per curiam Biterrensem. — Item significant quod Gauterius, condam baiulus de I
Caucio, eo quia baiulus dicti Gauterii pignoraverat monasterium Sanctæ Mariæ de Caciano[9],
ducendo boves usque ad castrum de Rojano, quos inde volebat extrahere; et ne dicti boves
recederent a dicto castro, quidam canonicus dicti monasterii clausit portallum, qua clau-
sura non obstante, portale statim fu[it aper]tum, et inde boves pignorati[10] libere exiverunt.
Et hac occasione dictus baiulus Johannis de Fricampis, senescalli Carcassonæ[11], ab univer- J
sitate dicti castri et hominibus coactis et invitis CL solidos injuste habuit et extorsit. —
Item significant quod P. Cinglaris, condam senescallus Biterris, habuit et extorsit CCC solidos
melgoriensium, hac occasione quia, cum homines dicti castri essent in exercitu et obsidione
castri de Bruscha contra inimicos domini regis[12], et fuissent ibi quousque captum fuit dictum
Fol. 12 v°. castrum, idem senescallus* recognovit dictos homines si erant in logiis suis, et quia non in- K
venit omnes in suis logiis, cum major pars dictorum hominum esset post captionem præ-

[1] Alignan-du-Vent, Hérault, c^on Servian.
[2] Margon, Hérault, c^on Roujan.
[3] *Circa annum 1240 vel 1241.*
[4] *Cod.* significant.
[5] Tourbes, Hérault, c^on Pézenas. — *De milite Barba Auri vocato, vide supra, p.* 353, § 157.
[6] Roujan, Hérault, arr. Béziers.
[7] *Circa annum 1230.*
[8] *Fort. corrig.* dirueret et destrueret.
[9] Cassan, c^ne de Roujan.
[10] *Cod.* pignoratos.
[11] *Annis 1236-1239.*
[12] Brusque, Aveyron, c^on Camarès. *Cujus obsidio circa annum 1228 accidit. Vide supra, p.* 338, 340 *et* 342.

A dictam infra castrum prædictum, voluit habere ab ipsis ccc solidos melgoriensium. Qui homines dicti castri de Rojano fuerunt post capcionem et ante in obsidione prædicta, donec dominus Ymbertus[1] abinde recessit. — Item significant quod Hugo de Arcisio et B. Mabilii, vicarius pro eo, mandavit et præcepit hominibus de Rojano ut exirent ad deffensionem et custodiam pontis de Vidorlle[2], et cum fuissent ad castrum de Ginaco[3] volentes ire ad dictum
B pontem[4], idem vicarius præcepit eisdem hominibus quod redirent et solverent xx libras melgoriensium, de quibus habuit et extorsit contra voluntatem ipsorum ccc solidos melgoriensium. — Item significant quod universitas et homines[5] castri de Rojano consueverunt dare antiquitus, tempore comitis Montis Fortis, xxx libras melgoriensium eidem comiti singulis annis pro tallia seu collecta; et tempore illustrissimi regis Francorum, ex quo habuit
C terram istam, solverunt dictas xxx libras melgoriensium per xiii annos[6] usque ad tempus [Guillelmi] de Hulmeus, tunc senescalli, qui compulit dictos homines ad præstationem xl librarum melgoriensium pro tallia supradicta, augendo dictam talliam seu collectam in x libris melgoriensium. Et ultra prædictam summam habuit et extorsit contra justiciam et inique d solidos melgoriensium. Cum vero universitas et homines dicti castri sentirent se
D esse gravatos a gravamine dicti senescalli, ad illustrissimum[7] regem Franciæ appellarunt, offerentes appellationem quam in scriptis eidem senescallo, ad[h]ibitis testibus, reddiderunt. Qua oblata, eam non fuerunt ausi prosequi, eo quia idem senescallus et P. de Hulmeio, frater suus, dictos homines capere et in carcerem ponere præceperunt*, inhibentes et contradi- Fol. 13.
centes militibus, ne in aliquo in expensis vel aliis in appellatione prosequenda dictos homines
E adjuvarent. Pro quibus tractandis et permanendis, et revocandis his quæ in eos[8] et contra justiciam fecerat senescallus, dicti homines xxx libras melgoriensium et amplius expenderunt. Unde petunt et supplicant, cum solverint per viii annos singulis annis x libras melgoriensium amplius quam deberent, m et dc solidos melgoriensium sibi restitui. — Item significant quod baiuli domini regis et senescalli præcipiunt hominibus dicti castri quod cum
F animalibus suis singulis annis ter in anno et amplius deferant ubicunque voluerint dicti baillivi ligna ad opus suum, sub certa pœna pecun[i]aria, quam pœnam multociens volunt habere. Et hoc faciunt contra usum antiqu[u]um, cum domino regi faciant quicquid debent in tallia consueta et majoribus justiciis et exercitu, alia vero pertinent ad dominos dicti castri. Quæ omnia petunt et supplicant sibi reddi et restitui. — Item significant quod, quando
G talliæ et collectæ recipiuntur vel ex[c]ipi debent a curia Biterrensi pro domino rege ab hominibus dicti castri et aliorum castrorum, curia prædicta assignat diem in qua dictæ talliæ exsolvantur, quam diem dicit baillivis, quod scire[9] faciunt hominibus dicti castri. Qui baillivi nolunt notificare vel dicere illam diem, usquequo sunt pauci dies propinqui ad illam diem. Et hoc faciunt tali fraude ad[h]ibita ab eisdem ne homines dicti loci[10] in die
H assignata a curia Biterrensi possint exsolvere talliam seu collectam. Qua die transacta, baillivi cum cursoribus et pluribus hominibus pignorant castrum et homines dicti castri, ducendo secum oves et boves et cætera animalia, quæ nolunt restituere, et pro pignoratione volunt habere magnam pecuniæ[11] quantitatem*. — Item significant quod Johannes Pluma Vilas habuit l so- Fol. 13 v°.
lidos ab hominibus dicti castri, hac ratione quia volebat capere quendam hominem dicti
I castri, et ut faceret et teneret eidem homini jus, habuit de prædictis hominibus dicti castri pro servicio prædictos l solidos. — Quæ omnia supradicta et universa singula in petitionibus contenta et scripta[12], sicut superius sunt expressa, petunt et supplicant sibi reddi atque restitui.

43. Significant vobis dominis inquisitoribus B. Magister et R., frater ejus, quod Hugo
J de Castlari, miles, fuit faiditus, et ejus bona curia[13] Biterrensis pro domino rege accepit ad manum suam. Et quando guerra erat domini regis Franciæ et comitis Tholosæ[14], dictus Hugo et homines de Rojano[15] essent in guerra cum comite Tholosæ, tempore dictæ guerræ, Petrus Magister, de Rojano, pater dictorum fratrum, accepit vindemiam quæ fuerat de honoribus dicti militis faiditi, et posuit dictam vindemiam in domo B. de Castlari, fratris dicti
K militis, cujus B. prædicti ipse P. Magister erat baiulus in castro de Rojano. Postea vero, facta treuga et pace seu concordia inter dominum regem et comitem Tholosæ apud Loriacum[16],

[1] *Imbertus de Bello Joco.*

[2] Le Vidourle, *fluvius qui mare influit in territorio Aquarum Mortuarum. Vide supra priorem querimoniarum partem*, § 111, 136 *et* 153 *bis. De custodia Vidorlæ agetur etiam infra*, § 81.

[3] Gignac, Hérault, arr. Lodève.

[4] *Cod.* pontum.

[5] *Cod.* universitas et hominorum.

[6] *Ab anno 1227 usque ad annum 1240, vel circiter.*

[7] *Cod.* illustrissimo.

[8] *Cod.* que qui eos.

[9] *Cod.* quod cire.

[10] *Cod.* loci qui in die assignati.

[11] *Cod.* pecuniam.

[12] *Cod.* contentis et scriptis.

[13] *Cod.* curie.

[14] *Anno 1242.*

[15] Roujan, Hérault, arr. Béziers.

[16] *Vide Raimundi comitis litteras, anno 1243, m. jan. datas* (Layettes du Trésor des chartes, II, 488).

IMPRIMERIE NATIONALE.

et mortuo postea P. Magistro, patre dictorum fratrum, G. Capusii, judex, et J. de Planca, A
baiulus castri de Caucio, vocaverunt dictos fratres, comminantes eis et terrentes eos, dicentes quod bona et jura et quicquid habebant erant co[m]missa et incorreguta domino regi propter vindemiam quam pater dictorum fratrum acceperat, quæ erat domini regis. Qui fratres conquerentes de prædictis officialibus domino Hugoni de Arcisio, senescallo Carcassonæ, auditis rationibus hinc inde, absolvit dictos fratres et quitavit coram pluribus B
probis hominibus. Et postea nichilhominus prædicti officiales a prædictis fratribus, coactis et invitis, violenter habuerunt et extorserunt XII libras et X solidos melgoriensium, et ultra recuperaverunt vindemiam quæ non valebat IIII^or^ solidos. De quibus XII libris et X solidis
Fol. 14. melgoriensium* numeraverunt Astrugueto judæo X libras melgoriensium, et J. de Planca L solidos melgoriensium. Pro quibus L solidis, quia B. Magister non solvit ad diem, dictus C
baiulus misit nuncium suum pro pignorando B. Magistro, qui promiserat solvere dictos L solidos eidem baiulo, et cum dictus nuncius vellet ingredi per portam alterius fratris, scilicet R. Magistri, quæ porta erat clausa, quia uxor dicti R. noluit statim dictam portam nuncio aperire, idem nuncius, volendo frangere portam, et fregit pro parte, intravit domum dicti R. et per illam intravit domum B. Magistri, qui postea solvit dictos L solidos. Et R. Ma- D
gister[1] et uxor sua fuerunt compulsi solvere XXX solidos melgoriensium dicto baiulo, quos quia non solverunt certa die, dictus baiulus pignoravit eos et ab eis habuit et extorsit IIII^or^ solidos melgoriensium pro pignoratione. Quam totam pecuniam petunt et supplicant sibi reddi et restitui. — Item significat B. Magister [quod], pro quadam causa quam habebat sub examine G. Capucii, dedit pro servicio eidem judici unum caseum magnum et unum E
[h]œdum et unum cartale olei, quæ omnia X solidis constiterunt; item duos solidos, uxori dicti judicis, dum jacebat in partu. Quæ petit sibi reddi. Quæ si non daret, non credebat justiciam invenire. — Item significat quod J. de Planca, baiulus, dejecit et dessaisivit[2] B. Magistrum de possessione de quodam vallo sine causæ cognitione, et terminos posuit in campo dicti B. contra voluntatem suam; et possessionem dicti valli tradidit B. de Caucio- F
Fol. 14 v°. noiolo[3] et P. Gregorii, de Rojano, et in posicione* terminorum B. Magister amittit dictum vallum et quamdam partem dicti campi sui. Quam possessionem petit sibi restitui. — Item significat quod Gauterius, baiulus castri de Caucio pro J. de Fricampis, senescallo condam Carcassonæ[4], habuit et extorsit a P. Magistro XV solidos melgoriensium, eo quia terra cujusdam [h]orti dicti P. ceciderat in via, quæ terra fuit redacta et projecta in ortum, ita G
quod aliquod impedimentum in via non fecit. — Item significant prædicti fratres quod P. d'Olmeus, frater G[uillelmi] d'Olmeus, condam senescalli Biterris[5], habuit et extorsit a P. Magistro, patre eorum, et ab ipsis XX solidos, et Johannes de Planca, baiulus de Caucio, X solidos, per vim et injuste. Quos XX solidos, quos habuit P. d'Olmeus, et X solidos, quos habuit Johannes de Planca, petunt et supplicant dicti fratres sibi reddi et restitui H
a prædictis P. d'Olmeus et Johanne de Planca. Et prædictos XXX solidos habuerunt ab ipsis hac ratione, quia quidam homo de Rojano, nomine P. Gregorii, dixerat Johanni de Planca quod P. Magister prædictus, pater dictorum fratrum, dixerat quod vellet tenere omnes linguas omnium Francigenarum istius terræ, quod verbum ipse P. Magister nunquam dixit nec probatum fuit. I

44. Significant vobis G. Catalani et G. Cassani, de Rojano, quod B. Pelliparii, condam baiulus de Caucio pro domino rege, extorsit ab ipsis XX solidos melgoriensium et duos sestarios frumenti, eo quod permisit illis facere besale per viam, quod besale erat necessarium molendino quod ipsi habent apud Motgerias[6]. Quod besale ipsi nolebant facere transire per viam, donec dictus B. Pelliparii cohegit eos ad besale transeundum[7] per viam, ita quod J
Fol. 15. contradixit illis totum* factum molendini, usque satisfecissent ei de transitu[8] supradicto, quod ipse videbat esse necessarium ipsi molendino. — Item alia vice habuit ab ipsis XV solidos melgoriensium, eo quod mittebant terram et interrabant paxeriam supradicti molendini de terra quæ espura[9] erat prædictorum G. Catal[an]i et G. Cassani. — Item Gauterius, condam baiulus de Caucio pro domino rege, extorsit ab ipsis X solidos melgoriensium, eo K
quod tenebant in dicto molendino pogneriam ad mensuram de Gabiano[10] et non ad mensuram de Caucio. — Item alia vice P. de Freneus, condam baiulus de Caucio pro domino rege, de mandato P. de Ulmeio, cepit pogneriam dicti molendini et aliorum molendinorum de riparia[11] et portavit apud Caucium, et fecit mensurare eam et alias, præsentibus consu-

[1] *Cod.* R. Magistro.
[2] *Cod.* dejessit et decesivit.
[3] Caussiniojouls, Hérault, c^on^ Murviel.
[4] *Annis 1236-1239.*
[5] *Annis 1240-1242.*
[6] Mougères, Hérault, c^on^ Pézenas, c^ne^ Caux.
[7] *Cod.* tranciendum
[8] *Cod.* trancitu.
[9] *Ita codex.*
[10] Gabian, Hérault, c^on^ Roujan.
[11] *Id est molendinorum in flumine Erari* (Hérault) *sitorum.*

A libus de Caucio, quam invenit rectam Poncius Mauranni qui eam mensuravit, set tamen
P. de Ulmeio voluit habere et habuit[1] ab ipsis L solidos me goriensium, quia contradixerat
molendinum illis donec habuit dictos L solidos. — Item B. Pelliparii, baiulus de Caucio
pro domino rege, conduxit dictos G. Çatalanum et G. Cassanum in opere domini regis apud
Prollanum[2], et retinuit de mercede dicti G. Catalani V solidos melgoriensium, et de mer-
B cede G. Cassani XVI solidos melgoriensium. Unde petunt et supplicant restitucionem sibi
facere.

45. Vobis significat Crosala de Rojano quod Gauterius, condam baiulus de Caucio pro
domino rege, habuit ab ipsa V solidos melgoriensium, eo quod dicebat ipsam impingxisse[3]
suum ortum versus viam. Dictus vero ortus remansit in eodem statu et fuerat per spacium
C L annorum et plus. Unde petit sibi justiciam exhiberi.

46. Significat vobis dominis inquisitoribus P. Magister, de Rojano, quod B. Pelliparii, Fol. 15 v°.
condam baiulus de Caucio, habuit ab ipso XX solidos melgoriensium, eo quod B., filius
ipsius P., non permittebat quendam hominem ingranare bladum in molendino dicti P. —
Item habuit et retinuit XX solidos melgoriensium de merito suo propter opus de Prollano.
D — Item habuit ab ipso P. alios XX solidos, propter querimoniam quam Bertrandus
Audrandi de Caucio faciebat ab ipso P. super quodam estare de Rojano, quod dictus P.
possidebat et possidet juste et quiete. — Item Gauterius, condam baiulus de Caucio,
alios XX solidos ab ipso P., eo quod asserebat uxorem dicti P. emisse unum porcum in foro
de Caucio et retinuisse leudam, quæ[4] nunquam ibi emit[5] porcum. — Item G. de Bos-
E cairolis, condam baiulus de Rojano, habuit ab ipso P. XX solidos, eo quod noluit pro ipso
stare quin iret ad ecclesiam, cum prohiberet ipsum P. exire pro XII denariis quos debebat
collectæ[6]. — Item habuit ab ipso P. Johannes Pela Villas, condam vicarius Biterris, X libras
eo quod inundatio aquarum adduxit quendam [h]œdum mortuum ad molendinum dicti P.,
et filii ipsius P. asportaverunt eum ad domum suam, quem [h]œdum dictus P. noluit reti-
F nere, set misit eum ad locum communem, scilicet ad ecclesiam. — Item P. d'Olmeus habuit
ab ipso VII libras melgoriensium, eo quod aperuerat locum per quem intraret ad campum
suum, et hoc fecerat B. filius ejus contra prohibitionem cujusdam rebaudi de curia. —
Item habuit dictus P. d'Olmeus ab ipso P. Magistro XL solidos, eo quod clauserat domum
suam de Rojano cum ostiis, sicut locus adhuc ostendit. — Item B. Mabilii, condam vica-
G rius Biterris, habuit ab ipso P. XL solidos melgoriensium, eo quod, cum ipse P. excoleret
quandam ferraginem domini regis, quam ipse P. tenebat, et arbores impedirent boverium
ipsius P., dictus [boverius] removit quosdam ramos de arboribus. De quibus omnibus supra-
dictis petit sibi justiciam ex[h]iberi. Ista omnia habuerunt prædicti injuste et sine causæ
cognitione.

H 47. Significat vobis dominis P. Cabrarii et Johannes, frater ejus, quod, cum ipsi[7] emis- Fol. 16.
sent a G., fratre ipsorum, terciam partem unius domus quam simul habebant in castro de
Rojano, quæ domus tenetur a domino rege, et proponerent venire coram Gauterio, tunc
temporis baiulo de Caucio pro domino rege, cum notario, quia prolongaverunt per IIII^or dies
venire ante dictum Gauterium, habuit ab eis XVI solidos melgoriensium ultra foriscapium.
I — Item Johannes de Planca habuit ab eis XXV solidos pro se et curia, eo [quod] G., frater
ipsorum, denunciaverat dicto Johanni quod ipsi P. et Johannes Cabrerii fratres injuriaverant
ipsi G. Cabrerio, quod minime fecerant. — Item quod G. de Boscairolis, condam baiulus
de Rojano, habuit ab ipsis V solidos propter querimoniam quam P. Ortals, socer G. Ca-
brerii, fecerat de ipsis P. et Johanne super duobus linteolis quæ petebat ipse P. Ortals ab
J ipsis P. et Johanne, quæ linteola P. Ortals dicebat dedisse P. Cabrerio cum Ermengardi,
filia sua condam, uxore G. Cabrerii. — Item habuit ab ipsis fratribus dictus G. de Boscai-
rolis V solidos, eo quod assignaverit eis et aliis quod persolverent usatica domini regis ad
meridiem, et ipsi prolongaverunt usque ad nonam. — Item alia vice habuit G. de Boscai-
rolis ab ipsis V solidos, eo quod fuit relatum ipsi G. quod ipsi habuerant lites cum G. Ca-
K brerio, fratre suo. — Item alia vice habuit ab ipsis III solidos, eo quod, cum duo pueri
luderent cum pallascio, et habuit unus[8] ex illis sanguinem, dictus Johannes Cabrerii vidit
sanguinem, totum denunciavit, cum pater ipsius infanti[s] denunciasset, et super his pe-
tunt sibi justiciam ex[h]iberi. — Item habuit ab ipsis V solidos, eo quia reddiderunt mer-
cedem suam cuidam mulieri, quæ seccabat bladum cujusdam campi, in quo campo habet
L medietatem dominii dominus rex, et aliam medietatem B. de Castlario, et sine G. de Bos-
cairolis reddiderunt dictæ mulieri dictam mercedem, non credentes pe[c]casse nec dicto Fol. 16 v°.

[1] *Cod.* voluit habere et voluit.
[2] Prolian, Hérault, c^on Roujan, c^ne Magalas.
[3] *Sic in cod.*
[4] *Cod.* retinuit se leudam quem.
[5] *Cod.* emisit.
[6] *Cod.* collete, *compendii nota super* le *adjecta.*
[7] *Cod.* ipse.
[8] *Cod.* novis.

baiulo injuriasse. — Item habuit ab ipsis duos solidos et vi denarios, eo quia, cum fecisset A talliam pro domino rege, dictus baiulus fecit præconizari per castrum quod nullus exiret quousque dictam talliam solvisset, prædicti Johannes et P. solverunt talliam in quantum ad ipsos tangebat; set antequam alii homines de castro solvissent, erat clausum portale cum catena, et subtus catenam exivit quædam vac[c]a ipsorum fratrum, et tunc dictus P. exivit extra portale et misit intus dictam vaccam. Et de hac causa habuit dictus baiulus ab ipsis B dictos duos solidos et vi denarios. Unde super præmissis petunt, *etc.*

48. Significat vobis dominis Johannes Bonafos, de Rojano, quod, cum ipse in curia domini regis haberet causam cum Martino Ortals super vi ponderatas fimi, et ad dies assignatas venisset Johannes de Prima Villa, tunc vicarius Biterris, mandavit eis quod venirent ad eum apud Caucium, si vellent facere composicionem, et quia non venerunt apud C Caucium, quia nolebant composicionem ante diem assignatam a curia ad quam proponeba[n]t venire, sicut consueverunt, cepit eos dictus vicarius et incarceravit et misit dictum Johannem in grellos, et habuit ab eo L solidos melgoriensium. — Item habuit et retinuit Johannes de Planca x solidos, quos sibi debeba[n]t Po. Adalmurs et G. Pastorinus, de Caucio, et super hoc petit sibi justiciam ex[h]iberi. D

49. Vobis significat R. Cavallerii, de Rojano, quod Gauterius, condam baiulus de Caucio, habuit ab ipso vii solidos et vi denarios et unam eminam ordei, eo quod P. Cavallerii, pater dicti R., tempore quo comes Montis Fortis tenebat terram istam[1], le[va]verat terram de quadam lata via ad cohoperiendam aeram suam. — Item alia vice habuit ab ipso R. iii solidos, eo quod dicebat ipsum R. aliquantulum cepisse de via, quod non erat verum, ut E ipse locus adhuc ostendit. — Item curia domini regis habuit ab ipso R. xxv solidos, eo quod constituit probos homines qui dividerent hereditate[m] et bona quæ[2] ipse habebat simul cum matre sua. Et super hoc petit sibi justiciam ex[h]iberi.

Fol. 17. 50. Vobis significat Martinus Ortals, de Rojano, quod, cum ipse in curia domini regis haberet causam cum Johanne Bonafos[3] super vi ponderatas fimi et ad dies assignatas venisset, F quidam vicarius Biterris, qui vocabatur Johannes de Primo Villa, mandavit eis quod venirent ad eum apud Caucium, si vellent facere composicionem. Et quia non iverunt apud Caucium, quia nolebant composicionem ante diem assignatam a curia, ad quam proponebant venire, sicut consueverant, cepit eos dictus vicarius et incarceravit et misit dictum Martinum in tafegam, et habuit ab ipso L solidos. Et super hoc petit sibi justiciam exhiberi. G

51. Significat vobis B. Laurencii, de Rojano, quod B. Pelliparius, condam baiulus de Caucio, habuit ab ipso v solidos, *etc.* — Item habuit ab ipso B. Laurencio G. de Boscairolis, condam baiulus de Rojano, et cepit de fimo[4] suo quod valebat v solidos melgoriensium et amplius. — Item alia vice dictus G. de Boscairolis habuit ab ipso B. v solidos melgoriensium per tres cledas caulas quas habuerat ipse B. de honore domini Biterrensis H episcopi, quas cledas caulas dictus baiulus dicebat ipsum B. habuisse de honore domini regis, et unam securem quam injuste præfatus baiulus habuit ab ipso B. Laurencio. Et super hoc petit sibi justiciam ex[h]iberi.

52. Vobis dominis inquisitoribus significat B. Bautugat, de Rojano, quod G. Cassainhas, qui fuit condam nuncius Johannis de Planca, baiuli de Caucio, habuit et exegit sine causa I ab ipso B. v solidos melgoriensium. Unde petit, *etc.*

53. Vobis significat B. de Auberta, de Rojano, quod Gauterius, condam baiulus de Caucio, habuit ab ipso vii solidos et vi denarios et unam eminam ordei, *etc.*

Fol. 17 v°. CASTRI DE LIURANO[5].

54. Vobis dominis inquisitoribus significat P. Peferrati quod, cum ipse olim staret pro J serviente cum domina Garsendi, uxore condam Po. de Tezano, apud Pojolum[6] tempore guerræ ultimæ quæ fuit inter dominum regem, ex una parte, et comitem Tholozanum et vicecomitem olim Biterrensem et suos, ex altera, et ipsa domina Garsendis cum tota familia sua et dictus P. Peferrati, qui erat de familia dictæ dominæ Garsendis, tempore illo fuerint de parte domini regis, Raimundus de Gigniaco, subvicarius domini regis tempore illo K apud Biterrim, accepit et confiscavit quandam quantitatem bladi quam dictus P. Peferrati habebat apud Biterrim, ac si ipse P. esset contra dominum regem. Unde, cum dictus P. non debuerit habere dispendium, unde debuit meritum reportare, supplicat, *etc.*

[1] *Id est ante annum 1224.*
[2] *Cod.* quam.
[3] *Vide supra*, § 48.
[4] *Cod.* Rojano cepit d. fimi suo.
[5] Lieuran-lez-Béziers, Hérault, arr. et c°n Béziers.
[6] Le Poujol, Hérault, c°n Saint-Gervais.

CASTRI DE CRUSIO[1]. Fol. 18.

A 55. Asserit Adalaicis, uxor condam P. Raimundi, de Crusio, quod ipse maritus suus legavit ei medietatem omnium bonorum suorum quandiu viveret, et sunt bene xxv anni et amplius quod hoc fuit. A quo marito suo habuit duos filios, scilicet Petrum Raimundi et Arnaudum, cum quibus duobus filiis ipsa Adalaicis fecit composicionem seu avenimentum quod ipsa haberet pro sua voluntate in perpetuum quædam de bonis prædictis, et specialiter
B vi denarios censuales quos ipsi habebant in quadam ferragine, quam ferraginem tenet hodie Berengarius de Grada in terminio castri de Columbariis[2]. Quos vi denarios officiales curiæ domini regis ipsi Adalaici abstulerunt, et nomine eorumdem officialium G. Rogerius, baiulus pro domino rege in castro de Columbariis, a quatuordecim annis citra, occasione videlicet quia filius suus faidiverat se, videlicet Petrus Raimundi, licet jam primo per longum tempus
C facta esset dicta composicio seu avenimentum. Unde supplicat dictos vi denarios censuales sibi reddi.

CASTRI DE COLUMBARIIS. Fol. 19 v°.

56. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat B. de Mossano, de Columbariis, quod quædam mulier accusavit dictum B. coram Raimundo de Gin-
D gniaco et curia Biterris, dicens quod volebat per vim habere rem cum filia dictæ mulieris, petens dicta mulier quod B. prædictus daretur in maritum eidem filiæ suæ. De quo B. extorserunt, sine justa causa, cum falso et per mendacium esset a[c]cusatus et nichil esset probatum contra ipsum B., imo diffitebatur et negabat a se dictæ puellæ aliquam violentiam esse factam, habuerunt xxx solidos melgoriensium, pro quibus dedit in solutum quendam ortum
E suum G. Rogerio, baiulo dicti castri, pro precio xv solidorum, et alios xv solidos solvit ei. Quem ortum et xv solidos prædictos petit sibi restitui.

57. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat G. Poncius, de Arenis, stans in dicto castro de Columbariis, quod officiales curiæ Biterris domini regis, sine justa causa, occupaverunt quendam campum ejusdem G. Pontii, quem detinuerunt
F occupatum, et ejusdem campi redditus perceperunt per decem annos. Et postea G. Capucii, judex tunc, assignavit et tradidit dictum campum G. de Viridiario, qui habet in uxorem neptem G. Capucii, pro vi libris melgoriensium, quas ipse G. de Viridiario exigebat a curia regis nomine dotis matris suæ. Et est campus valoris D solidorum melgoriensium et amplius, et est in terminio de Monte Florencio. Quem campum et fructus perceptos a x annis citra
G petit sibi restitui. — Item significat quod ipse G. Poncius, cum petebat a Raimundo de Gigniaco super restitucione dicti campi sibi justiciam ex[h]iberi, idem Raimundus ostendebat se ferocem et austerum et minacem multum, dicens eidem G. Poncio quod non faceret ei justiciam. Ad sedandam austeritatem Raimundi de Gigniaco, subvicarii, dedit eidem Raimundo pro servicio x solidos melgoriensium, minando dictus Raimundus quod G. Poncius
H tenebat plura quæ aufferret ei, quia tenebat a domino rege.

58. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat Ermengardis Furneria, pauper mulier et vidua, quod Raimundus de Gigniaco, subvicarius, et G. Rogerii, baiulus de Columbariis, detinent contra justiciam, sine justa causa, quendam mansum in dicto castro et unum [h]ortum et duas pecias terræ in terminio dicti castri, *etc.* Fol. 20.

I 59. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat B. Raffini, de Columbariis, quod Raimundus de Gigniaco, subvicarius, cepit eundem B. et captum duxit de Columbario apud Biterrim, et in compedibus posuit et captum ibi tenuit, donec B. Raffini, vel aliquis pro eo, numeravit Raimundo de Gigniaco x solidos melgoriensium et P. Furnerio, suo nuncio, ii solidos et iiii^or denarios, dicens Raimundus de Gigniaco quod ceperat
J B. Raffini, quia de nocte intraverat quandam domum ad cognoscendam quandam mulierem, quod totum erat falsum, *etc.*

60. Vobis dominis inquisitoribus significat G. Barilla, de Cerviano[3], quod B. Capucii, auctoritate G., fratris sui, qui tunc erat judex curiæ Biterris domini regis, habuit et exegit, indebite et sine causa, ab ipso G. Barilla xx solidos melgoriensium, contra jus et sine cogni-
K cione causæ. Unde petit, *etc.*[4].

61. Petit Guiraudus de Sancto Martino, de Columbariis, quandam peciam terræ quam dominus rex tenet injuste, quæ est in terminio de Columbariis, *etc.*

[1] Cruzy, Hérault, c^on Saint-Chinian.
[2] Colombiers, Hérault, c^on Béziers.
[3] Servian, Hérault, arr. Béziers.
[4] *In cod. cancellata est hæc petitio.*

Fol. 20 v°. CASTRI DE TORVES [1]. A

62. Vobis dominis inquisitoribus significat P., qui fuit nutritus in domo mesellorum de Torves, quod Poncius Girberti habuit ab ipso et exegit indebite et sine causa L solidos melgoriensium, *etc.*

Fol. 21. CASTRI DE MARANCIANO [2].

63. Vobis dominis inquisitoribus domini regis significat domina Aiglina, uxor condam B Berg. Lobavi, et P. Lobavi, filius eorum, quod baillivi domini regis injuste et contra rationem abstulerunt eis medietatem jurisdictionis et justiciarum minorum castri de Maranciano et ejus territorii, et usaticum campi Gumbaudi, *etc.* — Item significant quod Bernardus Mabilii, olim vicarius pro domino rege, a parvo tempore citra, abstulit eis injuste medietatem usatici cujusdam campi qui est juxta ecclesiam Sancti Simphoriani [3], et medietatem C usatici alterius campi qui vocatur de Feudo in terminio de Maranciano, et accepit pro foriscapio sive laudimio prædictorum camporum, qui fuerunt venditi a parvo tempore citra, LX solidos melgoriensium, quos debuissent habuisse dicta domina Aiglina et P. Lobavus, filius ejus. Unde petunt omnia prædicta sibi restitui.

Fol. 21 v°. DE SANCTO PONCIO THOMERIARUM. D

64. Vobis dominis inquisitoribus, ex parte domini regis Franciæ ad partes istas destinatis, significat B. dictus Cappellanus, laicus, quod, cum ipse nuper haberet bestiarium, scilicet armentum vaccarum in pasturalibus domini regis Franciæ prædicti in terminio quod appellatur de Angulis [4], curia Biterris domini regis prædicti, existente tunc temporis in eadem curia senescallo domino Hugone de Arcisio et Bernardo Mabilio vicario et G. Capusio judice [5], et Arnaudo Catufa, foresterio dictorum pasturalium de Angulis, iidem officiales, ad instanciam et suggestionem prædicti Ar. Catufa et quorumdam aliorum inimicorum ipsius B. et æmulorum, ea occasione sumpta quod bestiarium esset infirmum, cum revera esset sanius et pulcrius quolibet bestiario existenti in dicto pasturali de Angulis, prædictum armentum vaccarum occuparunt et occupatum detinuerunt, quousque extorserunt ab ipso B., injuste et indebite, CL libras melgoriensium, de quibus habuit præfatus Hugo de Arcisio, vel alius nomine suo, centum decem et septem libras, et Bernardus Mabilius, tunc vicarius, L solidos melgoriensium, et Rotgerius de Vintrono [6] IIII libras et dimidiam, et dictus Arnaudus Catufa, foresterius, C solidos, et residuum fuit divisum et traditum aliis officialibus prædictæ curiæ. Quæ omnia paratus est probare dictus B. Cappellanus ad cognicionem vestram. Unde, cum ipse B. toto tempore vitæ suæ laboraverit et sudaverit in acquisitione prædictorum, et propter hoc sit deductus ad magnam egestatem et inopiam temporalium, supplicat vestræ legalitati quatinus, amore Dei et pietatis intuitu, dampna hujusmodi misericorditer sibi reddi atque restitui faciatis. Reddita XVII kalendas januarii, anno Domini M° CC° XLVII°.

Fol. 22. DE VILLA NOVA COMBUSTA [7]. H

65. Vobis dominis inquisitoribus domini regis significat G. Guerra, de Villa Nova, quod Raimundus de Gigniaco habuit ab ipso G. Guerra VII solidatas pi[s]cium, *etc.*

DOMUS HOSPITALIS DE CAMPANIOLIS [8].

66. Reverendis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat comendator domus Hospitalis Jerosolimitani quod, dum fratres dictæ domus comederent in re- I fectorio [9], scutifer Bernardi Mabilii, vicarii condam Biterris, venit ad portam dictæ domus, cui per portarium, de mandato fratrum, ultro fuit aperta, et post ingressum dicti scutiferi intravit dictam domum Bernardus Mabilii supradictus, quærens ubi erant fratres, et portarius respondit quod erant ad mensam qui comedebant; et tunc Bernardus Mabilii verbo multas minas et verba injuriosa intulit et dixit contra fratres, eo quia non descenderant et removerant se J a mensa, et ita recessit cum indignatione a dicta domo. Quo audito a fratribus, valde fue-

[1] Tourbes, Hérault, c[on] Pézenas.
[2] Maraussan, Hérault, c[on] Béziers.
[3] *Ecclesia castri de Maranciano sub invocatione sancti Symphoriani ædificata.*
[4] La Salvetat-d'Angles, Hérault, arr. Saint-Pons.
[5] *Id est circa annum 1244.*
[6] Vintron, Tarn, c[on] Mazamet.
[7] Villeneuve-lez-Béziers, Hérault, c[on] Béziers.
[8] Campagnolles, *prope* Cazouls, Hérault, c[on] Béziers.
[9] *Cod.* refrictorio.

A runt contristati, cum ignorarent ingressum dicti vicarii. Cujus gratiam non potuerunt habere, donec donaverunt ei ob metum unum multonem pinguem et XXX solidos melgoriensium, et alia vice unum bovem, quem recusavit recipere, loco cujus habuit meliorem bovem quem nuncii dicti vicarii, invitis fratribus, acceperunt. — Item, dum quidam frater domus prædictæ venderet in mercato Biterris quendam pullinum equinum, R. de Boscho accepit
B pro vicario prædicto dictum pullinum precio C solidorum melgoriensium, quem idem vicarius habuit et adhuc habet, quos C solidos non potuit recuperare dicta domus. Super quibus petit et supplicat prædicta omnia sibi reddi et restitui.

DE CERVIANO[1].

67. Vobis dominis significat B. Amati, de Cerviano, quod, tempore quo P. Bocherii erat
C castellanus de Cerviano pro domino rege, misit ipse P. nuncium ad domum suam ut mi[t]teret boves suos ad faciendum eidem P. unum jornale, et cum uxor sua diceret ipsi nuncio quod non erat ibi præsens maritus suus, dictus nuncius abstraxit de domo sua unam fleciatam, valentem VII solidos melgoriensium. Et his auditis, dictus B. fecit dicto castellano dictum jornale, et non recuperavit dictam fleciatam. Unde suplicat sibi dictam fleciatam reddi
D et restitui.
68. Vobis dominis inquisitoribus in partibus istis pro domino rege Franciæ significat Fol. 22 v°.
B. Guiraudi, de Cerviano, et Sibuida, uxor sua, quod dominus P. Senglar, quondam senescallus Carcassonæ et Biterris pro domino rege Franciæ[2], abstulit, per violenciam et contra juris ordinem, eidem Sibuidæ, tempore quo tenebat senescauciam, scilicet unum campum
E qui est in terminio de Cerviano, in decimaria Sancti Juliani, quem tenebat ad quartum a domino rege Franciæ, et unam vineam in eodem terminio de Cerviano. Quem honorem prædictum dedit et concessit in dotem dictæ Sibuidæ mater ipsius, quem honorem prædictum tenet injuste modo G. de Fontainas, baiulus castri de Cerviano. Unde, cum dominus teneatur deffendere et protegere viduas et orphanos, et dicta Sibuida esset tunc vidua et
F sine patre, petunt, inquam, et supplicant a vobis dominis inquisitoribus quod super hoc eisdem faciatis justiciæ complementum et prædictum honorem reddi et restitui.
69. Significat vobis dominis inquisitoribus P. Textor, de Cerviano, quod Baucelinus, quondam senescallus, cepit ipsum P. Textorem et misit eum in carcerem contra jus et sine causa, et tenuit ipsum captum, cum requireret ab eo jus et justiciam, per tres septi-
G manas, *etc.*
70. Vobis dominis inquisitoribus significat P. de Scillols, de Cerviano, quod Bernardus Mabilii, quondam vicarius sive præpositus, habuit injuste et exegit sine causa et sine aliqua cognicione IIII^or libras melgoriensium. Unde petit, *etc.*
71. Vobis dominis inquisitoribus significat Rainardus de Altiniaco quod Johannes de Fol. 23.
H Crispino, qui condam fuit castellanus castri de Cerviano, habuit et exegit indebite et sine causa ab ipso IIII^or libras melgoriensium. Unde petit, *etc.*
72. Vobis dominis inquisitoribus significat G. Barilla, de Cerviano, quod B. Capucii, auctoritate G., fratris sui, qui tunc erat judex curiæ Biterris domini regis, habuit et exegit indebite et sine causa ab ipso G. Barilla XX solidos melgoriensium contra jus, *etc.*
I 73. Domino regi Franciæ et ejus missis conqueror ego P. Baiella, diaconus, denuncians quod baillivi dicti domini regis abstulerunt et auferunt michi injuste hereditatem ex parte matris contingentem, in terminio castri de Cerviano et de Launacio[3] et infra castrum de Cerviano prædictum. Quam hereditatem paratus sum declarare, et eam possedi libere olim, sed ab octo annis citra est michi hereditas ipsa ablata. Prius autem vexationes sustinens a
J ballivis domini regis, pro mea vexatione redimenda dedi servicium senescallo et aliis, videlicet Baucelino senescallo L solidos, Johanni de Crespino, baiulo de Cerviano, XX solidos, Petro le Bochier, baiulo de Cerviano, X solidos, Rotberto, baiulo de Cerviano, XX solidos melgoriensium. G. autem de Fontainicis, baiulus de Cerviano, qui dictum honorem pro domino rege tenet, percepit ejusdem hereditatis fructus a tempore meæ expoliacionis citra.
K Unde peto, *etc.*
74. Vobis dominis inquisitoribus pro domino rege Franciæ significat Poncius de Mons, Fol. 23 v°.
juvenis, de Cerviano, quod B. Favari de Cerviano, tunc subbaiulus existens ejusdem castri, extorsit ab eodem Poncio quandam tunicam et decem jornals IIII^or animalium ad arandum terras suas et XL solidos melgoriensium contra Deum et justiciam, *etc.*
L 75. Vobis dominis inquisitoribus pro domino rege Franciæ significat Poncius de Mons, juvenis, de Cerviano, quod Johannes de Crespi, castellanus de Cerviano pro domino rege,

[1] Servian, Hérault, arr. Béziers. — [2] *Circa annum 1228.* — [3] *Forte* Lunas, Hérault, arr. Lodève.

extorsit ab eodem Poncio, contra Deum et justiciam, centum solidos et VI anseres et XII sestarios et eminam frumenti et IIII^or sestarios arraonis. Unde supplicat, *etc.* A

76. Vobis dominis inquisitoribus, magistro Petro et fratri Johanni, significant G. de Sancto Ægidio et Rostagnus, frater ejus, de Cerviano, quod dominus Johannes de Fricampis, condam senescallus Biterris et Carcassonæ pro domino rege, tempore quo erat senescallus[1], per vim et metum extorsit ab eisdem et habuit injuste L solidos melgoriensium. B Unde supplicant, *etc.*

Fol. 24. CASTRI DE MURO VETERI[2].

77. Vobis dominis inquisitoribus significant R. Berengarii et Ermengaudus, frater ejus, et Claria et Garsendis et Berengaria, sorores eorum, infantes condam R. Berengarii, militis, de Muro Veteri, supplicando, cum ipsi [sint] heredes bonorum dicti R. Berengarii de- C functi, quæ bona omnia dominus rex Franciæ habet et tenet et tenuit a morte citra matris condam ipsorum infantum, cum jam dictus R. Berengarius, pater eorum, esset bonus christianus et catholicus et fidelis dicto domino regi et suis baillivis, et toto tempore vitæ suæ fuit bonus homo et fidelis et erat tempore mortis suæ. Unde supplicant, *etc.*

78. Significat Deodatus Arleni, de Muro Veteri, quod olim, cum teneret quandam peciam D terræ ab Atrassaco milite ad duas taschas, et postmodum illas taschas acquisisset dictus Deodatus a dicto Atrassaco milite, consilio Sicardi, domini de Muro Veteri, a quo tenebat in feudum, et dictas taschas dictus Deodatus tenuisset per II annos, Adam et Johanninus, baiuli et servientes domini regis in castro prædicto, amparaverunt sibi dictas taschas, *etc.*

CASTRI DE MORESIO[3]. E

79. Vobis dominis inquisitoribus significat supplicando Berengarius de Moresio, miles, de Cassanihas et servientibus aliis Johannis de Planca, qui cum baiuliam de Caucio regeret, ejus servientes prædicti venerunt apud Pedenam[4], et inde quinque boves et unam asinam hominum suorum quos ibi habet ex dominio abduxerunt, *etc.*

Fol. 24 v°. Item eodem modo significat Berengarius de Moresio quod, cum, tempore guerræ, servien- F tes sui habuissent ab inimicis ecclesiæ et domini regis tres boves, et post guerram iidem servientes apud Sanctum Tiberium ducerent eos vendendos, supradicti Cassainhas et alii servientes Johannis de Planca abstulerunt dictos boves, *etc.*

Item eodem modo, de Martino, dicto nepote ipsius Johannis de Planca, qui post guerram venit apud castrum de Moresio et inde abduxit quinque porcos, quos idem Berengarius ce- G perat tempore guerræ et habuerat ab inimicis ecclesiæ et domini regis, et eos sibi reddere denegavit. Unde, *etc.*

80. Vobis dominis inquisitoribus significat nobilis mulier Ermengardis, domina castri de Vaillano[5], pro se et hominibus suis, de Johanne Furnerio, de Caucio, qui, de mandato Johannis de Planca, de dicto castro de Vaillano abduxit et asportavit duos boves et decem H capita inter oves et capras et duas flaciatas, quæ ab inimicis domini regis habuerant tempore guerræ, et ea reddere contradicit. — Item significat eadem domina, sicut dictum est, de Johanne de Condais et Martino, nepote Johannis de Planca, et Cassainhas, qui, pro eo quod defendebat pascua sua, extorserunt ab eis XV solidos melgoriensium. Unde, *etc.*

Fol. 25. CASTRI DE COLUMBARIIS[6]. I

81. Reverendis dominis, magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat universitas castri de Columbariis quod homines universaliter vel major pars castri prædicti fuerunt cum domino Ymberto de Bello Joco in obsidione castri de Brusca[7] et in exercitu donec dictum castrum fuit captum, quo capto et recepto a domino Ymberto prædicto [pro] domino rege, cives Biterrenses et homines Biterrenses a prædicta obsidione et exercitu J redierunt, et homines de Columbariis similiter cum eisdem. Et quia sine com[m]eatu et licencia P. Cenglaris, tunc senescalli, redierunt[8] ad castrum de Columbariis, hac sola occasione dictus senescallus C solidos melgoriensium a prædictis hominibus habuit et extorsit.

Item significat vobis prædictis dominis inquisitoribus quod G. de Ulmeio, condam senescallus Carcassonæ, vocavit universitatem et homines castri de Columbariis, præsente K baiulo, scilicet G. Rogerio, et dixit prædictis hominibus si interfuerant subversioni et dero-

[1] *Annis 1236-1239.*
[2] Murviel, Hérault, arr. Béziers.
[3] Mourèze, Hérault, c^on Clermont.
[4] Pezènes, Hérault, c^on Bédarieux.
[5] Vailhan, Hérault, c^on Roujan.
[6] Colombiers, Hérault, c^on Béziers.
[7] Brusque, Aveyron, c^on Camarès. *Vide supra, p.* 338.
[8] *Cod.* reddierunt.

A cacioni burgi de Carcassona[1], et ipsi homines responderunt quod non, quia super hoc non
habuerant nec receperant mandatum ab aliquo. Et tunc fuit interrogatus G. Rogerii, baiulus
domini regis, si præceperat eis quod irent demoliri et derrocare burgum Carcassonæ, et
quia non præceperat eisdem hominibus, cum super hoc dictus baiulus non habuisset man-
datum nec recepisset ab aliquo curiali vel officiali curiæ Biterris, dictus senescallus cepit et
B capi fecit dictum baiulum, et habuit et extorsit occasione prædicta injuste xxx libras melgo-
riensium ab hominibus dicti castri.

Item significant vobis prædictis dominis inquisitoribus quod Bernardus Mabilii, vicarius,
et Raimundus de Gigniaco, subvicarius condam Biterris, mandaverunt et præceperunt ho-
minibus castri de Columbariis quod exirent et incederent ad defensionem et tuitionem ac[2]
C custodiam pontis de Vidorle, quem contra regem Aragonum et inimicos domini regis
Franciæ faciebat* Hodardus[3], senescallus Bellicadri, custodiri. Et quando homines dicti Fol. 25 v°.
castri de Columbariis ibant cum armis et fuerunt in itinere ultra civitatem Biterris, Bernar-
dus Mabilii et Raimundus de Gigniaco fecerunt redire dictos homines, requirentes a dictis
hominibus x libras melgoriensium. Et cum homines dicti castri vellent pocius ire quam
D dare x libras, vicarius et subvicarius dixerunt eisdem hominibus quod, sive irent sive rema-
nerent, curia Biterris haberet ab eis xxx libras melgoriensium, de quibus homines prædicti,
coacti et inviti, solverunt Bernardo Mabilii et Astrugueto judæo x libras melgoriensium.

Item significat vobis dominis inquisitoribus prædictis, quod curia Biterris exegit talliam
domini regis ab hominibus castri de Columbariis, qui solverunt partem sive partes quæ eos
E contingebat, et remansit ad solvendum illa pars quam extranei homines qui extra castrum
morantur solvere tenebantur. Pro qua parte hominum extraneorum curiam Biterris pigno-
ravit et cepit boves dominici G. Ramundi et Pictavis et Martini Moscardi, quos retinuerunt
officiales donec redemerunt[4] dictos boves IIII^or libras melgoriensium, quas habuit Astru-
guetus judæus. Et postea curia habuit et percepit talliam extraneorum, et non permittebant
F custodire dictum bestiarium prædictis hominibus, et postea habuerunt pro custodia dicti
bestiarii XI solidos melgoriensium.

Item significat vobis prædictis dominis inquisitoribus quod G. Rogerii, baiulus domini
regis in castro de Columbariis, habebat bladum in garberiis in terminio de Columbariis, et
ignis combussit bladum, et, facta inquisitione diligenti, non fuit inventus aliquis culpabilis.
G Dictus G. Rogerii baiulus dixit hominibus dicti castri quod volebat recuperare ab ipsis bla-
dum suum quod amiserat, et clausit portalia dicti castri*, dicendo eisdem hominibus quod Fol. 26.
non exirent inde ipsi nec bestiarium suum, donec solvissent ei et tradidissent bladum suum
amissum. A quibus hominibus dicti castri idem G. Rogerii baiulus, coactis et invitis, habuit
et extorsit XLVIIII sestarios frumenti, et VIIII sestarios frumenti ab extraneis hominibus, de
H quo blado taliter extorto idem G. Rogerii denegavit solvere trezenam messoribus qui colle-
gerant[5] bladum amissum. Significans etiam quod, dum incipieba[n]t cremare et comburere
garbæ dicti bladi amissi, homines dicti castri universaliter exiverunt castrum et venerunt ad
loca seu locum ubi erat ignis accensus, volentes exti[n]guere et exting[u]entes ignem ne bla-
dum combureretur, de quo blado posset salvari medietas et amplius, nisi foret G. Rogerii
I qui prohibebat eis verbo ne extinguerent, dicentes eisdem : « Non curetis, non curetis, red-
deatis, quia non possetis eum extinguere. » Quod[6] bladum habuerunt et diviserunt inter se
Raimundus de Gigniaco et ipse G. Rogerii.

Item significat vobis dominis prædictis inquisitoribus quod Bernardus Mabilii et Rai-
mundus de Gigniaco habuerunt et extorserunt XL sestarios ordei a prædictis hominibus, eis
J nolentibus et invitis, et habuerunt ex alia parte L solidos melgoriensium ab ipsis hominibus,
XL Bernardus Mabilii, et X Raimundus de Gigniaco, eo quia, cum in obsidione castri Montis
Securi[7] tenerent xxx homines, unde erant valde gravati, fecerunt vicarius et subvicarius
prædicti redire xv homines, et xv remanserunt.

Item habuit Bernardus Mabilii XL solidos, quia Poncius Gaucerandi, illa die qua muta-
K bantur homines dicti castri in prædicta obsidione, recessit antequam homines dicti castri Fol. 26 v°.
venirent, et, illa die qua venerunt, recessit ab obsidione dictus Poncius Gaucerandi, quos
XL solidos habuit G. Rogerii.

Item significat vobis prædictis dominis inquisitoribus quod Raimundus de Gigniaco,
subvicarius, et G. Rogerii, baiulus castri, nolunt dare et cessaverunt dare, G. Rogerii per

[1] *Anno 1240.*
[2] *Cod.* ad.
[3] *Odardus de Villaribus, qui senescalliæ Bellicadri et Nemausi circa annos 1245-1247 præfuit* (Vaissète, t. VIII, col. 1235). *Rex Aragonum, de quo hic agitur, est Jacobus I. De custodia pontis Vidorlæ, vide supra, p. 369, et in priore querimoniarum parte, p. 343, 349 et 353, § 111, 136 et 153 bis.*
[4] *Cod.* redimerunt.
[5] *Cod.* colligerant.
[6] *Cod.* Quem.
[7] *Anno 1245.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

xv annos et Raimundus de Gigniaco per vi annos, nisi a triennio citra semel, ad talliam A
domini regis partem talliæ quæ eos contingit. Quorum baiuli et subvicarii partem talliæ
præstiterunt curiæ Biterris homines prædicti coacti et inviti, et debebat dare dictus G. Ro-
gerii singulis annis ad talliam prædictam xv solidos melgoriensium, et Raimundus de Gi-
gniaco singulis annis x solidos, et in anno præterito dictus G. Rogerii baiulus ultra talliam
habuit xx solidos pro tallia distringenda. B

Item significat quod, quandiu habuit et collegit bladum Bernardus Mabilii, vicarius,
extra territorium castri de Columbariis et Raimundus de Gigniaco de territorio dicti castri,
homines de Columbariis coacti et inviti compellebantur singulis annis in messibus defferre,
suis sumptibus et animalibus, bladum prædictorum vicarii et subvicarii usque ad domos
ipsorum apud Biterrim, et quando in aliquo resistebant, claudebantur portalia dicti castri, C
ita quod non exibat aliquis donec faciebant voluntatem eorum.

Item compellebantur prædicto modo defferre ligna, ita quod, quando non poterant ire ad
nemus propter pluvias vel malas vias, oportebat dictos homines aliquando excidere arbores
suas fructiferas, de quibus faciebant ligna, quæ prædictis officialibus defferebant apud
Biterrim. Qui officiales inter se dividebant. D

Item compellebantur defferre calcem apud Biterrim, aliquando in domo vicarii, aliquando
in domo senescalli, et faciebant moram in defferendo calcem eundo et reddeundo vi leucas
istius terræ et amplius, et hoc faciebant dicti homines diebus dominicis et festivis. Unde
Fol. 27. supplicant ne in posterum talia honera facere compellantur, cum de jure vel consuetudine
[non] facere teneantur, cum ipsi gratis et libenter exsolvant talliam domini regis et faciant E
ea eidem domino regi quæ facere debeant, significans dicta universitas quod castrum de
Columbariis pertinet ad dominum G. Raimundi, qui tenet ad feudum a domino rege
Franciæ dictum castrum, et in dicto castro habet tantum rex Franciæ certam talliam,
excercitum et majorem justiciam, cetera vero pertinent ad G. Raimundi, dominum dicti
castri. F

Item significant quod Johannes de Vindemias habuit et collegit de honore uxoris suæ
xi sestarios ordei, quod bladum G. Rogerii, baiulus de Columbariis, abstulit dicto Johanni,
et ex alia parte habuit ab ipso Johanne IIII^or solidos, hac occasione quia dicebat dictus baiu-
lus Bernardum Portali esse furem et habere partem in honore de quo fuerat illud bladum.
Quæ omnia, scilicet Bernardum Portalem esse furem et habere partem in prædicto honore, G
erat mendacium.

Super quibus omnibus petitionibus supradictis, universis et singulis, petit dicta univer-
sitas et supplicat sibi justiciam ex[h]iberi et restitucionem fieri.

82. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat R. Salviani,
de Columbariis, quod filius suus, dum erat ætatis x annorum, causa ludi excussit sanguinem H
cuidam alii puero et fuit ductus ad curiam Biterris coram judice, qui cognovit quod dictus
puer non erat puniendus, tum quia pupillus, tum et quia factum erat ludendo et non dolose.
Et cum recederet R. de Salviano[1] cum filio suo a curia de licencia judicis, occurrit ei Rai-
mundus de Gigniaco, subvicarius, dicens R. de Salviano quomodo exiebat de curia, et tunc
respondit quod curia liberaverat eum, et Raimundus de Gigniaco non dimisit eum abire, I
dicens quod xx solidi erant sibi promissi, quos volebat habere, de quibus solvit invitus et
coactus XIII solidos prædicto subvicario. Quos petit sibi reddi et restitui.

Fol. 27 v°. 83. Vobis dominis inquisitoribus significat B. Peitau, de Columbariis, quod, cum P. Ca-
talani condidisset testamentum et instituisset ipsum B. et Johannem Decimarium gadiatores
sive executores sui testamenti sive ultimæ voluntati[s], et dimisisset omnia bona quæ habe- J
bat dictus P. Catalani amore [Dei], et vellent distribuere prædicti gadiatores sive dare amore
Dei, prout testator dixerat, venit Ancellus, qui tunc erat vicarius Biterris, cepit de bonis
quæ tunc habebat dictus testator in pecunia numerata VIII libras melgoriensium et plus,
et hoc fecit contra voluntatem et prohibitionem dictorum gadiatorum. Unde petunt, *etc.*

Fol. 28. DE MANSO DE PINU[2]. K

84. Vobis dominis inquisitoribus significat P. Nielli, de Manso de Pinu, quod Arnaudus
de Graisso, de Viussano[3], commodaverat et miserat quandam ovem custodiendam in grege
P. Nielli, quam ovem de voluntate dicti Arnaudi, cujus erat ovis, vendidit pastori qui
custodiebat grege[m] ovium. Et quia vendidit dictam ovem, baiulus castri de Cecennone[4]
a[c]cusavit P. Nielli de furto, *etc.;* baiulus prædictus occupavit omnia bona dicti P., a quo L

[1] Sauvian, Hérault, c^on Béziers.
[2] Le Pin, Hérault, c^on Olargues, c^ne Vieussan.
[3] Vieussan, Hérault, c^on Olargues.
[4] Cessenon, Hérault, c^on Saint-Chinian.

A habuit et extorsit VIIII libras melgoriensium, et injuste, et G. Guiraudi, de Viussano, nuncius
dicti baiuli, habuit quendam vomerem sive reillam.

Item significat quod ipse habebat in suo grege quendam multonem suum claudum, quem
fecit occidi ad opus festi Omnium Sanctorum; et ante occisionem[1] dicti multoni[s] quædam
mulier castri de Viussano amiserat unum multonem, quem Jacobus, baiulus castri de Ce-
B cennone, et G. Guiraudi, nuncius ejus, diceba[n]t esse illum multonem quem occiderat
dictus P., et super hoc accusabant P. de furto, *etc.* Post hæc, G. Capusii, judex, vocavit ad se
dictum P., *etc.*

Item significant dictus P. Nielli et P. Fabrica quod ipsi ducebant porcos suos ad pascen-
dum in silva de Angles[2], et dum nox comprehenderet eos et plueret et caderet nix et esset
C malum tempus in nocte Omnium Sanctorum, venerunt cum porcis suis ad pallerium qui
dicitur de Fano et ibidem recollegerunt se usque dum fuit dies, et inde recesserunt sine Fol. 28 v°.
dampno quod ibi non dederunt. Et propter hoc, quia jacuerunt illa nocte in prædicto loco,
Guiraudus de Aureliaco, baiulus castri de Cecennone, habuit et extorsit a prædictis homi-
nibus XXV solidos melgoriensium, dicens quod prædicti homines destru[x]erant fenum quod
D erat in domo, quod fenum non excedebat summam duorum solidorum melgoriensium. Et
prædictis hominibus conquerentibus de prædicto Guiraudo, nunquam potuerunt coram
G. Capusii, judice curiæ Biterris, justiciam invenire, cum multociens idem judex inde
fuerit requisitus.

Item significant P. de Fabricis et G. Borderii, de Pinu, quod ipsi immiserunt et duxerunt
E ad pascendum[3] porcos suo[s] in terminio castri de Rocha Bru[4], in quo terminio homines
Mansi de Pinu, qui est domini regis, consueverunt retrohactis temporibus ab antiquo de-
pa[s]cere et i[m]mittere animalia sua sine contradictione cujusquam, et, annus est elapsus,
Carolus, baiulus dicti castri pro Albarico, baiulo castri de Cecennone, occupavit et cepit
porcos dictorum hominum sine prohibitione quam non fecerat eis de ingressu. Quos porcos
F idem baiulus noluit restituere, donec solverunt eidem baiulo et Albarico XV solidos, et
ultra habuit ab eis duos [h]œdos sive cabritos et duas gallinas, et uxor Albarici habuit
ab eis pro servicio unam libram ceræ.

Item significant Poncius Nielli et P. de Fabricis[5] quod ipsi sunt de juredictione domini
regis, et in guerra comitis Tholosæ[6] non fuerunt contra dominum regem, et juraverunt
G Rogerio Garino, baiulo castri de Cecennone, fidelitatem, post treugas factas inter dominum
regem et comitem Tholosæ. Post hæc, prædictis hominibus credentibus se fore securos et
non timentibus aliquos qui essent amici domini regis, venit G. Rotgerii, miles, de Felgariis[7],
cum hominibus de Cabrairola[8], et fecit insultum contra prædictos homines et res suas, et
dictus miles austulit prædictis hominibus inter oves et capras CLXXX, et, relictis hominibus
H supradictis, abduxit secum prædictum bestiarium. Quod noluit restituere eisdem, licet Fol. 29.
prædicti homines prædicta omnia comprobassent coram G. de Casulis[9] et Armando de
Bociacis[10], militibus, ad hoc inquirendum specialiter constitutis, *etc.*

CASTRI DE VINCIANO[11].

85. Vobis significat G. Ademari, de Vinciano, quod G. de Sancto Nazario[12], miles, socer
I suus, cujus ipse habet jura, quandam condaminam, quæ est in terminio de Monestrol,
G. P. de Carcassona, civi Biterrensi, notato de hæresi, pro quadam summa pecuniæ pignori
obligavit, ex cujus condaminæ fructibus est satisfactum plenarie in sorte. Quos fructus et
redditus dictæ condaminæ tam dictus creditor quam comes Montis Fortis et curia Biterris
domini regis habuerunt et perceperunt tamdiu quod ex fructibus est in sorte plenarie
J satisfactum et amplius. Unde petit et supplicat condaminam sibi restitui, cum dominus rex
consueverit in partibus istis pignora, quæ tenebat ad manum suam, restituere quando est
satisfactum in sorte.

Item significat quod dictus G. de Sancto Nazario, miles, habebat et percipiebat IIIIor ses-
tarios ordei censuales in quibusdam [h]ortis qui sunt in terminio de Corneliano[13]. Quos
K [h]ortos comes Montis Fortis accepit ad manum suam occasione quorumdam civium Biter-
rensium, quorum erant dicti orti, eo quia fuerunt interfecti dicti cives in strage seu destruc-

[1] *Cod.* occidionem.
[2] La Salvetat-d'Angles, Hérault, ch.-l. de canton.
[3] *Cod.* passendum.
[4] Roquebrun, Hérault, c^on Olargues.
[5] Fabrègues, au nord de Coujan, Hérault, c^ne et c^on Murviel.
[6] *Anno 1242.*
[7] Faugères, Hérault, c^on Bédarieux.
[8] Cabrerolles, Hérault, c^on Murviel.
[9] Cazouls-lès-Béziers, Hérault, c^on Béziers.
[10] Boussagues, Hérault, c^on Bédarieux.
[11] Vieussan, Hérault, c^on Olargues.
[12] Saint-Nazaire-de-Ladarez, Hérault, c^on-Murviel.
[13] Corneilhan, Hérault, c^on Béziers.

tione Biterris[1]. Quod ordeum sive bladum heredes dicti militis perceperunt in prædictis A locis, donec a modico tempore citra curia Biterris desasivit dictos heredes de usatico prædicto, sine justa causa racionabili. Quod usaticum IIIIor sestariorum ordei petit et supplicat sibi reddi atque restitui.

Fol. 29 v°. Item significat quod G. Guinardi tenebat a dicto G. Ademar quoddam estare in castro de Vinciano ad acapitum, in quo estari habebat et percipiebat singulis annis VIII denarios cen- B suales, quod estare curia Biterris domini regis accepit ad manum suam occasione hæresis, et non vult solvere dictum usaticum militi memorato. Quod usaticum amisit per VII annos et amplius. Unde, cum alter pro iniquitate alterius non debeat ag[g]ravari, petit sibi dictum usaticum restitui atque reddi.

VILLÆ MAGNÆ[2]. C

86. Vobis significat P. Riparia, de Villa Magna, quod Bernardus Mabilii, tunc vicarius Biterris, et officiales curiæ domini regis ceperunt eundem P., dicentes ipsum esse hæreticum, et captum detinuerunt apud Biterrim per annum, donec frater Ferrarius, inquisitor in partibus istis contra hæreticos[3], facta diligenti inquisitione contra dictum P. Riparia, liberavit eundem. Et, eodem P. Riparia existente in capcione, Bernardus Mabilii, vicarius, D habuit et extorsit contra justiciam de bonis et rebus ejusdem P. valens C libras melgoriensium, et amplius C solidos melgoriensium, et unum ciphum argenteum ex dono, et alium ciphum argenteum per violenciam, et unum ex dictis ciphis uxor dicti P. recuperavit, pro quo numeravit LX solidos melgoriensium dicto vicario[4]. Item habuerunt carcerarii CCC solidos. Item habuit dictus vicarius X sestarios avenæ, quæ valebat quolibet sestario II solidos E et VIII denarios. Item habuit dictus vicarius, et extraxit de rebus a domo in qua stabat, menam quæ bene valebat XII solidos melgoriensium. Item habuit Raimundus de Gigniaco, tunc subvicarius, et extorsit per violenciam XIII capras, quas dictus P. Riparia habebat apud castrum de Laurencs[5]. Item, postquam evasit a capcione curiæ, accessit ad fratrem Ferrarium, significans ei quod Bernardus Mabilii extorserat ab eo et de bonis suis occupaverat F pecuniam supradictam; quo audito, mandavit per litteras suas dicto vicario quod pecuniam supradictam restitueret dicto P. Quibus litteris receptis respondit dictus vicarius quod, pro IIIIor fratribus talibus sicut erat frater Ferrarius, non restitueret[6] dictam pecuniam, quia non poterat. Unde petit super prædictis justiciam sibi exhiberi.

Fol. 30 v°. DE OLARGIO[7]. G

87. Vobis dominis significat Garlanda, mulier vidua et pauper, de Olargio, quod Jacobus Ministralis, castellanus de Cecennone, accepit et occupavit omnia bona sua per vim et injuste, et postea dicta mulier redemit dicta bona sua X solidos melgoriensium. Et postea Albaricus, baiulus castri prædicti pro domino rege, accepit et occupavit ipsa bona et XX sestarios vini ex una parte in uno anno, et in vindemiis proxime transactis[8] totam vindemiam H quam æxtimat XX sestarios vini, et redemit honorem et esplecham domus suæ XX solidos, quæ omnia habuit prædictus Albaricus baiulus. Item dictus Albaricus occupavit ei omnia bona prædicta et adhuc tenet occupata. Quam pecuniam et vinum petit et supplicat sibi reddi et restitui, et prædicta bona sibi disbandiri.

Fol. 31. CASTRI DE SPONDELIANO[9]. I

88. Vobis dominis significat G. Boverius, de Spondeliano, quod, cum quadam die quidam filius ipsius duas equas quorumdam hominum de Cerviano invenisset in blado avunculi sui et aviæ comedentes, ejecit[10] eas inde, et pro banno et tala accepit quandam capam, palam et aperte, quam una[11] prædictarum equarum super dorsum portabat. Et postea, cum fuit ad castrum de Spondeliano[12] supradictum, tradidit eam bannerio, prout est et diu J constitutum. Et post hæc venit quædam mulier, cujus dicebatur esse dicta capa, et peciit eam a prædicto filio sibi restitui et reddi, offerendo sibi IIIIor denarios pro banno; qui filius respondit quod sibi libenter redderet dictam capam, nullo denario mediante, et nichilo-

[1] *Anno 1209.*
[2] Villemagne, Hérault, con Saint-Gervais.
[3] *Annis 1237-1243 vel circiter.*
[4] *Cod.* vicarius.
[5] Laurens, Hérault, con Murviel.
[6] *Cod.* restituerat.
[7] Olargues, Hérault, arr. Saint-Pons.
[8] *Cod.* transhactis.
[9] Espondeilhan, Hérault, con Servian.
[10] *Cod.* egessit.
[11] *Cod.* unam.
[12] *Cod.* Spondelianum.

A minus dicta mulier duos tholosanos projecit[1] in terra et recessit. Et postea dictus filius,
de mandato quorumdam, levavit dictos denarios de terra, et unum bannerio tradidit pro
banno statim de prædictis duobus. Et propter prædicta G. de Fontainas, baiulus de Cerviano
pro domino rege, prædictum filium accusavit, et ab ipso et patre suo prædicto G. Boverio
injuste XXX solidos habuit et numerando recepit, vel alius pro ipso. Unde petit dictos
B XXX solidos, tanquam injuste exactos, sibi restitui atque reddi faciatis.

CASTRI DE VOUTA[2].

Fol. 31 v°.

89. Vobis dominis significat R. Berengarii, de Vouta, quod curia Biterris exigebat foga-
gium in castro de Olargio[3], et a B. Ramundi, milite dicti castri, voluit habere LX solidos
melgoriensium pro fogagio, pro qua summa pecuniæ Albaricus, baiulus castri de Cecennone[4],
C pignoravit R. Berengarii prædictum et quosdam alios castri de la Vouta, adducendo secum
capras et vacas et aliud bestiarium, quod bestiarium prædictum noluit restituere donec
dictus R. Berengarii et quidam alii castri de Vouta numeraverunt et solverunt Albarico
prædicto IIIIor libras melgoriensium pro pignoracione quam fecerat de prædictis animalibus,
ultra fogagium LX solidorum prædictorum, quos curia Biterris habuit et recepit a B. Rai-
D mundo prædicto et a suis. Unde petit sibi justiciam exhiberi.

DE CLARO MONTE[5].

Fol. 32.

90. Vobis dominis significat R. Catalani, de Claro Monte, quod Raimundus de Gigniaco,
qui tunc erat subvicarius curiæ Biterris domini regis, cepit et injuste sine causa habere vo-
luit ab ipso R. Catalani VIII cartalia et dimidium olei, *etc.*

E

DE SANCTO GERVASIO[6].

Fol. 33.

91. Viris reverendis, magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significant B. et
Bonetus de Ponte, fratres, quod, tempore guerræ domini regis et comitis Tholosæ[7], venit
Bernardus Mabilius, tunc vicarius, ad villam Sancti Gervasii, cujus villæ homines non
fuerunt in guerra contra dominum regem, et vicarius prædictus fecit præconizari in prædicta
F villa, sub pœna corporis et bonorum suorum, quod quicunque esset debitor vel in aliquo
obligatus hominibus de terra comitis Tholosæ, quod veniret et præsentaret se coram dicto
vicario et eidem debitum revelaret. Et tunc prædicti fratres debebant B. Casæ, de Brusca[8],
C solidos melgoriensium pro quadam emptione redditum et fructuum cujusdam prati et
duarum vinearum, quos redditus emerant dicti fratres a prædicto B. diu ante quam dicta
G guerra esset incepta, ad V annos et quinque redditus, quos C solidos dicti fratres inviti et
coacti[9], post treugam et pacem factam inter dominum regem et comitem Tholosæ, nume-
raverunt Bernardo Mabilii, vicario, vel alii pro eo, post quam solutionem oportuit dictos
fratres prædictos C solidos iterum solvere venditori. Item, eadem ratione qua supradictum
est habuit, et extorsit Bernardus Mabilius, vicarius, a prædictis fratribus XX solidos melgo-
H riensium quos debebant Taillaferro de Murassono[10], cui dicti fratres postea dictum debitum
exsolverunt. Item habuit dictus vicarius a dictis fratribus unum corium boquinum et empei-
nas sive sotulares coriorum vitulorum, quæ valebant XVI solidos melgoriensium et amplius,
quas res oportuit dictos fratres reddere illis hominibus a quibus habuerant, qui tradide- Fol. 33 v°.
rant dicta coria aptanda fratribus supradictis. Quam totam pecuniam petunt et supplicant
I sibi reddi atque restitui.

92. Significat vobis dominis inquisitoribus Guiraudus Rasor, de Sancto Gervasio, quod,
eo modo et præmissa ratione qua supra in proxima scriptura dictum est, Bernardus Mabilii,
vicarius, et B. Ermengaudi, baiulus, habuerunt et extorserunt a prædicto Guiraudo L soli-
dos melgoriensium, quos debebat Taillaferro de Murassono nomine capitalis, *etc.*

J 93. Item S. Graverii significat quod dictus vicarius, eodem modo et præmissis occasio-
nibus, habuit ab eodem S. et uxore sua XXX solidos melgoriensium, quos debebat Petro
Novello, de Brusca, cui idem S. postea reddidit et exsolvit. Quam totam pecuniam Guirau-
dus Rasor et S. Graverii petunt et supplicant sibi reddi et restitui.

94. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus, significat P. de Ramis, Fol. 34.

---

[1] *Cod.* progessit.
[2] La Voulte, Hérault, con Olargues, cne Mons.
[3] Olargues, Hérault, arr. Saint-Pons.
[4] Cessenon, Hérault, con Saint-Chinian.
[5] Clermont, Hérault, arr. Lodève.
[6] Saint-Gervais, Hérault, arr. Béziers.
[7] *Anno 1242.*
[8] Brusque, Aveyron, con Camarès.
[9] *Cod.* cohacti.
[10] Murasson, Aveyron, con Belmont.

de Sancto Gervasio, quod G. Capucii, judex, et Bernardus Mabilii, vicarius, et Raimundus A de Gigniaco, subvicarius, officiales condam curiæ domini regis, bandiverunt et occupaverunt bona quæ dictus P. habebat in civitate Biterris, contra justiciam. Quæ bona dicti officiales tenuerunt bandita et occupata, nec voluerunt ea reddere, donec idem P. de Ramis numeravit, vel aliquis pro eo, XLV libras et X solidos melgoriensium et quinque modios et XI sestarios inter frumentum et arraonem. De quibus omnibus prædictis, extortis inique B contra justiciam, sine justa causa rationabili, numeravit vel numerari fecit G. Capusii L solidos melgoriensium, et mandato prædicti G. et aliorum officialium habuit et percepit Astruguetus judæus XXIII libras melgoriensium, et residuum Bernardus Ermengaudi de Villa Magna, et bladum habuit J. de Planca. Unde petit, *etc.*

Fol. 34 v°. CASTRI DE CASULIS [1]. C

95. Significat P. de Camaregio, de Casulis, quod Berengarius de Maranciano cepit de domo ipsius P. et extraxit, auctoritate P. Ægidii, qui tunc temporis erat baiulus in castro de Casulis pro jamdicto domino rege, sine aliqua causa, quoddam vas vinarium tenens [2] XXVIII sestarios vini et duos lectos fusteos, quod vas et lecti valebant X et VIIII solidos melgoriensium. Unde petit, *etc.* D

Fol. 35. CASTRI DE BOCIACIS [3].

96. Vobis significat Deodatus, dominus castri de Bociacis, [pro se] et probis hominibus dicti castri, quod, dum dictus Deodatus de Bociacis esset in curia domini regis, Hodo Coccus, senescallus condam Carcassonæ [4], et officiales curiæ Biterris mandaverunt probis hominibus castri de Bociacis quod venirent et comparerent coram eis apud Biterrim, ad cujus E senescalli et officialium mandatum XVII probi homines dicti castri ad civitatem Biterris accedentes [5], præsentantes se coram dicto senescallo et officialibus, dicti officiales ceperunt prædictos probos homines, et in compedibus ferreis posuerunt, et in curia Biterris captos detinuerunt per VII septimanas et amplius, imponentes et ac[c]usantes prædictos homines, falso, de morte G. Pascalis, de Villa Magna, mortem cujus fecerant Bernardonus, Deodatus F Roco et Bermundus de Bizenzono, ut dicebatur, prædictis hominibus ignorantibus et absentibus, quos tres [h]omicidas, ut curia asserebat, in exilium perpetuum condempnavit, extorquentes injuste a prædictis probis hominibus dictus senescallus et ejus officiales, sine causæ cognitione et audiencia, cum parati essent stare juri coram dicto senescallo, sex milia solidorum melgoriensium, et M solidos quos dederunt et solverunt consiliariis dicti G senescalli, expendentes XXV libras melgoriensium et amplius in missionibus et expensis quas fecerunt dum erant capti in curia domini regis. A quibus probis hominibus custodia carceris et ipse carcerarius VI libras melgoriensium habuit et extorsit, et de captione in qua erant detenti non potuerunt exire donec cautum et satisfactum fuit eidem senescallo per bonos fidejussores in pecunia superius memorata. Unde supplicant, *etc.* H

Fol. 35 v°. 97. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus datis ab illustrissimo domino rege Franciæ, supplicando significat domina Jacina, filia condam nobilis viri P. de Mesoa [6], quod dominus rex Franciæ assignavit prædicto patri suo sive dedit in assisam LXXX libras melgoriensium, in quistis castrorum de Nefiano et de Rojano et de Alignano et de Margono [7] annuatim percipiendas, et cum ipsa sit heres dicti patris sui, et post mortem I ejusdem patris sui perceperit dictam assisam seu partem dictæ assisæ, et fuerit spoliata per senescallum Biterris domini regis et a saizina seu possessione expulsa sine causa racionabili, petit et supplicat quatinus, si placet, faciatis prædicta sibi restitui, præsertim cum ipsa sit persona miserabilis et non habeat unde sibi provideat, cum maxima laboret egestate, et dominus rex teneat terram patris quondam ipsius Jacinæ. J

Fol. 36. 98. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus datis ab illustrissimo domino rege Franciæ, Deodatus, dominus castri de Bociacis, supplicando significat quod, cum ipse pacifice et quiete et sine contradictione alicujus personæ possideret et teneret et esset in saizina et possessione castri de Nebiano [8], et nobilis vir A[imericus], quondam dominus de Claro Monte [9], tempore quo recuperavit terram suam a Berengario Guillelmo, filio K condam suo, mandato domini regis Franciæ, dictus nobilis vir A. de Claro Monte reddidit

[1] Cazouls, Hérault, c°n Béziers.
[2] *Cod.* tenentem.
[3] Boussagues, Hérault, c°n Bédarieux.
[4] *Anno circiter 1231.*
[5] *Cod.* accendentes.
[6] Mèze, Hérault, arr. Montpellier.
[7] Neffiès, Hérault, c°n Roujan. — Roujan, arr. Béziers. — Alignan-du-Vent, c°n Servian. — Margon, c°n Roujan.
[8] Nébian, Hérault, c°n Clermont.
[9] *Quem anno 1242 excommunicatum denunciavit, ut comitis Tholosani partibus faventem, Petrus Amelii, archiepiscopus Narbonensis* (Vaissète, t. VIII, col. 1091).

A et tradidit seu tradi fecit a Berengario Guillelmo possessionem dicti castri de Nebiano et ipsum castrum eidem Deodato, cujus castri saizinam et possessionem et etiam dictum castrum, cum omnibus suis juribus et pertinenciis, tenuit et possedit dictus Deodatus, volente et paciente domino A., nobili viro de Claro Monte. Unde, cum G. de Ulmeio, senescalcus quondam Biterris et Carcassonæ[1], et P., frater dicti senescalci, ejecerint dictum Deodatum
B de Bociacis sive fecerint ipsum ejici[2] a possessione seu saizina dicti castri, injuste et sine causæ cognicione, a Johanne de Bolo et Nichola[o], baillivis castri de Pedenacio, petit et supplicat quatinus, si placet, ipsi reddatis et reddi faciatis dictum castrum sive saizinam et possessionem dicti castri, cum fructibus inde perceptis, cum ipse, restitucione sibi facta dicti castri, sit paratus stare juri coram domino rege Franciæ et ejus curia cuilibet de ipso
C Deodato conquerenti vel petenti aliquid in dicto castro, et super eodem castro parere juri in curia domini regis supradicta. Item petit supplicando quatinus, si placet, faciatis sibi restitui taschas de la Blaqueira, de quibus dissaizivit ipsum sine racionabili causa Johannes de Fricampis, tunc senescallus Biterris[3], vel alius pro ipso, quas taschas curia Biterris domini regis tenet ad manum suam.

D CASTRI DE VEIRANO[4]. Fol. 36 v°.

99. Significat vobis, dominis inquisitoribus pro illustrissimo domino rege Francorum Gaillart de Caprairola[5] quod Guillelmus de Ulmeio, qui fuit condam senescallus Carcassonæ, habuit et exegit, indebite et sine causa, a militibus de Veirano, exceptatis i[n]de B. Petro, Berengario de Brolio, B. de Castlari, B. de Castaneto et Sicardo de Euseria, quin-
E gentos solidos melgoriensium. Et cum semper fuissent cum dicto domino rege milites dicti castri, ideo petit dictus Gaillart, nomine suo et aliorum militum, prædictos D solidos sibi reddi et restitui, cum sine causa, prout supra dictum est, dictos D solidos habuerit prædictus Guillelmus de Ulmeio.

CASTRI DE SANCTO GENESIO[6]. Fol. 37.

F 100. Vobis dominis inquisitoribus domini regis Franciæ denunciat Sicardus de Auseria[7], pro se et uxore sua Sibilda, filia condam S. de Aviacio[8], quod dictus S. de Aviacio obligavit pignori tres campos in terminio Sancti Genesii de Fonta Seicha, Biterrensis diocesis, quibusdam hominibus de Biterri, qui postea de crimine hæresis culpabiles reperti fuerunt, et propter culpam dictorum hominum de Biterri dominus rex dictos ca[m]pos occupavit,
G seu senescallus Biterris nomine suo, dicens dictus senescallus quod jus dictorum hominum ad dominum regem spectat, quia de hæresi erant notati, et ideo sicut creditor pignoraticius debebat dictus dominus rex dictos campos tenere, donec de debito sibi esset plenarie satisfactum. Verumtamen præfatus dominus rex dictos campos dedit domino P. de Insula cum aliis bonis quæ sibi assignavit pro sua seyza, qui dictus dominus P. non vult eidem Sicardo
H et uxori suæ venire de fructibus ad computum, licet de ipsis fructibus sit[9] in sortem sibi et illis a quibus causam habuit plenarie satisfactum, nec in curia domini regis coram senescallo vel in curia episcopi juri vult parere. Unde supplicat vobis dictus Sicardus quatinus dictum dominum P. de Insula compellatis vel a senescallo compelli faciatis, ut sibi et uxori suæ de fructibus dictorum camporum racionem reddat, et ipsos fructus in sortem debiti
I computet, et si apparuerit quod fructus prædicti sortem excedant, quod, ipsis contentus, sibi dictos campos restituat; sin autem ad solutionem totius sortis dicti fructus non sufficiant, paratus est dictus Sicardus, pro se et uxore sua, in eo quod deerit ad solvendum.

CASTRI DE PODOLIS[10]. Fol. 37 v°.

101. Vobis dominis inquisitoribus viris discretis supplicando significat Guiraudus de Po-
J dolis, miles et fidelis domini regis, [quod], tempore guerræ proximo præteritæ inter dictum dominum regem et comitem Tholosanum[11], fuit captus ab inimicis domini regis tunc et detentus, ita quod oportuit seipsum redimi in magna et maxima pecuniæ quantitate, quapropter fuit ultra modum dampnificatus. Et cum dominus Imbertus de Bello Joco in partibus istis venisset pro domino rege in succursum, et terram recuperasset pro domino rege quasi
K totam, accessit dictus Guiraudus cum quibusdam amicis suis ad dictum dominum Imber-

[1] *Annis 1240-1242.*
[2] *Cod.* ejeci.
[3] *Annis 1236-1239.*
[4] Veyran, Hérault, c°n Murviel, c°e Causses-et-Veyran.
[5] Cabrerolles, Hérault, c°n Murviel.
[6] Saint-Geniès-le-Bas, Hérault, c°n Murviel.
[7] Lauzière, Hérault, c°n Lunas, c°e Octon.
[8] Vias, Hérault, c°n Agde.
[9] *Cod.* si.
[10] Pouzolles, Hérault, c°n Roujan.
[11] *Anno 1242.*

tum, sibi humiliter supplicando quod de captis inimicis domini regis aliquem sibi daret ad A rede[m]pcionem suam alleviandam. Qui, prædictis precibus justis exauditis, mandavit G. de Ulmeus, militi et tunc senescallo Carcassonæ et Biterris, ut Imbertum, dominum de Podio Salicone[1], quem captum tenebat pro dicta guerra et juste, dicto Guiraudo traderet atque daret. Qui senescallus prædicta facere quamvis promisisset[2], injuste facere recusavit, donec dictus Guiraudus, vel alius pro eo, injuste dicto senescallo et Astrugueto judæo pro ipso B cc solidos tradidisset, quos dictus Astruguetus habuit et recepit pro dicto senescallo, prout dictus judæus affirmabat tunc et dicebat. Et de redempcione[3] dicti Imberti, tunc capti et traditi, dictus Guiraudus nichil habuit seu recepit, quia comes Tholosanus eum recuperavit pro pace facta inter ipsum et dominum regem. Unde petit prædictos cc solidos melgoriensium, tanquam injuste ab ipso Guiraudo exactos, sibi restitui atque reddi. C

Fol. 38 v°.

CASTRI DE CORNELIANO[4].

102. Vobis dominis inquisitoribus significat G. Atho, de Corneliano, clericus Sancti Nazarii Biterris, quod, tempore quo dominus rex recuperavit dictum castrum de Corneliano, post guerram proxime transactam quam movit vicecomes condam Biterris[5] contra dominum regem, habuit et asportavit Bernardus Mabilii, tunc vicarius domini regis, nomine ipsius D domini regis, de domo condam patris sui, et modo est ipsius et fratris sui Alquerii, III modios et IIII^or sestarios frumenti, et XXIIII^or sestarios arraonis, et circa XXX sestarios ordei, et ex alia parte circa XVIII sestarios inter frumentum et siliginem, et circa VIIII modios vini; item LVI oves, in quarum[6] numero erant circa X capræ; item VII porcos unius anni, et quædam sus sive trueia cum VII porcellis; item quoddam coquilipendium sive palaissengle ferreum, E valens XX solidos; item II vasa vinaria, quorum unum erat unius modii, et aliud XXIIII^or sestariorum; item unam culcitram et unam flaciatam et unam mensam rotundam. De quibus omnibus supradictis quarta pars spectabat ad ipsum jure suo. Unde supplicat[7] quod prædicta quarta pars omnium prædictorum sibi reddatur et restituatur[8], cum ipsam habuit dominus rex, vel sui, contra Deum et justiciam. Item habebat dictus G. Atho circa XXXVI sestarios bladi F et II modios vini puri in dicto castro, ratione emptionis redditUum ecclesiæ Sancti Saturnini de Corneliano, quæ omnia spectabant ad ipsum ex integro. Unde supplicat, *etc.*

Fol. 39.

DE VALRANIS[9], DE BASTIDA S[TEPHANI] DE CERVIANO.

103. Vobis dominis inquisitoribus, magistro Petro et fratri Johanni, significant S. Mairona et B. Febroarii, de Valranis, quod, quadam die, mane, P., filius P. Nigri baiuli, et Poncius G Bordi, sororius dicti P. Nigri, invenerunt boves in curte dicti baiuli, ex quibus erat mortuus unus morte naturali, et alius semivivus, quem Guiraudus Niger, filius dicti baiuli, mandato patris sui, interfecit, et alium bovem qui erat mortuus Poncius Bordi verberavit et bacellavit cum baculo quasi esset mortuus dictus bos verberibus. Et tunc Poncius Bordi dixit P. Nigri baiulo: « Modo potestis vos vendicare de S. Mairona et B. Febroarii, inimicis vestris. » Post hæc dictus baiulus denunciavit G. Capucii, judici et tunc vicario, quod boves H sui de nocte in curte sua fuerant interfecti, ob quam denunciacionem per dictum judicem S. Mairona et B. Febroarii fuerunt capti et missi in compedibus, contra quos fuit facta inquisitio, et nichil fuit probatum adversus eos. Qui steterunt capti in turre, donec, mandato G. Capucii judicis, S. solvit VII libras Astrugueto, et LX solidos castellano, et B. Febroarius I L solidos castellano, et Germano, custodi, XXIIII solidos melgoriensium. Et Raimundus de Ginacho, subvicarius, non permisit quod exirent de grellonibus ferreis, donec voluit habere a prædictis captis VIII gallinas, pro quibus dandis et solvendis mandato prædictorum captorum obligavit se G. de Fontainicis, castellanus Cerviani, dicto subvicario, cui castellano prædicti capti VIII gallinas postea solverunt. Quam totam pecuniam et gallinas petunt J et supplicant sibi reddi.

Item denunciat et significat quod cuidam asino S. Mairona fuit abstracta lingua[10] et abscisa, et G. de Fontanicis, castellanus de Cerviano, fecit inquisitionem, et fuit captus
Fol. 39 v°. per dictum castellanum P. Saurina, de quo habebatur suspicio, et dum quadam die esset S. Mairona in præsentia dicti castellani et peteret asinum et dampnum sibi restitui, in præ- K

[1] Puissalicon, Hérault, c^on Servian.
[2] *Cod.* facere quamvis facere promisisset.
[3] *Cod.* redepcione.
[4] Corneilhan, Hérault, c^on Béziers.
[5] *Trencavellus, qui anno 1242 senescalliam Carcassonæ ingressus erat.*
[6] *Cod.* quorum.
[7] *Pro* supplicat, *cod.* si placet.
[8] *Cod.* reddantur et restituantur.
[9] Valros, Hérault, c^on Servian. *Ibi bastidam, sive novum castellum, Stephanus de Cerviano, miles, circa annum 1199 construxerat* (Vaissète, Histoire de Languedoc, t. VIII, col. 453).
[10] *Cod.* linga.

A sentia P. Saurina capti, dixit castellanus quod, si asinus moreretur, ipse de bonis P. Saurina redderet precium et dampnum quod inde fecerat. Et quia asinus evasit, et expendit in victualibus asini VIII sestaria ordei et duo furfuris, antequam aliquod co[m]modum ex dicto asino consequeretur, petit et supplicat bladum et dampnum sibi restitui.

CASTRI DE PODIO SALICONE[1]. Fol. 40.

B 104. Vobis dominis significat G. Peregrini, de Podio Salicone, quod, coactus[2] et invitus et missus in carcere, dedit Gauterio, condam baiulo de Caucio, XL solidos melgoriensium et unam libram ceræ, quæ petit supplicando sibi restitui.

DE LIGNANO[3].

105. Significat vobis dominis inquisitoribus B. Ranardus, de Lignano, et Raimonda C Boveria[4], quod, eo tempore quo castrum de Corneliano[5] fideliter se habebat, cum domino rege Franciæ scilicet, B. et Raimunda prædicti deposuerunt in domo Rainardi, militis, de Corneliano, VIII sextarios arraonis, et duo sextaria et etiam eminam frumenti, et unam etiam eminam fabarum cumulam, et tres sacos valentes sex solidos, et unum coxinum plenum de pluma, et duos ligones valentes III solidos. Unde, cum dominus rex Franciæ et sui recupe-D ras[s]ent castrum de Corneliano, Bernardus Mabeli, tunc vicarius, occupavit prædictam domum et omnia quæ erant infra domum prædicti militis, nichil volens de supra scriptis restituere dicto B. Rainardi et dictæ Raimundæ Boveriæ, cum omnia supra scripta fuissent infra domum inventa supradicti militis. Unde, cum dictus B. et Raimonda fideliter semper se habuissent cum ecclesia et domino rege Franciæ in castro de Lignano, petunt eisdem re-E stitui a Bernardo Mabelii omnia supradicta, maxime cum eo tempore aliqua minuta dictus Bernardus Mabelii eisdem restituisset.

DE ROCABRUNO[6]. Fol. 40 v°.

106. Significat vobis dominis inquisitoribus ex parte domini regis Francorum Arnaldus Monenerii, de Rocabruno, quod Geraldus de Aureliaco, dum erat baiulus de Sessono[7], F abstulit ei quandam domum injuste, quæ dicta domus est in castro de Rocabruno. Unde petit sibi justiciam exhiberi.

ALESTENSIUM QUERIMONIÆ.

ANNO 1247.

MONITUM.

Querimonias in Alestensi vicaria Petro de Castra et fratri Johanni de Templo, regiis inquisitoribus, anno 1247 porrectas, in uno rotulo non unus, sed plures quidem notarii transcripserunt. Hunc in Archivo Parisiensi, capsa J. 320, n. 57, præsto habes, octo membranis compactum, quæ in unam consutæ metris quatuor centimetrisque sexaginta in longum protenduntur.

[1] Puissalicon, Hérault, c[on] Servian.
[2] *Cod.* cohactus.
[3] Lignan, Hérault, c[on] Béziers.
[4] *Cod.* Rarmonda Boveveria.
[5] Corneilhan, Hérault, c[on] Béziers.
[6] Roquebrun, Hérault, c[on] Olargues.
[7] *Corr.* Sessenone. — Cessenon, Hérault, c[on] Saint-Chinian.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Hoc documentum, curante Augusto Molinier, anno 1879, partim editum est in opere cui titulus *Histoire générale de Languedoc*, noviss. edit., t. VII, parte II, col. 156-174. Notam quæ petitionibus sive querimoniis præfixa est anno 1875 vulgavit J. de Laborde (*Layettes du Trésor des chartes*, III, 18, n° 3623).

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense novembris, post- A
quam domini magister Petrus de Castra, canonicus Carnotensis, [et] frater Johannes de
Templo, de ordine Vallis Scolarium, venerunt ad villam de Alesto, ad mandatum illustris
et pii domini regis Franciæ exequendum, præcipientes et injungentes Raimundo de Roveria[1],
presbytero et rectori ecclesiæ de Pinu[2], ut idem Raimundus, ex parte ipsorum dominorum
et nomine, reciperet et in scriptis redigi procuraret omnes et singulas querimonias et que- B
relas conquerentium hominum de villa Alesti et de tota vicaria seu baiulia ejusdem villæ
necnon et de parrochiis eidem villæ adjacentibus[3], prout in litteris a dictis dominis præ-
fato Raimundo missis continetur, proponendas ab eisdem hominibus querelantibus tam
contra ipsum dominum regem quam contra senescallos, castellanos, viccarios, bailivos, præ-
positos, forestarios, executores vel officiales et eorum familias vel uxores, qui vel quæ sunt C
vel fuerunt toto tempore regni supradicti domini regis in dicta viccaria vel baiulia constituti
vel constitutæ, oblatæ ac redditæ fuerunt eidem Raimundo de Roveria, Johanni Esborderio
et Raimundo de Atuetz[4], notario, qui, mandato dictorum dominorum et ejusdem R. de
Roveria, infrascripta scripsit, petitiones et querimoniæ infrascriptæ.

1. Significant vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni supradictis consules Alesti, D
qui modo sunt in Alesto, pro se et universitate, quod Petrus Faber[5], tempore suæ senes-
calciæ, pro cavalcada ficticia habuit et extorsit per violentiam de villa Alesti CCL libras vian-
nensium, et alia vice CXX libras viannensium, et quando ejecit homines et dominas a do-
mibus suis, et extrahebat drapariam de operatoriis, et multos homines, XL et plus, detinuit
captos per XV dies, et habuit et extorsit per violenciam a villa Alesti DC libras viannensium. E
Et ut vos scire per consuetudinem Alesti juratam potestis, homines de Alesto sunt liberi
et immunes a talliis, toltis et quistis[6]. Et tunc temporis Maynus erat castellanus in Alesto
pro eo. Unde petunt sibi pro tota villa Alesti restitutionem de prædictis fieri.

2. Vobis nobilibus viris dominis pro domino rege inquisitoribus significat Petrus
Mirati, de Alesto, burgensis domini B. Peleti, quod Maynus, condam castellanus Alesti, F
tempore Petri de Athiis, senescalli Belliquadri, transmisit nuncios suos ad ipsum, qui
dixerunt ei ex parte domini castellani quod ipse castellanus mandabat ei ex parte ipsius se-
nescalli quod transmitteret ei XXV libras viennensium. Et cum ipse Petrus diceret eis quod
nichil debebat ipsis senescallo et castellano, et veniret coram castellano, auditurus quare pe-
tebat dictæ peccuniæ quantitatem, ipsi nuncii, antequam liceret ei venire coram dicto cas- G
tellano, venerunt ad domum ipsius, et frangentes portas ipsius domus, uxorem ipsius, quæ
die præcedenti de puerperio surrexerat, et liberos suos extra domum violenter ejecerunt,
et non invenientes infra domum pignora valentia XXV libras, venerunt ad operatorium
ipsius quod erat firmatum, et videntes R. Poder, de Alesto, socium ipsius Petri, tenentem
claves dicti operatorii, violenter eidem dictas claves abstulerunt, et intrantes dictum opera- H
torium, ejecerunt inde de pannis valentibus centum libras turonensium et plus. Quo facto,
ipse Petrus veniens coram dicto castellano cum quibusdam probis hominibus de Alesto,
petens ab eo si prædicta fecerat, respondit ei idem castellanus quod sic, quia ita præceperat
ei dictus senescallus, et cum ipse et dicti probi homines dicerent ei quod redderet ei dictos
pannos, quia ipse paratus erat firmare de stando et parendo juri ipsis senescallo et castellano I
vel cuilibet de se conquerenti, ad cognitionem curiæ ipsius senescalli et domini B. Peleti, de
cujus jurisdiccione erat, ipse castellanus dixit ei quod, si volebat ei solvere dictas XXV li-
bras, redderet ei dictos pannos, et aliter non intromitteret se, quia ita præceperat dictus

[1] *Forte* la Rouvière, Gard, c[on] Alais, c[ne] Saint-Julien-de-Valgalgue.
[2] Saint-Jean-du-Pin, Gard, c[on] Alais.
[3] *Volumen* adjecentibus.
[4] Attuech, Gard, c[on] Anduze, c[ne] Massilargues.
[5] *Petrus de Athiis* (Athis), *alias Faber* (Le Fèvre), *senescalliam Bellicadri et Nemausensem rexit a 15[a] die julii anni 1239 usque ad aprilem 1243* (Ménard, Histoire de Nîmes, I, 310, 313).
[6] *Vide Alesti consuetudinum, ineunte sæculo XIII[o] conscriptarum, articulum 45, apud Beugnot* (Olim, III, II, 1476).

A senescallus. Quibus sic peractis, et dictis pannis a dicto castellano retentis, idem Petrus
Mirati, veniens cum quibusdam consulibus Alesti coram dicto senescallo, mo[n]strans ei per
ordinem omnia supradicta, respondit ei idem senescallus quod ita præceperat fieri sicut
factum fuerat, eo quod receperat bausiolmens[1] quandam donationem a Petro Peillerio de
Alesto, et cum ipse Petrus diceret ei quod super hoc audiret eum vel audiri faceret de jure
B et quod sibi justiciam exhiberet, prædictus senescallus dixit ei quod nunquam audiret vel
audiri faceret eum de jure. Quo audito, ipse Petrus, timens crudelitatem et potenciam
ipsius senescalli, et ne amitteret pannos suos, solvit ipsi castellano, qui habebat pannos
suos, dictam peccuniæ quantitatem. Unde idem Petrus Mirati petit dictas xxv libras sibi
reddi, postulans a vobis dominis supradictis sibi super prædictis justiciam exhiberi, juxta
C mandatum a domino rege vobis factum, secundum quod vestræ providentiæ et legalitati
videbitur faciendum.

3. Asserit Guillelma Castainnola, vidua, de Alesto, quod Guillelmus Ymbaudi, maritus
suus condam, moriens sine liberis, reliquit et instituit sibi heredem prædictam Guillelmam,
et quod, ipso Guillelmo defuncto, Jossius[2], pro domino rege Francorum castellanus tunc
D et viccarius in Alesto, voluit capere bona hereditatis prædictæ Guillelmæ et misit custodes
suos et correrios ac posuit in domo ac in albergo prædictæ Guillelmæ, quæ domus erat
de prædicta hereditate, quam hereditatem aufferret dictus Jossius dictæ Guillelmæ, nisi ipsa
probasset et publicasset coram ipso Jossio testamentum supradicti Guillelmi, in quo ipsa
erat instituta heres. Et occasione illius publicationis prædictus Jossius exegit et habuit, in-
E juste, a prædicta Guillelma invita quater xx libras seu octoginta libras pogesiorum vel æqui-
valentis monetæ, quas petit prædicta Guillelma sibi restitui a prædicto Jossio, protestando
se paratam esse supradicta probare ad cognitionem dominorum magistri Petri, canonici Car-
notensis, et fratris[3] Johannis de Templo, Vallis Scolarium, quibus ipsa supplicat quod de
prædictis inquirant.

F 4. Vobis dominis domini regis inquisitoribus significat Bertrandus de Dions[4], de Alesto,
quod ipse habebat in mercato Alesti quandam perprezam et quoddam tectum sive ædifi-
cium[5] cohopertum tegulis, quod tenebat se cum quadam domo quam dictus Bertrandus
habebat et adhuc habet juxta mercatum Alesti, et habebat dictus Bertrandus sub dictum
tectum et hædificium tabulas in quibus exponebat res venales, et dictam perprezam ac dic-
G tum hædificium possederat dictus Bertrandus, tam ipse quam prædecessores sui, per xx annos.
Unde, cum Guillelmus de Saiseto, vicarius condam regis in Alesto pro Peregrino[6], tunc Belli-
quadri senescallo, vidisset dictam perpresam et dictum tectum ac hædificium in prædicto
mercato Alesti, petiit a dicto Bertrando quo jure seu quo titulo et qua de causa habebat in
dicto loco dictum hædificium ita positum, et non expectata respontione vel cognitione juris,
H dictus Guillelmus diruit et dirui fecit injuste dictum hædificium et dictum tectum, et fuit
dictus Bertrandus exinde dampnificatus x libris turonensium, quas petit ab herede dicti
Guillelmi, protestando se probaturum prædicta, loco et tempore oportuno, et postulat per
vos prædictos inquisitores veritatem inquiri de prædictis.

5. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, domini regis inquisitoribus, significat
I P. Johannes, clericus, de Alesto, filius condam Petri de Gardiis, quod idem Petrus de
Gardiis[7] habebat quandam domum juxta mercatum Alesti, et ante prædictam domum ha-
bebat quasdam tabulas contiguas prædictæ domui, quæ tabulæ fuerant ibi positæ et infixæ
continue per centum annos et etiam tanto tempore cujus non est ad memoriam; item super
prædictas tabulas erat quoddam bescalmum conjunctum cum prædicta domo, quod similiter
J fuerat ibi per centum annos; et erant sub dominio domini regis et domini B. Peleti dictæ
tabulæ et dictum bescalmum in ipso mercato prædicto. Unde Maynus, castellanus tunc et vic-
carius Alesti, tenens etiam locum Petri Fabri, tunc senescalli, veniens ad prædictum locum
cum familia sua et cum correriis suis, voluit diruere et etiam atemptavit destruere præ-
dictum bescalmum et prædictas tabulas, et diruisset ac destruxisset, nisi habuisset inde
K peccuniam quam petebat, injuste, occasione scilicet quia dictæ tabulæ et dictum bescalmum
erant in mercato, tamen ibi fuerant per longum tempus voluntate et consensu ballivorum[8]
domini regis, prædecessorum dicti Mayni, et curia Alestensis domini regis habuerat per
longum tempus singulis septimanis tributum sive lezdam a possessoribus tabularum et bes-

[1] *Id est, nisi fallimur, fraudulenter.*

[2] *Joscius castellanus et vicarius Alesti exstitit tempore senescalli Petri de Nonancuria, id est annis 1238-1239. Vide infra*, § 26.

[3] *Volumen* fratri.

[4] Dions, Gard, c[on] Saint-Chapte.

[5] *Vol.* hedeficium.

[6] *Peregrinus Latinarius senescallus fuit Nemausi et Bellicadri ab anno 1226, quo a Ludovico VIII rege institutus fuit, usque ad annum 1238 exeuntem* (Ménard, Hist. de Nimes, I, p. 309-310).

[7] Les Gardies, Gard, c[on] Sauve, c[ne] Saint-Nazaire-les-Gardies.

[8] *Vol.* concensu baslivorum.

calmi prædictorum, et cum curia domini Bernardi Peleti et familia ipsius ac consules Alesti A contradicerent dicto Mayno, ac monstrarent ei quod non debebat diruere dictum bescalmum nec dictas tabulas, et extraxit dictus Maynus vel extrahi fecit et asportari tantum de rebus prædicti Petri de Gardiis de domo prædicta, quod bene valebant dictæ res centum solidos turonensium, quas in pignus posuit sub usuris et tradidit Judæis Alesti pro decem libris raimondensium, quas a prædictis Judæis manulevavit super rebus prædictis, et ideo prædictus B P. Johannes, nomine suo et nomine fratrum suorum, heredum dicti Petri de Gardiis, petit sibi et eis restitui a dicto Mayno x libras raimondensium prædictas, quas solvere opportuit dictum P. de Gardiis et quas solvit compulsus, scilicet ut res suas prædictas recuperaret. Et protestatur dictus clericus se paratum esse, loco et tempore oportuno, omnia prædicta probare. Unde postulat inquisitionem fieri de prædictis. C

6. Significat Bertrannus Barral, faber, de Alesto, quod Jossius, castellanus Alesti pro domino rege Francorum in Alesto, habuit indebite et injuste ab ipso Bertranno x libras raimondensium, ex eo quia prædictus Bertrannus noluit jurare rectoribus officii fabrariæ de Alesto, quod sacramentum de jure jam dictus Bertrannus facere non tenebatur. De quibus petit sibi justiciam exhiberi. D

7. Asserit R. Burgensis, habitator Alesti, quod Petrus de Athiis, qui alio cognomine cognominatur Petrus Faber, senescallus condam Belliquadri et Nemausi, habuit ab ipso R. et a patre ipsius R. condam xxxiiii^or libras et xv solidos vienensium, occasione cujusdam querimoniæ quam dictus R. et ejus pater prædicto senescallo de Petro Balagerio exposuerant, et ipsos dictus senescallus audire noluit usquedum a prædicto R. et a patre ipsius habuit E summam peccuniæ supradictam. Et facta solutione prædictarum xxxiiii librarum et xv solidorum, dictus R. neque pater ipsius a dicto Petro Balagerio de debito quod eis debebat, et de quo debito dicto senescallo querimoniam, ut dictum est, exposuerant, nichil recuperaverunt. Unde prædictus R., conquerendo de supradicto Petro, postulat quod a vobis, dominis magistro Petro, canonico Carnotensi, et fratre Johanne de Templo, fiat inquisitio F plenaria de prædictis, et sibi prædictas xxxiiii^or libras et xv solidos viennensium[1] restitui atque reddi.

8. Significat vobis dominis inquisitoribus Guillelmus Lauri, de Alesto, quod dominus Bermundus, episcopus condam Vivariensis et avunculus Petri Bermundi[2], debebat dicto Guillelmo v marchas et cc solidos raimondensium, pro quibus titulo pignoris obligavit eidem G Guillelmo prædicto redditus leddæ mercati de Salve, ita quod ipse Guillelmus prædictus haberet et perciperet in solutum prædictum redditum per v annos. Cujus redditus seu cujus leddæ prædictæ dictus Guillelmus fuit in possessione et perceptione, etiam postquam dominus rex habuit castrum et villam de Salve, et erat quousque Peregrinus, senescallus condam Belliquadri, expulit ipsum Guillelmum de perceptione prædicta, videlicet quia habebat dis- H cordiam cum domino episcopo supradicto, nec postea dictus senescallus permisit dictum Guillelmum redditum percipere supradictum, immo ipse senescallus prædictus vel alius pro ipso dictum redditum habuit et percepit. Unde, cum ex prædicta causa pignoris dictus Guillelmus debuisset adhuc habere et percipere dictum redditum per tres annos, petit idem Guillelmus sibi dari ab herede prædicti senescalli æstimationem dicti redditus trium anno- I rum, quam dicit esse clvi libras raimondensium, quæ etiam debentur adhuc Guillelmo supradicto[3]. Item asserit dictus Guillelmus quod dominus Bermundus condam, prædictus scilicet, habebat tempore prædicti pignoris et habere debebat prædictum redditum prædictæ leddæ. Et de hiis omnibus prædictis faciet dictus Guillelmus probationem loco et tempore opportuno. J

9. Vobis dominis nunciis domini regis significat Petrus Regordus, habitator Alesti, quod dominus Therricus[4], castellanus Alesti pro domino rege, conduxit mulum prædicti Petri ad equitandum usque ad Podium[5], et Terricus prædictus tradidit dictum mulum cuidam cappellano dominæ reginæ Franciæ, qui venerat a Sancto Jacobo, et ille duxit mulum usque ad Sanctum Porssanum[6] in Alvernia, et deterioravit in tantum mulum prædicti Petri Regort, K quod post repatriationem infra octo dies mortuus fuit dictus mulus, et neque postea bibit vel comedit. De quo mulo prædictus Petrus Regortz nolebat accipere xxiii libras ab aliquo, monetæ blancæ, quas petit sibi restitui atque tradi.

10. Significat vobis dominis Petrus Regortz quod Gautairon, qui tunc temporis erat ban-

[1] *Subaud.* faciatis.

[2] *Bermundus de Andusia, Vivariensis episcopus (1223-1240), de quo vid.* Gall. christ. (XVI, 562). — *Petrus Bermundi, ejus nepos, dominus castri Salviensis* (*hodie* Sauve, Gard, arr. le Vigan). — *Ea quæ in ista querimonia relata sunt ante annum 1238 evenerunt.*

[3] *Volumen* predicto G. supradicto.

[4] *Therricus, alias Terrinus, Alesti castellanus fuit tempore quo Petrus de Athiis senescalliam Bellicadri regebat, id est annis 1239-1243.*

[5] Le Puy, Haute-Loire.

[6] Saint-Pourçain, Allier, arr. Gannat.

A nerius, abstulit sibi quoddam supertunicale, et dictum supertunicale valebat XI solidos podiensium, et VI cordas piscatorias cum LIII acubus piscatoriis, quæ cordæ et acus valebant II solidos podiensium. Et hoc fecit quia transiebat juxta aquam.

11. Vobis venerabilibus viris, dominis magistro Petro, Carnotensi canonico, et fratri Johanni, de ordine Vallis Scolarium, tenentibus locum domini regis, significant Thit- B burgis, uxor condam nobilis viri Bernardi Peleti, et Bernardus Peleti, ejus filius[1], Petrum de Athys, condam senescallum Bellicadri, eisdem et hominibus suis exactiones quamplurimas, injurias, dampna et gravamina, nulla causa racionabili existente, intulisse.— In primis idem senescallus, petens ab hominibus suis de Alesto et qui sunt de parte ipsorum Thitburgis et Bernardi Peleti, quingentas libras viennensium injuste et absque causa racionabili C et sine cognitione, ipsis hominibus protestantibus et dicta Thitburge et Bernardo Peleti pro ipsis se stare juri et cognicioni domini regis, ipse senescallus, capiendo homines Alesti et detinendo ipsos captos infra castrum domini regis, eiciendo nichilhominus uxores eorum a domibus suis, extorsit ab hominibus prædictis, contra Deum et justiciam, per vim et antequam ipsos de dicto castro exire permitteret, CCC libras viennensium. — D Item, eodem modo et eadem forma injusta et inracionabili, habuit et extorsit ab hominibus de Bocoirano[2], qui sunt de juridictione dicti Bernardi Peleti, XXV libras viennensium. — Item, eodem modo et eadem forma, habuit et extorsit ab hominibus dicti Bernardi Peleti, scilicet ab hominibus mandamenti castri de Rossono[3] XX libras viennensium, et ab hominibus mandamenti de Petramala[4] XV libras viennensium, et ab hominibus parrochiæ E Sancti Pauli et Beatæ Mariæ de Valle[5] et Sancti Privati[6] alias XV libras viennensium, et ab hominibus villæ de Cassainnolis[7] et parrochiæ Sancti Saturnini[8] et mandamenti castri de Agrifolio[9] X libras viennensium. — Item dictus senescallus habuit a Guillelmo Martes, de Cassainnolis, homine dicti Bernardi Peleti, IIII^{xx} libras turonensium, ex eo quia interfecerat Guillelmum de Prato, hominem dicti Bernardi Peleti, in territorio de Cassainnolis, F cujus territorii jurisdictio et coercio[10] pertinet et pertinebat ad dictum Bernardum Peleti, ipso Bernardo Peleti offerente et dicta Thitburgi, matre ipsius pro ipso, ipsi senescallo se paratos esse facere de dicto facto, secundum usum et consuetudinem terræ, quod justicia suaderet. — Propter quas exactiones, injurias et dampna et gravamina prædicta et quam plurima alia, ipsa Thitburgis ivit in Franciam[11] ad curiam domini regis, ostendens G domino regi supradicta. Quibus auditis, dominus rex mandavit litteras suas dicto senescallo continentes quod omnia supradicta eidem et ejus filio recrederet, et quod ipsum Bernardum Peleti et terram ejus teneret in eo statu in quo Bernardus Peleti, pater istius Bernardi Peleti, et eciam avus suus tenuerant, et veritatem inquireret de prædictis, et, facta inquisitione, ipsam inquisitionem eidem domino regi transmitteret. Quas litteras dicta Thitburgis eidem H senescallo infra castrum Sumidrii[12] redidit, quas litteras senescallus prædictus retinuit, et nichil de prædictis facere curavit, licet inde a dicta Thitburge et ejus amicis esset pluries requisitus. Pro quibus litteris et expensis quas fecit eundo et redeundo expendit ducentas libras viennensium et plus, quas CC libras et alias peccuniæ quantitates superius contentas dicta Thitburgis et ejus filius, pro se et hominibus suis, petunt sibi restitui et red[d]i. — Item I vobis dominis supradictis significant dicta Thitburgis et ejus filius quod, supradictis sic peractis, ut superius continetur, ipse senescallus, confisus potestate qua fungebatur, timore Dei postposito, peciit cum multa instancia quandam puellam virginem de nobili genere, quæ morabatur cum ipsa Thitburge, sibi tradi, volens rem habere cum ea; et cum ipsam habere non posset, peciit instanter quandam nobilem dominam, uxorem domini castri de J Rossono, sibi similiter ex eadem causa tradi. Quam cum habere non posset, ipsa Thitburge eidem senescallo plurimum resistente et contradicente, idem senescallus, nulla causa racionabili imminente, transmisit dictum dominum castri de Rossono[13], maritum dictæ dominæ, apud castrum de Bellagarda[14], remotum a dicto castro de Rossono per unam dietam et plus, et ibi tenuit eum per mensem et plus. Et cum dictus senescallus, propter retencionem dicti K domini castri de Rossono, uxorem ipsius habere non posset, transmisit ad castrum de

[1] *Castrum Alesti, incipiente sæculo XIII°, insimul possidebant Petrus Bermundi, Salvii dominus, et Peletorum gens. Cum autem Petrus Bermundi diu partes Tholosanorum comitum fovisset, partem castri et baroniæ quam tenebat occupaverunt senescalli Ludovici IX regis. — Ea quæ hoc in capite narrata sunt ad annos 1239-1243 attinere videntur.*

[2] Boucoiran, Gard, c^{on} Lédignan.

[3] Rousson, Gard, c^{on} Alais.

[4] Peyremale, Gard, c^{on} Bessèges.

[5] Saint-Paul-la-Coste, Gard, c^{on} Alais.

[6] Saint-Privat-des-Vieux, Gard, c^{on} Alais.

[7] Cassagnoles, Gard, c^{on} Lédignan.

[8] Saint-Saturnin-de-Cheyran, Gard, c^{on} Lédignan, c^{ne} Saint-Bénézet-de-Cheyran.

[9] Aigrefeuille, Gard, c^{on} Anduze, c^{ne} Saint-Sébastien d'Aigrefeuille.

[10] *Cod.* choercio.

[11] *Id est in regni Franciæ partes septentrionales.*

[12] Sommières, Gard, arr. Nîmes.

[13] Rousson, Gard, c^{on} Alais.

[14] Bellegarde, Gard, c^{on} Beaucaire.

Rossono, ubi erat dicta domina, quosdam servientes suos et de ejus familia. Quo audito A
a dicta Thitburge, ipsa Thitburgis ivit personaliter ad castrum prædictum, et eam
apud Alestum secum adduxit. Quo intellecto a dicto senescallo, comotus contra dictam
Thitburgim, incepit diruere et diruit castra dictæ Thitburgis et ejus filii, et eciam muros
clausuræ dictorum castrorum, scilicet castrum de Bocoirano et castrum de Curtibus et cas-
trum de Sancto Stephano et castrum de Agrifolio et castrum de Monteacuto et castrum de B
Rossono[1]. — Item vobis dominis supradictis significant dicta Thitburgis et ejus filius quod,
cum idem senescallus venisset apud Alestum, die veneris ante festum Pentecostes, trans-
misit servientes suos armatos ad castrum dicti Bernardi Peleti, et omnes homines et fami-
liam ipsius Thitburgis et ejus filii de dicto castro violenter ejecerunt, dicta Thitburge et
ejus filio in dicto castro nec in villa de Alesto existentibus. Et venientes ipsa Thitburgis et C
ejus filius in dicto festo Pentecostes, volentes in dicto castro intrare, dicti servientes ipsos
nullatenus intrare permiserunt, dicentes quod hoc faciebant ex mandato dicti senescalli; et
cum dicta Thitburgis et ejus filius in dicto castro intrare non possent nec se possent recep-
tare in villa in aliquo loco idoneo propter timorem dicti senescalli, dicta Thitburgis flendo
dixit filio suo : « Eamus ad domum fratrum Minorum, quia ipsi dabunt nobis de helemo- D
« sinis suis. » Et ita fecerunt. Et audita fama per villam quod dictus senescallus fecerat præ-
conizari per senescalciam suam ut venirent apud Alestum pro diruenda turre dicti Bernardi
Peleti, dicta Thitburgis et ejus filius, timentes de levitate et crudelitate ipsius, ipsa die
Pentecostes iverunt cum quibusdam probis hominibus apud Sumidrium coram dicto senes-
callo, qui, videns eam, dixit ei : « Mal sias venua, » et multa obprobria et convicia dixit ei, quæ E
loco suo et tempore coram vobis dicta Thitburgis declarabit, dicens ei ipse senescallus quod
modis omnibus dirueret dictam turrim. Verumptamen ipsa Thitburge et ejus filio plurimum
lacrimantibus propter prædicta, ipse senescallus, ad preces quorumdam proborum hominum,
dirucionem dictæ turris dixit quod prolongaret usque ad adventum quem primo facturus erat
apud Alestum. — Postea vero domina Guirauda, domina Uceciæ[2], veniens coram dicto senes- F
callo, rogavit ipsum ne dirueret dictam turrim, et dictus senescallus dixit ei quod nullo modo
remaneret, nisi dicta Thitburgis juraret mandatum suum et voluntatem. Super quo dicta
domina Guirauda locuta fuit cum ipsa Thitburge et cum domina Sibilia[3], et ipsæ domina
Guirauda et domina Sibilia dixerunt ipsi Thitburgi quod juraret, et, dicta Thitburge nolente
jurare, prædictæ dominæ, propter timorem quem habebant [de] dirucione dictæ turris, con- G
suluerunt ei quod juraret quicquid accideret, et ipsa lacrimando juravit. Et post sacra-
mentum dedit ei in mandatis ut ipsa scriberet domino regi quod idem senescallus comple-
verat in omnibus mandatum domini regis, et quod domino regi notificaverat de dicto
senescallo, fecerat de malo consilio. Et dicta Thitburgis, audiens tam durum et crudele
mandatum et carens omni veritate, maluit ire ad curiam domini regis quam scribere men- H
dacia regiæ magestati. — Item vobis prædictis dominis significant dicta Thitburgis et ejus
filius quod, post prædicta, infra octo dies, ad ipsam curiam domini regis redierunt, et omnia
et singula supradicta, ipso senescallo existente coram domino rege, dicta Thitburgis per or-
dinem narravit. Et dicta Thitburgis et ejus filius, stantes in curiam per duos menses et plus
et eundo et redeundo et nuncios ad curiam transmittendo, fecerunt expensas cccc librarum I
turonensium et plus. — Item vobis dominis prædictis significant quod, cum ipsa Thitburgis
et ejus filius et senescallus prædictus essent in curia prædicta, Maynus, castellanus Alesti,
qui remanserat loco dicti senescalli, peciit dictam turrim mandato dicti senescalli sibi red[d]i[4],
volens ipsam diruere, et domina Sibilia, avia dicti Bernardi Peleti, in cujus custodia ipsa
Thitburgis et ejus filius in recessu suo ipsam turrim reliquerant, muniendo ipsam turrim de J
probis hominibus de Alesto, ad honorem domini regis, appellando ad dominum regem et
transmittendo nuncios ad ipsam Thitburgim et ejus filium, fecit expensas L librarum turo-
nensium, quas quinquaginta[5] et cccc libras turonensium prædictas petunt sibi restitui et
reddi, et de istis et de omnibus supradictis, juxta mandatum a domino rege vobis factum,
sibi justiciam exhiberi. — Item vobis dominis supradictis significant dicta Thitburgis et ejus K
filius quod, cum Raimundus de Salvainnico[6], burgensis ipsius Bernardi Peleti, removeret
quosdam lapides de quodam casali suo, Maynus, castellanus Alesti, qui tenebat locum dicti
senescalli, cepit ipsum Raimundum et ipsum captum infra castrum domini regis retinuit,
dans ei in mandatis quod pro dicto facto iret coram domino rege, nolens ipsum audire de

[1] Boucoiran, Gard, c^on Lédignan. — Lascours, Gard, c^on Vèzenobre. — Saint-Étienne-de-l'Olm, Gard, c^on Vèzenobre. — Aigrefeuille, Gard, c^on Anduze, c^ne Saint-Sébastien-d'Aigrefeuille. — Montaigu, Gard, c^on et c^ne Alais, *prope prioratum Sancti Germani de Monte Acuto; vide infra,* § 21. — Rousson, Gard, c^on Alais.

[2] *Uxor quondam Bremundi II, Uceciæ domini* (Uzès, Gard).

[3] *Bernardi Peleti avia, et Tithburgis socrus.*

[4] *Volumen* redi.

[5] *Vol.* quinquagintas.

[6] *Forte* Savignargues, Gard, c^on Sauve.

A jure, quamvis ab eo pluries peciisset sibi justiciam exhiberi, et, quia ipsum de jure suo audire noluit, compulit ipsum Raimundum ire ad curiam, existentibus ibi dicta Thitburge et ejus filio; quo facto et ostenso ab ipso Raimundo domino regi, dominus rex præcepit dicto senescallo, qui erat in curia, quod mandaret litteras suas ipsi castellano quod ipsum Raimundum dimitteret in pace. Propter quod dictus Raimundus expendit xx libras turonensium, B quas petunt sibi restitui et reddi.

12. Asserit vobis dominis inquisitoribus, a domino rege Francorum destinatis, R. Tornapas, faber, habitator villæ Alesti, quod Petrus de Nenecort[1], senescallus Belliquadri et Nemausi condam, sine causæ cognicione et sentenciæ prolacione et juris ordine prætermisso, habuit a dicto R. Tornapa xxii libras et x solidos viannensium, hac de causa scilicet quia C a dicto R. quidam cultellus a quodam Francigena fuerat furatus, quod furtum dictus R. curiæ domini regis denunciavit. Unde petit dictus R. Tornapas dictas xxii libras et x solidos viannensium sibi reddi ac restitui a prædicto Petro de Nennencort, senescallo supradicto. — Item asserit R. Tornapas quod Petrus de Nennecort supradictus dampnificavit eum in viginti quinque libris viannensium, quas dictus R. Tornapas fecit in expensis pro causa D supradicta, exceptis xxii libris et decem solidis viannensium supradictis.

13. Vobis dominis inquisitoribus domini regis significant conquerendo Guillelma et Pe., liberi condam Petri Peillerii de Alesto, jam defuncti, quod Maynus, castellanus et vicarius in Alesto, abstulit prædicto Petro Peillerio et de domo ipsius violenter et sine causa rationabili extraxit quasdam res quas supradictus Petrus in domo sua habebat tempore vitæ E suæ, videlicet xvi inter culcitras et coissinos de pluma et flassatas de lana, et quædam vestimenta et quandam spatam, quæ quidem res valebant bene x libras pogesiorum vel æquivalentis monetæ, et præterea dictus Maynus vicarius detinuit injuste prædictum Petrum captum, nolens eum in aliquo exaudire in justicia exhibenda, cum pluries requisitus fuisset per consules et per quosdam alios probos homines de Alesto ut prædicto Petro justiciam exhiberet. F Et ideo idem Petrus, dolens de captione et de rerum suarum amissione, infirmatus fuit ad mortem, et post mortem ipsius extraxit dictus vicarius vel extrahi fecit et asportari de domo supradicta tres culcitras et iii coissinos de pluma et iiii^or flaciatas et unam conquam et unum tremium ferreum et i andes seu tripodem et i capfoguier et cacabum unum et quædam scrinia et res quasdam superlectiles, quæ non possunt de facili numerari. Quæ res inter G omnes valebant bene alias x libras pogesiorum vel æquivalentis monetæ. Et præterea habuit dictus Maynus et asportari fecit de domo prædicta vii sestaria et eminam frumenti quæ valebant l solidos. Unde, cum prædicti liberi et res superius nominatæ sint et essent et etiam supradictus defunctus sub dominio et jurisdicione in Alesto domini Bernardi Peleti, et irrequisito ipsius consensu et contra voluntatem ejusdem rapina et ablacio supradicta facta H fuerit, nec idem dominus Bernardus Peleti eidem rapinæ resistere cum effectu voluerit, ad honorem curiæ domini regis, cujus intuitu defferre voluerit supradicto Mayno, supplicant vobis dominis prædictis prædicti liberi, pauperes et minores xxv annis, postulantes sibi a vobis justiciam exhiberi super omnibus supradictis, et quod supradictus Maynus per vestram potenciam compellatur omnes res prædictas vel earum æstimationem restituere liberis I supradictis et dampnum quod inde passi sunt resarcire, quod æstimant m solidos turonensium vel æquivalentis monetæ. — Item sciendum est quod Arnulphus, executor curiæ, habuit violenter a Petro Peillerio vii modia vini, quæ fuerunt vendita xxii libras et x solidos raimondensium.

14. Vobis venerabilibus viris dominis significat Cecilia, uxor condam Gylii Ribairol, J de Alesto, quod Petrus de Athiis, senescallus condam Belliquadri et Nemausi, accepit et detinuit, nulla causa rationabili subsistente, et datis fidejussoribus ydoneis ab ipsa de parendo et stando juri coram ipso, videlicet res et bestias ipsius et dicti mariti sui et ad ipsam ex testamento dicti mariti sui in solidum pertinentes, et retinendo dictas bestias et res, compulit ipsam per vim quod donavit ei, contra voluntatem et velle ipsius Ceciliæ, l libras K viennensium, et uxori ipsius senescalli xx libras viennensium. Et nichilominus receptis et habitis prædictis peccuniæ quantitatibus, compulit ipsam, antequam vellet ei dictas bestias et res restituere, quod daret Raimundo Jordani, templario et præceptori tunc domus Templi miliciæ de Jalles[2], de bestiis ipsius Ceciliæ valentibus centum et decem libratas viennensium, de quibus c et x libris habuit ipse senescallus, propter vim et detentationem quam fecit L de dictis bestiis et rebus, xxv libras viennensium. Et ultra idem senescallus retineri fecit de ipsis bestiis lxvi moutones, valentes xx libras viennensium et plus. Item significat ipsa Cecilia quod dictus senescallus ajornavit pluries dictam Ceciliam extra villam Alesti ad comparendum coram ipso, propter quas ajornationes et expensas quas inde fecit fuit dampni-

[1] *Petrus de Nonancuria, senescallus annis 1238-1239.* — [2] Jalez, Ardèche, c^on les Vans, c^ne Berrias.

ficata ipsa Cecilia in L libris viennensium et plus. Unde supplicat dicta Cecilia a vobis do- A
minis supradictis, ad prædicta et alia audienda a domino rege constitutis, sibi, juxta mandatum a domino rege vobis factum, justiciam exhiberi, secundum quod vestræ legalitati et providentiæ videbitur faciendum. Si autem idem senescallus prædicta negaverit, quod non credit, parata est ipsa Cecilia jurare et testes nominare cum quibus vestra dominatio poterit
inquirere veritatem. B

15. Significo ego Bertrannus Regort, habitator Alesti, vobis dominis nunciis curiæ domini regis, quod ego intromisi in domum Petri Gondini, habitatoris[1] Alesti, quandam balistam de boc estaing, quæ erat mea et fratris mei Stephani, ut venderetur ac distraheretur eam emere volentibus, cujus precium erat L solidorum monetæ blancæ, quam balistam Arnulphus,
tunc correrius sive apparitor curiæ domini regis in Alesto, de prædicta domo Petri Gon- C
dini extraxit et asportavit, vel fieri fecit[2], quam postea nobis petentibus eam restituere noluit. Unde supplico ego Bertrannus Regort dictus et postulo humiliter et devote quod vos balistam prædictam, nobis injuste ablatam, si benignitati vestræ placeat, restitui faciatis vel justum ejusdem precium, quod est L solidorum.

16. Significat vobis dominis supradictis Pe. Regortz quod Maynus, castellanus Alesti D
pro domino rege, et Jo. Bossolaz, viccarius in Alesto, abstulerunt ei vi centum solidos viannensium injuste et sine causæ cognitione, obicientes ei quod ipse ceperat tres datils de Bogia, de quibus dabantur XXII^{ti} pro obolo uno, et attulerat unam pixidem vitream a Sancto Ægidio[3] valentem obolum unum, et pro hiis duabus causis[4] habuerunt solidos prædictos,
dicentes quod pro hiis comiserat furtum, cum nullus conquereretur de ipso pro prædictis. E
Et postulat humiliter sibi restitui prædictos C solidos a prædictis, notificans quod pro prædictis fuit captus et incarceratus a prædictis.

17. Significat vobis dominis inquisitoribus R. de Pruneto[5], miles, habitator Sancti Martini de Vallegalga[6], sub bailivia vicariæ Alesti, quod ipse dictus miles habebat et adhuc
habet quemdam campum in pertinemento dictæ villæ, juxta quandam viam, intra quod, F
inter ipsam viam et dictum campum, erat quoddam vallatum quod erat prædicti R.; et quia idem R. juxta ripam dicti vallati juxta dictam viam fecit parietem fieri, et Jossius, tunc castellanus et vicarius Alesti, exegit et per vim habuit injuste a dicto R. milite VI libras pogesiorum, sub occasione quia dictus miles de prædicta via partem aliquam occupasset,
unde dictus miles petit prædictas VI libras sibi restitui et de prædictis inquiri. G

18. Significant Guillelmus Paschal et Stephanus de Solerio et Guillelmus de Favairolis, quod in manso de la Vabreilla[7], qui est vicariæ Alesti, erat quædam via privata nimis et stricta et insufficiens, per quam viam erat necessarium ire ab uno albergo dicti mansi ad aliud albergum et ducere pecudes per eandem viam. Unde homines prædicti mansi concor-
diter ampliaverunt prædictam viam, ut per eam posset iri libere[8] et pecudes duci, et ideo H
Jossius, castellanus tunc et vicarius Alesti, prædictos homines dicti mansi coegit, et injuste, ut sibi darent peccuniam, et exegit a dicto Guillelmo invito C solidos pogesiorum, et a dicto Stephano de Solerio XL solidos ejusdem monetæ, et a dicto Guillelmo de Favairolis XL solidos pogesiorum, quia ad dictam viam ampliandam dederant concilium et juvamen. Quos
denarios supradictos homines supradicti, quislibet pro parte sua, sicut supradictum est, I
petit sibi restitui a Jossio supradicto, et per vos dominos inquisitores domini regis inquiri de prædictis.

19. Significat vobis dominis Bernardus de Lassainna, parrochianus ecclesiæ de Pinu[9], quod Maynus, dum erat castellanus de Alesto, voluit habere et habuit de Bernardo dicto de
Sainna centum solidos pogesiorum, quia uxor ejusdem Bernardi de suo proprio habuerat J
unum saculum carbonis, quem saculum carbonis, quamvis esset in suo et de suo, perceperat cum consilio Ugonis de Vinnali, tunc temporis baiuli[10] dictæ parrochiæ. Et ex alia parte habuit ab eo XX solidos pogesiorum, quia venatores, ipso insciente et absente, quendam aprum miserant infra domum suam, et habuit XI comestores et comederunt IIII^{or} gallinas et
alias carnes sufficienter et civatam duabus bestiis et I libram ceræ, et dictum convivium K
cum civata æstimat valere X solidos pogesiorum, et hæc sibi desiderat restitui.

20. Vobis venerabilibus dominis inquisitoribus significat Guillelmus de Vabreilla, clericus, filius condam Petri de la Vabreilla, quod Jossius, existens castellanus Alesti, violenter et injuste habuit a parte dicti Guillelmi jam defuncti[11], sine causa rationabili vel

[1] *Vol.* habitatorum.
[2] *Vol.* ficit.
[3] Saint-Gilles, Gard, arr. Nîmes.
[4] *Vol.* duabus de causis.
[5] Prunet, Gard, c^{ne} Génolhac, c^{on} Chamborigaud.
[6] Saint-Martin-de-Valgalgues, Gard, c^{on} Alais.
[7] La Vabreille, Gard, c^{on} Alais, c^{ne} Saint-Martin-de-Valgalgues.
[8] *Vol.* lidere.
[9] Saint-Jean-du-Pin, Gard, c^{on} Alais.
[10] *Vol.* baiulus.
[11] *Vol.* defuncto.

A honesta, sola voluntate sua et pravo consilio[1] ductus, ex una parte centum solidos bernar-
densium vel æquivalentis monetæ, et ex alia parte decem libras ejusdem monetæ, eo solo
videlicet quod in terra sua propria fecit viam quæ non extendebatur ultra jactum lapidis,
per quam ibat ad mansum proprium, absque consilio dicti castellani. Unde, cum præfatus
Jossius fuisset per multos probos viros super hiis sæpius comonitus et requisitus, et ab eo
B esset humiliter postulatum ut prædictum Guillelmum, patrem suum, cum justicia et juxta
juris observanciam, audiret et pertractaret, et nunquam voluerit super hoc aliquem exau-
dire, postulat dictus Guillelmus a vobis præfatis inquisitoribus sibi consilium et auxilium
impertiri et justiciam exhiberi.

21. Vobis venerabilibus dominis ad partes istas transmissis a domino rege ad in-
C quisitionem faciendam de injuste acquisitis et ad veritatem penitus indagandam, signi-
ficat Guillelmus Gobi, de Alesto, burgensis domini regis, quod Petrus de Athis, existens
senescallus Bellicadri et Nemausi, taliter se habuit contra ipsum secundum quod inferius
continetur. Cum olim esset quæstio inter Jo. Sogan et Blancham, uxorem ejusdem, jam
defunctos, ex una parte, et dictum Guillelmum Gobi et socios suos, ex altera, tandem, de
D quæstionibus sive controversiis quæ erant vel esse poterant inter ipsos, videlicet super socie-
tatem quam Jo. Soga dicebat esse inter eos et super capitali et quæstu et lucro cum capitali
acquisito et super toto facto operatorii, compromiserunt, inquam, partes suprascriptæ,
tanquam in arbitratores et amicos, in dominum Po[ntium], abbatem Cendracensem[2], et in
Guillelmum Inbertum, priorem domus Sancti Germani[3], promittentes eisdem, sub pœna
E C marcharum argenti a parte parti invicem stipulata et etiam præstito juramento, quod
super prædictis quæstionibus sive controversiis starent in omnibus et per omnia arbitrio,
laudo, dicto, cognitioni et omnimodæ voluntati eorum. Demum dictus abbas et prior
Sancti Germani, arbitratores dicti, auditis et intellectis et visis[4] allegationibus utriusque
partis super facto dicti operatorii et habito tractatu diligenti cum prædictis partibus et quasi
F de consensu earumdem parcium, quæstiones et demandamenta quæ ad invicem movebantur
super prædictis illis, occasione prædictorum, inter prædictas partes in hunc modum deter-
minaverunt, diffinierunt et composuerunt: videlicet quod Guillelmus Gobi una cum sociis
suis tenerentur solvere dicto Jo. Soga et Blanchæ, uxori ejusdem, quater xx et xv milia soli-
dorum bernardensium, quos habebant in dicto operatorio, infra quatuor annos ab illo tem-
G pore in antea computandos, scilicet in fine primi anni quartam partem dictæ summæ, et in
fine alterius anni sequentis aliam quartam partem, et sic de aliis, quousque esset eisdem
totum debitum exsolutum. A[t]tendentes dicti Jo. Soga et Blancha, uxor ejusdem, quod dic-
tus Guillelmus Gobi et socii ejusdem infra illud quadriennium cum dicta summa tantam
adquirerent quantitatem et tantum lucrati essent, quod quasi majorem partem dictorum
H quater xx et xv milium solidorum possent inde exsolvere. Unde prædicti, pravo consilio
ducti et neglecto penitus juramento, accesserunt ad Petrum de Athis, tunc temporis senes-
callum, et eidem promiserunt et etiam dederunt VIII milia solidorum bernardensium vel
æquivalentis monetæ, ob hoc ut procuraret et faceret quod dicta summa peccuniæ inconti-
nenti eisdem solveretur et etiam traderetur. Hoc audito, dictus Petrus de Athis, tunc tem-
I poris senescallus, et receptis inde prædictis octo milibus solidorum, accessit tunc ad villam
Alesti et fecit venire ad se dictum Guillelmum Gobi et eidem dixit : « Volo quod composi-
« tioni factæ per dictos arbitros renuntietis et quod solvatis dicto Jo. Soga et Blanchæ, uxori
« ejusdem, incontinenti totam illam summam pecuniæ quam habent in operatorio ante-
« dicto. » Et cum dictus Guillelmus Gobi responderet quod non faceret, tunc statim dictus
J Petrus de Athis præcepit Terico, castellano Alesti pro domino rege, quod caperet Guillel-
mum dictum et eum bene custodiret, donec esset factum quod eidem Guillelmo dederat
in mandatis. Amici vero dicti Guillelmi, timentes crudelitatem et nequiciam dicti Petri,
cum fecisset ipsum detineri per unum diem, accesserunt ad ipsum et ad consiliarios ipsius,
et eidem promiserunt nomine dicti Guillelmi x milia solidorum bernardensium, ob hoc ut
K ipsum dimitteret et quod teneret eidem justiciam de dicto Jo. Soga et Blancha, uxore ejus-
dem, ex eo quod pœna C marcharum erat commissa secundum tenorem compromissi ante-
dicti. Ipse autem Petrus noluit eos in aliquo exaudire. Post prædicta, in crastinum, summo
mane, sæpedictus Petrus, cum vellet recedere a villa Alesti, præcepit quibusdam de familia
sua ut caperent dictum Guillelmum et eum ligarent et ligatum ducerent apud Sumidrium
L festinanter. Et cum essent amici dicti Guillelmi in præsencia ipsius, surrexit quidam peritus,
vir facundissimus, et coram ipso proposuit eleganter, dicens : « Domine, vos estis pro domino

[1] *Cod.* concilio *hic et infra.*

[2] *Pontius I de Servières, Cendracensis abbas ab anno 1238 ad annum 1246. — Monasterium Cendracense* (*hodie* Cendras, Gard, c[on] Alais) *in diœc. Nemausensi situm erat.*

[3] Saint-Germain-de-Montaigu-lez-Alais, Gard, c[on] et c[ne] Alais. — *Olim prioratus, cujus collatio ad capitulam Nemausense spectabat.*

[4] *Cod.* vissis.

IMPRIMERIE NATIONALE.

« rege in terra ista, qui consuevit servare justiciam inter subjectos... » Et statim dum ipse A
diceret ista verba, ipse Petrus incepit dicere coram omnibus : « Dicatis cito quidquid « vo-
« lueritis, nam ego vellem dedisse c marchas argenti, quod non audirem loqui de cætero
« de rege nec etiam de regina. » Post multam vero altercationem, dictus Guillelmus, ductus
minis et terroribus et vi compulsus, mandatum iniquum dicti Petri contra voluntatem
suam adimplere oportuit. — Item significat vobis dictus Guillelmus Gobi quod Petrus de B
Athis, existens[1] senescallus, extorsit violenter et injuste et habuit ab eo sine causa rationa-
bili vel honesta, detinendo ipsum captum, xxv libras turonensium ex una parte, et ex alia
parte, sola voluntate sua et pravo consilio ductus, habuit ab eo et retinuit injuste xvi pannos
sericos, quorum quilibet valebat xl solidos turonensium. Unde, cum præfatus Petrus de
Athis per consules Alesti necnon et per plurimos alios probos viros super facto dicti Guil- C
lelmi fuisset sæpius commonitus et requisitus, et ab eo esset frequenter et humiliter postulatum
ut prædictum Guillelmum, burgensem domini regis, cum justicia et juxta juris observan-
ciam audiret et pertractaret, et nunquam voluerit super hoc aliquem exaudire, postulat dictus
Guillelmus a vobis præfatis dominis inquisitoribus sibi consilium et auxilium inpertiri et
justiciam exhiberi, et super dampno et interesse quod paratus est declarare et quantitatibus D
prædictis ipsum condempnari et sibi adjudicari et tradi, et hoc dicit salvo jure minuendi,
addendi, mutandi, et mencionandi. — Item significat vobis dictus Guillelmus quod ipse
est heres dictæ Blanchæ jam defunctæ, pro tercia parte. — Item significat quod dictus Petrus
de Athis habuit a dicta Blancha, sine justa et rationabili causa, m et quingentos solidos turo-
nensium, exceptis illis viii milibus solidorum, de quibus supra facta est mentio. De quibus E
omnibus, cum sit heres pro tercia parte, postulat sibi adjudicari et tradi terciam partem.

22. Vobis venerabilibus dominis magistro Petro de Castra, canonico Carnotensi, et fratri Johanni de Templo, de ordine Vallis Scolarium, significat et demonstrat Maria, humilis vidua et uxor condam Johannis de Vilatela, draperii et burgensis nobilis viri domini Bernardi Peleti de Alesto, asserens, pro se et nomine pupillorum et liberorum suorum, quod Petrus F
Faber vel de Athys, condam senescallus Bellicadri, injuste et indebite et absque causæ cognitione, nulla occasione rationabili præposita vel objecta, habuit et extorsit et violenter exegit, minis et terroribus interpositis, a dicto Johanne de la Vilatela, condam marito ejusdem viduæ, vel ab aliis pro eo et nomine ejusdem personis interpositis, centum sexaginta et quindecim libras viennensis monetæ et plus, nolens[2] aliquo modo eundem Johannem G
audire de jure suo postulantem et supplicantem ut eum secundum justiciam et juris ordinem a[u]scultaret et contractaret. Quo neclecto et non audito, coegit et per violencias et terrores compulit ipsum Johannem, pavefactum et timentem capcionem sui corporis, ad cavendum et satisdandum et præstandum fidejussores usque ad mille marchas argenti, contra prohibitionem et voluntatem nobilis dominæ Thitburgis et domini Bernardi Peleti, H
filii ejusdem, sub cujus dominio et jurisdictione erat dictus Johannes, et ejusdem liberi et pupilli prædicti existunt inmediate. Unde postulat humiliter et instanter petit vidua supradicta, nomine dictorum pupillorum suorum, videlicet Johannis, Guillelmæ et Raimundetæ, liberorum eciam condam dicti Johannis, super prædictis cum debita restitutione sibi justitiam exhiberi. De quibus omnibus inquiri poterit veritas cum personis quas ipsa vobis nomi- I
nabit loco et tempore competenti.

23. Asserit R^us de Ulmo, commorans in castro Vicenobrii[3], quod, cum Alricus baiulus quondam constitutus et castellanus in villa Alesti pro domino senescalco Bellicadri, quadam die tunc temporis intravit Vicenobrium cum fratre suo Guillelmo et cum uxore ipsius Guillelmi, et in die dominus Alricus et Guillelmus recesserunt, et uxor dicti Guillelmi cum so- J
ciabus ibi remansit et rogavit prædictum R. de Ulmo quod ipse maneret de nocte et die cum eis in curia usque [quod] prædictus Alricus et Guillelmus venissent, et ipse R. se precibus inclinavit. Accidit quod Ozil de Rosono tunc cum sociis suis circa mediam noctem per murum in curia intravit, et venerunt ad prædictum R. de Ulmo, et ceperunt ipsum in lecto ad gulam, et sibi prohibuerunt ne clamaret, et posuerunt gladium ad gulam dicti Rai- K
mundi, et dixerunt sibi : « Si tu clamas, nos statim interficiemus te. » Et sibi manus post dorsum ligaverunt. Et prædictus Ozil de Rosono ipsum R. interrogavit si Alricus et frater suus Guillelmus erat intus, et ipse coactus dixit : « Nequaquam. » Hoc audito, dictus Ozils præcepit sociis suis quod ipsi tenerent ipsum R. ligatum, et fecerunt. Postea ipse Ozils ivit ad cameram et clamavit ad dominam ut aperiret, et fecit, et quia non invenit dictum L
Alricum et fratrem suum Guillelmum, accepit ea quæ voluit, et postea recessit. Et hac de causa dicti fratres ceperunt ipsum R. et omnia quæ habebat, et posuerunt ipsum in carcerem, et miserunt ipsum apud Calvuson[4], et ibi tenuerunt ipsum per spacium xvii ebdomadarum,

[1] *Cod.* exitens. — [2] *Cod.* nollens. — [3] Vezenobre, Gard, arr. Alais. — [4] Calvisson, Gard, c^on Sommière.

A et uxor dicti R. quærendo hostiatim sibi neccessaria ministravit. Postea liberaverunt ipsum et habuerunt ab ipso IIII^{or} libras raimundensium et IIII solidos et VIII sestarios bladi et unum sestarium fabarum et unum porcum qui bene XX^{ti} solidos tunc temporis valebat. Et quia hæc omnia ceperunt immerito, dictus R. ea sibi quærit restitui.

24. Vobis dominis a domino rege missis significat W^{us} Favanus, de Vicenobrio, quod,
B cum ipse Guillelmus denuntiasset Henrico, baiulo de Vicenobrio condam, quod Guillelmus de Belvais ejecerat de domo ipsius Guillelmi, ipso nesciente et ignorante, quoddam pignus quod ei tradiderat pro quadam petia carnis quam eidem Guillelmo de Belvais vendiderat, ipse baiulus, opponendo contra ipsum G. Favani, dixit ei quod volebat habere firmantias de ipso, dicens ei comminando quod non exiret de castro Vicenobrii ubi erat, donec daret ei
C firmantias; et dum ipse G. Favanus diceret ei quod iret quærere firmantias, et firmaret quod staret juri, ipse baiulus, comminando ipsum, dixit ei quod non exiret de castro ubi erat donec componeret et adobaret se cum eo, et retinendo ipsum captum, nulla alia causa subsistente, compulit ipsum per vim et terrores quod donavit ei LX solidos viannensium. Unde supplicat a vobis prædictis dominis sibi de prædictis justiciam exiberi juxta
D mandatum a domino rege vobis factum. Super prædictis autem, si placet, karissimi domini, veritatem poteritis inquirere cum Firmino de Vicenobrio, notario, et cum Petro Bartolomeo et cum Petro Garani, n[ot]ario, qui tunc erant in curia supradicta.

25. Ego Salamias, judæus, vobis dominis significo quod, eo tempore quo Maynus erat castellanus Alesti, ego eram habitator civitatis Nemausi sub domini episcopi potestate.
E Quadam vero die, apud Vicenobrium veni et ibi emi IIII^{or} sestaria milii et vendidi sine visu et sine receptione eorumdem. Quo facto, incontinenti ad civitatem Nemausi redivi. Quidam vero falsi fabricatores dederunt intelligi castellano supradicto quod ego vendideram prædictum milium sine leda, et ideo dictus Maynus castellanus omnia debita quæ mihi tunc temporis in castro prædicto debebantur posuit in interdicto. Super his dominus officialis
F misit sibi literas, in quibus continebatur quod ipse Salamias prædictus in curia regis de jure audiretur. Quæ literæ in omnibus et per omnia repulsam repererunt. Ad ultimum ipsum prædictum judicium in duodecim libris raimundensium condempnavit. Quæ quidem XII^{cim} libræ in dampnis datis, laboribus et expensis quindecim libris et amplius constiterunt eidem. Unde petit sibi justiciam exiberi et denarios sibi restitui.

G 26. Domino regi Francorum Bert. et Bremundus de Vicenobrio, fratres et filii quondam Pontii de Vicenobrio, militis, significant pariter et monstrant quod Petrus Faber, condam senescallus Bellicadri et Nemausi pro domino rege Francorum, extorserit CCCC solidos raimundensium a Po[n]cio de Vicenobrio, patre eorum, nuper defuncto, hac occasione scilicet quæ sequitur, quia Bert. Gandelmarius, gener ipsius, vel alius nomine ipsius, tenebatur
H astrictus prædicto Poncio super quadam summa peccuniæ, quæ quidem summa erat trium milium solidorum raimundensium, quos Bert. Galdemarus, vel alius pro eo, solvit prædicto Poncio apud Lunellum [1]. Quibus solutis, dominus Raimundus Gaucelmus de Lunello retinuit seu retinere fecit, dicens quod prædictus senescallus ei præceperat et eidem per suas litteras dederat in mandatis. Super his autem dictus Poncius ad senescallum accedens, ro-
I gavit eum quatinus dignaretur sibi prædictos tria milia solidos liberare, quod nec prece nec precibus facere voluit. Ad ultimum vero dixit idem senescallus quod dictos denarios liberaret, set voluit habere CCCC solidos raimundensium pro deliberatione dictorum denariorum, quos habuit et retinuit hac causa supradicta. — Item significant dicti fratres quod Jocius, castellanus Alesti, qui tempore P. d'Erencort [2], senescalli, castrum de Vicenobrio
J regebat, similiter habuit ausbergum unum ferreum et unas caligas ferreas a domino Poncio de Vicenobrio prædicto, et portavit secum ista prædicta in terram suam. Pro qua munitione dominus Poncius de Vicenobrio debebat absolvi ab omnibus talliis et exaccionibus seu serviciis communibus quantum ad castrum de Vicenobrio, et nunquam pro hujusmodi munitione sicut deberet postea liber esse potuit a comunibus talliis seu collectis, imo [3] semper
K persolvit sicut minores faciebant. — Item significant dicti fratres quod dictus Poncius de Vicenobrio, pater eorum, habuit causam super injuriis coram Terrino, castellano Alesti, et in unaquaque die, quando causa ventilabat [4], suum salarium secundum judicis arbitrium persolvebat. Ad ultimum compromiserunt in amicos, qui quidem amici pacem fecerunt liberam inter partes, et ideo de pace facta a sæpedicto Poncio IIII^{or} libras raimundensium
L extorsit. — Quæ omnia supradicta et singula petunt sibi restitui, secundum arbitrium vestrum vel boni et æqui judicis, secundum quod justum æstimaverit esse faciendum.

27. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni de Templo, inquisitoribus domini

[1] Lunel, Hérault, arr. Montpellier.
[2] *Male quidem, pro* Petri de Nonencort.
[3] *Cod.* ymmo.
[4] *Cod.* ventilebat.

regis, significant St. de Marojolis et Po. de Marojolis[1], fratres, de Vicenobrio, quod Maynus, A
castellanus Alesti et baiulus de Vicenobrio condam pro Petro Fabri, tunc senescallo Belli-
quadri et Nemausi, ajornavit prædictos fratres, ad quam diem prænominati fratres vene-
runt coram prædicto Mayno, et dictus Maynus dixit eis quod quidam de Martinianicis[2]
denuntiaverat ei Mayno quod prænominati fratres turbabant ipsi de Martinianicis possessio-
nem cujusdam terræ, et hac de causa volebat habere a prædictis fratribus VIIII libras vian- B
nensium. Omnes fratres prædicti negaverunt turbationem aliquam ab eis factam esse et dare
noluerunt dictam summam peccuniæ prædicto Mayno. Prædictus Maynus absque causæ
convictione et absque ratione fratres prædictos captos detinuit, ipsos præsentatos et pro-
mittentes quod coram curia domini regis vel etiam coram ipso Mayno juri parerent et satis-
facerent rationi et de parendo juri præberent boves fidejussores. Qui Maynus prædictus, C
nolens admittere ac jura exaudire, set incontinenti ipsos fratres captos, fecit boves dictorum
fratrum capere et apud Alestum menare, et tantum detinuit prædictos fratres et boves captos
et in prædicta coactione[3] perseveravit quousque ab ipsis fratribus invitis IIIIor libras viannen-
sium vel æquivalentis monetæ habuit, quas fratres[4] prænominati petunt sibi restitui a dicto
Mayno, et præterea dampnum restaurari[5] quod propter prædictas coactiones passi sunt, D
quod dampnum dicunt esse et æstimant C solidos viannensium. Et postulant fratres præ-
dicti fieri de prædictis inquisitionem a vobis dominis supradictis, coram quibus ipsi fratres
prænominati supradicta probabunt tempore et loco oportuno.

28. Significat vobis Guillelmus Martes, de Cassainnolisis[6], quod Petrus d'Atiz, condam
senescallus Bellicadri et Nemausi, habuit ab eo indebite et injuste et etiam per violentiam E
extorsit quandam summam peccuniæ, videlicet octoginta libras viennensium, ex eo quod
Guillelmus Martes, condam ejus filius, invasionem mortalem quam sibi Guillelmus de
Parco[7], de Cassanolicis, fecerat et faciebat et facere proponebat, se deffendendo et jus suum
retinendo, propulsavit. Unde petit dictas octoginta[8] libras sibi restitui, [et] X libras vienncn-
sium quas Maynus, condam castellanus de Alesto, ab eo habuit indebite et injuste et etiam F
per violentiam extorsit pro eodem facto et pro eadem occasione. Petit etiam dampnum
quod pro prædictis X libris passus est et patitur, quod æstimat XL solidos viennensium. —
Item petit X libras viennensium, quas ab eo habuit indebite et injuste et etiam per violen-
tiam extorsit Petrus de Montardin[9], condam vicarius de Andusia[10], pro eodem facto et pro
prædicta occasione. Petit etiam dampnum quod æstimat XL solidos viennensium. Petit etiam G
XXV libras viennensium sibi restitui, quas Petrus d'Aencort[11], condam senescallus Bellicadri
et Nemausi, habuit a fidejussoribus suis indebite et injuste, quas ipse Guillelmus Martes
fidejussoribus suis postmodum plenarie restauravit; habuit, dico, a fidejussoribus pro
eo quod Guillelmus Martes, condam ejus filius, inventus fuit apud Villamnovam[12], quæ
Villanova est in terra regis Aragonum[13], et ipse Guillelmus Martes, qui defunctus est, H
de licentia et de voluntate Petri d'Atiz, condam senescalci Bellicadri et Nemausi, cum
R. de Moiolatio, milite, stare poterat, dummodo non intraret balliam sive senescalciam
prædicti Petri d'Atiz, sicut in ipsius literis continetur.

29. Asserit coram vobis dominis inquisitoribus a domino rege Francorum missis Ber-
mundus de Monteclaro, miles, dicens quod Petrus d'Atis, quondam senescallus Bellicadri I
et Nemausi, cepit eum injuriose et sine causæ[14] cognicione, nulla causa rationabili existente,
eundem Bermundum captum detinuit in castro Alesti domini regis per VII hebdomadas[15], et,
antequam ipsum vellet dimittere[16], opportuit dictum Bermundum redimere et dare dicto Petro
LX libras turonensium. Et expendit pro dicta capcione, in expensis victus, XV libras turonen-
sium. — Item dictus Petrus habuit a dicto Bermundo ex alia parte XXV libras turonensium. J
— Item Petrus d'Atis destruxit et diruit duo castra quæ tunc erant dicti Bermundi, et ea
tenebat et possidebat, scilicet castrum de Monteclaro et castrum de Viridifolio[17], dampnum
cujus destruccionis et dirucionis æstimat CC libras turonensium. — Item dictus Petrus com-
pulit dictum Bermundum quod dictus Bermundus poneret se in ipsum Petrum per amorem
de quadam quæstione quam dictus B. habebat cum nepote suo, et quia sola una die dictus K
Petrus audivit dictam causam, voluit habere a dicto Bermundo pro justicia et habuit XXV li-
bras turonensium. Quæ omnia et singula supradicta petit dictus Bermundus a dicto Petro

[1] Maruéjols-lès-Gardon, Gard, c^on Lédignan.
[2] Martignargues, Gard, c^on Vezenobre.
[3] *Cod.* cohactione.
[4] *Cod.* fratri.
[5] *Cod.* restauriri.
[6] Cassagnoles, Gard, c^on Lédignan.
[7] *Forte* le Parc, Gard, c^on Aramon, c^ne Comps.
[8] *Cod.* octogintas.
[9] *Forte* Montaren, Gard, c^on Uzès.
[10] Anduze, Gard, arr. Alais.
[11] *Id est* de Nonencort.
[12] Villeneuve-lez-Maguelonne, Hérault, c^on Frontignan.
[13] *Jacobi I, cujus tunc erat Montis Pessulani baronia.*
[14] *Cod.* causa.
[15] *Cod.* epdomadas.
[16] *Cod.* dimitere.
[17] Verfeuil, Gard, c^on Lussan.

A sibi restitui et sibi solvi, exceptis xxv libris ultimis, de quibus petit quantum bonum et æquum
videbitur ipsi Bermundo restituendum. — Item Jossius[1], castellanus quondam de Alesto,
habuit per vim a dicto Bermundo x libras turonensium, tunc temporis cum dominus Petrus
d'Aercort erat senescallus Bellicadri et Nemausi.

30. Vobis dominis magistro Petro et fratri Johanni, inquisitoribus domini regis, signi-
B ficat B., prior ecclesiarum Sancti Andreæ et Sancti P. de Vicenobrio[2], Nemausensis dio-
cesis, nomine dictæ ecclesiæ Sancti Petri pro ipsa, quod R^us Juvenis, qui mortuus est, exis-
tens baiulus quondam in castro de Vicenobrio pro Peregrino, quondam senescallo Bellicadri
et Nemausi, abstulit injuste et sine causa prædictæ ecclesiæ Sancti Petri lezdam bladi et om-
nium aliarum [rerum] quæ vendeba[n]tur in dicto castro, de quibus lezda tunc donabatur seu
C adhuc donatur, quam dictam lezdam prædicta ecclesia Sancti Petri habuerat et perceperat,
seu habebatur vel percipiebatur nomine dictæ ecclesiæ Sancti Petri per tantum tempus quod
non extat hominis memoria, antequam dictus R. Juvenis prædictam lezdam aufferret ecclesiæ
supradictæ Sancti Petri; dictam lezdam, [cum eam] abstulerit injuste et sine causa, postulat
dictus prior nomine dictæ ecclesiæ Sancti Petri restitui cum fructibus inde perceptis. Protes-
D tatur se probaturum prædicta loco et tempore opportuno, et postulat quod per vos prædictos
duos inquisitores requiratur veritas de prædictis, et hoc petit salvo jure pluris.

31. Ego Bern. Rainaldus de Vicenobrio, laicus, vobis inquisitoribus pro domino rege Fran-
corum significo quod Jocius, castellanus Alesti condam, extorsit a me vel habuit xx solidos
raimundensium, ex eo quia extraxeram quandam coperiam cum tribus cloquleariis ligneis,
E quæ valebant nummum unum, scilicet raimundensem, de domo dominæ matris meæ. Ter-
rinus etiam castellanus habuit de me IIII^or solidos nemausensium, ideo quia vocavi Raimun-
dum Marzac, correvum suum, arlor, et propter hoc vocavi eum arlor quia ipse R. Marzac
prædictus ruperat unum linteamen uxori meæ in terra etiam mea propria. — Item habuit
de me dictus Terrinus ex parte altera XVIII turonenses, ex eo quia conduxi asinum meum
F peregrinis ad monetam turonensem, et statim eos cambivi vel cambiavi ad tabulam domini
regis, Rainaldus, baiulus pro[3] Terrino, habuit XVIII raimundenses de manulerio[4], quos
solvere mihi denegat omni hora. Unde petit sibi justiciam ex[h]iberi [et] dictos denarios
integre, si visum justo fuerit judici, restaurari[5].

32. Vobis dominis inquisitoribus domini regis significat G. de Gorza, dominus castri de
G Gorcia[6], quod Dalmacius, pater ipsius quondam, erat dominus pro sexta parte indivisa
castri de Samson[7], quod castrum tenebatur ab episcopo Vivariensi, et ipse habebat in eo
castro majus dominium. Unde, cum auctoritate prædicti episcopi dictus Dalmacius prædictus
pariarios suos dicti castri de Samsono, eo quod feudum comiserant episcopo supradicto, de
dicto castro ejecisset seu portiones eorum quas habebant in dicto castro cepisset, Petrus
H Faber sive de Athis, tunc senescallus Bellicadri, commotus contra dictum Dalmacium occa-
sione prædicta, licet injuste, fecit per terram domini regis senescalliæ prædictæ cavalcatas
præconisari, unde in terram dicti Dalmacii adduceret exercitum contra ipsum Dalmacium
prænominatum. Et ideo dictus Dalmacius, illa de causa perterritus et compulsus, fidejus-
sores ac securitates præstitit usque ad centum libras viennensium prædicto senescallo, ut
I pareret voluntati ipsius, quam credidit esse bonam, et exactis fidejussoribus, C libras præ-
dictas vel tantum valens et etiam plus prædictum Dalmacium opportuit solvere, et exinde
fuit passus præterea dampnum in valentes alias centum libras. Et plus quam ducentas libras
prædictas, prædictus G., heres dicti Dalmacii, petit sibi restitui a prædicto Petro Fabro de
aliis, protestando se probaturum prædicta loco et tempore opportuno. Postulat quod per
J vos prædictos dominos inquisitores inquiratur veritas de prædictis, et petit supradicta, salvo
jure pluris.

33. Vobis venerabilibus inquisitoribus significat Adalacia, uxor quondam Berengarii
de Mandajorx[8], nomine liberorum suorum, quod Jachobinus[9], frater quondam Peregrini,
senescalli Bellicadri et Nemausi, tenens locum senescalli, habuit ab ipso D solidos poge-
K siorum ad hoc ut liberaret dictum Berengarium, maritum suum, a morte, qui captus tunc
temporis tenebatur ab ipso, et quem promisit eidem mulieri se liberaturum. Unde cum
non liberasset eundem ut promisit, dictos D solidos [petit] sibi restitui nomine liberorum
suorum, quod dampnum et interesse æstimat[10] C solidos turonensium sibi adjudicari.

34. Vobis dominis inquisitoribus domini regis Franciæ supplicando significat Stephanus

[1] *Cod.* Jossas.
[2] Vezenobre, Gard, arr. Alais, ch.-l. de canton.
[3] *Cod.* propter.
[4] *Id. est* manulevio, fidejussione.
[5] *Cod.* restaurire.
[6] Lagorce, Ardèche, c^on Vallon. *Vide infra*, § 55.
[7] Sampzon, Ardèche, c^on Vallon.
[8] Mandajors, Gard, c^on Alais, c^ne Saint-Paul-la-Coste.
[9] *Jacobinus, Peregrini Latinarii frater, anno 1238, post mortem fratris sui, sex circiter mensibus senescalliam rexit.*
[10] *Cod.* extimat.

de Chauce[1], miles, quod, tempore senescalliæ Petri Fabri senescalli, Maynus, tunc baiulus A
pro eo in Alesto, injuste et sine causæ cognicione extorsit et habuit ab eodem XV libras
viennensium, quas auctoritate legalitatis domini regis per vos sibi restitui postulat et re-
quirit cum dampno et interesse suo, quod æxtimat X libras viennensium.

35. Vobis dominis significat B. de Maresanicis[2], de Vicenobrio, quod Ricardus, existens
baiulus de Vicenobrio, habuit ab eo LXVI solidos raimundensium pro quodam ramo quer- B
quino, quem detulit in manu ad quendam locum publicum. — Item extorsit et habuit ab
eodem B. dictus Richardus quoddam pulvinar pro quatuor nummis podiensibus, quod pul-
vinar non potuit postea recuperare. — Item significat vobis quod R. Marzac et P. de Bosinas,
nuncii Stephani de Montillis, tunc existentis baiuli de Vicenobrio, violenter abstulerunt
quandam culcitram de domo sua, pro eo quod uxor ipsius noluit dare fidejussores sine ipso. C
Quæ omnia suprascripta petit sibi restitui.

36. Viris venerabilibus dominis inquisitoribus significat P. Zabaterius, habitator castri
de Vicenobrio, quod Thierricus, castellanus Alesti, exegit et per vim habuit et extorsit a
dicto P. Zabaterio, ex una parte, XXX solidos pogesiorum, eo solo videlicet quod dictum
fuerat dicto castellano quod dictus P. Zabaterius amermaverat quandam viam, et ex alia D
parte L solidos pogesiorum ex eo quia Ricardus, nuncius dicti castellani, dixit quod dictus
P. arrabaverat suos maillos Petro de Maurezaneges[3], quod non potuit probari. — Item
VIII solidos pogesiorum, eo solo videlicet quod dictus Ricardus, nuncius dicti castellani,
inculpabat dictum P. quod dictus P. tetendit[4] lapides ad capiendum cirogrillos in terra fratris
sui, quod non potuit probari. — Item XXV solidos pogesiorum, ex eo quod Johannes Cas- E
sola, qui correrius fuerat de Vicenobrio, dixerat [quod] prædictus P. Zabaterius furatus
fuerat censum domini regis, quod falsum erat, et prædictus P. peciit judicium super hoc
et non potuit abscultari. — Item VIII solidos racione quia noluit mutuare dicto castellano
XX solidos. — Item XL solidos pogesiorum, eo solo videlicet quia dictus P. accaptaverat
quandam petiam terræ de quodam avunc[u]lo suo, ipse habuit dictus castellanus X solidos F
pogesiorum a dicto P., quia cartam suam fieri fecit in Alesto. — Item X solidos pogesio-
rum, eo quia nuncii sui dicti castellani dicebant quod ipsi invenerunt animalia dicti P. in
quodam campo amitæ Guillelmi Martes. — Item significat prædictus P. Zabaterius quod
Stephanus de Montillis, qui baiulus erat tunc pro dicto Thierrino, castellano Alesti, habuit
injuste a dicto P. XL solidos pogesiorum, eo solo videlicet quod Jo. Cassola dicebat quod G
ipse vidit animalia dicti P. in quadam blaqueria, et habuit etiam VIII solidos pogesiorum
pro banno. Unde dictus P. petit VIII libras a dicto Thierrino, castellano Alesti, sibi re-
stitui, et XLVIII solidos pogesiorum a Stephano de Montillis, et de prædictis inquiri et
justiciam exhiberi.

37. Vobis dominis pro domino rege inquisitoribus significat Stephanus de Sancta Cruce, H
sic. de Alesto, filius condam Raimundi Cartal, quod Raimundus Cautal[a], pater suus, tradidit
ex causa societatis seu comandæ Arnaudo Tueis, habitatori de Mascilia, quindecim milia
solidorum podiensium et unum equ[u]m valentem D solidos podiensium, qui Arnaudus
cum dicta summa peccuniæ et equo aufugit et se a terra domini regis penitus absentavit, et
civitate Masciliæ se receptavit. Quo audito a dicto Raimundo, venit, et exposita querimonia I
de eodem in curia Masciliæ, nolente sibi de dicto Arnaudo justiciam exhibere, recurrit ad
dominum senescallum Peregrinum condam Bellicadri, et requisivit ab eodem quod, aucto-
ritate officii quo fungebatur, scriberet pro ipso potestati et viccario et comunitati Masciliæ,
ut sibi Raimundo de dicto Arnaudo facerent justiciæ complementum. Quod dictus dominus
senescallus fecit, non tantum semel, sed secundo et etiam tercio et quarto et plus, et suos J
proprios nuncios, probos homines de terra ista, ad expensas[5] dicti Raimundi destinavit,
rogando et requirendo ipsos viccarios et potestatem, necnon et comunitatem Masciliæ, ut
dicto Raimundo de ipso Arnaudo exhiberent plenitudinem rationis. Qui, spretis mandato,
litteris ac nunciis ipsius senescalli, prædicta facere neglexerunt. Quo audito a dicto senes-
callo, ad instanciam dicti Raimundi postulantis[6] exhiberi sibi justiciam de prædictis, fecit K
arrestari idem senescallus XIIII trocellos de hominibus Masciliæ pro prædicto debito. Pro
qua arrestatione habuit a dicto Raimundo XX libras viennensium, et sui consiliarii XV libras
et plus. — Item significat quod, facta arrestatione, dictus senescallus infra octo dies de-
cessit[7], et Jacominus, qui tenebat locum dicti senescalli, dictos trocellos liberavit sine
causæ cognitione propter servicium quod habuit ab hominibus Masciliæ. — Item significat L
quod postea idem Jacominus, existens senescallus, fecit arrestari trocellos et carigas homi-

[1] Chausses, Gard, c^on Génolhac, c^ne Chamborigaut.
[2] Marissargues, *prope* Aubais, arr. Nîmes, c^on Sommière (Cassini).
[3] Mauressargues, Gard, c^on Lédignan.
[4] *Cod.* tendidit.
[5] *Cod.* expenssos.
[6] *Cod.* postulans.
[7] *Anno scilicet 1238 ineunte.*

A num Masciliæ pro prædictis, quos trocellos et carigas postea idem senescallus relaxavit, nulla adhibita ratione ipsi Raimundo de prædictis, propter servicium quod habuit ab hominibus Masciliæ. Unde a vobis dominis supradictis postulat idem Stephanus sibi de prædictis justiciam exhiberi et prædictas peccuniæ quantitates sibi reddi et solvi, si vobis videbitur faciendum, propter quod dictus Raimundus, pater suus, dampnificatus fuit in centum et
B L libris viennensium, computatis in eisdem centum L libris quantitatibus peccuniæ supradictis. Unde a vobis dominis supradictis supplicat idem Stephanus sibi de prædictis a vobis dominis inquisitoribus justiciam exhiberi, et prædictas peccuniæ quantitates sibi reddi, si vestræ providentiæ et legalitati videbitur faciendum.

38. Vobis dominis inquisitoribus significo ego Guillelmus Corregiers, quod, cum
C Maynus esset castellanus in villa Alesti pro domino rege, et ego essem obligatus creditoribus usque ad XXIII libras pogesiorum, et essent conquesti de me prædicto Mayno. Petrus Trespogezas locutus fuit prædicto Mayno quod ego darem ei VIII libras pogesiorum, ut non vexarer a creditoribus, et quod ipse postea, videlicet castellanus, responderet creditoribus pro me. Et ita factum fuit quod ego personaliter pro prædicta causa promisi prædicto
D Mayno octo libras podiensium, et ipse fecit mihi pactum in supradicta forma, et de prædictis octo libris persolvi in prima solutione C solidos podiensium vel æquivalentis monetæ prædicto Mayno. Residuum vero, videlicet LX solidos, quia non fuerunt soluti infra octo dies, cepit me dictus Maynus infra curiam de Alesto, et fui ibi per septimanam captus, et antequam possem liberari et exire inde, oportuit me vi solvere prædicto Mayno C et quinque
E solidos inter prædictos LX solidos et expensas quas dixerunt me fecisse in captione. Post prædicta, prædicti creditores vexaverunt me, conquerendo de me prædicto Mayno, et, vi coactus, oportuit me satisfacere creditoribus prædictis, non obstante pacto quod fecerant mihi prædicti, videlicet Petro Trespogezas et Maynus castellanus, et ita sine causa prædictus Maynus, castellanus tunc Alesti, habuit et extorsit a me dicto Guillelmo Corregerio injuste
F et sine causa X libras et V solidos podiensium vel æquivalentis monetæ, ultra dampnum et injuriam et captionem mihi illatam, quæ æstimo C solidos viannensium. Quæ omnia supliciter mihi restitui peto.

39. Vobis dominis pro domino rege inquisitoribus significat Bert. de Moleriis, de Manso Dei[1], quod Petrus de Athiis, senescallus condam Belliquadri et Nemausi, habuit et extorsit
G ab ipso XXX solidos viennensium, ea videlicet ratione quia dicebat quod quidam serviens, qui, veniens de Carcassona, hospitatus erat[2] apud Mansum Dei in domo ipsius B., perdiderat ibi unum calandrium, et ipso Bert. parato et offerente se juri parere ipsi[3] servienti vel cuilibet de ipso conquerenti, justicia mediante, nichilominus ipse senescallus habuit ab ipso dictos XXX solidos viennensium, quod paratus est probare loco et tempore competenti, facta
H tamen prius inquisitione cum senescallo condam superius memorato. Unde a vobis dominis supradictis petit dictos XXX solidos sibi reddi, et ipsum Petrum de Athiis ad ipsos sibi reddendos compelli, juxta præceptum a domino rege vobis factum, si providentiæ vestræ et legalitati videbitur faciendum.

40. Ego G. Lonia conqueror de Petro Fabro, senescallo domini regis, tunc temporis
I permanente, quod ipse habuit et tenuit quendam mulum meum per XII [h]ebdomadas, et quia volui mulum meum recuperare, abstulit a me et voluit habere VI libras podiensium.— Item conqueror de isto senescallo modo persistente, de VI libris podiensium quas sibi dedi pro cambi propter XV libras nemausensium, quæ non debebant esse nisi XXX libræ podiensium. — Item conqueror de Androyno de XL solidis podiensium et de XX solidis scriptoris.

J 41. Ieu R. de Sestela, del Mas Dieu, me complain a Dieu nostre seinnor e a moseinnor lorrei de Fransa de Pe. Fabre lo senescal, que fon sa enreire, e d'en May, que era bailieus d'Alez per el en la part per monseinnor lorrei, de XI lb. de raimonenxc, que agron de raubaria de me, e complain me de X lb. de raimone[n]xc, quem feron despendre en messions per las terras, quem casseron de ma maiso a gran peccat et a gran tort. Et ieu quis merce per
K Dieu e per moseinnor lorrei an May, quem fezes jutgar per dreg; et el respos: « Ales chiar, « filz a putan, ribaut, » e fes me penre a so messatje e metre en preisoh, e la colpa per que osteron fon, car avia mentagut monseinnor en P. Bremon[4]; et ieu non o avia fag en aquel temps.

42. Significat vobis dominis locum domini regis tenentibus Jo. del Fossat, homo domini
L B. Peleti et custos molendini domini regis et dicti domini Bern. Peleti, quod Jossi, castellanus condam Alesti pro domino rege, retinuit et adhuc retinet de expensis quas fecit in

[1] Le Mas-Dieu, Gard, c^{on} la Grand-Combe, c^{ne} Laval.
[2] *Vocem* erat, *in cod. omissam, supplevimus.*
[3] *Cod.* ipso.
[4] *Olim condominus Alesti et dominus castrorum Andusiæ et Salvii, cujus terræ, cum diu Tholosani comitis partes tenuisset, a rege Ludovico IX confiscatæ fuerunt.*

resclausa dicti molendini pro parte sua IIII^or libras minus XVIII denariis viennensium. Unde A
dictus Jo. petit supradictas IIII^or libras minus XVIII denariis viennensium sibi reddi.

43. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus Guillelmus de Dalgada quod Jossi, condam castellanus Alesti, habuit et extorsit vi ab eodem IIII^or libras bernardensium, quas ab ipso per vos restitui petit.

44. Significat vobis dominis inquisitoribus Gaujosa, humilis vidua, uxor condam Duranti B
Gaujos, quod G. de Clereto, correvus curiæ, habuit ab ea quoddam paireolum tempore quo dominus Imbertus de Bello Jocco fuit in villa Alesti[1]. Unde petit suppliciter sibi paireolum restitui, et de dampno a vobis prefatis dominis inquisitoribus justiciam exhiberi.

45. Ego Bern. Malsac notifico vobis inquisitoribus ex parte domini regis Franciæ quod
Therricus, villicus Alesti, conduxit mulum meum et tenuit VIIII dies, pro quibus debui ha- C
bere XVIII solidos viannensium, quorum habui duos solidos prædictæ monetæ, et, cum locus affuerit, vobis per testes idoneos[2] demonstrabo.

46. Significant fabri lignorum Alesti infrascripti, videlicet Jo. de Fontanas, Pe. de Cervier, Bern. Michael, Bern. Chiaols, R. Glanieira, W. del Puget, W. Hermengau, Pe. de
Cabrairet, R. dels Apenetz, Bern. Abeilla, Pe. Gili, R. del Bosquet, Pe. de Liron, Pe. de la D
Faissa, W. de Marssaneta, R. d'Alga, Bern. de Liviers, Po. del Vilar, quod præconizatum fuit in Alesto ex parte domini regis Franciæ quod omnes cæmentarii Alesti irent ad Aquas Mortuas sub pœna corporum et peccuniarum, et Droynus[3], nepos domini T[herrici] castellani de Alesto, qui tunc temporis tenebat locum dicti domini castellani, quia ipse iverat ad
Sanctum Jacobum, præcepit eis, sub pœna corporum et peccuniarum, ut irent ad Aquas E
Mortuas cum ferramentis suis, quod etiam fecerunt, et, cum fuerunt illuc, fuit eis dictum ut redirent, quia illuc non indigebant[4] de ipsis, et prædicti redierunt apud Alestum, et fuerunt morati in itinere eundo et redeundo per IIII^or dies, et nil inde habuerunt. Unde, cum sint pauperes, supplicant vobis quod de illis IIII^or diebus dampnum quod passi sunt
eis restitui faciatis, quod dampnum est unicuique XII solidorum bernardensium. F

47. Significant vobis dominis inquisitoribus Guillelmus d'Alson[5], presbiter, et Michael Salson[a], fratres, quod Therricus, existens castellanus Alesti pro domino rege, fecit asportari lapides de quodam casali ad domum quam idem Therricus hædificabat in villa Alesti, quod cazale pertinebat ad dictos fratres, et hoc fecit contra voluntatem et prohibitionem
dictorum fratrum et per violentiam. Unde postulant super hiis sibi justiciam exhiberi, et G
dampnum et interesse coram vobis parati sunt declarare.

[a] sic.

48. Conqueritur St. Cassola de T[herrico], castellano Alesti, propter IIII^or libras raimondensium quas ipse T[herricus] habuit ex rapina, quia dictus St. incusatus erat a dicto T[herrico] quod ipse revellerat quandam metam, quod ipse T[herricus] ad dictum St. per
ullos testes non potuit comprobare, set cepit illum propria voluntate, et misit ipsum [in] H
compedibus ferreis violenter, fugiens fidejussores et pignora dicti St. promittentis. — Item conqueritur de Ricardo, quia mater dicti St. acomodavit sibi X solidos propria voluntate, quos Ricardus postea reddere noluit ullo modo. — Item conqueritur de Jossi, castellano Alesti, per LX solidos quos habuit quia curia ceperat quendam clericum apud Meianas[6].
Unde Ricardus, baiulus de Vicenobrio, coegit dictum St., ultra voluntatem suam, quod ipse I
St. perrexisset apud Meianas, prædictum clericum custodire. Quo custodito per tres [h]ebdomadas, postea dictus St. recessit. Post pater ipsius St. custodivit clericum cum aliis custodibus. Sed clericus evadit carcere curiali. Unde habuit dictus Jossi LX solidos et XVI solidos quos custodes comederant, et postea Ricardus X solidos ab eodem habuit propria voluntate
et dicto St. solvere jam fecit. — Item Androis, baiulus de Vicenobrio, habuit quinque soli- J
dos, quia St. demonstravit ad curiam quod aliqui juvenes percusserant ipsum [in] strata publica violenter.

49. Significat vobis nobilis vir dominus Randonus de Castro Novo quod Petrus de Athis, condam senescallus Bellicadri et Nemausi, habuit et extorsit injuste et sine causa rationabili
a dicto domino Randono et ab hominibus[7] suis de Castro Novo[8], contra voluntatem ipsius K
nobilis et ipsorum hominum, quinque milia solidorum podiensium, et a Salomone, judæo suo, LX libras turonensium, quam peccuniam prædictam petit sibi et suis hominibus reddi et restitui, et ad majorem firmitatem et credulitatem habendam hanc præsentem paginam sigilli

[1] *Imbertum de Bello Joco, Franciæ constabularium, bis provinciam Narbonensem nomine regis gubernasse constat, priore scilicet vice annis 1226-1227, altera autem anno 1242, quo comes Tholosæ denuo contra regem bellum adortus est.* (Vaissète, Hist. générale de Languedoc, noviss. edit., VII, II, col. 102.) *Ea quæ in ista narrantur querimonia ad annum 1242 verisimiliter referenda sunt.*

[2] *Cod.* ydoneos.

[3] *Qui supra Androynus vocatur* (*vide* § 40). *Ex eo conjici potest Aquarum Mortuarum novam villam circa annum 1245 fundatam fuisse.*

[4] *Subaud.* regiæ gentes.

[5] Alzon, Gard, c^on le Vigan.

[6] Mejanes-lès-Alais, Gard, c^on Alais.

[7] *Cod.* omnibus.

[8] Châteauneuf-de-Randon, Lozère, arr. Mende.

A sui[1] munimine præcepit sigillari. Et amplius quater viginti libras viannensium de pedagio
Montis Fortis.

50. Item ego Albertus de Socantono[2], pro me et fratribus meis, significo vobis prædictis
dominis quod Petrus Cancellarius, de Vermiliis[3], dedit patri meo Guillelmo de Socantono
quandam arborem quercoris in tenemento mansi de Teuleria[4], quam arborem cum [s]ci-
B disset vel eam [s]cindere fecisset, denunciavit curiæ Alesti, videlicet Mayno, tunc Alesti
castellano, quidam habitator Alesti quod arbor erat sua, cum in veritate non esset, imo[5]
erat Petri Cancellarii prædicti, et sine causæ cognitione et sine alia causa justa punivit præ-
dictus castellanus prædictum Guillelmum de Socantono, patrem meum, pro prædicta
[s]cissione in L solidis viannensium, cum prædicta arbor esset empta justo precio pro XII de-
C nariis viannensibus, quos L solidos peto mihi restitui et solvi nomine meo et fratrum meo-
rum, et dampnum patri meo inde datum, quod est C solidorum viannensium, quos similiter
mihi et fratribus meis mihi restitui peto.

51. Significat vobis Raimundus de Agrifolio quod Terricus, castellanus Alesti, injuste et
absque cognitione causæ, abstulit sibi vel auferri fecit et de hospicio suo, scilicet de domo
D Poncii de Carnoleso[6], de Alesto, abstrahi et abduci quendam equ[u]m nigrum balciacium,
qui equ[u]s valebat XXV libras turonensium. Et petit dictum equ[u]m, si extat, vel, [si] non
extat, dictam summam vel precium sibi restitui atque reddi. — Item præfatus castellanus
injuste et sine causæ cognitione extorsit et habuit ab ipso X libras raimundensium sive ber-
nardensium, quas petit sibi reddi a dicto castellano.

E 52. Item significat Poncius de Agrifolio quod dominus Petrus de Athis, condam senes-
callus Bellicadri et Nemausi, fecit diruere domos quas dictus Poncius de Agrifolio habebat
in castro de Agrifolio[7], dampnum cujus dirutionis æstimat dictus Poncius L libras turonen-
sium. — Item significat vobis dictus Poncius quod dictus Petrus fecit destrui et asportari
assinas seu artamenta domorum prædictarum, quas æstimat[8] XXV libras turonensium.

F 53. Significat vobis Raimundus de Agrifolio, domicellus, quod Petrus de Athiis, condam
senescallus Bellicadri et Nemausi, injuste fecit dirui domum suam. Unde fuit dampnificatus
in C libras turonensium; et licet dictus senescallus sponte præceperit Odardo, subvicario de
Andusia, quod emendaret ei C solidos turonensium, nichil fuit ei emendatum. Unde petit
dictum dampnum sibi restitui.

G 54. Significat dominus Guigo lo Meschi quod Petrus Faber, condam senescallus Belli-
cadri et Nemausi, habuit ab eo indebite et injuste quendam equ[u]m, cujus equi precium
fuerat C librarum turonensium. Quod precium dictus Petrus Faber solvere non curavit.
Unde petit dictas C libras[9] sibi solvi.

55. Significat Bern. de Rossono, dominus castri de Rossono[10], quod, dum Petrus Faber,
H qui alio cognomine[11] vocabatur de Athis, esset senescallus Bellicadri et Nemausi, idem Petrus
prædictus exegit et habuit injuste a domino Dalmacio de Gorsa[12], socio tunc dicti Bern., se-
curitates et fidejussores usque ad quandam peccuniæ summam, de quibus fidejussoribus et
pro qua summa prædicta dictus Bern. unus extitit fidejussor usque ad summam mille soli-
dorum raimundensium Petro Fabro prædicto[13]. Unde, cum item Petrus prædictus dictos[14]
I mille solidos a prædicto Bern. peciit, et ipse Bern. illos mille solidos non solvisset supradicto
Petro ad voluntatem ipsius, ideo dictus Petrus, tunc senescallus[15], dictum Bern. misit injuste
in hostagiis et sub banno et extra terram ipsius Bern. ipsum cohactum transmisit, et coegit[16]
ipsum ire pedibus suis et absque equitatura ad castrum de Bellagarda, et fecit eum ibi ma-
nere cohactum per unum mensem et plus, et castrum prædictum de Rossono sazivit, et ab
J hominibus dicti Bern. exegit et habuit injuste prædictos mille solidos, et præterea CC solidos,
eis prædictis hominibus vim et injurias inferendo et res ipsorum capiendo. Præterea præ-
dictus Petrus, tunc senescallus, habens odio[17] supradictum Bern., ipsum detinuit coactum
et invitum apud villam de la Calmeta[18] et in villa Alesti per IIII^or menses. Et postea absque
omni occasione justa posuit ac statuit servientes in castro de Rossono, expulso ipso Bern.
K prædicto et tota ejus fa[mi]lia dejecta ab ipso castro. Et postea statuit ibi alios servientes
suos quos fecit ibi morari, qui in[h]oneste vivendo ibi luxuriose et cum meretricibus bona

[1] *Cod.* suo.
[2] Soucanton, Gard, c^on Alais, c^ne Saint-Jean-du-Pin.
[3] Vermeils, Gard, c^on Anduze, c^ne Bagard.
[4] La Teulière, Gard, c^on Alais, c^ne Saint-Jean-du-Pin.
[5] *Cod.* immo.
[6] Carnoulès, Gard, c^on Anduze, c^ne Saint-Sébastien-d'Aigrefeuille.
[7] Aigrefeuille, Gard, c^on Anduze, c^ne Saint-Sébastien-d'Aigrefeuille.
[8] *Cod.* extimat.
[9] *Cod.* dicte C libre.
[10] Rousson, Gard, c^on Alais.
[11] *Cod.* connomine.
[12] *Vide supra*, p. 377, § 32.
[13] *Cod.* predicta.
[14] *Cod.* dictis.
[15] *Cod.* senascallus.
[16] *Cod.* quoegit.
[17] *Cod.* hodio.
[18] La Calmette, Gard, c^on Saint-Chapte.

albergui sive domus prædicti castri devastaverunt. — Item exegit et habuit supradictus A
senescallus injuste, occasione[1] expensarum quas in prædicto castro dicti servientes fecerant,
quingentos solidos raimundensium ab hominibus prædicti Bern. — Item fecit dirui muros
prædicti castri et ipsum castrum deformari, nulla justa occasione[2] et absque consilio et
consensu virorum illius terræ. Unde, cum prædictus Bern. dampnificatus fuerit propter
prædictas injurias et injusticias ac acciones sibi illatas et factas in quinque milibus soli- B
dorum turonensium præter dampnum destructionis dicti castri, petit supradictus Bern. in-
quisitionem fieri de prædictis a vobis prædictis dominis inquisitoribus, et prædicta quinque
milia solidorum sibi dari et solvi a prædicto Petro tunc senescallo. Et præterea petit sibi
resarciri[3] ab eodem dampnum quod passus est in destructione dicti castri, quod dampnum
dicit esse et æstimat alia quinque milia solidorum turonensium, quæ petit sibi dari a præ- C
dicto P. Fabro.

56. Significat vobis G. de Agrifolio, miles, quod Petrus d'Athis, senescallus condam
Bellicadri et Nemausi, demolivit[4] sive derrocavit stare meum quod habebam in castro de
Agrifolio, videlicet turrim unam cum aliis domibus circumstantibus, et fregit vasa mea
vinaria et alia, et exparsit vinum meum et bladum, et fregit scamna, tabulas, archas et scrinia D
et alia suppellectilia domus, pannos et ferrum diversum et multis officiis adaptavit et aspor-
tavit. Totum hoc injuste fecit et sine causa et etiam sine causæ cognitione, et dampnificavit
me pro prædictis in quinque milibus solidorum turonensium, quos mihi restitui peto vel
solvi et reddi.

57. Significamus vobis nos infrascripti, videlicet ego R. de Socantono, miles, pro me ipso, E
et Petrus de Monte Rotondo[5], pro me ipso, et ego Berengarius de Socantono, pro me ipso,
et ego Albertus de Socantono, pro me et fratribus meis, quod castrum de Socantono et
ejus jurisdiccio et districtus sive cohercio erat omnium nostrum[6] prædictorum, et in præ-
dictis sumus et fuimus participes sive parciarii. Quod castrum sine causa et sine aliqua cogni-
tione alicujus nostrum prædictorum facta sive oblata domino Peregrino, tunc senescallo F
Bellicadri et Nemausi, vel Terrico, tunc Alesti castellano pro eo, prædictus castellanus de-
molivit sive derrocavit prædictum castrum de Socantono, scilicet muros, staria, turrim, fodit
et evertit cisternam, quæ cum magno labore et magno argento fuerat fundata et ædificata,
pro quibus dampnati fuimus et sumus nos prædicti domini de Socantono et parciarii in va-
lentia x milium solidorum turonensium, et quos plus petimus nobis restitui et solvi, cum G
injuste et sine causa facta sit prædicta demolicio et prædictum dampnum nobis illatum.

58. Item nos prædicti significamus vobis prædictis dominis quod vallis Sancti Martini de
Arenis[7] et vallis Sancti Johannis de Pinu[8] pro majori parte est de dominio, jurisdictione et
districtu nostrum[9] prædictorum, et nos et[10] prædecessores nostri possedimus et posse-
derunt possessionem prædictam tantum temporis quod excedit omnium hominum memo- H
riam. Et sine causa et sine aliqua conquestione de nobis ab aliquo facta prædicto senescallo
vel prædicto castellano, videlicet Terrico, prædictus castellanus immisit ibi baiulum suum
ad recipiendum fidejussiones et querelas et ad faciendum districta, pro quibus dampnum
passi sumus in quingentis solidis turonensium et plus, quos petimus nobis restitui et solvi,
et in futurum prohiberi castellano Alesti ne ibi teneat vel statuat baiulum suum vel nuncium I
pro prædictis[11].

[1] *Cod.* occatione.
[2] *Cod.* occatione.
[3] *Cod.* rescarciri.
[4] *Cod.* demalivit.
[5] Montredon, Gard, c^{on} la Grand'Combe, c^{ne} Laval.
[6] *Cod. hic et infra pluries* nostrorum.
[7] Saint-Martin-d'Arènes, Gard, c^{on} et c^{ne} Alais.
[8] Saint-Jean-du-Pin, Gard, c^{on} Alais.
[9] *Cod.* nostrorum.
[10] *Vox* et *in cod. deest.*
[11] *In adversa rotuli parte verba sequentia legere est :* De Alesto. Omnia hic contenta sunt mihi tradita manifeste, et nichil est mihi propositum in contrarium. *Ultimum vero illud verbum dubium est et semideletum.*

QUERIMONIÆ NEMAUSENSIUM.

ANNIS 1247 ET 1248.

MONITUM.

Magistrum Petrum de Castra, canonicum Carnotensem, et fratrem Johannem de Templo, ordinis Vallis Scholarium, qui Carcassonensem Biterrensemque regiones anno 1247 visitavere, Nemausum Ludovicus nonus eodem anno misit, ut in senescalcia Bellicadrensi et Nemausensi inquisitionis officio fungerentur. Subdelegatos illi habuere Bernardum sacristam et Bernardum eleemosynarium Nemausenses, quibus, ubi oportuit, vices suas commiserunt. Cujus quidem inquisitionis regestum ad nos usque pervenit, in archivo Parisiensi asservatum (J. 889), a magistro Guillelmo Rufo, notario, inter menses novembrem anni 1247 februariumque anni 1248 compositum. Chartaceo codici folia sunt 208, computatis illis in quibus nihil scriptum est, annumeratis etiam schedulis quarum unaquæque nunc proprio numero distinguitur (schedulis numeri sunt 21, 24, 29, 109, 114, 205, 206, 207, 208). Chartam habes rudi arte confectam, quum folio decimo quinto a posteriori parte panniculus inhæreat, apparentibus etiam nunc in eo filis miro modo conservatus. In membrana, qua regestum involutum est, manu coætanea hic inscriptus est titulus: « Querele magistri Guillelmi Nem[aus]ensis; » hæc quoque, sæculo XIII, capitalibus litteris addita sunt : « Cartularium Guillelmi Ruffi, notarii Nemausen[sis], super querelis reddendis. » Codici quidam, currente XV° sæculo, hunc inscripsit titulum : « Acta judicialia Bellicadri. » Particulæ præterea membranaceæ, minimæ quidem, marginibus affixæ sunt, quæ acta quædam legentibus demonstrarent : « Querela R. Galloni contra P. Ruffum. Quere testes sub signo crucis in tali cartula posito » (fol. 9). « Causa Martini Pelliparii. Quere testes sub signo A » (fol. 12). « A. Testes Martini Pelliparii contra Stephanum de Codols » (fol. 90). « Querele de Albasio » (fol. 107). « Querele de Boiseriis » (fol. 108).

In schedulis codici annexis, quarum aliquæ chartaceæ, nunc testimonia leguntur, nunc querimoniæ vel petitiones inscriptæ sunt, quas a partibus porrectas non nunquam scriptor in codicem introduxit; actis nempe in libro non uno tenore transcriptis, folia supersunt scriptura vacantia, quasi interponendis articulis reservata. Quaterniones etiam nonnullos invenies quorum paginæ nunc a superiori parte ad inferiorem, nunc ab inferiori ad superiorem conscriptæ sunt, ita ut hæ non nisi verso codice legantur [1]. Instrumenta plerumque habes integra, eo excepto quod in multis petitio qua querimonia concluditur hunc in modum a scriba truncata est : « Unde supplicat, *etc.* » Testes,

[1] *Vide folia* 73-75, 183-184, 190-203.

ubi fuere, in fine petitionis apparent, nunc a conquerentibus producti, nunc illi auxilium afferentes qui crimen incurrit; adest etiam in aliquibus provisoria vel diffinitiva inquisitorum sententia.

Post petitiones Nemausensium, quæ majorem codicis partem tenent, rubricas interpositis intervallis scriptor disposuit, unde oriundi essent illi qui conquesti fuerant indicaturas :

Querele militum et hominum castri de Clarenciaco (*Clarensac*, c^on^ Saint-Mamet), fol. 103.
De Albasio (*Aubais*, c^on^ Sommière), fol. 107.
De Boisseriis (*Boissières*, c^on^ Sommière), fol. 107 verso.
De Bernicio (*Bernis*, c^on^ Vauvert), fol. 112 et fol. 116 verso.
De Bellvezin (*Beauvoisin*, c^on^ Vauvert), fol. 112 verso.
De Congeniis (*Congeniès*, c^on^ Sommière), fol. 116.
Querele hominum de Aquis Vivis (*Aiguesvives*, c^on^ Sommière), fol. 121.
De Achavo (*Uchaud*, c^on^ Vauvert), fol. 122 verso.
De Cavairaco (*Caveirac*, c^on^ Saint-Mamet), fol. 123.
De Vestrio (*Vestric*, c^on^ Vauvert), fol. 129.
De Armazianicis (*Aimargues*, c^on^ Vauvert), fol. 133.
Querele castri de Calvitione (*Calvisson*, c^on^ Sommière), fol. 137.
De Anglata (*Langlade*, c^on^ Sommière), fol. 140.
De Sancto Dionisio (*Saint-Dionisy*, c^on^ Sommière), fol. 153.
De Galazianicis (*Gallargues*, c^on^ Vauvert), fol. 155.
Secrete contra O[dardum de Villaribus] senescallum, fol. 159 verso.
De Margaritis (*Marguerittes*, arr. Nîmes), fol. 184 verso.
De vicaria Sumidrii (*Sommière*, arr. Nîmes), fol. 203 verso.

Ex chronologica senescallorum aliorumque officialium serie, quam exhibent priora hujus tomi folia, cognoscere licet ad quod tempus referendæ sint pleræque in præsenti regesto contentæ querimoniæ. Cæterum ætas eorum de quibus omnino ignoratur quo tempore gesta sint, minoris est momenti, cum minime eventus sed tantummodo mores hominum illustrent.

Nonnulla istius regesti fragmenta, curante Augusto Molinier, anno 1879 edita sunt in opere cui titulus *Histoire générale de Languedoc*, tomo VII, parte II, col. 130-156.

Fol. 2. 1. Anno Domini M°CC°XLVII°. Significat vobis inquisitoribus Petrus....[1] Otgerius quod, A
tenente Bernardo Quintino vicariam Nemausi pro [domino] rege Franciæ, ipse Bernardus Quintinus condempnavit ipsum Petrum in CCC et L solidis raimundensium, quia dictus Petrus ludebat cum quodam juvene, et levavit VI denarios de tabulario in quo ludebant, quos dictus Petrus posuerat in tabulario dicto. Et hæc scit Stephanus de Codolis[2], tunc existens scriptor in dicta curia, quod ipse Bernardus dictum Petrum in illis CCC et L solidis condemp- B
navit[3]. Et dictus Stephanus de Codols[4] pro dicto vicario dictos denarios numeravit et recepit.

2. Significat vobis inquisitoribus Poncius Guiraldellus quod, tenente Petro Fabro senescalsiam Bellicadri[5], consules Nemausi, scilicet W. Andreas et Petrus de Sancto Ægidio et

[1] *Lacuna unius vocis, fort.* dictus.
[2] Codols, Gard, c^on^ et c^ne^ Nîmes.
[3] *Cancellatæ sunt voces* Et hæc scit. — Condempnavit. Et dictus.
[4] *Hujus Stephani nomen non una vice* de Cadolis *scriptum fuisse videtur.*
[5] *Petrus Faber, alias de Athiis, Bellicadri senescalliæ annis 1239-1243 præfuit.*

A R. Benedictus et Guillelmus Hasterius, et alii consules a dicto Petro Fabro in civitate Ne-
mausensi positi, condempnaverunt ipsum dictum Petrum in L solidis raimundensium, pro
costis quas dictus Poncius tenuerat pacifice usque tunc, et ipse et antecessores sui, et in
VIIII solidis raimundensium pro animalibus quas[1] dictus Poncius habebat, et dictas costas
adhuc dicit se tenere et possidere.
B Redditæ fuerunt istæ sedulæ[2] anno Domini M°CC°XLVII°, III idus novembris, præsentibus 1247. 11 nov.
testibus P. Thoma notario, Poncio Gueita[3], domino Bernardo, helemosinario Nemausensi,
de cujus mandato ego Willelmus Ruffus, publicus notarius juratus inquisitorum domini
regis, hic transtuli et scripsi.
3. Vobis, domini, Bernardo et Bernardo, sacristæ et helemosinario ecclesiæ Nemausensis, Fol. 2 v°.
C significat Bernardus Dominicus, de Calmeta[4], quod, cum, tempore guerræ Rost[agni] de
Monte Pesato[5], Bernardus Fredolus, de Sancto Genesio[6], donavisset ipsi Bernardo unam
equam cum duobus pullis et IIII bestias bovinas mera donatione, et ex causa dictæ dona-
tionis dictus Bernardus secum dictas bestias abduxisset apud Calmetam, Stephanus de Co-
dols, tunc existens vicarius Nemausensis, dictas bestias et alias XVI bestias bovinas et equinas,
D ante proprias ipsius Bernardi, cepit, et secum apud Nemausum duxit et detinuit per VIII dies
et amplius, et detinendo sic primo dictas VII bestias sibi donatas et ultra VI libres raimun-
densium ab ipso extorquere nequiter non expavit. Unde suplicat quatinus, inquisita veritate
et inventa super his, faciatis sibi restitui sic extorta. Juravit Bernardus Dominicus et asse-
ruit esse vera quæ in petitione continentur. Verte unum folium retro[7]. — Vobis, domini,
E Bernardo et Bernardo, sacristæ et helemosinario Nemausensibus, significat Bernardus Do-
minicus, de Calmeta, quod correrii Stephani de Codols, tunc vicarii Nemausensis, ceperunt
ipsum in tenemento de Dion[8], et captum abduxerunt coram ipso Stephano, et tunc dictus
Stephanus, antequam liberaret ipsum Bernardum, volens ipsum ponere in compedibus,
LXV solidos raimundensium ab eodem nequiter habuit et extorsit, *etc.*
F P. Ravanus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod ipse invenit Bernardum
Dominicum, de Calmeta, venientem cum quibusdam aliis in patuis Nemausi, scilicet per
unum diem ante festum Sancti Martini vel per unum diem post festum Sancti Martini.....
Hunc testem produxit Stephanus de Codolis contra Bernardum Dominicum, et eum neutra
pars audivit.
G 4. Significat vobis, dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario ecclesiæ Nemau- Fol. 3.
sensis, inquisitoribus pro domino rege Franciæ, Brunellus Fornerius quod, tenente Bernardo
Quintino vicariam Nemausensem, sub Petro Fabri senescallo, dictus Brunellus fuit injuste
condempnatus in C solidis raimundensium, et hoc videlicet quod dictus vicarius asserebat
quod dictus Brunellus falsam mensuram de cineribus tenebat, quam mensuram dictus Bru-
H nellus volebat probare esse justam secundum consuetudinem quam alii fornerii de civitate
tenebant et etiam adhuc tenent, et dictus vicarius nolebat eum audire, sed prorogabat de
crastino in crastinum, et tunc Stephanus de Codolis, existens scriptor pro dicto vicario in
dicta curia, dixit dicto Brunello quod dominus vicarius modis omnibus ab eo juste vel
injuste denarios habere volebat, et tunc dictus Brunellus dictos C solidos eidem vicario
I tradidit. Unde dictus Brunellus vobis supplicat quatinus dictam summam pecuniæ sibi
reddi faciatis[9].
5. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Franciæ W. Privatus conquerendo
quod, Guiliberto existente baiulo ipsius Pellegrini senescalli domini regis Franciæ, idem
Guilibertus accepit avenam in operatorio patris ipsius W. Privati, de qua avena remanserunt
J XIII libræ podiensium non solutæ. Patre vero mortuo, idem W. Privatus, tanquam tutor et
heres legitimus, petit sibi prædictam summam pecuniæ restaurari.
6. Vobis, dominis sacristæ et helemosinario Beatæ Mariæ Nemausensis, tenentibus locum
nunciorum fidelium domini regis in recipiendo querimonias conquerentium hominum istius
terræ, conquerentium dico senescallorum [et] baiulorum, sive sint vicarii sive baiuli, Petrus
K de Stella, ostellerius, notificat et notificando scire facit quod Gregorius, vicarius Nemau-
sensis tunc, L solidos raimundensium habuit ab ipso Petro, invito et cohacto, injuste et Fol. 3 v°.
super hæc verba quod dictus Gregorius, Nemausi vicarius, notificavit et notificando scire fecit
per terram domini regis quod veniret quilibet secure ad Nemausi nundinas in die beatæ

[1] *Ita in regesto.*
[2] *Schedulæ quibus continebantur supra scriptæ Petri Otgerii et Poncii Guiraldelli querimoniæ.*
[3] *Voces* præsentibus... Gueita *in cod. cancellatæ sunt.*
[4] La Calmette, Gard, c^on Saint-Chapte.
[5] Montpezat, Gard, c^on Saint-Mamet.
[6] Saint-Geniès-en-Malgoirès, Gard, c^on Saint-Chapte.
[7] *Ad eamdem Bernardi Dominici querimoniam spectat instrumentum quoddam, fol. 1 verso manu secunda exaratum, hodie pene evanidam, cujus novissima sententia hæc est :* Confitetur Bernardus Dominicus quod Fredolus, tempore guerræ, morabatur in terra Rostagni de Monte Pesato, et erat in castro Sancti Genesii.
[8] Dions, Gard, c^on Saint-Chapte.
[9] *Cod.* faciat.

Mariæ de medio Augusto. Et ego Petrus veni super hæc verba, et ipse Gregorius supradictus A fecit me capere in die beatæ Mariæ supradictæ sine causa. Tamen ipse Gregorius supradictus michi dixit quod, quia fui in quadam condam obsidione Tholosani comitis apud Trencataillas[1], habere volebat; tamen apud Sanctum Ægidium tunc ego manebam. Item notificat vobis dominis quod W. de Agarna[2] et Johannes Jordani testes fuerunt, et Bernardus Ruffin, et W. de Codols, judex Nemausi, sciens factum, et ipsi fecerunt facere vel fieri, et denarios B receperunt. Et ipse conqueritur super securitatem nundinarum, quod quilibet veniret secure ad prædictas nundinas, nisi cap[ut] esset removendum.

Juravit Petrus de Stella contra Gregorium et asseruit prædicta esse vera, et dixit quod W. de Agarna, præsente dicto Gregorio, numeravit XXVI solidos. Item confessus fuit se fuisse apud Trenquetallas in obsidione, sed dixit quod quando ivit non erat inhibitum, C et quando scivit statim reversus est.

Fol. 102. W. de Agarna, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Gregorius, tunc vicarius Nemausi, habuit a Petro de Stella L solidos raimundensium,..... quia Petrus de Stella stetit in Camargis in obsidione comitis[3], ut dicebatur, quanto temporis fuit obsidio, et hoc fuit in festo beatæ Mariæ de medio Augusto..... Item dixit quod ante dictum festum præ- D conisatum fuerat quod quicunque vellet posset venire secure, nisi co[m]misisset sub pœna capitis.....

Poncius de Pullis[4], testis juratus, dixit, *etc.* Et hoc fuit in festo beatæ Mariæ de medio Augusto, quando tenentur nundinæ, et dixit quod fuerat præconiziatum publice per octo dies ante dictum festum quod quicunque vellet posset venire secure ad dictas nundinas, nisi E

Fol. 102 v°. co[m]misisset sub pœna capitis. De tempore, dixit quod sunt V anni vel VI.....

Guillelmus Ricardi, notarius, testis juratus, dixit, *etc.*

Ravanus, testis juratus, dixit, *etc.*

Condempnavimus dictum Gregorium in quinquaginta solidis remundensium bonorum

16 febr. 1248. n. st. solvendis et restituendis Petro de Stella infra mensem..... Actum est anno Domini F M.CC.XL septimo, scilicet XIIII° kalendas marcii.

Fol. 3 v°. 7. Significat justæ inquisitionis inquisitoribus domini regis Romana vidua quod nuntius Petri Fabri, sicut ipse dixit, de mandato Petri Fabri, quæsivit dictæ viduæ mapam unam et habuit et retinuit. Item significat quod Petrus Ruffi et socii sui nominati consules, sed revera nuncii curiæ,..... per violentiam habuerunt a dicta vidua et liberis suis III libras raimun- G densium pro collecta, immo pro rapina, de quibus petit duas partes sibi restitui a prædictis,

Fol. 4. et residuum dimitti pro justa collecta domini regis. *Item significat prædicta vidua quod injuste pro redimendis bestiis suis, non parcendo viduitati suæ, habuerunt prædicti XIIII solidos raimundensium, quos petit sibi restitui tanquam sibi injuste ablatos. Item significat quod Johannes Jordanis et socii sui, injuste, juris ordine non observato, habuerunt a dicta vidua H X solidos nemausensium, quos petit sibi restitui, sibi justiciam exibendo.

8. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario, vices gerentibus inquisitorum domini regis in recipiendis querelis, Poncius Audebertus, fusterius, quod W. Octorinus, condam vicarius Nemausensis, extorsit ab eo injuste L solidos raimundensium, ex eo quia, cum Guiraldus Mercaderius, tunc bannerius, invasisset personam ipsius I Poncii et eum resupinasset in terra, et aperuisset os ejus per violentiam, et imponeret badallon in ore ejus cum digitis suis impositis, ipse Poncius, tam enorme periculum credens evadere, momordit digitum ipsius Guiraldi, ita quod ex morsu potuerunt exire inde III gutæ vel quatuor sanguinis, et ob hoc dictus vicarius extorsit ab eo dictos L solidos raimundensium. Unde suplicat quod dictos L solidos sibi restitui faciatis. J

9. Significat Petrus Flavius, civis Nemausensis, quod W. Ricardus, [n]ot[arius] (?), dicens se facere mandato domini Odardi senescalli, habuit et extorsit ab ipso Petro XV solidos viennensium, ideo quia in castro Harenarum in quadam domo bibit cum juvenibus quibusdam, absque dampno alicujus personæ, et sine omni malo tractatu. Unde suplicat, *etc.*

Fol. 4 v°. 10. Significat P. Barnouinus, de Nemauso, quod ipse existens baiulus castri de Calvi- K tione[5] pro domino Petro de Nancort[6], senescallo, voluit apprehendere quamdam mulierem quæ furata fuerat unam gallinam, et, dum eam quærebat, invenit eam in ecclesia villæ de Congeniis[7], ubi aufugerat propter furtum aliud; et cum in ecclesia stetisset prædicta mulier fur per aliquod tempus, ita quod non auderet illa exire de ecclesia, dictus Barnouinus, ad preces capellani illius ecclesiæ, concessit dictæ mulieri quod exiret de ecclesia et recederet L de tota terra domini regis. Et propter hoc Stephanus de Codols, baiulus Nemausi, præcepit

[1] Trinquetailles, *urbis Arelatensis suburbium, quod Raimundus VII, Tholosanus comes, anno 1240, obsedit.*
[2] Notre-Dame-de-l'Agarne, Gard, c°n et c°n Marguerittes.
[3] *Raimundi VII, Tholosani comitis, anno 1240.*
[4] Poulx, Gard, c°n Marguerittes.
[5] Calvisson, Gard, c°n Sommière.
[6] *Id est* de Nonancort.
[7] Congeniès, Gard, c°n Sommière.

A dicto Barnouino, mandato domini Petri senescalli prædicti, sicut ipse Stephanus dicebat, [et] extorsit ab eo XL libras raimundensium, quas, quia sibi injuste fuerunt ablatæ, petit misericorditer sibi restitui a dicto Stephano de Codolis, qui eas habuit et recepit, quia ipse non credit super his habuisse mandatum a dicto senescallo. — Item W. Vavassors, existens baiulus Nemausi, extorsit ab ipso Barnouino LXXXV solidos raimundensium, propter hoc quia
B fuit cum quibusdam juvenibus qui bibebant infra castrum Harenarum gratia societatis ad invicem. — *Item Bernardus de Quintello, baiulus Nemausi, extorsit ab eo VII libras et V solidos raimundensium ex eo quia fuit in Camargas, cum fuit ibi comes Tholosæ[1]. Fol. 5.

11. Significat W. Gonbrandus[2], de Nemauso, quod Quintinus, vicarius in Nemauso sub dominio domini regis Franciæ, injuste habuit et extorsit ab eodem CCC solidos raimunden-
C sium, eo quia, tempore messium, præsente et mandante decimario ecclesiæ Nemausensis, separavit decimam in area sua a blado suo, scilicet unum sextarium de spigat et de soleus, et sic propter negocia sua ivit ad civitatem Haralatensem. Interim, dum ipse esset absens, quidam serviens suus, cui commiserat curam prædicti bladi, timore pluviæ imminentis, reduxit prædictum sextarium et recollegit simul in unum acervum cum alio blado suo quod
D erat in area, ne pluvia prædicto blado noceret, quod factum fuit ipso W. absente et penitus ignorante. Et propter hoc dictus vicarius dictum W., post reditum suum a prædicta civitate, et penitus ignorantem prædicta, vocavit seu appellavit furem, extorquens ab eodem W. propter prædictam occasionem dictos CCC solidos, sine juris examinatione et sententia ac præsentia alicujus judicis, minas sibi inferens ac terrorem..... — Item significat dictus W.
E quod idem Quintinus vicarius injuste extorsit ab ipso V solidos raimundensium, eo quia fecit redimere bestias suas *prædictis V solidis, quam redempcionem bestiarum prædictarum Fol. 5 v°.
vocabat compès. — Item significat dictus W. Gonbrandus quod Stephanus de Codols, vicarius Nemausi, habuit et extorsit ab ipso LX solidos raimundensium, et I molton valens XV solidos raimundensium, et tantum constitit et fuit emptus dictus moltonus, eo quia uxor
F ejusdem W. invenit duas mulieres colligentes olivas suas, et dictis mulieribus abstulit mantellos suos, quos reddidit banneriis curiæ Nemausi et dicti vicarii. Et ob prædictam occasionem habuit et extorsit ab ipso prædictos LX solidos et dictum molton. — Item significat dictus W. quod dictus Stephanus de Codols, vicarius, noluit distringere dicto Guillelmo Petrum Raimundum de Gaians[3] ad solvendum dicto Guillelmo VI sextaria ordei, quod or-
G deum adhuc sibi debet. Unde postulat suplicando quod prædicta omnia sibi restitui faciatis.

12. Significat Raimundus Raino, de Campo Novo, civis Nemausensis, quod Johannes Jordanus, existente vicario Nemausi W. Octorino, cum quo morabatur in curia, condempnavit ipsum Raimundum in LV solidis raimundensium, ex eo quia araverat quandam terram suam, scilicet ipsius Raimundi, quæ terra longo *tempore fuerat inculta, et per ipsam ter- Fol. 6.
H ram, quia erat inculta, homines faciebant transitum multociens, relinquendo viam; et, quia aravit eam, condempnavit ipsum Raimundum sine judice in dictis LV solidis raimundensium, de quibus solvit uxori W. Octorini vicarii XL solidos, et ipsi Johanni Jordani X solidos, et Porcello tunc correrio V solidos. Et hæc fecit mandato dicti Johannis Jordani. Unde suplicat quod dictos LV solidos sibi restitui faciatis.

I 13. Significat W. Basterius, civis Nemausensis, quod Micahel de Castlar, vicarius tunc temporis Nemausi, condempnavit ipsum W. Basterium in XL solidis nemausensium, eo quod emerat quandam vineam a R. Lucratore, qui R. Lucrator dixit et fecit sacramentum quod nichil dixerat vel fecerat quod dictæ vineæ venditio non valeret, et ideo dictus W. Basterius fecit vineam fodere sicut suam et putare. Quam vineam dictus R. Lucrator impignoraverat,
J W. Basterio nesciente. Ob istam rem Micahel de Castlar W. Basterium ad se venire præcepit, inculpando ipsum W. Basterium quod alienam fecerat fodi vineam et putari. Quam vineam probavit dictus W. Basterius in domini regis curia esse suam, et judex, scilicet W. de Corbess[ati]s[4], esse suam annuit et concessit. Et ideo suplicat dictus W. Basterius dictam summam pecuniæ sibi reddi. Item significat quod in defendendo[5] vineam dedit
K causidico X solidos nemausensium.....

Scripta super causa W. Basterii. — Dixit W. Basterius, *etc.* Fol. 89.

14. Significat Jacobus Porton, de civitate Aralatensi, vobis dominis inquisitoribus quod Fol. 6 v°.
in civitate Nemausensi stabat quædam mulier, nomine Gaianessa, habens maritum, quæ dicta Gaianessa habebat sororem habentem maritum in dicta civitate, cujus maritus nomine
L Guiraldus morabatur in civitate Nemausensi, et quadam die ipse Jacobus, cum esset in dicta

[1] *Anno 1240.*

[2] *Ad W. Gonbrandi querimoniam spectat schedula quædam authentica, qua constat regesti folium 29, cujusque initium est hujus modi :* G. Rustrius, notarius, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Quintinus inculpabat G. Gombrandum quod fecerat furtum tale.....

[3] Gajan, Gard, c[on] Saint-Mamet.

[4] Courbessac, Gard, c[on] et c[ne] de Nîmes.

[5] *Cod.* deffendendo.

civitate, volens ire apud Alextum[1], conduxit dictum Guiraldum qui iret secum pro serviente, A
et ita ivit apud Alextum cum dicto Guiraldo, et dum revertitur apud Nemausum cum ipso
Guiraldo, dictus Guiraldus dixit ipsi Jacobo : « Domine, hospitetis in domo socrus meæ et
« ibi veniatis. » Et dum venisset ipse Jacobus apud Nemausum cum ipso Guiraldo, ipse Ja-
cobus hospitatus fuit in dicta domo socrus ipsius Guiraldi, et cum ibi essent, socrus præ-
dicta dixit prædicto Guiraldo : « Hic non sunt panni cum quibus paretur lectum ipsi Jacobo; » B
et dictus Guiraldus respondit : « Spera, ego apportabo[2] pannos de villa. » Et ita factum
fuit. Item cum esset dictus Jacobus hospitatus, dixit ad prædicta ipsi Guiraldo : « Ego vel-
« lem pocius hospitari et esse in domo Dominici, qui meus amicus est valde. » Et tunc re-
spondit Guiraldus : « Si vos itis, ego non ibo[3], nec ibo vos pulsatum in mane. » Et tunc ipse
Jacobus, quia erat extraneus a civitate Nemausensi et ignorabat vicos ejusdem civitatis, et C
ita remansit, et dum quiesceret ipse Jacobus in nocte ut hospes, Stephanus de Codols, tunc
vicarius Nemausensis, cepit tanquam adulterum, credens ipsum Jacobum habuisse rem
cum dicta Gaianessa, quod nequaquam fuit verum. Quo capto, falsa extimatione et credu-
litate et falsa causa extorsit ab eo dictus Stephanus vicarius CCC solidos raimundensium per
terrorem et oppressionem et tormenta, non probata per testes dicta causa adulterii, nec D
invento dicto Jacobo cum dicta Gaianessa. Hinc est quod suplicat, *etc.* — Prædictus autem
Jacobus confessus est ea quæ continentur in petitione esse vera. Stephanus autem prædictus
per juramentum suum dixit ipsum invenisse in prædicta domo, et sine coactione confessus
fuit se in eadem nocte habuisse rem cum ea. Nihilominus etiam dicit idem Stephanus quod
invenerat in lecto ubi Gaianesse jacebat sub culcitra bracas, et super Gaianesse quoddam E
operimentum, et subtus pulvinari corrigiam, et desuper signa duorum capitum. Dixit etiam
se nichil habuisse de bonis ejusdem Jacobi; immo idem Stephanus, ut dicit, eum liberavit
ad petitionem quorumdam Arelatensium.

Fol. 74 v°. Testes in causa civis Aralatensis, scilicet Jacobi. — W. de Agarna, testis juratus, dixit
quod ipse fuit cum Stephano de Codolis ad domum Gaianessæ, *etc.* F

Fol. 74. P. Ravanus, nuncius curiæ, testis juratus, dixit, *etc.*

Fol. 73 v°. Bernarda Gaianessa, testis jurata, dixit quod ipsa erat mater Gaianessæ, et idcirco ulte-
rius non processimus, maxime quia confessa est se pro eodem facto captam et redemptam
fuisse. — Giraudus Laurencii, *etc.*

Fol. 7. 15. Significat Guiralda Maurella, vidua, quod, existente vicario Nemausensi Bernardo G
Quintino, et Stephano de Codolis locum dicti Bernardi tenente, dictæ Maurellæ fuerunt
furati LX et VII solidi et VIIII denarii raimundenses, qui denarii[4] fuerunt inventi cum la-
trone a W. de Agarna et Ricardo notario et Liessano, missis a dicto Stephano tenente locum
vicarii, et dicti missi a curia duxerunt latronem cum denariis ad curiam, et postea a dicta
Maurella, ad dictam curiam vocata, requisivit dictus Stephanus pro curia cujus monetæ H
erant denarii, et ipsa dixit quod monetæ r[aimundensium], et ita a dicta curia fuit inven-
tum. Item requisita si in dicta moneta aliqui essent denarii quos cognosceret, dixit quod
sic, dicens quod in dictis denariis erant II denarii monetæ forcium de Lugduno, et sic in-
venit dicta curia; et numerus dictorum denariorum fuit inventus a dicta curia. Et dictos
denarios cognovit W. Porcellus campsor, confitens quod dicta Maurella denarios sibi mon- I
straverat quos inveniebat in illis denariis. Et dictus Stephanus, liberato dicto latrone, de-
narios sibi retinuit, nec dictos denarios dictæ Maurellæ postea reddidit seu reddere voluit.
Et ideo dicta Maurella suplicat, *etc.*

W. de Agarna, testis juratus, dixit quod Stephanus de Codolis nunquam tenuit locum
in curia pro Bernardo Quintino, sed erat notarius curiæ. Item dixit quod nunciatum fuit J
curiæ quod quidam latro furatus fuerat denarios in domo Maurellæ, et tunc W. de Mon-
totin, qui gerebat vices Bernardi Quintini, et Stephanus de Codols miserunt ipsum testem
ad domum latronis; et cursores cum ipso adduxerunt latronem cum pecunia addictos W. et
Stephanum. Et nescit quanta erat pecunia, et quid factum [fuerit de] dicta pecunia nescit.

Fol. 7 v°. *Bartholomæus Sabaterius, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Maurella, so- K
crus sua, dixit ipsi testi quod furati fuerant sibi denarii..... Requisitus quomodo scit
quod dictus Stephanus de Codols tenuit locum vicarii, dixit quod frequenter vidit Stepha-
num de Codols tenere causas et curiam loco vicarii.....

Fol. 8. *W. Bessanus, testis juratus, dixit quod, *etc.*

Fol. 8 v°. *Postea petiit Ricardus a dicta Maurella si [c]ognosceret aliqua intersigna in denariis, et L
ipsa respondit quod sic, quia ibi erant duo forcia de Lugduno, et alii duo denarii quos re-
spuerat W. Porcellus; et cum Ricardus numeraret dictos denarios, invenit dicta duos dena-

[1] Alais, Gard.
[2] *Cod.* appatabo.
[3] *Cod.* ibi.
[4] *Cod.* denerarii.

A rios forcium de Lugduno; postea fecit venire ad curiam W. Porcellum, petendo si cogno-
sceret illos denarios, qui W. Porcellus dixit: « Bene cognosco, quia, cum Maurella vellet
« a me emere ceram, ego respui istos duos denarios, » qui denarii, ut ipse testis dicit, erant
tales, unum viannense parvum et aliud vivarés.....

W. Ricardus, notarius, testis juratus, dixit quod, ad querelam Maurellæ, *etc.*

B Non[1] est probatum quod Stephanus de Codolis habuerit dictam pecuniam, nisi per unum
testem, [nec] est probatum quod pecunia esset dictæ Maurellæ nisi per intersigna, et sic
Stephanum de Codolis non condempnavimus, non tamen absolvimus.

16. Significat Petrus Gausaudus quod Stephanus de Codols, vicarius tunc Nemausi, ha- Fol. 9.
buit et extorsit ab eo injuste unam culcitram plumeam cum uno coissino et XII solidos rai-
C mundensium, hac occasione quia, cum ipse mercadasset ad agiaut sive optionem retinendi
vel dimittendi unam vineam a Bartholomæo Sabaterio, et postmodum renueret retinere
sibi ex causa empcionis dictam vineam, quia habebat obcionem retinendi vel relinquendi
eam, Stephanus de Codols cohegit ipsum invitum retinere dictam vineam ad querimoniam
Bartholomæi prædicti, et postea post aliquod tempus emit ab ipso Petro dictus Stephanus
D dictam culcitram cum coissino precio XVIII solidorum raimundensium, dicens ei quod bene
persolveret ei precium, et cum peteret ab eo precium, scilicet dictos XVIII solidos raimun-
densium, dixit ei dictus Stephanus de Codols: « Tu plus debes michi pro vinea quam ne-
« gabas te emisse. » Et tunc Petrus dixit ei: « Adhuc, adhuc nego me tunc emisse vineam, sed
« vos per violenciam fecistis me emere eam. » Qui Stephanus dixit ei: « Præcipio tibi sub
E « virtute sacramenti (quia fecerat ei jurare quod staret mandato curiæ) quod teneas hostagia
« in Mejano[2], vel solvas L solidos raimundensium michi. » Et hoc modo cohactus, ne intraret
hostagia, quia pauper homo est, sustinuit quod tractaretur de compositione, ut vitaret vexa-
cionem dicti vicarii. Et ille qui fuit tractator, scilicet P. de Codolis, frater ejus, dixit dicto
Petro quod daret dicto vicario XII solidos raimundensium, et etiam quod dicta culcitra cum
F coissino remaneret penes Stephanum de Codolis vicarium. Ita habuit culcitram cum coissino
et XII solidos raimundensium. Unde suplicat, *etc.*

17. Significat Raimundus Gallonus quod, existente vicario Nemausensi Stephano de Fol. 9 v°.
Codolis, assidente etiam pro judice Petro Ruffi, filio condam Bernardi Ruffi, ipse Raimun-
dus conquestus fuit de quadam muliere quæ vocabatur Sperta, et videbatur ipsi Raimundo
G quod dictus judex daret consilium ipsi Spertæ, et ex eo movebatur quia dictum erat sibi
quod ipse sæpe et sæpius veniebat ad domum Spertæ, et loquebatur in secreto. Et quadam
die assignata ad causam, dictus judex loquebatur in secreto cum ipsa Sperta, et ipse Rai-
mundus invenit eum cum ipsa Sperta loquentes, et de plano ut amicus, ne haberet ipse
Raimundus ipsum judicem suspectum, dixit judici: « Domine Petre, non, non esset ves-
H « trum quod vos loqueremini cum adversa parte mea tali modo. » Et ad hæc dictus judex
dixit scriptori, scilicet W. Ricardo notario: « Ricarde, scribatis quia ipse Raimundus Gal-
« lonus dixit judici regis injurias. » Et tunc dixit ipsi Raimundo quod car o compraria, et ita
minatus fuit eum, et ex hoc dictus Petrus Ruffus extorsit ab ipso Raimundo XIII libras rai-
mundensium tunc currencium, facta composicione per terrorem et facta composicione per
I metum ipsius Petri, quia erat judex. Dictus Petrus Ruffus, ante solutionem dictæ pecuniæ,
fecit jurare ipsum Raimundum ne conquereretur alicui personæ de ipso infra annum, qui Fol. 10.
annus est elapsus, dicens ipsi Raimundo quod ipse restitueret sibi dictas XIII libras. Et su-
plicat quod dictæ XIII libræ sibi restituantur.

Significat Raimundus Gallonus, civis Nemausensis, quod, cum Petrus Ruffus, jurisperi-
J tus, judex tunc curiæ Nemausi, contra ipsum movisset quæstionem super facto injuriarum
coram Stephano de Codolis, tunc vicario Nemausensi, et cum super illa quæstione non
fuisset processum nec fuisset lis contestata nec juratum de calumpnia, Stephanus de Codols,
tunc vicarius, habuit et extorsit ab ipso Raimundo injuste LX solidos raimundensium minus
II solidis, quos petit sibi restitui. — Juravit de calumpnia Raimundus Gallonus, et post sa-
K cramentum ipse asseruit quod supra continetur in sua peticione. Stephanus vero de Codols
negat se aliquid habuisse ab eo ex causa prædicta.

Ricardus notarius, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Petrus Ruffus, tunc Fol. 33 v°.
tenens locum judicis in curia Nemausi, existente ibi vicario Stephano de Codolis, ipse Pe-
trus Ruffus exposuit querimoniam de Raimundo Gallono super facto injuriarum..... De
L tempore dixit quod sunt bene V anni.....

W. de Agarna, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Petrus Ruffus exposuit
querimoniam de Raimundo Gallono super facto injuriarum, et fuit inde traditus libellus dicto
Raimundo Gallono et assignata dies, sed non fuit inde lis contestata. Item dicit se nescire

[1] *Hæc sententia regesti folio 90 v° iterum annotata est.* — [2] Méjan, Gard, c^ne Nîmes.

IMPRIMERIE NATIONALE.

quod Stephanus de Codols habuerit aliquid inde a Raimundo Gallono; dixit tamen se scire A quod pro causa quam habebat Raimundus Gallonus cum Sperta, Stephanus de Codols debuit percipere xxx solidos raimundensium pro composicione, et a Petro Ruffo pro Sperta xxx solidos raimundensium. Hunc testem produxit Raimundus Gallonus contra Stephanum de Codols, et eum neutra pars audivit.

Et quia Raimundus Gallonus non probavit nisi per unum testem, nuncii domini regis B supersederunt a condempnatione.

Fol. 51. Ricardus, notarius, testis juratus, dixit se vidisse quod Petrus Ruffus, jurisperitus, tenebat locum judicis quandoque in curia Nemausi, tempore quo Stephanus de Codolis fuit vicarius Nemausi, et, ad mandatum dicti vicarii, vidit quod Petrus Ruffus audiebat causas in curia Nemausi. De aliis nichil [scit] nisi pro auditu, scilicet quia audivit dici quod composicio facta fuerat inter Petrum Ruffum et Raimundum Gallonum et Spertam per Bernardum C Paollanum notarium et per W. de Agarna, et quod inde habuerat pecuniam Petrus Ruffus. Aliter nescit.

Bernardus Paollanus, notarius, testis juratus, *etc.*

Fol. 51 v°. W. de Agarna, testis juratus, *etc.* D

Fol. 52 v°. Sperta, testis, dicit se audivisse, *etc.* De tempore dixit quod sunt IIII anni et plus. . . . .

Fol. 53. P.[1] de Garricis, juris peritus, testis juratus, dixit, *etc.* Item dixit quod, tempore quo dicebatur dictum Petrum Ruffum exposuisse querimoniam de Raimundo Gallono de injuriis, ipse Petrus Ruffus tenebat officium judicis sive assessoris, ut ipse testis vidit, et cognoscebat de causis quæ ventilabantur in curia. . . . . E

Bernardus Guiroardus, faber, testis juratus, *etc.* Et dicta compositio fuit facta in stari Francarum Vallium[2]. . . . . — W. Almeradus, testis, dixit, *etc.*

Fol. 10 v°. 18. Significat Bernardus de Gaiano, civis Nemausensis, quod Bernardus Quintinus, tunc vicarius Nemausensis sub Petro Fabro, senescallo Bellicadri et Nemausi, extorsit ab eo centum solidos viannensium eo quod, cum idem Quintinus fecisset eum jurare quod antequam F comederet aportaret ei C solidos viennensium. . . . . — *Item significat quod Stephanus

Fol. 11. de Codolis, tunc vicarius Nemausensis, extorsit ab eo C solidos raimundensium ex hac causa quia filius suus fuerat in Camargas[3], et quia venerat apud Bollanicas[4] in domo sua. . . . .

19. Significat Guiraldus Veirerius quod Bernardus Quintinus, vicarius Nemausi, extorsit

Fol. 11 v°. ab ipso Guiraldo xx libras raimundensium. . . . . — *Item significat dictus Guiraldus quod G ipse extitit fidejussor W. Augerio, civi Nemausensi, pro loquerio cujusdam domus quam Gui. le Gros conduxerat a dicto W. Augerio, quam dictam fidejussionem dictus Guiraldus fecit ad preces et ad mandatum Petri de Montarzin[5], vicarii Uticensis. . . . .

Fol. 92. Hugo Porratus, juvenis, testis juratus, dixit quod ipse testis vidit numerari et solvi xx libras raimundensium a W. Cavallario in curia placitorum pro Guiraldo Veirerio. . . . . De H tempore dixit quod sunt VI anni vel VII. . . . .

Poncius Bernardus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Quintinus reptabat Guiraldum Veirerium absentem, quod ipse inventus fuerat in quadam domo, de nocte, W. Mercaderii. . . . .

Stephanus de Codolis, testis juratus, dixit quod Bernardus Quintinus, tunc vicarius Ne- I mausi, habuit a Guiraudo Veirerio xx libras raimundensium, ut a dicto Bernardo audivit; et ipse testis vidit eas pro majori parte numerari, et etiam ipse testis in cartulario dicti Bernardi scripsit quod dictus Guiraudus debebat ei dictas xx libras, pro compositione facta inter ipsos. . . . .

Fol. 92 v°. Guillelmus Martinus, testis juratus, dixit, *etc.* J

Fol. 12. 20. Significat Johannes Ebrardus, civis Nemausensis, quod W. Octorinus, vicarius Nemausi, cujus vices gerebat Ricardus, notarius, in ejus absencia, extraxit sive asportavit seu asportari fecit de domo ipsius Johannis, dum ipse captus detinebatur in hac villa et extra apud Calvitionem, quicquid erat in domo sua præter aizinias ligneas et lapideas, videlicet bladum, amigdalas, ligna, fimum, et ejus olivas, quæ erant in arboribus, colligi fecit, ea K videlicet ratione quia dictum fuerat ipsi vicario, ut ipse vicarius dicebat, quod ipse Johannes vendiderat quoddam corium bovis non suum, cum hoc falsum esset. . . . . — Item significat quod Varvassors, vicarius Nemausensis, extorsit ab ipso Johanne Ebrardo xxx solidos raimundensium ea ratione quia præconizatum in hac civitate fuerat, ut ipse Varvassors dicebat, ne alicubi fieret congregatio in hac civitate pro aliqua causa ultra x, præterquam in L tractatu matrimoniali, et quia dictus Johannes fuerat cum quibusdam hominibus causa

[1] *In cod. legi potest* Pe. *aut* Po., *id est* Petrus *aut* Poncius.
[2] Franquevaux, Gard, c[on] Vauvert, c[ne] Beauvoisin.
[3] *Cum Tolosano comite, anno 1240.*
[4] Bouillargues, Gard, c[on] Nîmes.
[5] Montaren, Gard, c[on] Uzès.

A bibendi et de deportar in quadam domo infra Harenas, ubi nullus tractatus mali fuit quod
ipse sciret . . . . .
21. Significant Martinus Pelliparius et Petrus Pelliparius, fratres, quod Stephanus de Co- Fol. 12 v°.
dols, tunc existens vicarius Nemausi, extorsit ab eis injuste xx solidos raimundensium. . . . .
Poncius de Garricis, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Stephanus de Co- Fol. 90.
B dolis, tunc vicarius Nemausi, faciebat inquisitionem contra Martinum Pelliparium et Petrum
Pelliparium, fratres, imponendo eis quod ipsi acceperant alienam paleam. . . . .
W. Jordanus, notarius, testis juratus, dixit, *etc.*
Maria Pelliparia, mater dictorum fratrum, testis jurata, dixit, *etc.*
*Petronilla Cabassuda, testis jurata, dixit, *etc.* Fol. 90 v°.
C Et quia non ad[h]ibebatur fides testimonio matris, prout est in depositione sua scriptum,
neque aliquid probabant de dampnis, neque solutionem xx solidorum probabant nisi per
unum testem, non condempnavimus dictum Stephanum de Codolis nec absolvimus.
22. Significat S. Rainoardus, civis Nemausensis, quod, cum quadam die iret [spa]ciatum Fol. 12 v°.
cum quibusdam probis hominibus, intravit castrum Harenarum, et juvenes ejusdem castri
D invitaverunt eum ad potum, et cum bibissent exiverunt castrum Harenarum, et post paucos
dies Varvassors, tunc vicarius Nemausensis, vocavit eum ut ad se veniret, et dum esset in
præsentia ipsius, dixit ei quod senescallus vult habere a vobis vi libras raimundensium. Et
tunc ipse exivit civitatem, timens *ne caperet ipsum, et stetit extra civitatem per annum. Fol. 13.
Et postea rediens, Radulfus de Sancto Quintino, vicarius Nemausensis, extorsit ab eo x so-
E lidos raimundensium, quia bibebat in castro Harenarum. . . . .
23. Significat W. Rex, civis Nemausensis, quod Bernardus Quintinus, vicarius Nemausi,
sub Petro Fabro, senescallo Bellicadri et Nemausi, extorsit ab eo viiii libras raimunden-
sium tunc currencium, eo videlicet quod, cum ipse W. esset captus a clientibus in Loziera[1]
in via publica, et postea ducerent ipsum W. apud Bornam[2], eum cuidam homini custodire
F fecerunt. Postea vero idem W. cum eodem homine qui eum custodiebat convenit, tali pacto
adjecto quia debuit ei dare x libras raimundensium, et cum idem W. apud Nemausum
postea venisset, petiit ab eodem vicario ut ille qui eum deliberaverat posset per terram do-
mini regis ire et redire secure. Postea vero dictus vicarius fecit eum venire et petiit ab eo
in virtute juramenti quod diceret quomodo eum deliberaverat. Et tunc idem W. dixit veri-
G tatem eidem vicario quod convenerat cum eodem homine, scilicet quod debebat ei dare
x libras raimundensium. Et tunc idem vicarius præcepit eidem W. quod aportaret sibi illas
x libras raimundensium quas debebat dare eidem. Et tunc ipse dixit quod non habebat, et
vicarius præcepit ei quod daret fidejussionem, et ipse respondit quod non habebat, et tunc
idem vicarius dixit ei quod faceret eum ponere in capcionem. Et tunc dedit *fidejussorem. Fol. 13 v°.
H Et postea præcepit ei sub pœna quod eadem die aportaret sibi illas x libras quas debebat
dare illi homini qui deliberaverat eum, quod fecit; et tunc idem vicarius retinuit viiii libras
raimundensium tunc currencium de dictis x libris et habuit a dicto W. sine causa et sine
judice. Unde suplicat, *etc.*
Juravit W. Rex et per sacramentum asseruit prædicta esse vera. Dixit etiam quod
I vicarius noluit sibi dare licenciam quod homo qui liberaverat eum iret secure per terram
domini regis, quia respondit ei vicarius quod, si veniret in terram domini regis, suspen-
deret eum et dictum hominem, et dixit vere (?) per juramentum quod nulla alia causa
habuit nummos. Fol. 88.
Poncius Berardus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Quintinus
J dixit W. Regi quod[3] ipse volebat habere ab eo cc solidos raimundensium, quos debebat idem
W. dare illi homini qui liberaverat ipsum. . . . .
R. Durantus, testis juratus, dixit, *etc.*
24. Significat legalitati vestræ conquerendo prior ecclesiæ Sancti Thomæ de Nemauso Fol. 13 v°.
quod Petrus Faber, tempore quo erat senescallus Bellicadri et Nemausi, dedit ad acapi-
K tum sive emphiteosim Guillelmo de Codolis, Raimundo Baldouino et Hugoni Porrato,
civibus Nemausensibus, quandam partem cimiterii ecclesiæ supradictæ, in qua prædicti
hædificaverunt molendinum. Unde suplicat dictus prior quod prædictum acapitum revocetur
et restituatur ecclesiæ memoratæ.
25. Significat Aussurra, civis Nemausensis, quod Ricardus, notarius, tenens locum vicarii Fol. 14.
L in Nemauso, venit de nocte ad domum dicti Aussurræ, et fregit portam dicti Aussurræ, et
cepit ipsum per capsanam suam, et posuit ipsum captum in castro Harenarum, dicens quod
in adulterio ipsum invenerat, quod falsum fuit et est. Et ideo habuit ab eo xx libras rai-
mundensium, vel alius pro eo, et ex alia parte extraxit et habuit vel alius pro eo vel de

[1] La Lauzière, *nemus prope Nemausum.* — [2] Bord, Gard, c°ⁿ Bagnols, cⁿᵉ Laudun. — [3] *Cod.* quas.

mandato ipsius valens x libras raimundensium denariorum de rauba de mersaria. Unde A
suplicat, *etc.*

26. Significat Petrus Bruguerius, de Nemauso, quod Henricus, vicarius Valnagiæ[1], habuit injuste ab eodem v sestaria frumenti, eo quod ipse tenebat in manu sua suum cultellum, et non contra aliquam personam, quæ postulat sibi restitui[2].

27. Significat Stephanus Bruguerius quod Micahel de Castlari, tunc vicarius in Nemauso, B
injuste habuit ab ipso [x]v solidos nemausensium.....

Fol. 14 v°. 28. Significat W. Peissonerius quod, cum Micahel de Castlar esset vicarius Nemausi, dictus Micahel extorsit injuste et sine judice a dicto Guillelmo xv solidos nemausensium, tali causa, quod dictus W. portabat bladum ad molendina de Gardone[3], et molnerii dictorum molendinorum dabant quandoque dicto Guillelmo de blado quod lucrati fuerant cum C
eo vel cum aliis pro civata ad comedendum animali suo. Unde dictus W. suplicat, *etc.* — Item significat quod Bernardus Quintinus, tunc vicarius Nemausi, extorsit ab ipso, *etc.*

Fol. 15. 29. Significat Bernardus Gervasius quod Micahel de Castlar, tunc existens vicarius Nemausi, extorsit, *etc.* — Item significat dictus Bernardus Gervasius quod, cum dictus Micahel esset castellanus de Mota[4], *etc.* D

30. Significat Gilius Gacha quod Micahel de Castlar, tunc vicarius Nemausensis, extorsit ab ipso, *etc.*

Fol. 15 v°. 31. Significat Bernardus Felicius, civis Nemausensis, quod, cum ipse haberet quoddam ripale, et ipsum rupisset et infra suos terminos esset, Bernardus Quintinus, tunc vicarius Nemausensis, misit pro eo, et cum esset in præsentia ipsius, dixit ei quod ipse ruperat alie- E
num ripale, et ipse excusavit se non rupisse alienum ripale, immo ruperat suum ripale, quod paratus est hostendere ad oculum; et dictus Quintinus ex hac causa extorsit ab eo c solidos raimundensium tunc currentium. Item significat quod, cum ipse haberet furonem, quidam homo venit ad eum dicens sibi quod ipse incluserat in quodam vivario ejusdem Bernardi Felicis quendam cirogrillum; unde, cum ipse haberet furonem, dixit ei quod irent F
ad vivarium suum, et cum irent, nuncii curiæ venientes post ipsum clamaverunt ad mortem, ad vendut, et ceperunt ipsum, et ligatum eum duxerunt ad Henricum, tunc vicarium Nemausi, et tunc idem Henricus extorsit ab eo sine alia causa racionabili lxv solidos raimundensium tunc currencium.....

Fol. 16. 32. Significat Clara, uxor condam W. Gafforii, nomine liberorum suorum et dicti G
W. Gafforii, quorum est tutrix, quod W. Gafforius, condam maritus ejus, locavit quandam domum suam W. d'Eustrin, tunc vicario Nemausi..... — Item significat quod idem W. Gafforius locavit quandam domum suam Varvassor, tunc vicario Nemausi, et debuit sibi dare pro loquerio xxiiii solidos viennensium.....

Fol. 16 v°. 33. Significat Esmenjardis, uxor condam R. Nigri, de Calvitione, quod Sarracenus de H
Dion, tunc vicarius Calvitionis, habuit et asportavit de domo ipsius R. Nigri, ex causa empcionis et sub manulevio, tantum de rebus ipsius R. Nigri quod valebant xxxv solidos raimundensium, in quorum solutione cessavit et adhuc cessat..... — Juratum fuit et dicta Ermenjardis asseruit prædicta esse vera. Sarracenus negavit, adiciens quod alias fuit conventus coram vicario et absolutus. I

34. Significat Guido Tuella quod W. Octorinus, tunc vicarius Nemausi, extorsit a dicto Guidone pro pœna tercii viii libras raimundensium debito non soluto creditoribus, et hoc fecit in prima injunctione solucionis. — Item significat quod Henricus, tunc vicarius Nemausi, extorsit ab eo pro pœna tercii x libras raimundensium, non soluto debito creditoribus per im[potent]iam ipsius Guidonis. Et hoc fecit in prima injunctione solucionis. — J
Item significat quod Bernardus Quintinus, tunc vicarius Nemausi, extorsit ab eo injuste lx solidos raimundensium, imponens ei quod, cum misisset eum in hostagia inter castrum Harenarum et muros civitatis, et iret minctum infra terminos dictorum ostagiorum, dixit
Fol. 17. dictus vicarius quod terminos sibi constitutos transierat, quod non erat verum.

35. Significat Raimundus Vesianus, civis Nemausi, quod Petrus Faber sive de Athis, K
tunc existens senescallus Bellicadri et Nemausi, extorsit et injuste habuit ab eo xl libras raimundensium ex una parte et lx libras raimundensium ex altera, hac videlicet de causa quia, cum dictus Raimundus Vesianus dixisset quod si, tempore domini Peregrini Latinarii senescalli, et post ipsum tempore aliorum senescallorum, multa facta latrocinia et furta bene essent inquisita, factores sive perpetratores ipsorum latrociniorum sive furtorum essent L
inventi et puniti, et ideo multis esset via hujusmodi maleficii interclusa, ideo Bernardus

[1] La Vaunage, *pars pagi Nemausensis* (E. Germer-Durand, Dictionnaire topographique du dép. du Gard, p. 258).

[2] *Vid. infra,* § 48.

[3] Le Gardon.

[4] La Motte, c^on et c^ne Saint-Gilles.

A de Quintillo, subvicarius ejus, dedit ipsi senescallo intelligere quod dictus Raimundus
Vesianus redarguebat dominum Peregrinum senescallum quondam et alios senescallos post
eum quod ipsi senescalli sustinebant latrones, quod in veritate, quæ Deus est, dictus Raimundus Vesianus nunquam dixit nec intellexit s[e dix]isse. Ideoque petit misericorditer sibi
dictam pecuniam restitui. Præterea sciatis, domini, quod dictus Bernardus de Quintillo
B inimicus ipsius Raimundi capitalis erat. — Testes producendi a Raimundo Vesiano: S. de
Codols, Bernardus Cerveig[no]ta, W. Borgondus.

36. Significat Johannes Pongnairola, pelliparius, civis Nemausensis, conquerendo, quod Fol. 19.
Stephanus de Codols, vicarius condam in Nemauso, faciebat facere aliquo tempore excubiam vel escurgacham pro domino rege, quia tunc erat guerra domini regis cum Rostagno
C de Monte Pesato, et in qualibet nocte faciebat sic facere. Et contigit aliqua nocte quod dictus
Johannes, cum alio socio qui vocatur Petrus Sans, audiebant canere in platea excubias prædictas, et erant in operatorio Berardi Pelliparii, qui dictus Berardus erat cum prædictis excubiis. Tunc dixit dictus Johannes suo socio prædicto si irent ad eos et quod ibi haberent solacium cum eis; et statim ipsi duo iverunt unusquisque cum lumine suo, et quando fuerunt
D ibi, tenuerunt solacium cum prædictis excubiis et cantaverunt; sed interim venit prædictus
Stephanus de Codols, tunc vicarius, et quæsivit si erat aliquis cum eis, quod non fuisset
præceptum sibi quod non deberet esse de illis, sed cum prædicti duo, scilicet ipse Johannes
et Petrus, fuissent ibi, dixit Stephanus de Codols prædictus quare erant ibi, et statim præcepit eos incarcerari, et venit prædictus Stephanus de Codolis et percussit prædictum Jo-
E hannem Pongnairolas sine omni racione cum ense vel spata, et vulneravit ipsum taliter
super capud suum quod dicebant omnes illi qui hoc [viderunt] quod mortuus erat; et dum
prædictus Johannes amittebat sanguinem, dixit Stephanus de Codols quod caperent eum et
quod ligarent fortiter. Hoc totum ipse fecit, [et] posuerunt eum cum aliis tribus tanquam
mortuum in compedibus sive in carceribus. [Quod] hoc sit manifestum non potest negari,
F quoniam adhuc vivit medicus qui ipsum in carceribus medicavit. Unde asserit prædictus
Johannes quod ipse nollet hoc recepisse pro c solidis raimundensium; et propter dampna
quæ passus fuit, suplicat sibi restitui c solidos raimundensium.

37. Significat W. Barratus, civis Nemausensis, quod, cum ipse emisset VI. XX bestias, Fol. 19 v°.
scilicet oves, quæ fuerant civium Aralatensium, et eas ammisisissent tempore quo comes Tho-
G losanus erat apud Trencataillas in obsidione Aralatis[1], quas oves emerat dictus W. Barratus
a mercatoribus in terra regis, convenit cum W. Hasterio, consule tunc civitatis Nemausensis
pro domino rege et mandato Petri Fabri tunc senescalli, quod ipse W. Hasterius civis emit
ab ipso W. Barrato dictas bestias, quas eidem tradidit idem W. Barratus precio XXVI librarum
raimundensium ex causa dictæ empcionis, et W. Hasterius prædictus, sciens tunc et ante
H dictam caipcionem bestiarum eas fuisse hominum Aralatencium et captas fuisse in obsidione
Aralatis, solvit de dicto precio ipsi W. Barrato XX libras raimundensium, et postea, facta
solucione dictarum XX librarum dicto W. Barrato ab ipso W. Hasterio, ipse W. Hasterius,
curialis tunc temporis et officialis curiæ Nemausensis, scilicet consul civitatis Nemausensis,
mandato dictæ curiæ et senescalli prædicti, habuit et recuperavit a dicto W. Barrato, invito
I et cohacto et contradicente, prædictas XX libras raimundensium, et prædictas VI. XX bestias
retinuit idem W. Hasterius. Unde dictus W. Barratus petit sibi solvi et tradi precium animalium prædictorum, scilicet XXXVI libras.

38. Significat W. de Berrianicis quod Stephanus de Codols, condam vicarius Nemausi, Fol. 20.
pro debito XXV solidorum raimundensium quod debebat W. de Ro Jacob judæo, pro quo
J debito ipse Guillelmus erat fidejussor, præcepit ei sub pœna tercii quod solveret prædictum
debitum, et fuit eo tempore prohibicio facta quo dominus rex indulsit per litteras suas quod
christiani non cogerentur ad solvenda debita Judæis, et cum pauper esset nec posset solvere
prædictum debitum vel pœnam tercii impositam sibi propter hoc, nec ad hoc propter indulgentiam domini regis prædictam compellendus esset dictus Stephanus, non obstante
K prædicta indulgencia et etiam fidejussione quam propter hoc dederat, licet non esset suspectus de arripiendo fugam ac eciam paupertate, præcepit eum poni in compedibus et
tandem bona omnia quæ habebat in domo sua extraxit vel extra[h]i fecit, scilicet sex sestaria
frumenti et unum sestarium cicerum, de quibus bonis prædicta retinuit, scilicet sex sestaria frumenti et unum sestarium cicerum. Unde, etc. — Negavit W. de Berrianicis, sacra-
L mento calumpniæ ab [eo] præstito, se intrasse[2] hostagia. Stephanus vero dixit se habuisse
ab eo tantum duo sestaria frumenti et unum sestarium cicerum, dicens quod ipse W. nolebat intrare hostagia, mandatus[3] ab ipso Stephano sub virtute præstiti ab ipso W. juramenti.

[1] *Anno 1240.* — [2] *Cod.* intrasset. — [3] *Cod.* madat. *compendii notis super* ma *et* t *adjectis.*

Fol. 20 v°. 39. Significat [R. de Sevena [1]] S. Rainoardus, civis Nemausensis, quod Micahel de Castlario, tunc vicarius Nemausi, extorsit et habuit ab eo XIX solidos nemausensium..... — A Juravit S. Rainoardus et post sacramentum omnia prædicta asseruit esse vera quæ in petitione continentur. Injunctum fuit Ricardo, procuratori Micahelis de Castlar, quod solvat S. Rainoardo et R. de Sevena XIX solidos nemausensium minus XV denariis infra octabas Purificationis beatæ Mariæ. B

Fol. 81. P. Ravanus, nuncius curiæ, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod, cum ille qui captus fuit, qui dicebatur furatus fuisse porcos, adductus esset coram vicario, scilicet Micahele de Castlario, inventi fuerunt secum XIX solidi nemausensium; et cum quæreretur ab eo unde habuerat denarios, dixit quod de venditione porcorum. Item dixit se scire quod R. de Cevena et S. Rainoardus emerant porcos. C

Ricardus notarius, testis juratus, dixit, *etc.*

W. de Corbessatio, testis juratus, dixit, *etc.*

40. Significat P. Niger quod magister Nicholaus, dum morabatur cum Petro [d'Es-
Fol. 20 v°. nanc]ort, tunc senescallo, pro scriptore et officiali ejus curiæ, promisit ipsi Petro Nigro se soluturum et se ei constituit debitorem et pacatorem XII solidorum raimundensium quos D debebat sibi magister II..... — Item significat quod Quintinus, condam vicarius Nemausi, conduxit ab ipso Petro quendam roncinum, pro cujus loquerio debuit sibi solvere III solidos raimundensium, quos non solvit ei. Item habuit ab eo tantum de fusta quod valebat VIII solidos raimundensium. Et hæc petit sibi restitui.

Fol. 21. 41. Significat Petrus Audebertus [2] quod, tempore quo Radulfus de Sancto Quintino E erat vicarius Nemausi, quædam famula ipsius Petri Audeberti furtive extraxit de domo ipsius Petri quandam summam pecuniæ et alias res et aufugit cum eis, et fuit capta apud Andusiam [3], ubi erat tunc vicarius Michael de Caslario, et Ricardus tenebat ibi vices ipsius. Et cum dictus Petrus Audebertus, accedens apud Andusiam, dictam pecuniam et res quas sibi furata fuerat dicta famula peteret sibi reddi a dicta curia, dictus Michael, seu Ricardus F nomine ejus, de dictis rebus retinuit injuste XXXVI solidos et VI denarios raimundenses et unum mandile et unam zonam de serico et unum pectinem eburneum et unam pixidem eburneam semiplenam de croquetis et barris argenti. Et hæc petit sibi reddi. — Item significat quod postmodum ipse Petrus Audebertus tractavit cum dicto Radulfo, vicario Nemausi, quod aseguraret dictam famulam, quod posset tuto morari in villa Nemausi et in terra do- G mini regis, et propter hoc dedit sibi XXX solidos nemausensium. Et dictus Radulfus, vicarius Nemausi, aseguravit eam quod posset morari in villa Nemausi. Item significat quod, anno sequenti, Michael, vicarius Nemausi, fecit capi dictam mulierem et mitti in compedibus et bannivit eam de terra domini regis, pro eodem furto prædicto de quo aseguraverat eam dictus Radulfus, tunc vicarius Nemausi. Et quia dicta famula fuit inventa in domo dicti H Petri Audeberti, dictus Michael petiit fidejussores ab eo, et vexavit eum propter hoc, donec extorsit ab eo LX solidos nemausensium, quos petit sibi reddi.

Fol. 22. 42. Significat Raimundus Ferrerius quod Stephanus de Codols, tunc vicarius Nemausi, præcepit ipsi Raimundo Ferrerio quod solveret sub pœna tercii Firmino de Vicenobrio [4], certo tempore, CCC solidos raimundensium, qui dictus Raimundus Ferrerius solvit dictos CCC so- I lidos raimundensium, vel alius pro eo, dicto Firmino infra dictum tempus. Et hoc probavit dictus Ferrerius per litteras dicti Firmini missas dicto vicario. Quod non credens dictus vicarius esse verum, fecit capi dictum Ferrerium et i[m]mitti in sepis, et tenuit ibi ipsum captum per tres dies et tres noctes, et noluit ipsum liberare donec habuit ab ipso Raimundo Ferrerio LX solidos raimundensium, vel ab alio nomine ejus. Et hoc fecit injuste et sine ju- J dice. Ideoque petit dictos LX solidos raimundensium sibi reddi et restitui a dicto vicario, et in hiis LX solidis petit dictum vicarium sibi condempnari, et ponit esse vera, et paratus est probare. — Juravit Raimundus Ferrerius et dixit per juramentum sic esse sicut superius continetur.

Confitetur Stephanus de Codolis de dicto præcepto, sed quod solverit infra diem statutum K seu litteras Firmini [ostenderit] negat. Negat etiam se ipsum Raimundum cepisse vel fecisse capi ex illa causa quam ipse asserit, vel alia de causa. Dixit tamen se vel alium pro eo habuisse pecuniam a dicto Raimundo, vel ab alio pro ipso, scilicet LX solidos raimundensium, computato in hoc quodam debito XXXVI solidorum raimundensium, quod debebat ipsi Stephano de Codolis dictus Raimundus ex causa mutui. L

Negat dictus Raimundus se unquam habuisse pecuniam ex mutuo, vel alium nomine suo, a dicto Stephano vel ab alio nomine ejus.

[1] *Cancellatum est nomen* R. de Sevena *ejusque loco scriptum nomen* S. Rainoardus.

[2] *Infra scripta Petri Audeberti petitio continetur chartucea quadam schedula, qua constat regesti folium 21.*

[3] Anduze, Gard, arr. Alais.

[4] Vezenobre, Gard, arr. Alais.

A Data est dies Raimundo et Stephano ad probandum quod sibi videbitur expedire, scilicet
dies Sabbati primo ventura. Fol. 32.
Testes contra Stephanum de Codols super querela Ferrerii.
W. Andreas, notarius, testis juratus, dicit se vidisse quasdam litteras.....
Ferrerius, clericus, frater Raimundi Ferrerii, testis juratus, dixit se vidisse, *etc.*
B Bonitus, testis juratus, dixit se custodisse Raimundum Ferrerium in preisoneria, scilicet Fol. 32 v°.
in ceps.....
43. Significat Bernardus Peissonerius quod, cum quadam nocte ipse cum duobus homi- Fol. 23.
nibus esset [1] in quadam cabanna, et haberent solatium ad ignem, et ibi esset cum eis causa
solacii quædam mulier cum matre sua, venit Ravanus, correrius Micahelis de Castlar, tunc
C vicarii Nemausi, et cepit ipsum Bernardum et dictam mulierem, et adduxit eum ad Mica-
helem de Castlar vicarium, qui dictus vicarius fecit ipsum Bernardum poni et retrudi in
preisoneria, scilicet in ceps, et ibi stetit per octo dies, donec venit ad ipsum Bernardum
in preisoneria Jordanus, tunc scriptor curiæ, et dixit ipsi Bernardo: « Quare non te adobas
« cum vicario? » Et ipse Bernardus dixit: « Domine, quia nichil comisi. » Et tunc ipse Jor-
D danus dixit ei: « Vicarius vult omnibus modis habere de tuo, et non pro aliquo comisso, sed
« quia kare emit baiuliam. » Et tunc ipse Bernardus dixit ei: « Domine, ex quo ita est, ego
« non possem dare nisi tantum XX solidos nemausensium, et videatis si ita potestis adobare. »
Et ipse Jordanus dixit quod bene videret. Et postea curia fecit eum relaxare de preisoneria.
Et venit ad curiam, et firmavit XX solidos nemausensium solvendos ab eo ad tempus dicto
E vicario. Et postea tractis ab eo de bonis suis venditis XX solidis nemausensium, [venit] ad cu-
riam, et eosdem XX solidos nemausensium solvit ipse, vel alius pro [eo], dicto Jordano reci-
pienti et numeranti mandato dicti vicarii præsentis. Et ita dictus vicarius injuste et sine
causa et sine judice extorsit ab ipso Bernardo dictos XX solidos nemausensium. — Micahel
dixit quod staret dicto Jordani, tunc scriptoris sui.
F Et postmodum testes fuerunt producti a Bernardo Peissonerio, et probatum fuit quod
tunc fuit captus a P. Ravano, mandato Micahelis. Tamen non fuit probatum quod captus
esset in adulterio; interea plures erant cum eo in cabanna. Et Jordanus dixit se recepisse
XX solidos nemausensium pro dicto Micahele a Bernardo Peissonerio ex dicta causa.
P. Bernardus, baptiziatus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod, dum ipse testis Fol. 50.
G et S. Cervella et Bernardus Peissonerius et duæ mulieres quas non cognoscebat, essent in
cabanna Vesiani et cœnarent, venerunt ad cabannam P. Ravanus et Raimundonus et Mas-
salles, et P. Ravanus cepit Bernardum Peissonerium et dictas mulieres, et duxerunt eos.
Item dixit quod Bernardus Peissonerius adduxit ad dictam cabannam dictas mulieres, et di-
cebatur quod una erat mater alterius; et quod captus fuisset in adulterio dictus Bernardus
H nescit.
Johannes Stephanus, testis juratus, dixit se nichil scire.
Raimundonus, testis, *etc.*
P. Ravanus, nuncius curiæ, testis juratus, *etc.*
Beziassia, testis juratus, *etc.* Fol. 50 v°.
I P. Massalles, testis juratus, *etc.*
Hos testes produxit W. Peissonerius, procurator Bernardi fratris sui, contra Micahelem
de Castlario, et eos neutra pars audivit.
Et nuncii domini regis præceperunt Ricardo, procuratori Micahelis de Castlar, quod Fol. 23.
reddat XX solidos nemausensium dicto Bernardo Peissonerio infra octabas Purificationis Fol. 23 v°
J beatæ Mariæ.
44. Significat Bertrandus Magnus [2], de villa Sancti Ægidii, quod Willelmus de Agantico [3],
tenens locum Petri de Atheio [4], tunc temporis senescalli, extorsit injuste ab eodem Ber-
trando quingentos solidos raimundensium tunc currencium, propter hujusmodi causam [5]:
dictum fuit et falso impositum Bertrando Magno quod ipse furatus fuerat boves in terra
K domini regis. Et propter hoc dictus Willelmus de Agantico extorsit injuste a dicto Ber-
trando prædictos D solidos, licet de hoc non esset convictus vel confessus. Quos sibi petit
restitui.
W. Bonellus, de Sancto Ægidio, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Ber-
trandus Magnus, de Sancto Ægidio, solvit W. de Agantico XXII libras raimundensium, dicenti
L se recipere mandato senescalli, ideo quia W. de Agantico reptabat eum quod formanaverat
boves de Camargis..... Et hoc fuit tempore quo comes [6] fuit in Camargis.

[1] *Cod.* essent.
[2] *Hanc Bertrandi querimoniam damus non solum ad fidem regesti, sed et ad fidem schedulæ authenticæ quæ, ipsi regesto annexa, numero 24 distincta est.*
[3] Ganges, Hérault, arr. Montpellier.
[4] *Ita schedula.* — *Reg.* Athies.
[5] *Reg.* currencium, hac de causa quia dictum.
[6] *Raimundus VII, Tolosanus comes.*

Fol. 25. R. Molnerius, sacerdos, testis juratus, dixit quod ipse solvit et numeravit pro Bertrando A
Magno, de Sancto Ægidio, præsente, W. de Agantico, præsenti et mandanti quod traderentur nuncio suo, XIII libras raimundensium..... De tempore dixit quod sunt VII anni vel VIII.

Hermessendis, uxor Guiraldi d'Asperas[1], de Sancto Ægidio, testis jurata, dixit se vidisse, *etc.* B

Raimunda Chiraga, testis jurata, *etc.*

Fol. 30. 45. Significant W. Hugo, de Harenis, et Maria Guizianessa, uxor condam Stephani Guidonis, quod tam ipsi quam antecessores sui, nomine quorum seu a quibus habent terras infrascriptas, tempore adventus domini regis Lodovici condam[2], et postea, et antea longissimo tempore, tenuerunt et possederunt bona fide et sine dolo ad feudum honoratum in C
patuis de Polvereriis[3], scilicet Bertrandus Helias pro uxore sua et pro se tanquam rem dotalem, duas terras, quarum una confrontat a Circio in via Mandolii[4], ab Occidente et Vento
Fol. 30 v°. cum terris R. de Jeolonno, *etc.* *Et prædictas terras tenuerunt et possederunt prædicti, tam ipsi quam illi a quibus habuerunt terras prædictas, sine omni præstacione alicujus servicii, et ita fuerunt prædictæ terræ datæ et concessæ et laudatæ a domino Bernardo Atone, vice- D
comite Nemausi condam, prout in instrumentis inde confectis plenius continetur, et de redditibus terrarum prædictarum fuerunt cohacti tam prædicti quam illi a quibus habuerunt terras prædictas, injuste et sine omni cognicione et sine omni ratione, a magistro Arnulfo, baiulo condam civitatis Nemausi pro domino rege, præstare thascam; et quando baiuli civitatis Nemausi pro domino rege acceperunt seu accipiebant thascam de fructibus exeuntibus E
de dictis terris, a tempore dicti magistri Arnulfi citra, acceperunt et accipiebant contra voluntatem et prohibitionem prædictorum et ipsis invitis. Item asserunt prædicti baiulos domini regis in Nemauso habuisse pro domino rege a XX annis citra, injuste et sine causæ
Fol. 31. cognitione et sine omni jure, quolibet anno, secundum magis *et minus, de fructibus exeuntibus de terris quas ibi tenet et possidet dictus Bertrandus Helias VI sextaria bladi, et F
de fructibus exeuntibus de terra quam ibi tenet et possidet dictus W. Hugo duo sextaria bladi, et de fructibus exeuntibus de terris quas ibi tenet et possidet dicta Maria VIII sextaria bladi. De quibus omnibus prædictis prædicti sunt parati fidem facere nunciis domini[5] regis tam per testes quam per instrumenta. Unde suplicant prædicti quod, cognita et inquisita veritate a dictis dominis nunciis domini regis, quod dominus rex et sui ab indebita G
perceptione dictæ thascæ penitus, si placue[rit] regi, abstinea[n]t, et ea quæ dominus rex et sui habuerunt injuste nomine thascæ a prædictis, nuntii domini regis, cognita et inquisita veritate rei, sine moræ dispendio, si eis placuerit, faciant restitui.

46. Significat Poncius Brunus, civis Nemausi, quod ipse emerat apud Bellicadrum lanam precio XXX et II solidorum et VI denariorum nemausensium a quodam homine de Bellicadro, H
et dum dictus Poncius faceret defferre apud Nemausum dictam lanam, cum voluntate venditoris, precio non soluto, et ivisset cum lana sua prædicta dictus Poncius causa expediendi[6] nego[ciu]m suum usque ad portale et causa solvendi pedagium ad portale, prout consueverat solvere aliis vicibus de mercibus quas emebat, ipse Poncius non invenit aliquem cui
Fol. 31 v°. solveret pedagium pro lana prædicta, tamen quidam Judæus qui erat ibi quæsivit a dicto I
Poncio si habebat signum dictus* Poncius, et dicens dicto Judæo se non habere signum, voluit in continenti solvere et paratus erat solvere dicto Judæo pedagium pro dicta lana; tamen dictus Judæus noluit accipere. Dictus vero Poncius, revertens ad venditorem dictæ lanæ, causa solvendi precium dictum, et etiam revertens causa solvendi pedagium dictæ lanæ, cum non alias esset recessurus nisi prius soluto pedagio. Et cum ipse Poncius quære- J
ret ubi accipiebatur pedagium, cum in loco consueto non acciperetur, in quo aliis vicibus pedagium solverat, Micahel de Castlario, vicarius Bellicadri, ad suggestionem dicti Judæi, fecit venire ad se in curia Bellicadri dictum Poncium et fecit eum jurare, quærens ab ipso per sacramentum quantum emerat dictam lanam, et si solverat precium. Et dictus Poncius dixit eam se emisse XXX et II solidis et VI denariis nemausensium, et dixit[7] se inde K
solvisse precium. Et dictus vicarius præcepit ei quod afferret dictos denarios, quos sibi a[t]tulit et eos recepit, et habuit dictus vicarius ex prædicta causa sine judice et nullo juris ordine observato, et adhuc eos retinet. Unde suplicat, *etc.* — Juravit Poncius Brunus, et prædicta omnia asseruit esse vera sicut in petitione continetur.

Fol. 34. 47. Significat Bernardus Callaire quod Micahel de Castlar, tunc vicarius Nemausi, ha- L
buit ab eo et extorsit injuste VI solidos et VIII denarios raimundensium..... — * Item signi-

[1] Aspères, Gard, c[on] Sommière.

[2] *Anno 1226.*

[3] Polverières, Gard, c[on] Saint-Chapte, c[ne] Saint-Geniès-en-Malgoirès.

[4] Manduel, Gard, c[on] Marguerittes.

[5] *Cod.* dominis.

[6] *Cod.* expiedi, *compendii nota super* ie *adjecta.*

[7] *Cod.* dicit.

A ficat quod Stephanus de Codols, tunc vicarius Nemausi, extorsit ab eo L solidos raimunden-
sium, et Ravanus, nuncius curiæ, X solidos raimundensium.....

48. Significat Petrus Bruguerius, de Nemauso, quod Johanninus, vicarius condam Cal- Fol. 34 v°.
vitionis, extorsit ab eo V sextaria frumenti, hac ratione quia ipse Petrus sedebat supra re-
vesum cujusdam putei et cum cultello suo scindebat quendam baculum parvum, non animo
B nocendi alicui, et ideo injuste extorsit ab eo dicta V sextaria frumenti. — Prædictus Pon-
cius juratus dixit prædicta esse vera, sicut in petitione continentur. — Prædictus Johanni-
nus negavit ea.

Duranta Barreria, testis jurata, dixit quod maritus suus Bernardus Barreria solvit, *etc.* Fol. 35.

Andreas Donadeus de Cavairaco[1], testis juratus, dixit quod, cum luttæ fuissent factæ
C inter homines de Cavairaco et homines de Clarenciaco[2], et Petrus Bruguerius, qui tunc
sedebat ad puteum de Cavairaco et tenebat cultellum suum extractum, cum quo scindebat
quendam baculum, dixit Benedicto quod pœnitebat eum quia non juverat homines de Cla-
renciaco. Postea vidit et audivit quod Johanninus, tunc baiulus Calvicionis, petebat ab eo-
dem Petro Brugerio LX solidos raimundensium, dicens quod ipse Petrus extraxerat cultel-
D lum contra ipsum testem.....

Petrus Boverius, testis juratus, dixit se nichil scire nisi de auditu.

49. Guiraldus Veirerius[3], testis juratus, dixit se interfuisse cum Stephano de Codolis, Fol. 38.
vicario tunc Nemausi, in quadam domo extra portale de Pertus, in qua domo invenerunt
Petrum Costillonum et Gilium et Bordellum, et quæsivit vicarius ab eis ubi sunt amigdalæ
E quas collegerant, qui dixerunt : « Non habemus amigdalas, » et postea inventæ fuerunt
amigdalæ in palea[4], et ibi poterat esse unum plenum cabacium parvum, tale quale deferunt
in opere suo homines laborantes, et illud cabacium fuit fere plenum inter amigdalas et
crouellos et crouolas. Item dixit se vidisse et audivisse quod dictum cabacium cum amigda-
lis hostensum fuit a vicario prædicto consulibus et quibusdam probis hominibus civitatis
F Nemausi, qui vicarius dixit eis si illud factum deberet transire pro banno, et ipsi responde-
runt quod majus erat quam bannus, nescit tamen utrum Costillanus et socius ejus præsen-
tes fuerunt tunc illi hostensioni. Dixit etiam quod post hostencionem amigdalarum dictus
Petrus Costillonus et Gilius confessi fuerunt, ipso audiente dicto vicario, se collegisse præ-
dictas amigdalas causa comedendi. Requisitus si scit quod tunc capti fuerint dicti homines,
dixit quod non quia nati erant et de villa, sed venerunt cum vicario in villam, et permissi
G fuerunt in domos suas; nescit tamen utrum illa nocte dederunt firmantias. Item dixit se vi-
disse et audivisse crastina die, ut credit, fieri composicionem cum vicario et hominibus præ-
dictis super dicto facto amigdalarum, et per compositionem uterque ipsorum, scilicet
Constillonus et Gilius, promiserunt dare et solvere dicto Stephano de Codolis C solidos rai-
mundensium, recognoscentes quod vicarius faciebat eis amorem. Dixit etiam se credere
H quod vicarius miserit pro dictis hominibus pro facienda compositione, quia bene credit Fol. 38 v°.
quod non venissent gratis, nisi vicarius misisset pro eis. De verbis quæ intercesserunt ante
composicionem non recolit. De solucione nichil scit. Requisitus utrum antea fuissent diffamati
vel de furto vel alio facto malo dicti Costillonus et Gilius, dixit quod nescit nec credit. Dicit
tamen quod postea[5] aliquid audivit de Petro Costillono, scilicet quod, quando Imbertus de
I Belljuco[6] erat in obsidione Lunelli, intraverat infra Lunellum, et hoc audivit dici a P. Ruffo
sene a XV diebus citra.

Item audivit à R. de Lecas[7] multociens quod iste Costillonus dixit, quando quidam ho-
mines congregati fuerunt in Harenis, quia erat ibi cum eis idem Costillonus : « Modo esset
« hora eundi per villam cum securi. »

J Bernardus Borserius, testis juratus, dixit, *etc.*

P. Julianus, testis juratus, dixit se vidisse quod Gilius, sororius suus, solvit Stephano de Fol. 39.
Codolis C solidos raimundensium pro eo quod acceperat de amigdalis cimiterii, ut ibi tunc
dicebatur, et hanc solutionem vidit fieri in curia, et erant præsentes Bernardus Isnardus et
P. Ruffus juvenis; de aliis præsentibus non recordatur..... Hunc testem produxit Gilius
K contra Stephanum de Codolis, et eum neutra pars audivit.

Idem testis, tercia die revocatus a fratre Johanne et magistro Petro, et requisitus ab eis
utrum Gilius in propria persona solvit dictos C solidos dicto Stephano de Codolis an alius,
respondit quod Bernardus Isnardus, medicus... Item dixit, revocatus ab eis, quod solucio

[1] Caveirac, Gard, c^on Saint-Mamet.

[2] Clarensac, Gard, c^on Saint-Mamet.

[3] *Haud habemus querimoniam de qua in ista depositione agitur.*

[4] *Cod.* in palce *aut fort.* in palce.

[5] *Cod.* posta.

[6] *Imbertus de Bello Joco, qui Ludovici VIII et Ludovici IX vices in partibus Albigensium gessit, ab anno 1226 ad annum 1229. Quo autem anno castrum Lunellense* (Lunel, Hérault, arr. Montpellier) *obsessum fuerit penitus ignoramus.*

[7] *Nomen lectu difficillimum.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

dictæ pecuniæ fuit facta in camera dicti Stephani, quando surrexit a lecto; et si dixerat in A
curia, erraverat.
Bartholomæus Costillonus, frater Petri Costilloni, testis juratus, dixit, *etc.*
Fol. 39 v°. W. Costillonus, frater Petri Costilloni, testis juratus, dixit, *etc.* De tempore requisitus,
dixit quod sunt III anni elapsi sicut credit, et fuit quadam die Dominica, inter vesperas
majores et minores..... — Bernardus Isnardus, medicus, testis juratus, dixit, *etc.* — B
W. Ricardus, notarius, testis juratus, *etc.*
Fol. 38 v°. Convenerunt postmodum Petrus Constillonus et Gilius, ex una parte, et Stephanus de
Codols, ex altera, quod promisit Stephanus de Codols se restituturum dictis Petro Constil-
lono et Gilio omnia quæ habuit ab ipsis occasione prædictarum amigdalarum, ita quod ipsi
stent super hoc cognitioni senescalli; et ipsi promiserunt se stare cognitioni senescalli C
super hoc.
Fol. 40. Injunxerunt magister Petrus et frater Johannes, nuncii domini regis, Petro Costillono
quod det fidejussores infra XV dies Stephano de Codolis de stando cognitioni senescalli su-
per facto amigdalarum usque ad quantitatem VIII librarum raimundensium ad cognitionem
magistri Rotberti judicis, et, data fidejussione competenti usque ad dictam quantitatem, D
Fol. 40 v°. dicto Stephano de Codolis injunxerunt et præceperunt dicti magister Petrus et frater
Johannes quod dictus Stephanus de Codols solvat et reddat dicto Petro Constillono C solidos
raimundensium, illius valoris cujus erant tempore quo habuit eos Stephanus a Petro Cos-
tillono; post receptionem ipsorum C solidorum, dictus Petrus Constillonus teneatur, et non
antea, stare cognicioni de jure senescalli super prædictis, cum citatus fuerit. Item dixerunt E
et præceperunt quod, si dictus Stephanus de Codols nollet recipere fidejussores a dicto
Petro Constillono de parendo juri usque ad dictam quantitatem ad cognicionem magistri
Rotberti infra XV dies præsentes, nichilominus teneatur solvere dictus Stephanus de Co-
dols dictos C solidos Petro Constillono a tempore oblationis fidejussorum, ad cognitionem
magistri Rotberti. Actum fuit hoc in aula domini regis, VI° idus januarii, anno Domini F
8 jan. 1248 n. st. M° CC° XL° VII°. Injunxerunt et præceperunt in forma superius contenta dicti magister Petrus
et frater Johannes quod Stephanus de Codols solvat L solidos raimundensium Gilio in
9 jan. 1248 n. st. modum et formam superius contentam in facto Constilloni. Actum in aula domini regis,
anno quo supra, V° idus januarii.
Fol. 41. 50. Dixit Gallarda contra Petrum de Codolis, civem Nemausensem, quod, cum ipsa, G
in die Dominica proxima ante Nathale Domini, ivisset ad domum Stephani de Codolis,
causa petendi scrineum suum, quod erat sibi per nuncios domini regis adjudicatum, Petrus
de Codolis, infringens conductum dictorum nunciorum et domini regis, verberavit eam,
manus iniciens in eam violentas, et prædicta asseruit esse vera, sacramento calumpniæ ab
ea præstito. H
R. Pascalis, testis juratus, dixit, *etc.* — Bernardus Surdous, testis juratus, dixit se vidisse et
audivisse quod, cum Gallarda veniret de albergo Stephani de Codolis pro quærendo scrineo
suo, et Stephanus de Codolis diceret ei quod non redderet scrineum nisi haberet hoc a do-
minis nunciis, tunc dixit Petrus de Codols ipsi Gallardæ : « Eatis spabelare. » Et tunc ipsa
respondit : « In Camargis colligitur pabela. » Et tunc ipse Petrus de Codolis vocavit uxorem I
Poncii Baltugati, et dixit ipsi Gallardæ : « Ego dicam vobis coram ista, » et iterum dixit illi :
« Eatis spabelare. » Et incontinenti cepit per capillos dictam Gallardam, et percussit eam in
genis et in collo pluries, et eciam in capite..... — Bernarda Gaianessa, testis jurata, dixit
se vidisse et audivisse quod Petrus de Codolis vocavit Gallardam : « Putan malvaisa; » et ipsa
respondit ei : « In Camargis colligitur pabela. »..... J
Raimunda, ancilla W. Botsoni, testis jurata, dixit se nichil scire.
Fol. 41 v°. Petronilla Gallicana, testis jurata, dixit se nichil scire.
Maria Baltugata, testis jurata, dixit, *etc.*
W. Rossellus, borserius, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod, cum ipse Petrus
de Codolis loqueretur Gallardæ de spabelar, ipsa Gallarda dixit ipsi Petro : « In Camargis K
« colligitur pabela. » Et tunc ipse Petrus dixit ei : « Sum ego spabelator. » Et in continenti
dictus Petrus de Codolis cepit eam per capillos, *etc.*
Fol. 42. Aimericus Sauxus, testis juratus, dixit se vidisse, *etc.*
Hos testes produxit Gallarda contra Petrum de Codolis, et eos neutra pars audivit.
Fol. 44. 51. Negat Stephanus[1] de Codolis solutionem VI librarum et VIII solidorum raimunden- L
sium quæ dicitur facta fuisse de mandato ejusdem Stephani Ricardo notario. — Item negat
solucionem LXX solidorum raimundensium quæ dicitur facta fuisse Petro de Codolis de man-
dato ejusdem Stephani. — Confitetur autem dictus Stephanus sibi satisfactum esse de totali

[1] *Haud habemus querimonias de quibus hic agitur.*

debito cavallariæ de Clarenciaco, et a Bernardo Guillelmo habuit et recepit, ipse vel alius
nomine suo, pro ipso Bernardo Guillelmo et sociis suis, ab VIII libris usque ad decem libras rai-
mundensium, de illis DC et L solidis raimundensium quos ipse Bernardus Guillelmus et socii
debebant sibi et promiserant ipsi Stephano; scilicet Guiraldus de Clarenciaco, W. Arnaldus,
W. de Clarenciaco, R. de Sableto et Raimundus Petrus, et alii de quibus ipse Stephanus non
recordatur. Aliter se habuisse pecuniam a dicto Bernardo Guillelmo vel ab alio pro eo, seu
alium pro ipso Stephano, negat. Dixit autem Bernardus Guillelmus quod pro se solo dedit
et solvit et de suo et non pro sociis nec de pecunia sociorum suorum. — Confitetur Ste-
phanus se habuisse ab ipso Bernardo Guillelmo LX solidos pro expensis roncini, et aliquando
equitavit dictum roncinum vel fecit equitari. — Item confitetur quod roncinus bene valebat
a X libris usque ad XII libras raimundensium, tempore quo accepit roncinum ipse Stephanus.

W. de Clarenciaco, miles, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Guil-
lelmus, miles, solvit et numeravit Ricardo notario, mandato Stephani de Codolis, VI libras
et VIII solidos raimundensium.....

Requisitus pro qua causa solvit dictam pecuniam dictus Bernardus Guillelmus, dixit Fol. 44 v°.
quod pro cavallaria de Clarenciaco et de Anglata[1], de qua fuerat idem Bernardus collec-
tor..... De tempore, dixit quod sunt IIII anni et plus quod fuerunt factæ dictæ solu-
tiones.....

W. Arnaldus, de Clarenciaco, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Fol. 45 v°.
Guillelmus, miles, solvit et numeravit Petro de Codols, de mandato Stephani de Codols,
LXX solidos raimundensium pro collecta cavallariæ.....

R. de Sableto, miles, testis juratus, dixit se vidisse, *etc.*

W. de Agarna, testis juratus, *etc.*

W. de Vilari, testis juratus, *etc.* Fol. 46.

W. Aldebertus, testis juratus, *etc.*

Ricardus, notarius, testis juratus, *etc.*

Præceperunt magister Petrus de Kastris et frater Johannes de Templo, nuncii domini Fol. 46 v°.
regis, Stephano de Codolis quod solvat Bernardo Guillelmo infra octabas Purificationis
beatæ Mariæ X libras raimundensium minus II solidis, illius valoris qui[a] erant tempore solu- [a] sic.
tionis, retinentes sibi ad sentenciandum super residua. Et postea, die Martis proxima post 7 jan. 1248 n. st.
Epifaniam, præceperunt dicti magister Petrus et frater Johannes quod Stephanus de Codols
solvat LX solidos Bernardo Guillelmo.

52. Significat Durantus Escuderius quod Micahel de Castlar, tunc vicarius Nemausi, Fol. 56.
extorsit ab eo injuste XX solidos nemausensium, hac ratione scilicet quia Raimondonus ban-
nerius dixit Micaheli prædicto quod Durantus Scuderius dicebat quod bannerii istius villæ
capiebant paleas proborum hominum, quod verum non fuit quod ipse Durantus dixerit.
Unde suplicat, *etc.* Juravit Durantus et asseruit esse vera ut in petitione continentur. Conve-
niunt Ricardus procurator et Durantus Scuderius quod stent super prædictis dicto et volun-
tati Jordani et W. Ruffi, notariorum.

53. Significat Beatrix, filia Bernardi Viturli et uxor Bernardi Gariberti, quod Micahel de
Castlar, tunc existens vicarius Nemausi, extorsit ab ea XV solidos nemausensium, sine occa-
sione et sine judice, hac ratione quia ipsa Beatrix tenebat carnes coctas peregrinantibus et
aliis hominibus ad vendendum, et quadam die vendidit cuidam homini VIII denariatas car-
nium ad monetam nemausensem, quam monetam ille homo non habebat, sed sibi turonenses
porrigebat, quos ipsa recusabat accipere et recusavit.....

54. Significat Poncius Franulfi quod Ricardus, notarius, habuit ab ipso Poncio CC solidos Fol. 56 v°.
raimundensium, ex eo quod, cum dictus Ricardus esset scriptor curiæ Nemausensis, exis-
tente Enrico vicario ejusdem curiæ sub domino Peregrino tunc senescallo, et fuisset præ-
ceptum sub pœna tertii a dicto Ricardo ipsi Poncio quod solveret certa die quandam sum-
mam pecuniæ Ulmeto seu ejus curatori, antequam dicta dies solutionis dictæ pervenisset,
dictus Ricardus habuit dictos CC solidos ab ipso Poncio ut eum prolongaret. Unde petit dictos
CC solidos sibi solvi a dicto Ricardo, cum dictus Poncius a dicta solutione fuerit prolongatus
et non ceciderit in pœna tertii, quia a dicto Ricardo habuit dilationem quod non solveret
die sibi præfixa. — Poncius Franulfus detulit sacramentum Ricardo, et Ricardus dixit per
juramentum quod nichil habuit de dicta pecunia quod ipse recolat.

55. Cum ecclesia sit immunis ab omni sordido munere angariorum et parangariorum et
aliorum, et ab ea debeat repelli improbitas iniquæ exactionis, expulsa injuria indebitæ con-
junctionis, multaque privilegia sint concessa et eidem ecclesiæ jure divino vel humano;
ideoque significat prior Sancti Nicholai de Campangnaco[2], de regula et ordine beati Augus-

[1] Langlade, Gard, c^on Sommière. — [2] Saint-Nicolas-de-Campagnac, Gard, c^on Saint-Chapte, c^ne Sainte-Anastasie.

tini, quod dictum monasterium diu laboravit impatienti egestate, molestatum multis miseriis et afflictionibus, agravatum mole quam plurimorum debitorum, cui etiam monasterio præsides senescalli Bellicadri et Nemausi in plurimis, intuitu pietatis, amore Dei et helemosinæ, providerunt, inter quos dominus tunc senescallus *dicto monasterio indigenti specialiter providit ne vicarii Nemausi a dicto monasterio vel ab aliis nomine ejusdem pœnam tertii exigerent ratione debiti non soluti. — Item significat quod Radulfus de Sancto Quintino, condam vicarius Nemausi, inique extorsit per improbitatem a priore dicti monasterii x libras raimundensium pro pœna tertii debiti non soluti a fidejussoribus datis a priore..... — Item significat dictus prior quod Micahel de Castlar, vicarius condam Nemausi, per improbitatem iniquæ exactionis, extorsit a dicto priore, prædecessore ipsius, XXIII porcos injuste, pro pœna tertii cujusdam debiti non soluti creditori a fidejussoribus datis pro ipso monasterio, quos porcos dictus prior tradidit fidejussoribus ut eos traderent pro dicta pœna dicto vicario.....

Fol. 58. 56. Significat Bernarda, filia et heres condam Bernardi Galterii, quod Bernardus Quintinus, vicarius tunc Nemausi, habuit et extraxit vel extra[h]i fecit de domo dicti Bernardi, patris sui, tunc viventis, injuste x sextaria frumenti..... D

57. Significat Johannes Gascus, de Sancto Ægidio, quod, cum ipse transiret per caminum publicum de Nemauso cum ovibus domini præpositi Aniciensis et prioris de Fressac[1], Stephanus de Codols, tunc vicarius Nemausi, petiit ab ipso fidejussorem quia transibat cum ovibus per caminum publicum domini regis.....

Fol. 58 v°. Ricardus, notarius, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse multociens quod, quando oves extraneæ Templi vel Hospitalis vel aliæ extraneæ volebant transire per baiuliam Nemausi, dominus ovium vel custos ovium conveniebat cum vicario dando ei pecuniam, et multociens transibant in una die, et multociens faciebant moram per tres vel per quatuor dies, et tunc dabant plus ex pacto. Item dixit se credere quod, si non locuti fuissent cum vicario super transitu ovium, vicarius pignoraret eos. Tamen non vidit aliquas bestias transire sine conventione præmissa cum vicario. Credit tamen quod injuste pignoraretur si pignoraretur.

1248 n. st. 5 febr. Nonis februarii, injunxerunt nuncii domini regis Stephano de Codolis quod solvat dictos XL solidos raimundensium infra mensem dicto Johanni Gasco, illius valoris [cujus] erant tempore recepcionis. G

Fol. 59. 58. Significat Petrus Macellarius quod Micahel de Castlar habuit et extorsit ab eo injuste et sine causa LX solidos nemausensium..... — Item significat quod dictus Micahel extorsit ab eo XX solidos nemausensium, hac occasione quia ipse Petrus et socius suus ejescerunt quasdam equas quas ipsi custodiebant de curte prioris Barritelli[2], quas ipse prior ibi incluserat, dicendo quod eas invenerat in maleficio, et cum ipse prior ad preces ipsius Petri et socii sui nollet dimittere equas, qui ei offerebant quod parati erant restituere maleficium si quod fecerant et bannum solvere, ipsi Petrus et socius ejus, timentes quod aliquæ equæ quæ ibi erant facerent aborsum, dictas equas de curte ejescerunt et eas adduxerunt. Et hac de causa habuit et extorsit dictus Micahel ab eo XX solidos nemausensium.

Fol. 59 v°. 59. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis R. Benedictus quod Petronilla Cabassuda tenebat ab ipso Raimundo sub dominio et censu[3] unius denarii et sub quarto quandam terram, et asserit dictam Petronilla[m] cessasse in solutione dicti census per viginti annos et plus, et ita asserit dictam terram sibi esse co[m]missam, *etc.*

Fol. 60. 60. Significat R. Raffinus quod ipse locavit Radulfo de Sancto Quintino, vicario tunc Nemausi, ad unum annum, quoddam stare in confinio Sanctæ Eugeniæ infra civitatem Nemausi..... Qui dictus Radulfus debuit dare et promisit nomine loquerii dicto R. Raffino LXV solidos nemausensium..... — P. Ruffus, testis juratus, dixit, *etc.* — W. Barreria, testis jurata, dixit, *etc.*

Fol. 60 v°. 61. Significat Martinus de Volta quod Stephanus de Codols, vicarius in Nemauso, injuste habuit et extorsit ab eodem CCC solidos raimundensium, ob hanc causam quia dictus vicarius imponebat ei quod dictus Martinus fuerat inventus simul cum quadam muliere, quod nunquam verum fuit. Juravit Martinus et post sacramentum prædicta asseruit esse vera, ut supra continentur in petitione. Et dixit plus quod tempore solutionis pecuniæ et tempore compulsionis et tempore adobationis erat vicarius Stephanus de Codolis, sed tempore quo intravit ecclesiam erat Gregorius vicarius, et dixit quod timore ductus intravit ecclesiam, L
Fol. 61. quia inferebantur sibi minæ. — Negat Stephanus de Codolis sibi fuisse *solutam pecuniam, vel mandato suo, vel ipsum compulisse ad solutionem. — Requisitus Martinus si credit

[1] Fressac, Gard, c[on] Sauve. — [2] *Prioratus in monte Baritelli* (*hodie* Barutel, Gard, c[on] Nimes) *situs, gallice dictus* Notre-Dame-d'Estauzen. — [3] *Cod.* census.

A quod Stephanus de Codolis receperit dictam pecuniam pro Gregorio, dixit quod non; immo credit quod pro se receperit.

62. Significat [Martinus de Volta] quod W. de Agarna, curialis tunc et existens in curia Fol. 60 v°.
Nemausi, habuit ab eo ex dicta causa et extorsit quoddam vas vinarium, capiens VI s[extaria] vini. Et petit dictum vas si extat; et si non extat, extimat dictum vas X solidos turonen-
B sium, et eos petit. — *Johannes Adalbertus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Fol. 61.
Gregorius conquestus fuit Stephano de Codolis, tunc vicario Nemausi, de Martino de Volta super CCC solidis raimundensium, ut sibi videtur, de quibus dicebat compositum fuisse cum ipso et Martino, pro facto cujusdam mulieris de qua inculpatus fuerat, tempore vicariæ Gregorii.....

C W. Gorfattus, testis juratus, dixit, *etc.*

63. Significat Guillelma Rostangnessa quod P. Ravanus, nuncius curiæ Nemausi, extorsit Fol. 61 v°.
et habuit ab ipsa injuste unum scrineum, *etc.*

64. Significat Bernarda, filia et heres condam Bernardi Galterii, quod W. Bessanus, Fol. 62.
nuncius curiæ domini regis in Nemauso, condam extraxit seu extra[h]i fecit X sextaria fru-
D menti injuste.....

Maria Grosseria, testis jurata, dixit, *etc.*

Marca, testis jurata, dixit, *etc.*

P. Ravanus, testis juratus, dixit, *etc.* Fol. 62 v°.

Quarto idus februarii, condempnatus fuit per nuncios domini regis W. Bessanus in 1248 n. st.
V sextariis frumenti solvendis Bernardæ Ferrandæ. Et convenerunt partes quod solvantur 10 febr.
in festo sancti Petri intrantis augusti.

65. Significat Johannes Balbus, et Bernarda, uxor ejus, et Bernarda, sorores, quod Fol. 63.
olim, existente vicario Bernardo Quintino in Nemauso, *etc.* — Item significat supradictus quod P. Ravanus et W. Bessanus, nuncii tunc temporis dictæ curiæ, *etc.*

F 66. Significat Raimundus de Mandolio[1] quod W. de Agarna, tunc baiulus de Mandolio, Fol. 64.
abstulit ei sine ratione V boves apud Mandolium..... — Item significat quod propter eamdem occasionem Bernardus Quintinus, tunc vicarius Nemausi, suggerente dicto W. de Agarna, abstulit sibi XX libras raimundensium, quas petit sibi reddi..... — W. de Agarna dixit quod denunciatum fuit sibi quod illi boves fuerant * de Camargis[2] et de rapina, et Fol. 64 v°.
G ideo arrestavit eos.....

66 *bis*. Tertio kalendas januarii, præcepit dominus senescallus Stephano de Codolis quod Fol. 75 v°.
infra XV dies faciat et reddat instrumentum[3] Rostagno Macellario quod petebat ab ipso. Et 30 dec. 1247.
hoc præcepit ei sub pœna XX marcarum argenti. Testes W. de Agantico, W. de Codols, R. Bernardus.

H 67. Gilius[4] de Bessano, de Sancto Ægidio, testis juratus, dixit quod P. Guiraldus, frater Fol. 76.
W. Aldeberti, de Mandolio, venit ad ipsum testem apud Sanctum Ægidium in domo sua, et dixit ei quod W. de Agarna petebat ab ipso et fratre suo D solidos raimundensium, quia fuit in Camargis, et ibi non fecit moram, nec comedit ibi nec bibit..... De tempore dixit quod sunt bene VII anni vel circa.....

I Petrus Beziossa, de Mandolio, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod W. de Fol. 76 v°.
Agarna, tunc baiulus de Mandolio, fecit adduci oves W. Aldeberti de Mandolio apud Nemausum a W. Alberto et Poncio Maine, nunciis curiæ.....

Andreas Godafredus, de Mandolio, testis juratus, dixit se vidisse, *etc.*

Hos testes produxit W. Aldebertus contra W. de Agarna, et eos neutra pars audivit. Fol. 77.
J Postea peticio et atestaciones fuerunt publicatæ præsente utraque parte, scilicet anno Domini M°CC°XLVII°, VIII° idus februarii, et postea in continenti præceperunt nuncii domini regis 1248 n. st.
W. de Agarna quod solvat W. Aldeberto de Mandolio dictas XII libras raimundensium ejus- 6 febr.
dem valoris in quo erant tempore recepcionis, infra mensem a die hodierna numerandum.

68. Significat Raimundus Martinus quod Varvassors, condam vicarius Nemausi, habuit Fol. 81 v°.
K et extorsit ab eo XX solidos raimundensium, hac occasione sola quia ipse cum quibusdam juvenibus, causa solacii, sine omni malo tractatu et sine omni conventione seu confœderatione, bibit infra castrum Harenarum in stari Hermengarii.

69. Significat Bernardus Verres quod, dum ipse Bernardus iret ad nemus et duceret Fol. 82.
secum canem, canis ille movit unum leporem et sequtus fuit ipsum ita quod eum duxit ad
L mortem. Tamen quidam pastores cum canibus obviaverunt dicto lepori, dum ducebatur a dicto cane ad mortem, de part en part, et occiderunt leporem canes ipsorum pastorum. Dictus vero Bernardus retinuit penes se dictum leporem et cum lepore recessit, et hac

[1] Manduel, Gard, c^on^ Marguerittes.
[2] *Anno 1240.*
[3] *Vox dubiæ lectionis.*
[4] *Nos fugit querimonia ad quam hæc attinet inquisitio.*

ratione habuit injuste Ricardus, tenens locum vicarii in Nemauso, ab ipso Bernardo x solidos viannensium et dictum leporem sine judice. A

Fol. 90 v°. 69 *bis*. Petronilla Bo[v]arica, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod uxor Guiraldi de Asinis solvit, mandato Stephani de Codolis, Bernardo Paallano, inter duas vices, LV solidos raimundensium.....

Boqueta, testis jurata, dixit, *etc*. B

Fol. 94. DE SANCTO DIONISIO[1].

70. Significat Poncius Niellus, de Aquis Mortuis, quod, cum guerra crederetur fieri inter dominum Lunelli et dominum regem, ipse, habitator tunc villæ de Marcellanicis[2], quæ est in juridictione domini de Lunello, magis volens obedire domino regi quam domino Lunelli, juravit fidelitatem domino regi in manu domini Raimundi Petri, de Agantico, et sic C credidit esse sub protectione domini regis, et postea exercitus domini regis qui venit apud Lunellum dampnificavit eum in CC [sextar]iis ordei et uno modio frumenti, et XXIIII sextariis[3] avenæ et in uno bove et in uno roncino et duabus equabus, accipiendo prædicta de domo sua et in usus proprios convertendo. Unde suplicat, *etc*.

71. Significat S. Alasardus, de.....[4], de jurisdictione domini Lunelli, quod, cum guerra D crederetur fieri inter dominum Lunelli et dominum regem, ipse magis volens obedire domino regi quam domino Lunelli, juravit fidelitatem domino regi in manu domini Raimundi Petri, de Agantico, et sic credidit esse sub protectione domini regis, et tamen nichilhominus exercitus domini regis qui venit ad Lunellum dampnificavit eum in D sextariis ordei et CC sextariis inter fabas et frumentum, accipiendo dictum bladum contra voluntatem ipsius E et in usus proprios convertendo. Unde suplicat, *etc*.

Fol. 102 v°. 1248 n. st. 7 febr. 71 *bis*. Septimo idus februarii, præceperunt nuncii domini regis Sarraceno quod ipse expediret causas quas habet cum Poncio Costa et Barnouino infra Septuagesimam; alioquin crastina die inju[n]xerunt Sarraceno quod compareat coram eis.

Fol. 103. QUERELÆ MILITUM ET HOMINUM CASTRI DE CLARENCIACO[5]. F

Fol. 103 v°. 72. Significat Willelmus de Alaono, de Clarenciaco, quod Stephanus de Codols, baiulus tunc Calvitionis, fecit extrahi[6] de domo dicti Guillelmi tres cartas sive tres partes cujusdam baconis ipsius Guillelmi de Alaono, quas tres cartas sive tres partes dictus Willelmus de Alaono extimat XII solidos turonensium.....

Confitetur Stephanus de Codols se habuisse dictas tres partes baconis a domino Willelmo G de Alaono, eo quod præconisatum fuerat per dictam baiuliam Calvitionis, ante vicariam suam[7], quod quicunque haberet aliquid de terra Rostagni de Monte Pesato quod redderet curiæ, et quia dictus Willelmus de Alaono, sicut dabatur intelligi ipsi Stephano, habuerat unum baconem tempore guerræ de terra Rostagni de Monte Pesato, habuit [dictas] tres partes baconis..... H

Fol. 104. 73. Significant vobis, dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario ecclesiæ Nemausensis, inquisitoribus domini regis Francorum, Stephana, vidua, mater et tutrix Thomæ et G. et Alamandinæ, liberorum ipsius et condam Guiraldi de Clarenciaco, militis, nomine ipsorum liberorum pro medietate, et Guillelmus Arnaldus, miles, pro quarta parte, et Emeno et Guiraldus de Gaians[8], pro residua quarta parte, quod tam ipsi quam Thomas et Petrus I Arnaldus de Clarenciaco, milites, quorum ipsi sunt filii, nepotes et heredes, et ipsorum antecessores, habuerunt, tenuerunt et possederunt, vel quasi, vel alii eorum nomine et pro eis, tempore domini Lodoyci, bonæ memoriæ, condam patris domini Lodoyci, nunc regis Francorum, et ante tanto tempore quod non extat memoria, [et etiam] tempore domini regis qui nunc regnat, scilicet dominium, [fir]mancias, justicias, bannos, cohertiones et ju- J risdictionem castri de Clarenciaco et hominum ipsius castri. Item significant se fuisse et adhuc esse spoliatos possessione vel quasi dominii, firmanciarum, justiciarum, bannorum, cohercionum et jurisdictionis dicti castri et hominum ipsius castri per bailivos domini regis Francorum, quæ omnia parati sunt probare coram vobis sine moræ dispendio, tam per instrumenta publica quam per testes. Unde suplicant humiliter quod, inquisita et inventa K per vos veritate super præmissis, hæc prædicta dignetur eisdem restituere, justicia suadente, misericordia regiæ magestatis. Reddita fuit hæc querimonia domino sacristæ Nemausensi,

[1] Saint-Dionisy, Gard, c[on] Sommière.
[2] Marsillargues, Hérault, c[on] Lunel.
[3] *Regestum* sextaria.
[4] *Hic deest una vox.*
[5] Clarensac, Gard, c[on] Saint-Mamet.
[6] *Cod.* extrai.
[7] *Id est antequam vicariam Calvitionis emisset.*
[8] Gajan, Gard, c[on] Saint-Mamet.

A de cujus mandato ego Willelmus Ruffus, publicus notarius [jura]tus inquisitorum domini
regis, hic transtuli et scripsi.

74. Significat Gaufresa, pauper vidua, de Clarenciaco, tutrix et mater liberorum condam Fol. 104 v°.
G. Gaufredi, vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario, tenentibus locum
inquisitorum domini regis Francorum, quod Stephanus de Codolis, vicarius Calvitionis,
B extorsit ab ipsa L solidos nemausensium, hac occasione quia maritus dictæ viduæ noluerat
transire cum quadam saumata ferri per pedagium pontis Lunelli, quod ipse tunc tenebat.
Item, extorsit ab eadem L solidos nemausensium pro publicatione testamenti dicti mariti
sui. Item, extorsit ab ea XXVII solidos viannensium, hac occasione quia ip[sa] non fecerat
inventarium de bonis liberorum suorum. Item, idem Stephanus vicarius extorsit ab ipsa
C LV solidos nemausensium, hac occasione quia ipsa donaverat privigno suo quandam terram
quam tenebat a domino rege. Ietm, idem Stephanus extorsit ab ipsa XVI solidos viannensium,
hac occasione quia [ipsa] quandam scalam suam propriam acceperat in carreria. Unde su-
plicat quod, inquisita super hiis veritate et inventa, hæc faciat sibi restitui, justitia mediante,
misericordia regiæ magestatis. Reddita fuit hæc querimonia domino helemosinario, de cujus
D mandato ego Willelmus Ruffus, publicus notarius juratus inquisitorum domini regis, hic
eam transtuli et scripsi.

De facto scalæ stabitur voluntati Catalani. — De ferro compromissum est in eundem.

Nonis februarii, Cathalanus de Calvitione, præsentibus Gaufresa et Stephano de Codolis, 1248 n. st.
dixit dictum suum hoc modo, scilicet quod ipse Stephanus de Codols reddat et solvat 5 febr.
E XII solidos viannensium dictæ mulieri pro facto scalæ. Hoc dictum fuit promulgatum coram
magistro Petro et fratre Johanne, nunciis domini regis.

75. Significat Hermessendis Rostangna, vidua, uxor condam Rostagni Deodati de [Cla-
rencia]co, quod Enricus, condam baiulus seu bailivus castri de Calvitione *pro domino rege Fol. 105.
Franciæ, imposuit de novo dicto Rostagno Deodato novum tributum seu novam præstacio-
F nem, imo novam toltam, scilicet quod ipse Rostagnus Deodatus daret singulis annis in tallia,
quæ fiebat singulis annis hominibus castri de Clarenciaco ad opus excellentissimæ regiæ
magestatis. Unde, cum ipse Rostagnus Deodatus, maritus suus, et ejus antecessores ab hujus-
modi novo tributo seu nova præstacione, immo nova tolta, usque ad tempus impositionis
factæ a dicto Henrico baiulo semper fuissent immunes, sicut ceteri homines dicti castri,
G suplicat dicta Hermenssendis quatinus, amore Dei et pietatis intuitu ac viduitatis, ab hujus
modi novo tributo seu nova præstatione, immo nova tolta, ipsa Hermessendis et ejus suc-
cessores de cetero sint immunes. — Item significat dicta Hermessendis quod condam Enri-
cus, baiulus Calvitionis, habuit a dicto marito suo C solidos raimundensium, et ejus famuli,
scilicet Bardouinus et Jacobus, XV, propter hoc, *etc.* Suplicat dicta Hermessendis quatinus
H dicti C [solidi] raimundensium et dicti XV solidi ab heredibus dicti Henrici et ab heredibus
Jacobi et a Bardouino reddantur.....

76. Significat Rogerius de Clarenciaco quod Stephanus de Codols, *etc.* Convenerunt Fol. 105 v°.
partes quod stent dicto W. Grenvani.

Item, significat dictus Rogerius quod Stephanus de Codols, bailivus Calvitionis, habuit
a dicto Rogerio injuste et contra rationem XL solidos raimundensium, pro eo quod dominus
I rex volebat habere unum militem de castro Clarenciaci, nec miles *fuit necessarius do- Fol. 106.
mino regi. Quare suplicat quatinus dicti XL solidi raimundensium a dicto Stephano de Co-
dols sibi reddantur.

77. Significat Bernardus Radulfus, de Clarenciaco, quod W. Durantus, baiulus seu bai-
livus de Clarenciaco pro domino rege Franciæ, habuit bene injuste VII solidos et VI denarios
nemausenses, propter hoc quia dictus Bernardus Radulfus recolligebat seu congregabat
fimum suum proprium, quem aqua inundans in croso suo duxerat seu portaverat per viam
publicam ad doueum seu boissonem cujusdam vicini sui et etiam ad dumum quod erat in
via publica.....

K 78. Significat Bernardus Lautricus, de Clarenciaco, quod W. Durantus, baiulus castri
de Clarenciaco, præcepit dicto Bernardo Lautrico, sub pœna omnium rerum suarum, quod
iret venatum in patuis de Cavairaco [1], propter quam venationem sustinuit dampnum LXIII so-
lidorum raimundensium. Quare petit suplicando quatinus sibi dicti LXIII solidi a dicto W.
Duranto reddantur.

L 79. Significat Bartholomæus Bligerius, de Clarenciaco, quod Brodol, condam vicarius Fol. 106 v°.
Calvitionis et Valnagiæ [2], habuit et extorsit a dicto Bartholomæo Bligerio XXX solidos rai-
mundensium.....

[1] Caveirac, Gard, c^on Saint-Mamet. — [2] La Vaunage, *pars territorii Nemausensis, cujus nomen retinuit vicus dictus* Nages, Gard, c^on Sommière.

80. Significat W. Gaufridus, faber, de Clarenciaco, quod Stephanus de Codols, vicarius A [Valnag]iæ, habuit et extorsit ab eo injuste VI libras minus III solidis nemausensium.....

Fol. 107. DE ALBASIO [1].

81. Significant vobis dominis inquisitoribus domini regis Poncius Maurellus, Poncius de Cunis [2], R. Daniel, Raimundus Batallerius, pro se et universitate hominum de Albasio, exceptis militibus, quod, tempore illo quo dominus rex venit ad terram istam, scilicet in B obsidione Avinionis [3], W. de Benna, tunc existens senescallus et primus, voluit habere et habuit ab hominibus dicti castri de Albasio XL libras raimundensium, et postea senescalli qui pro tempore fuerunt voluerunt habere et habuerunt similiter quolibet anno XL libras raimundensium a dictis hominibus usque ad tempus quo dominus rex dedit dictum castrum de Albasio Guirardo de Norvila, et dictus Guirardus habuit postea quolibet anno a dictis C hominibus XL libras raimundensium usque ad tempus quo nemausenses cœperunt currere, et a tempore illo usque nunc habuit dictus Guirardus a dictis hominibus quolibet anno X ..... [4] nemausensium pro dictis XL libris raimundensium; modo vero nititur ex[torquer]e ab eis XX libras turonensium pro dictis XL libris raimundensium, et ita præcepit dictis hominibus et fecit præconiziari [5] in dicto castro de Albasio, sub pœna tertii. Unde, cum præ- D dicta exactio sive exactiones habuerint initium a tempore illo quo dominus rex venit in obsidionem Avinionis, supplicant prædicti misericorditer, pro se et universitate hominum de Albasio, quod vos, domini inquisitores pro domino rege, super prædictis velitis inquirere veritatem; ipsi enim parati sunt probare veram, vel ea omnia quæ dixerunt, et inquisita veritate et reperta, faciatis de cetero dictam exactionem cessare, et quæ ab eis ex[tort]a E sunt, si vobis visum justum fuerit, faciatis eis restitui, justitia mediante.

Fol. 107 v°. DE BOISSERIIS [6].

82. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario, vices gerentibus inquisitorum domini regis in audiendis querelis, S. Vallauca, de Boisseriis, quod P. de Rasic, baiulus tunc villæ de Rasic [7], habuit ab eo injuste V solidos raimundensium, ideo quia F dicebat quod ipse S. tenebat possessionem sub dominio et censu ecclesiæ Sancti Pastoris [8]...

83. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus Johannes Durantus, de Boisseriis, quod Stephanus de Codolis, vicarius Calvicionis, extorsit ab eo injuste X solidos nemausensium et unum sextarium avenæ.....

Fol. 108. 84. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Franciæ W. Rotlandus, de Boisseriis, quod condam Enricus, vicarius Calvitionis et Valnagiæ, injuste habuit et extorsit ab G eodem XV solidos raimundensium denariorum, eo quod, cum ipse esset et sit sub dominio Templariorum et ipse paratus esset coram prædictis Templariis respondere, sicut asserebat, nichilhominus dictus vicarius ipsum coram se compulit respondere et eundem in XV solidis raimundensium et tribus eiminis de frumento injuste propter hoc condempnavit..... H

85. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Franciæ Poncius Guiraldus, de Boisseriis, quod Brodol, condam Calvitionis et Valnagiæ pro domino rege vicarius, habuit et extorsit ab eodem injuste VI libras raimundensium.....

Fol. 108 v°. 86. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario, vices gerentibus inquisitorum domini regis ad recipiendas querelas, Adalacia Bermunda, de Boisseriis, I quod Enricus, tunc vicarius Valnagiæ, extorsit CV solidos raimundensium.....

Fol. 110. 87. Significat vobis inquisitoribus domini regis Franciæ Raimundus Fullaquerius conquerendo quod, Stephano de Codolis tenente vicariam Calvitionis, dictus Stephanus extorsit a dicto Raimundo X solidos et VIII denarios nemausenses.....

Fol. 109. Bernardus Barnouinus, de Calvicione, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod J Stephanus de Codolis, tunc vicarius Calvicionis, præcepit sub pœna tercii Raimundo Follaquerio, de Calvicione, quod solveret Raimundo Guillelmo, militi, de Calvicione, quadraginta solidos..... De tempore dixit quod bene est annus, ut credit.....

Guillelmus de Unchaus, testis juratus, dixit, *etc.*

Fol. 109 v°. Raimundus Guillelmi, miles, de Calvicione, testis juratus, dixit, *etc.* K

Quia probatum est mandatum datum fuisse in pœna tertii [et] non solvisse ad terminum

[1] Aubais, Gard, c°ⁿ Sommière.
[2] *Forte* le Cun, Gard, c°ⁿ le Vigan, c°ᵉ Pommiers.
[3] *Anno 1226.*
[4] *Fort. restituendam* XX libras.
[5] *Cod.* preconiziari.
[6] Boissières, Gard, c°ⁿ Sommière.
[7] Sainte-Eulalie-de-Razil, Gard, c°ⁿ Sommière, c°ᵉ Aiguesvives.
[8] *Prioratus sanctorum Pastoris et Victoris.* Saint-Pastour, Gard, c°ⁿ Vauvert, c°ᵉ Vergèze.

A solucionis, et ipse Raimundus Follaquerius negavit se solvisse alias tertium, ideo non condempnavimus Stephanum prædictum.

88. Vobis dominis sacristæ et helemosinario ecclesiæ Beatæ Mariæ Nemausensis, tenentibus locum fidelium nuntiorum domini regis in recipiendis querimoniis hominum conquerencium de baiulis, vicariis et senescallis istius terræ pro domino rege, Poncius Grennonus, Fol. 110.
B civis Nemausi, notificat et [conqueren]do scire facit quod, dum ipse Poncius quadam die intrasset [castrum] Harenarum..... — *Item notificat vobis dictus Pontius quod, dum Fol. 110 v°.
quædam mulier haberet causam cum ipso Pontio de quodam solo cujusdam casalis in curia Nemausi, Bernardo Quintino vicario existente tunc temporis pro domino rege in Nemauso, probi homines, mandato dicti vicarii, quondam fecerunt compositionem de dicta causa inter
C mulierem dictam et dictum Pontium, *etc.*

89. Significat Petrus Bangnols, de Clarenciaco, quod Stephanus de Codols, vicarius Fol. 111.
Calvitionis, habuit et extorsit a dicto P. Bangnols VI libras raimundensium ex eo quod Poncius de Hareis, de Nemauso, *etc.*

90. Significat[1] conquerendo W. de Mazierano, de Clarenciac *etc.*

D

DE BERNICIO[2]. Fol. 112.

91. Significat vobis dominis sacristæ et helemosinario Nemausensibus, inquisitoribus pro domino rege, Johannes Stephanus, de Bernicio, quod Petrus Rostagnus, de Bernicio, tunc tenens officium curiæ ejusdem loci sub Guiraldo Calcadoll, vicario ejusdem loci, extraxit sive extra[h]i fecit de hospicio dicti Johannis Stephani injuste unam culcitram et unum cois-
E sinum..... — Item significat vobis dominis prædictis quod Johannes Stephanus, vicarius supradictus, [extraxit] seu extra[h]i fecit unam mensuram vini quæ erat dicti Johannis Stephani et I pogesal, quam mensuram dictus Johannes tenebat et habebat ut legalem.....
*Et hæc omnia fuerunt tempore quo Petrus Faber erat senescallus Bellicadri et Nemausi..... Fol. 112 v°.

F

DE BELLVEZIN[3].

92. Significat R. de Levesono[4] quod quædam vilis mulier percussit in capite quendam clericum, fratrem dicti militis, et propter percussionem dictam habuit dictus clericus magnum vulnus in capite; dictus vero miles, inveniens mulierem dictam in castro Belli Vicini, causa correctionis dedit dictæ mulieri quandam gaucadam sive alapam, cum dictus miles sit
G dominus dicti castri pro quarta parte.....

93. Significat conquerendo Guillelmus de Mazerano[5], de Clarenciaco, quod Stephanus Fol. 115
de Codolis, olim vicarius Calvicionis et Valnagiæ, habuit et extorsit injuste et sine judice ab ipso Guillelmo LX solidos viennensium, ideo quia fuit dictum curiæ quod ipse Guillelmus tenebat et habebat mensuras vini falsas, quæ scilicet dicuntur cartairon et carton, quod
H dictus Guillelmus non credebat nec adhuc credit. Unde petit prædictos LX solidos viennensium a prædicto Stephano de Codolis sibi reddi. — Conqueritur Guillelmus de Mazerano, de Clarenciaco, de Porcello de Nemauso, currerio [ejus]dem curiæ Calvitionis domini regis, dicens quod, cum ipse Guillelmus esset fidejussor Raimundo Rebullo, de Sancto Cosma[6], pro Raimundo Endrico et fratribus suis, pro dote uxoris ipsius Raimundi Rebulli, *etc.* Præ-
I dictus Porcellus ipso eodem termino cepit pignora de domo ipsius Guillelmi, scilicet quendam mulum, et duo coopertoria nova de tela linea, et unam flaciatam novam, et unum mantellum viridem cum penna cirogrillorum.....

94. Significat W. de Ecclesia, de Clarenciaco, quod Jaufridus de Clareto[7], tunc vicarius Fol. 115 v°.
Calvitionis, extorsit ab eo XXXV solidos raimundensium et V sextaria ordei, hac occasione
J quia imposuit ei, quando ivit[8] in cavalcatis de Mont Segur[9] ipse W. mandato dicti vicarii, quod non tulerat arma sufficiencia ipse W., asserens ipse W. quod ipse tulerat balistam bonam et pilleolum ferreum et unum perponctum, quæ sunt arma sufficiencia pediti, et hanc imponens sibi occasionem, extorsit ab eo dictos XXXV solidos. Unde suplicat quod sibi restituantur. — Item significat, pro se et Bernardo fratre suo, quod Henricus, condam vicarius
K curiæ Calvitionis, *etc.*

[1] *Ad idem negocium spectat notula quædam regesti folio 131 exarata. Vide etiam infra,* § 93.
[2] Bernis, Gard, c°ⁿ Vauvert.
[3] Beauvoisin, Gard, c°ⁿ Vauvert.
[4] Lèvezon, Gard, c°ⁿ et c°ᵉ Saint-Gilles.
[5] *Hæc Guillelmi de Mazerano petitio etiam annotata est in parva membranacea schedula qua constat regesti folium 114.*
[6] Saint-Cosme, Gard, c°ⁿ Saint-Mamet.
[7] Claret, Hérault, arr. Montpellier.
[8] *Anno 1245.*
[9] Montségur, Ariège, c°ⁿ Lavelanet.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Fol. 116. DE CONGENIIS[1].

95. Significat Bernardus Baiols, de Congeniis, quod Cathalanus de Calvitione habuit, *etc.* A
Et hæc fuerunt tempore quo erat vicarius Calvitionis et Valnagiæ Jaufridus de Clareto sub Odardo de Vill[aribus], senescallo Bellicadri et Nemausi. Unde suplicat, *etc.*

96. Significat W. Baiols, de Congeniis, quod Stephanus de Codolis, vicarius Calvitionis et Valnagiæ, *etc.*

Fol. 116 v°. DE BERNICIO[2]. B

97. Significat Poncius Oliverius, de Bernicio, quod ipse perbagenavit quasdam vites de
Fol. 117. vinea R. Petri in vinea sua, *etc.* — *Item significat dictus Poncius Olivarius quod ipse tenebat causa pascendi tres bestias bovinas in pratis castri Belli Vicini, jure suo quod habet pascendi tribus bestiis bovinis in dictis pratis; tamen Radulfus de Sancto Quintino, vicarius Bernicii tunc, prohibuit ipsi Poncio injuste quod non teneret bestias causa pascendi in dictis C
pratis..... — Item significat dictus Poncius quod quidam boverius ipsius Poncii Oliverii arabat in quadam terra dicti Poncii, quæ confrontat cum quodam viallo, et dictus boverius ignoranter, non maliciose, nec animo rumpendi dictum viallum nec sibi vendicandi, cum vomere esquintavit seu exaravit ipsum viallum aliquantulum.....

Fol. 117 v°. 98. Significat Petrus Bernardus, de Bernicio, quod, quando comes Tholosanus erat apud D
Trencatallas[3], ipse Petrus Bernardus[4], causa spaciandi tantum et non causa faciendi[5] vel dietandi aliquod bonum ipsi comiti, nec contra prohibitionem curiæ, et cum redisset apud Bernicium sine mora, Petrus Gambardus, tunc vicarius Bernicii, compulit ipsum Petrum Bernardum injuste et sine judice ad præstandum sibi LX solidos raimundensium, quos habuit et extorsit dictus vicarius ab eodem Petro, vel alius mandato ejus. — Item significat dictus E
Petrus quod, cum frater suus custodisset turrem regis in Bernicio per totam unam noctem, mandato dicti vicarii, mane, cum vellet recedere, dictus vicarius abstulit sibi quandam piolam bonam quam sibi retinuit, quam petit nomine fratris sui sibi reddi vel ejus æstimationem. — Significat dictus Petrus quod S. Corconna, tunc bannerius curiæ Bernicii, pro banno cujusdam bovis dicti Petri, de quo banno non pertinebant nisi IIIIor denarii tantum, F
cepit contra voluntatem ipsius Petri de domo sua unum vomerem, valentem IIIIor solidos raimundensium.....

99. Significat Petrus de Portis[6], de Bernicio, quod Gaufridus, tunc vicarius Bernicii, *etc.*

Fol. 118. 100. Significat Gilius de Candiaco[7] quod Johannes de Paris, castellanus castri Rocamauræ[8], tenens locum domini Odardi senescalli, extorsit ab hominibus de Candiaco, injuste G
et sine causa, peccuniam, inter quos extorsit ab ipso Gilio XX solidos nemausensium, ex hac causa injusta quia denunciatum sibi fuit quod dicti homines dicebant malum de dicta moneta nemausensi.....

101. Asserit Petrus Febrier, de Bernicio, quod, cum ipse stetisset cum ovibus suis depascendis in tenemento de Armazianicis[9] per unam æstatem, et statim reverteretur dictus H
Petrus Febrer cum ovibus suis ad castrum de Bernicio et pasceret oves suas in tenemento de Bernicio per totam hiemen, ut habitator de Bernicio, Petrus Cambardus, vicarius Bernicii pro Petro Fabro, tunc senescallo, nolens ipsum Petrum Febrier audire in jure suo, [ex]torsit
Fol. 118 v°. injuste a dicto Petro Febrier LXIIII solidos..... — Item asserit dictus Petrus Febrier quod, cum ipse emisset oves apud Lunellum et deduxisset eas versus Armazianicas et transisset eas I
per pontem novum et nollet solvere ibi pedagium, cum nullus habitator de Armazianicis vel de Bernicio vel de tota Valnagia debeat dare ibi pedagium de aliqua re, Micahel, vicarius Castlarii[10], nolens ipsum Petrum Febrier audire in jure suo, extorsit injuste a dicto Petro Febrier XX solidos raimundensium, existente Petro Fabro senescallo.....

102. Significat Bernardus Radulfus, de Bernicio, quod P. Raffinus, vicarius Bernicii, J
extorsit ab eo injuste XXII solidos raimundensium.....

Fol. 119. 103. Significant Poncius Carbonerius et P. Rostagnus et S. Folcardus et P. Garnerius et Poncius Oliverius et Bernardus Ruffus et Stephanus Acutus, omnes de castro Bernicii et pro tota universitate et singulis de universitate proborum hominum dicti castri, quod dicta universitas et singuli de universitate dictorum proborum hominum dicti castri fuerunt im- K
munes et ab omni honere vacantes, omni collecta et tolta et quista et omni aliquo servicio,

[1] Congeniès, Gard, c^on Sommière.
[2] Bernis, Gard, c^on Vauvert.
[3] *Anno 1240.*
[4] *Supplendum* ivit Trencatallas, *vel aliquid hujus modi.*
[5] *Fort. leg.* non causa dietandi vel fac. al. bonum.
[6] Portes, Gard, c^on Génolhac.
[7] Candiac, Gard, c^on Vauvert.
[8] Roquemaure, Gard, arr. Uzès.
[9] Aimargues, Gard, c^on Vauvert.
[10] Le Cailar, Gard, c^on Vauvert.

A tempore domini Raimundi, comitis Tholosani, nunc viventis, et prædecessorum suorum
usque adventum domini regis, et postquam dominus rex recuperavit terram istam, W. de
Benna, senescallus, novas exactiones et illicitas probis hominibus dicti castri imposuit, et ex-
torsit ab eis DCCC solidos raimundensium tunc currentium. Postmodum magister Arnulfus
vicarius[1] extorsit ab eis alios DCCC solidos raimundensium, et dictam primam exactionem
B prosequtus fuit per totum illud tempus continuum quo fuit in regimine vicariæ[2]. Et post-
modum dominus Pellegrinus senescallus dictam exactionem, novam et illicitam toltam, auc-
mentavit in CC solidis raimundensium, et ita per totum illud tempus quo fuit senescallus
annuatim successive usque ad tempus quo decessit dictus Pellegrinus extorsit ab eisdem
hominibus [M] solidos raimundensium, et ita addidit aflictionem in aflicto. Post dictum
C Peregrinum, Petrus Faber senescallus idem fecit. Post Petrum Fabrum, *Petrus de Nancort Fol. 119 v°.
idem. Post Petrum de Nancort, dominus Odardus, nunc senescallus, idem continue an[n]ua-
tim. Unde suplicant prædicti homines castri Bernicii, pro tota universitate proborum homi-
num dicti castri et singulis de universitate, quod dominus rex prædictam exactionem
removeat et expellat et in sua libertate et bonis usibus dictos homines in suo statu et
D usibus perducat, cum bonus prætor faveat libertati.

104. Significat Bernardus Aviculerius, de Bernicio, quod P. Raffinus, vicarius Bernicii,
extorsit ab eo injuste XXVI sextaria ordei, tali causa quia, cum Petronilla, uxor ejusdem Ber-
nardi, cerclasset herbam in quadam terra domini regis quam colebat, *etc.*

Significat dictus Bernardus quod Guiraldus Calcadellus, tunc vicarius Bernicii, extorsit
E ab eo injuste unum coissinum bonum, plenum *pluma..... Fol. 120.

105. Significat Stephanus Acutus, de Bernicio, quod Johannes Rebannitus, bannerius
tunc Bernicii, Guiraldo Calcadello tenente vicariam dicti castri, dixit dictum Stephanum
Acutum forifecisse bannum pro porcis suis inventis in quadam establa..... — Item si-
gnificat quod dictus Guiraldus Calcadellus, vicarius, injunxit sub pœna tertii dicto Stephano
F quod solveret V solidos raimundensium quos debebat Chausoardo de Margaritis[3].....

Item significat quod Jaufredus de Montardiu, vicarius tunc Bernicii, accepit fustam ab Fol. 120 v°.
eo ad aptandum castrum Bernicii, dicens quod redderet sibi quantum valebat dicta fusta,
quod non fecit. Et dicta fusta valebat XVIII solidos viannensium. — Item dictus Jaufridus,
vicarius, fecit abstrahi[4] ab hospicio dicti Stephani unum lebetem et unum picum, *etc.*

G 106. Significat Paulus Guiraudus quod, cum ipse esset in exercitu ad pontem de Lunello
pro domine rege et vellet recedere de excercitu cum aliis qui recedebant et cum licencia,
Micahel de Castlario, vicarius tunc Castlarii, et Radulfus de Sancto Quintino, vicarius tunc
Bellicadri, abstulerunt ei unum capellum ferreum, quod petit sibi restitui.

107. Significat R. Gallardus, de Bellvezin, quod Petrus Roffinus, baiulus ejusdem loci,
H habuit ab ipso injuste, sine causæ cognitione et juris ordine non servato, XXX solidos raimun-
densium, ex eo quia ipse volebat cremare herbas[5] quæ erant in quadam terra ipsius R., ut
eam posset arare, et fuit inter Nathale Domini et Carniprivium.

QUERELÆ HOMINUM DE AQUIS VIVIS[6]. Fol. 121

108. Vobis, domini, Bernardo et Bernardo, sacristæ et helemosinario Nemausensibus,
I significat Willelmus Novellus, filius, de Aquis Vivis, quod, cum Stephanus de Codols, tunc
vicarius Calvitionis, instituisset baiulum in villa de Aquis Vivis W. Brunum, ipso nesciente,
dictus W. Brunus petiit ab ipso Willelmo quod juraret; et dictus Willelmus dixit ei quod
non juraret pro eo, quia nesciebat ipsum esse baiulum, et ob hanc causam dictus Stephanus
vicarius dictum Willelmum tamdiu tenuit carceratum, donec mater ipsius Guillelmi pro-
J misit ipsi vicario quod pro eo faceret voluntatem suam, *etc.* — Prorogatum fuit usque in
crastinum, scilicet diem Veneris.

109. Vobis, domini, Bernardo et Bernardo, sacristæ et helemosinario Nemausensibus,
significat W. Nouells, pater, de Aquis Vivis, quod Stephanus de Codols, vicarius Calvitionis
et Valnagiæ, habuit ab ipso X solidos nemausensium..... — *Deliberabunt super præ- Fol. 121 v°.
K dictis judices. — Vicarius solvere debet, abhinc usque ad Natale Domini, Nouelle XVII soli-
dos pro compositione.

110. Vobis, domini, Bernardo et Bernardo, sacristæ et helemosinario Nemausensibus,
significat Maria Nouella, de Aquis Vivis, quod Cathalanus de Calvitione, tenens locum vicarii,
habuit ab ipso XII solidos raimundensium, pro eo quod, cum bannerius Calvitionis diceret

[1] *Amanuensis qui primo scripserat* Arnulfus senescallus, *voce* senescallus *cancellata, vocem* vicarius *super lineam exaravit.*

[2] *Primo scriptum fuerat* in regimine senescalliæ.

[3] Marguerittes, Gard, arr. Nîmes.

[4] *Cod.* abstrai.

[5] *Cod.* erbas.

[6] Aiguesvives, Gard, c^on Sommière.

filium suum bannum co[m]misisse, abstulit eidem fodenti asciam suam, et tunc ipsa abstulit[1] A
sibi unum coissinum pro pignore, et bannerius dixit quod non acciperet aliud pignus nisi aissadam, et tunc ipsa accepit aissadam ex una parte, et bannerius ex alia. Et tunc dixit bannerius quod ipsa verberaverat eum, et ob hoc habuit dictus Cathalanus XII solidos raimundensium. Unde petit quod eos sibi restitui faciatis. — Et hæc fuerunt facta tempore domini Peregrini senescalli. B

Redditæ fuerunt istæ[2] querimoniæ Bernardo helemosinario, de cujus mandato ego Willermus Ruffus, publicus notarius juratus inquisitorum domini regis, hic transtuli et scripsi.

Fol. 122. 111. Significat Maria Andrea, pauper vidua de Bello Vicino, nomine liberorum suorum, quorum est tutrix, quod W. de Agantico, de Sumidrio[3], injuste habuit et extorsit a Bernardo Andrea, marito suo, XL solidos raimundensium, pro eo quod, cum de mandato Petri C
Raffini, vicarii de Bernicio et de Bello Vicino, ivisset cum quibusdam aliis ad portum de Negaromieus[4] contra inimicos regis, ut dicebat dictus vicarius, et eorum res cum aliis asportasset, et eas postmodum Pellegrino condam senescallo reddidisset, dictus W. de Agantico dictum Bernardum in prædicta summa sine juris examine et præsentia judicis condempnavit.

112. Significant Maria Nouella, uxor W. Nouelli, pro se et dicto marito suo, et Bernar- D
dus Nouellus, filius prædictorum, quod Bernardus Poncius, de Cavairaco, baiulus condam de Cavairaco pro Gaufrido, vicario tunc Calvitionis, injuste habuit et extorsit ab eisdem L solidos raimundensium inter duas vices.....

Fol. 128. S. Viaderius, de Aquis Vivis, testis juratus, dixit, *etc.*

P. Bonafos, de Aquis Vivis, testis juratus, dixit, *etc.* E

Bernardus Ermenbertus, testis, *etc.*

Bernardus Martinus, testis, *etc.*

Fol. 128 v°. 1248 n. st. 10 febr. Quarto idus februarii, condempnatus fuit Bernardus Poncius, de Cavairaco, per nuntios domini regis Nouellæ et filio ejus in XXV solidis, solvendis Nouellæ et filio ejus infra mensem.

Fol. 122 v°. DE OCHAVO[5]. F

113. Significat Droinus de Ochavo quod Radulfus de Sancto Quintino, vicarius tunc Nemausi, et W. Andreas, notarius, tenens locum vicarii in Nemauso, extorserunt ab eo L solidos nemausensium, hac occasione quia imponebant uxori suæ quod ipsa dixerat maledictus esset qui fecerat fieri novam monetam, scilicet monetam nemausensem, quod ipsa non dixit, nec fuit probatum..... G

114. Significat Johannes Danielis, de Aquis Vivis, quod W. Durantus, baiulus Clarenciaci, extorsit ab eo injuste X solidos nemausensium et unum sextarium frumenti..... — Item significat quod Jaufredus de Clareto, vicarius tunc Calvitionis, extorsit ab eo X solidos nemausensium.....

Fol. 123. DE CAVAIRACO[6]. H

115. Significant homines de Cavairaco quod Peregrinus Latinarius, condam senescallus Bellicadri et Nemausi pro excellentissima regia magestate, imposuit dictis hominibus villæ de Cavairaco de novo novum tributum seu novam præstationem, imo novam toltam, scilicet DC solidos raimundensium præstandorum singulis annis illustrissimæ regiæ magestati. Unde, cum ipsi et eorum antecessores a prædicto novo tributo seu nova præstatione, immo I
nova tolta, usque ad tempus præfatæ impositionis factæ a dicto Pellegrino Latinario, senescallo, semper fuissent immunes, suplicant dicti homines villæ de Cavairaco quatinus, amore Dei et pietatis intuitu, a prædicto novo tributo seu nova præstatione, immo nova tolta, ipsi et eorum successores de cetero sint immunes. — Item significant dicti homines quod homines de Nemauso auferunt eis seu apatuant devesas suas, de quibus dicti homines villæ de J
Cavairaco dant singulis annis certum censum excellentissimæ regiæ magestati..... — Item significant dicti homines quod Gaufridus de Clareto, baiulus seu bailivus castri Calvitionis pro regia magestate excellentissima, quæsivit ab ipsis hominibus in villa de Cavairaco
Fol. 123 v°. quod darent eidem Gaufredo messem, et cum nollent dicti homines dare messem, propter multa gravamina quæ dictis hominibus faciebat cotidie, dictus Gaufridus fecit statim clamare K
sub pœna in villa de Cavairaco quod dicti homines exirent ad exercitum, propter quod extorsit et habuit ab eis dictus Gaufridus XX sextaria bladi..... — Item significant dicti homines quod Stephanus de Codols, baiulus sive bailivus castri Calvitionis pro domino rege,

[1] *Cod.* atulit.
[2] *Hic agitur de tribus superioribus querimoniis.*
[3] Sommière, Gard, arr. Nîmes.
[4] *Quis sit iste locus penitus ignoramus. Fort. portus Aquarum Mortuarum hoc nomen primo sortitus est. Vide infra,* § 132, 176 et 186.
[5] Uchau, Gard, c^on Vauvert.
[6] Caveirac, Gard, c^on Saint-Mamet.

A fecit clamare in villa de Cavairaco, ex parte domini regis, quod dicti homines villæ de
Cavairaco irent ad excercitum domini regis, cum tempore illo dominus rex excercitu non
indigeret. Unde occasione excercitus extorsit et habuit dictus Stephanus de Codols, baiulus
seu bailivus, ab eisdem hominibus XV libras raimundensium..... — Credunt procuratores
quod proclamatio facta fuerit per totam vicariam de mandato senescalli, et levatio pecuniæ.
B Vicarius dixit se reddidisse senescallo eandem pecuniam.

116. Significat Poncius Bangnols, de Cavairaco, quod Stephanus de Codols, vicarius
Calvitionis et Valnagiæ pro domino rege, injuste habuit et extorsit ab eodem Poncio LX et
V solidos raimundensium pro eo quod, cum dictus Stephanus duos boves in dicti Poncii
custodia posuisset, et quadam die, dum berquerius dicti Poncii dictos boves cum quibus-
C dam aliis bovibus custodiret, lupus interfecit unum bovem de prædictis duobus bovibus
dicti Stephani.....

Bernardus Pellicerius, testis juratus, dixit quod manebat cum Poncio Bangnols; pro nun- Fol. 80.
cio et mandato Poncii Bangnols, atulit super quadam mula Poncii Bangnols carnem et corium
cujusdam bovis, quem interfecerat lupus, ad domum Stephani de Codolis, ipso Stephano
D præsente et uxore in domo. Requisitus si viderit quod lupus interfecerit dictum bovem,
dixit quod non, sed audivit dici. De solucione pecuniæ nichil scit nisi de auditu.

117. Significat Bernardus Poncius, de Cavairaco, quod, cum ipse hædificaret quendam[1] Fol. 124.
parietem, qui paries erat juxta quandam viam privatam, per quam fit iter ad quendam
mansum, *etc.*

E 118. Significant Poncius Bangnols et W. Arimans, de Cavairaco, quod, existente Brodol Fol. 124 v°.
vicario Calvitionis et Valnagiæ, et existente subvicario Perrot, tenente locum ejus, et exis-
tente sub prædictis baiulo W. Duranto, quod dictus W. Durantus venit de nocte ad villam
de Cavairaco tempore prohibito, in quo nullus homo erat ausus venari cirogrillos, et præ-
cepit eis et nomine vicarii et supra capud suum quod irent in venatione cirogrillorum; et
F ipse iret cum eis, et iverunt, et Stephanus de Codols, vicarius Nemausi, ivit ad loca ubi
venabantur, et eos venantes accepit cum cirogrillis captis, et eos duxit apud Nemausum,
et ex hac causa dictus Stephanus, vicarius Nemausi, habuit LX solidos raimundensium, et
a dicto W. Ariman LXII solidos raimundensium, *etc.*

119. Significat Bernardus Poncius, de Cavairaco, quod Stephanus de Codols, vicarius Fol. 125.
G Valnagiæ, et Petrus Raffinus, vicarius in Bernicio, habuerunt ab ipso injuste et sine causa
LX solidos nemausensium..... — Item significat quod prædictus Stephanus de Codols,
vicarius Valnagiæ, injuste et sine causa habuit ab ipso Bernardo unam cannam olei, ex eo
quia manutenebat quosdam nepotes suos contra Bernardum Imbertum. Et Bernardus Paul-
lanus, notarius, habuit propter hoc XII caseos, qui valebant X solidos raimundensium. —
H Item significat quod Johanninus, condam vicarius in Valnagia, habuit ab ipso XL solidos
raimundensium, eo quia ipse Bernardus miserat ignem in quadam stipula propria ipsius
Bernardi et cremaverat pomum cujusdam arboris modicum pendentem in stipula ipsius
Bernardi..... — Item significat quod Henricus, baiulus condam Calvitionis, habuit ab
eo, *etc.* — Item significat quod W. Ricardus, notarius, et W. Deust.[2], [quon]dam baiulus
I Nemausi, quia solummodo risit coram eis, posuerunt eum in compedibus, et noluerunt Fol. 125 v°.
eum liberare quousque dedit eis V solidos raimundensium.

120. Significant Petrus Bonafos, de Cavairaco, et W. Michael, de villa de Cavairaco,
quod existente Brodol, *etc.*[3].

W. Arimandus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod W. Durantus, de Cla- Fol. 126.
J renciaco, tunc baiulus Clarenciaci et correrius tocius Valnagiæ sub baiulo Calvitionis, nescit
tamen vel sub Brodolo vel alio, duxit Petrum Bonafos et W. Micahel et alios in venacione,
et ex parte vicarii præcepit, ante festum sancti Martini, in montana, *etc.*

W. Hasta, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod W. Durantus adempravit vena- Fol. 126 v°.
tores de Cavairaco quod venarentur in patuis de Cavairaco. Item dixit se interfuisse venationi
K dictorum venatorum de Cavairaco cum venatoribus de Clarenciaco et cum W. Duranto, *etc.*

Bernardus Bonafos, clericus, frater Petri Bonafos, testis, *etc.*

P. Vitalis, de Paringnaricis[4], testis, dixit se vidisse et audivisse quod W. Durantus,
baiulus Clarenciaci, venit apud Cavairacum ad domum Petri Bonafos, *etc.* Et hoc fuit qua-
tuor anni sunt elapsi, et fuit ante festum sancti Martini.....

L Bernardus Bonafos, clericus, frater Petri Bonafos, testis juratus, dixit, *etc.* Fol. 127.

Petrus, prior de Clarenciaco, testis juratus, dixit se vidisse, *etc.* De tempore, dixit quod Fol. 127 v°.
sunt quatuor anni quod hoc fuit, per duos dies ante festum sancti Martini.....

[1] *Cod.* quandam.

[2] *Vox semideleta. Fortasse legendum* Deuesque *vel* d'Euesque.

[3] *Ut supra, regesti folio 124 verso, in petitione Poncii Bangnol et W. Ariman,* § 118.

[4] Parignargues, Gard, c[on] Saint-Mamet.

Stephanus de Codolis, testis juratus, dixit quod, tempore quo ipse erat vicarius Nemausi, ipse invenit Petrum Bonafos et quendam, qui dicebatur filius W. Micahelis, venantes et habentes cirogrillos in tenemento et in patuis Nemausi, ante festum sancti Martini, et quia venabantur in dictis patuis ante festum sancti Martini et ceperant cirogrillos, habuit ab utroque ipsorum LX solidos raimundensium, quia nemo in tenemento Nemausi in suo vel in patuis debet venari a carniprivio usque ad festum sancti Martini; quod si fecerit, incurrit pœnam LX solidorum.....

Fol. 129. DE VESTRI[C]O [1].

121. Significat Vitalis Julianus, de Vestrico, quod W. Vaquerius, de Bern[i]tio, tunc nuncius curiæ Bernicii, asportavit per violenciam sine causa tantum de anguillis suis quas ipse Vitalis piscatus fuerat de molendino quodam, in quo ipse Vitalis habet partem.....

P. Barralerius, testis juratus, dixit, *etc.*

Fol. 129 v°. W. Guiraldus, testis juratus, dixit, *etc.*

Petrus de Ochavo, testis juratus, dixit, *etc.*

Raimundus Fregiearas, testis, *etc.*

Stephanus Acutus, testis juratus, dixit, *etc.*

..... Cœlestis, testis juratus, dixit, *etc.*

Guiraudus....., de Cornillano [2], testis juratus, dixit, *etc.*

Non condempnavimus eum per unum testem.

Fol. 130. 122. Significat Poncius Aretus, de Clarenciaco, quod Henricus, condam vicarius Calvitionis, habuit a dicto Poncio Areto C solidos raimundensium, ideo quia dictus Poncius Aretus dixit ipsi Henrico, cum peteret messem ab eo : « Certe, domine, non dabo vobis, « quia per biennium a me messem habuistis; quia si darem, posset michi præjudicium in « posterum generari. » Unde, cum dictos C solidos raimundensium a dicto Poncio Areto injuste et contra rationem dictus Henricus habuerit, suplicat, *etc.* — Item significat quod Brodol, condam vicarius Calvitionis, habuit ab ipso XX solidos raimundensium, eo quia dicebat dictum Poncium Aretum invasionem fecisse in terra propria, destruendo ibi viam publicam, cum ibi via publica nulla esset. Unde, cum dictus Brodol injuste habuerit dictos XX solidos, petit eos sibi restitui.

Fol. 133. DE ARMAZIANICIS [3].

123. Petrus sine Terra, de Armazianicis, significat regiæ magestati quod ipse et quidam homo de Sumidrio [4] verberaverunt se ad invicem, et pro illo verbere quod fuit factum in juridictione de Armazianicis, vicarius de Armazianicis, habuit fidejussionem ab utroque, et postea dictus Petrus sine Terra fuit quadam die ad Sumidrium, et Gregorius, tunc vicarius in castro de Sumidrio, fecit dictum Petrum apprehendere, et sine judicis judicio dictus Gregorius extorsit ab eo XVI solidos raimundensium, et pro dampno facto et passo æxtimat IIII solidos raimundensium, et hos petit et suplicat sibi restitui et reddi a dicto Gregorio.

124. Petrus sine Terra, de Armazianicis, et W. Avesque et R. Avesque, significant domino regi Franciæ quod quædam pascua in juridictione de Armazianicis erant constituta et prohibita, ne in dictis pascuis aliqua animalia pascerent [nisi] illa quæ erant aratoria, et super hoc vaccæ quæ erant R. Garini, in castro de Castlario [5] tunc vicarii pro Pellegrino, tunc senescallo, venerunt pascere ad dicta pascua, et homines de Armazianicis ejeserunt eas a dictis pascuis. Et quia hoc fecerunt, dictus R. Garinus extorsit ab hominibus de Armazianicis quandam quantitatem pecuniæ, in qua dictus [Petrus] persolvit X solidos raimundensium, et W. Avesque XV solidos raimundensium, et R. Avesque XV solidos, quos petunt sibi restitui a dicto R. Garino.

Fol. 133 v°. Asserit Petrus Portal, de Armazianicis, quod, cum ipse audivisset tantum quod quidam homines de Armazianicis ejecerant vaccas R. Garini, vicarii Castlarii pro Pelegrino, tunc senescallo, de pasturali domini Decani de Ucecia [6], ideo dictus R. Garinus, nolens audire ipsum Petrum Portal in jure suo, extorsit injuste ab eo XV solidos raimundensium. Unde petit dictus Petrus Portal compelli dictum R. Garinum per curiam domini regis Franciæ ad restituendum sibi prædictam pecuniam injuste ab eo extortam.

125. Asserit W. Olivas, de Armazianicis, quod, cum ipse audivisset [7], *etc.*

[1] Vestric, Gard, c°n Vauvert.
[2] Cornillon, Gard, c°n Pont-Saint-Esprit.
[3] Aimargues, Gard, c°n Vauvert.
[4] Sommière, Gard, arr. Nîmes.
[5] Le Cailar, Gard, c°n Vauvert.
[6] *Domini pro parte civitatis Ucecia et castelli Posqueriarum* (Vauvert).
[7] *Ut in superiore petitione.*

A 126. Significat W. Ricardus quod, cum ipse emisset oves apud Lunellum, et duceret
eas per pontem novum, volens eas ducere ad Armazianicas, et nollet solvere pedagium
de aliqua re, Micahel, vicarius Castlarii[1] pro Petro Fabro, tunc senescallo, nolens ipsum
W. Ricardum audire in jure suo, extorsit ab eo injuste XX solidos raimundensium, quos
petit sibi restitui.

B 127. Significat Bertrandus Gafinelli, de Armazianicis, quod W. Sabaterius, tunc tenens Fol. 134.
locum vicarii de Galazianicis[2], extorsit ab ipso Bertrando VII solidos nemausensium, eo
quia dictus Bertrandus recurabat quoddam vallatum cujusdam terræ ipsius Bertrandi, quam
terram ipse Bertrandus tenet sub dominio et censu domini regis, ideoque dictus Bertran-
dus, *etc.*

C 128. Significat Petrus Rotbertus, de Armazianicis, quod W. Barbarinus, civis Nemau-
sensis, tunc baiulus seu vicarius de Castlario, habuit ab ipso Petro, injuste et sine licencia
judicis, X libras raimundensium, hac sola causa quia famulus ipsius Petri accipiebat fenum
quod erat fratris sui, scilicet magistri Poncii, prioris Sancti Ægidii Veteris[3], et ipse Petrus
faciebat accipere dictum fenum de mandato speciali fratris sui prædicti.

D 129. Asserit Durantus Ricardus, de Armazianicis, quod R. Garinus, tunc [vicarius]
Castlarii, habuit ab ipso Duranto L solidos raimundensium eo quod quidam [homo] con-
questus fuit ipsi vicario de ipso Duranto quod quidam terminus, qui erat inter terram
ipsius Duranti et illius qui fecerat querimoniam dicto vicario, fuerat avulsus, sed agathoni
adhuc remanserant, et dictus Durantus instanter postulavit quod super prædictis dictus vica-
E rius tunc faceret ferri sentenciam, quod semper facere contradixit.

130. Significat P. Guillelmus, de villa de Anglas[4], quod Micahel de Ch[ast]res, vicarius
de Castlario, injuste habuit et extorsit ab ipso P. Guillelmo L solidos raimundensium tunc
currentium, hac de causa quia in quadam cabanna quæ erat domini regis, in qua accipie-
batur pedagium, *et quia erat prostrata tribus foraminibus, inventa fuit quædam asina et Fol. 134 v°.
F vacca ipsius Guillelmi stantes ad umbram.

131. Significat Bonafossia Coillana, vidua, de Armazianicis, quod Stephanus Coillanus,
ejus filius, quadam die custodiebat et pascebat in juridictione domini Decani, domini Uceciæ
et Armazianicarum, duos boves et unam equam, quæ erant dictæ Bonafossiæ, et Martinus,
correrius Micahelis, tunc vicarii in castro Castlarii, venit ad dictum Stephanum et dixit
G ei quod daret ei bannum pro dictis animalibus. Ipse vero Stephanus dixit quod non daret
ei bannum, eo quod dicta animalia non erant in juridictione Castlarii. Et tunc dictus Mar-
tinus, correrius dicti Micahelis, duxit secum dictam equam dicto Micaheli vicario, et eam
dictus Micahel tenuit per septem menses in dampnum et gravamen dictæ Bonafossiæ, et tan-
dem per hujus modi facta extorsit a dicta Bonafossia XXX solidos turonensium dictus Mi-
H cahel. — Item significat dicta Bonafossia quod quidam homo, qui tenebat quendam hono-
rem sub dominio dictæ Bonafossiæ, nolebat reddere dictæ Bonafossiæ censum quem debebat
solvere pro dicto honore, et dicta Bonafossia ivit[5]..... in dicto honore, qui honor est in
juridictione castri de Bernicio, et tunc W. de Agantico, tunc vicarius Bernicii, dixit quod
dicta Bonafossia fecerat invasionem *in terra domini regis. Et propter hoc dictus W. de Fol. 135.
I Agantico extorsit a dicta Bonafossia C solidos raimundensium.

132. Significat Bernardus Bruguerius quod ipse, mandato Micahelis, vicarii tunc Castla-
rii, ivit apud Negaromieus[6] cum pluribus aliis ad capiendum galeas et res quæ infra galeas
erant, et quicquid de rebus de dictis galeis ipse Bernardus Bruguerius cepit, sacramento ab
eo præstito, reddidit dicto Micaheli vicario, et ideo quia dictus Bernardus Bruguerius obe-
J divit mandatis dicti Micahelis vicarii, capiendo et sibi reddendo res quas cepit de dictis
galeis, dictus Micahel vicarius, nolens ipsum Bernardum Bruguerium audire in jure suo,
extorsit injuste a dicto Bernardo Bruguerio XL solidos raimundensium. Unde petit, *etc.* —
Item asserit dictus Bernardus, *etc.*

133. Significat major pars hominum villæ Sancti Erigii[7], Magalonensis diocesis, quod, Fol. 135 v°.
K cum discordia esset inter dominum Petrum de Nancort, senescallum condam Bellicadri
et Nemausi, et dominum Raimundum Gaucelmi, apud Lunellum[8], manu armata, et etiam
dictus senescallus faceret transitum cum magno excercitu per dictam villam Sancti Erigii,
ipse senescallus fecit pactum et conventum cum dictis hominibus dictæ villæ, quod ipsi
debuerunt dare D solidos viennensium eidem senescallo, et ipse promisit eis quod servaret
L eos indempnes et omnia bona et res eorum mobilia et immobilia sub securitate sua et gui-

[1] Le Cailar, Gard, c^on Vauvert.
[2] Galargues, Gard, c^on Vauvert.
[3] Saint-Gilles-le-Vieux, Gard, c^ne Vauvert, c^ne le Cailar. — *Prioratus quondam monasterio Sancti Ægidii subjectus.*
[4] Anglas, Gard, c^on et c^ne Vauvert.
[5] *Hic deficiunt quatuor vel quinque voces.*
[6] *Vide supra*, § 111.
[7] Saint-Seriès, Hérault, c^on Lunel.
[8] Lunel, Hérault, arr. Montpellier.

dagio, et de mandato dicti domini senescalli vexillum ipsius fuit positum in ecclesia præ- A
dictæ villæ Sancti Erigii pro signo securitatis et guidagii, et insuper dimisit in dicta villa W. de Agantico, loco sui, qui custodiret nomine suo et conservaret tam personas quam res prædictorum hominum de Sancto Erigio, et etiam dictus senescallus tenuit se per pacatum de dictis hominibus pro dictis D solidis viennensium, pro quibus solvendis ad voluntatem suam dictus senescallus recepit fidejussores sufficientes a dictis hominibus. Prestita vero B
cautione prædicta, animalia et res dictorum hominum capta fuerunt a peditibus et mili-
Fol. 136. tibus seu equitibus dicti senescalli, pro qua capcione dampnificati fuerunt * prædicti homines in XL et VII libris et XIII solidis viennensium, exceptis prædictis D solidis dicto senescallo persolutis. Unde suplicat, *etc.*

133 *bis*. Significat Micahel de Sancto Cosma[1] quod Stephanus de Codols, tunc vicarius C
Valnagiæ, habuit et extorsit ab eo injuste XX solidos nemausensium.....

134. Significat W. de Castrias[2], pro se et Bernardo, fratre suo, quod Stephanus de Codols habuit et extorsit ab eis injuste centum solidos nemausensium.....

Fol. 137.

QUERELÆ CASTRI DE CALVITIONE[3].

135. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario ecclesiæ D
Nemausensis, inquisitoribus domini regis Franciæ, W. Cathalanus, de Calvitione, quod Stephanus de Codols, vicarius pro domino rege in castro Calvitionis et Valnagiæ, dictum W. Cathalanum vexavit in tantum quod CC solidos raimundensium injuste extorsit ab eodem, occasione hujusmodi, dicens..... quod dictus W. Cathalanus mensuras tenebat non legales..... Acta fuerunt hæc tempore domini Odardi, senescalli Bellicadri et Nemausi. E

136. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario Nemausensibus, inquisitoribus domini regis Francorum, W. Isnardus, de Calvitione, quod Johanninus, olim vicarius Calvitionis, extorsit ab eo unum sextarium olei, quia non solverat Cortecas bannerio pecuniam quam petebat ab eo dictus Cortecas, quam pecuniam idem W. negabat se debere eidem Cortecas. Item significat quod Jaufredus, olim vicarius Calvitionis, extorsit F
ab eodem XXV solidos raimundensium.....

Fol. 137 v°. 137. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario ecclesiæ Nemausensis, inquisitoribus domini regis Francorum, Poncius de Costa, de Calvitione, quod Sarracenus de Dion, olim vicarius Calvitionis pro domino rege, extorsit ab eo LX solidos turonensium quos congregaverat pro facienda peregrinatione apud Sanctum Jacobum, hac G
occasione scilicet quod, cum dicti LX solidi essent eidem Poncio furtive subrepti, et postea quadam die ad hostium ipsius Poncii repositi in quadam bursa, dictus Sarracenus fecit sibi aportari dictos LX solidos et retinuit sibi, dicens quod propter suum timorem dicta pecunia fuerat posita ad hostium dicti Poncii, et ita eos sibi retinuit. Unde suplicat, *etc.* Item significat quod eodem die dictus Sarracenus extorsit ab eo XXX solidos raimundensium, propter H
hoc quod finxit quod in dicta bursa non invenerat LX solidos turonensium. Unde suplicat, *etc.* — Injunxerunt nuncii domini regis quod Sarracenus solvat Poncio Costa XVIII denarios [pro] expensis.

138. Significat Durantus Cabotus, de Calvitione, vobis, *etc.* — Convenerunt partes quod super querimonia Stephani de Codolis stent verbo Berengarii de Anglata[4]. Postmodum I
composuerunt inter se, ita quod vicarius restituat Duranto Caboto X solidos nemausensium.

Fol. 138. 139. Significat vobis..... Martinus de Crasano, de Calvitione, quod Stephanus de Codolis, vicarius Calvitionis, extorsit ab eo L solidos raimundensium.....

140. Significat Bernardus de Fontanes, de Calvitione, vobis, *etc.* — Item significat quod Stephanus de Codols, vicarius Calvitionis, extorsit a dicto Bernardo XIII solidos nemausen- J
sium, hac occasione scilicet quia fuerunt inventæ XIII capræ ipsius Bernardi cum ovibus suis propriis, dicens dictus vicarius quod præconiziatum fuerat sub pœna XII denariorum ne capræ irent cum ovibus. Unde supplicat. — Cras debet probare vicarius quod fuerint capræ in locis prohibitis. Item vicarius debet prædicta probare hac nocte. Compositum fuit super capris. K

141. Significat vobis..... Stephana Coirana, de Calvitione, quod, cum filius suus, *etc.*

Fol. 138 v°. 142. Significat vobis..... Guillelma Favara, de Calvitione, quod Johanninus, olim vicarius Calvitionis, extorsit ab ea XIII libras raimundensium.....

17 nov. 1247. 143. XV kalendas decembris. — Significat vobis inquisitoribus domini regis Franciæ B. Ricardus, de Calvitione, conquerendo, qui moratur ad pacale..., quod, stante vicario L

[1] Saint-Cosme, Gard, c^on Saint-Mamet.
[2] Castries, Hérault, arr. Montpellier.
[3] Calvisson, Gard, c^on Sommière.
[4] Langlade, Gard, c^on Sommière.

A de Calvitione Radulfo Marino, gallico, Bernardo Bardoino tenente locum dicti Radulfi, ipse Ricardus fuit condempnatus a dicto vicario in LX solidis raimundensium veterum, quia Ricardus foderat in fossato proprio.....

144. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario Nemausensis Fol. 139.
ecclesiæ, inquisitoribus domini regis Franciæ, Bernardus de Raziic, de Calvissione, quod
B W. Cathalanus, de Calvitione, tenens locum vicarii in castro de Calvitione et de Anagia[1] pro domino rege prædicto, habuit injuste ab eodem quendam asinum, qui asinus constiterat IIII libras raimundensium et X solidos, tali occasione quod dictus W. Cathalanus dederat in mandatis dicto Bernardo sub pœna tertii quod solveret CC solidos raimundensium Fazierio de Sumidrio, cui dictus Bernardus erat fidejussor obligatus pro Petro de Marges. Et cum
C dictus Bernardus venisset ad diem sibi assignatam a dicto W. Cathalano cum prædicta pecunia in sero, dixit dictus W. Cathalanus quod de cetero non acciperet dictam pecuniam, quia nox erat, et ex ista occasione punivit dictum Bernardum in dicto asino, et erat tunc vicarius in castro Calvitionis Brodol.....

DE ANGLATA[2]. Fol. 140.

D 145. Significat Willelmus Riparia, de Anglata, quod Henricus, vicarius condam Calvitionis, habuit et extorsit a dicto Willelmo Riparia XXIII solidos raimundensium et III solidos hac de causa : ecce fuerunt inventæ in nemore ipsius Willelmi tentæ, cum esset præconiziatum in villa de Anglata quod nemo venaretur de nocte cirogrillos, et dixit vicarius prædictus dicto Guillelmo quod de nocte venabatur. — Item habuit et extorsit ab eo XXV solidos
E raimundensium, imponens ei quod ipse Willelmus celaverat quamdam mulierem quam dictus vicarius dicebat esse in hospicio ipsius Willelmi. — Item, habuit et extorsit ab eo XXV solidos raimundensium ex eo quod filius ejusdem Willelmi collegerat ramam cujusdam arboris quam pro indiviso possidebant ipse Guillelmus et quidam pariarius suus communiter.....

F 146. Significat S. Revellus, de Anglata, quod Radulfus de Marin, vicarius condam Calvitionis, habuit et extorsit ab eo XX solidos raimundensium..... Fol. 140 v°.

147. Significat Durantus de Bastida, de Anglata, quod Petrus de Alvernis, baiulus villæ Fol. 141.
de Anglata, multas illicitas exacciones et oppressiones fecit ipsi Duranto, et multociens sine causa vexavit ipsum Durantum et matrem suam et fratres suos, inferens eis multa dampna
G et gravamina. Item significat quod, propter vexationem quam faciebat eis dictus baiulus, volebat ipse Durantus exire villam de Anglata et mutare domicilium suum ad aliam partem, scilicet die Veneris proxima ante Circumcisionem Domini, et dum vellet exire dictus Durantus dictam villam et esset ad portale dictæ villæ, venit post eum dictus Petrus de Alvernis, baiulus, clamans ita : « Ego habebo jus de vobis et matre vestra. » Et tunc dictus
H Durantus respondit eidem Petro dicens : « Et vos habebitis prout debebitis. Ego volo exire « villam et relinquere, quia non possum esse in pausa vobiscum, quia nocte et die me vexa- « tis. » Et tunc Petrus de Alvernis, baiulus, respondit eidem Duranto : « Tam bonum esset « quod vobis et fratri vestro calcaretur os de merda, in tantum quod non possetis remugare « seu alenare nisi per anum. » Et tunc Durantus respondit eidem Petro : « Et vos potestis hoc Fol. 141 v°.
I « facere, ut dominus et baiulus villæ. » Et tunc dictus Petrus de Alvernis, baiulus, accepit de limo terræ, sive de fimo seu brac, et posuit et immisit in ore ipsius Duranti tali modo quod fere fuit suffocatus ipse Durantus. Post quam oppressionem factam, Durantus hostendit populo dictæ villæ dictam oppressionem et violenciam. Quod cum hostenderet, dictus baiulus dixit sibi : « Vultis quod plus....? » Tunc Durantus, pauper et simplex, stetit flexis
J genibus coram dicto baiulo dicens : « Vos potestis facere, sicut baiulus et dominus. » Et tunc dictus baiulus dixit fratri ipsius Duranti : « Vultis quod ego faciam vobis taliter? » Et tunc frater Duranti respondit quod non, quia nimis exces[s]erat. Et post prædicta dictus Durantus exivit dictam villam et ivit ad Calvitionem.

148. Significat Raimundus de Anglata, de Bernicio, quod Petrus Raffinus, vicarius Ber- Fol. 142.
K nicii, habuit et extorsit injuste ab eo XXV solidos raimundensium..... — Item significat dictus Raimundus de Anglata, curator datus a curia domini regis liberis condam W. de Sancto Romano, nomine curatorio ipsorum liberorum, quod P. Galiardus habuit ab ipso Romano unum par sive lebetem.....

DE SANCTO DIONISIO[3]. Fol. 153.

149. XVI kalendas decembris. Conqueritur Bernardus de Sancto Dionisio, dicens quod, 16 nov. 1247.

[1] Nages, Gard, c[on] Sommière. — [2] Langlade, Gard, c[on] Sommière. — [3] Saint-Dionisy, Gard, c[on] Sommière.

IMPRIMERIE NATIONALE.

tempore senescalli Petri Fabri, Brodols, qui tunc erat vicarius Calvitionis, abstulit ei XLV solidos raimundensium... — Item conqueritur Bernardus de Sancto Dionisio de Stephano de Codols, qui, tempore domini Odardi de Villariis, senescalli [1], abstulit ei XX solidos raimundensium..... — Item conqueritur Bernardus de Sancto Dionisio de Stephano de Codols, qui existens baiulus Calvitionis, tempore domini Petri de Nancort, senescalli, abstulit ei X solidos raimundensium.... A B

Fol. 153 v°. 150. Stephanus Boisserius, de Sancto Dionisio, conqueritur de Stephano de Codolis, qui existens baiulus Calvitionis et Valnagiæ, tempore domini Odardi senescalli Bellicadri et Nemausi, abstulit ei XII solidos nemausensium sine ratione, tali scilicet occasione: erat contencio inter Stephanum Boisserium et quendam alium de terminis quorumdam agrorum, et compromiserunt de hoc in duos probos viros, qui ponerent ad sensum et ad voluntatem suam terminos et possent auferre uni et dare alii de terra; qui prædicti probi [2] viri posuerunt terminos partim infra terram unius, partim infra terram alterius. Unde dictus Stephanus de Codols, imponens eidem Stephano Boisserio quod posuerant terminum in terra et ceperat de terra aliena, non dimisit in pace donec habuit ab eo XII solidos nemausensium. Unde petit dictus Stephanus Boisserius prædictam pecuniam a prædicto Stephano sibi reddi. Reddita fuit hæc querimonia domino sacristæ, de cujus mandato ego Willelmus Ruffus, publicus notarius juratus inquisitorum domini regis, hic eam transtuli et scripsi. C D

Fol. 154. 151. Durantus de Vicu, de Sancto Dionisio, conqueritur de Henrico, qui erat baiulus sive vicarius Calvitionis, et Stephano de Codols, qui post eum fuit vicarius, quia Henricus, qui erat vicarius tempore domini Peregrini, senescalli Bellicadri et Nemausi, abstulit ei XV solidos raimundensium...... Stephanus autem de Codols, vicarius Calvitionis tempore domini Odardi, senescalli Bellicadri et Nemausi, postea imponens eidem Duranto, *etc.* — Item dicit quod W. de Fonte, existens vicarius Calvitionis, abstulit ei X solidos raimundensium, imponens ei quod debebat quadam nocte facere gacham, cum non deberet. Unde petit eos ab eodem sibi reddi. — Item conqueritur de Jaufrido de Clareto, qui, cum esset baiulus Calvitionis, abstulit ei tres eiminas ordei, propter hoc quod dedit ei electionem ut iret apud Aquas Mortuas ad extrahendam quandam navem de luto, vel daret ei tres eiminas ordei, et cum ipse elegisset potius ire apud Aquas Mortuas, et ibat, dictus baiulus nichilominus abstulit ei dictas tres eiminas. Unde petit sibi reddi. — Item habuit ab eo Stephanus de Codols, vicarius, et a fratre suo injuste L solidos raimundensium..... — Item W. de Agarna, baiulus tunc Valnagiæ, habuit ab eisdem fratribus injuste XII solidos raimundensium, quia fecit eis solvere LX solidos a R. Amiellg, quos eis debebat. Et hæc petunt. Negavit per juramentum W. de Agarna prædicta, et dicti fratres crediderunt sibi suo sacramento. E F G

Fol. 154 v°.

Fol. 155.

DE GALAZIANICIS [3].

152. Significat Guillelma Imberta, de Galazianicis, quod, tempore quo dominus Pellegrinus erat senescallus Bellicadri et Nemausi, Bernardus de Vaqueriis, qui tunc erat Galazianicarum vicarius, habuit ab ipsa Guillelma IIII^or libras raimundensium..... H

153. Significat R. Pascalis, de Sancto Dionisio, quod Barnouinus, tunc existens nuncius curiæ Calvitionis, habuit ab eo injuste LX solidos raimundensium...... — Item significat dictus R. Pascalis quod W. (?) Durantus, baiulus de Clarenciaco [4], extorsit ab eo, *etc.* I

Fol. 155 v°.

154. Significat P. Pascalis, de Sancto Dionisio, quod W. de Fonte, vicarius tunc Calvitionis, habuit ab eo XX solidos raimundensium.....

Fol. 157. 155. Significat Bernardus de Poscheriis, miles, de Poscheriis [5], quod ipse habebat et possidebat, tempore quo dominus rex Franciæ venit in istis partibus, medietatem dominii in castro de Candiaco [6] et in toto ejus tenemento, videlicet in firmanciis, justiciis, condempnacionibus, bannis, pascuis, herbis, patuis et in omnibus generaliter quæ ad juridictionem pertinent, et antecessores sui habuerunt et tenuerunt tam diu quod non extat memoria, et tunc illi qui receperunt terram istam pro domino rege, scilicet W. de Benna et magister Arnulfus, expoliaverunt ipsum Bertrandum a firmanciis et justiciis supradictis, et postea dominus Peregrinus, condam senescallus, ipsum Bernardum de omnibus prædictis aliis spoliavit, juris ordine non servato. Super hoc paratus est dare fidem et certitudinem ad diem et locum quæ eidem assignabuntur. Unde suplicat quod super prædictis dignemini scire et inquirere veritatem, et ipsum in jure suo restituere faciatis. J K

Fol. 158. 156. Significat Rixendis de Ruppe quod Petrus de Ventalono, de Rilianta, maritus condam dictæ Rixendis, accepit et extraxit de quadam domo co[m]muni dicto Petro et avun- L

[1] *Regestum* senescalli.
[2] *Regestum* provi.
[3] Galargues, Gard, c^on Vauvert.
[4] Clarensac, Gard, c^on Saint-Mamet.
[5] Posquières, c^ne de Vauvert, Gard, arr. Nîmes.
[6] Candiac, Gard, c^on Vauvert.

A culo dicti Petri duos panes et quoddam sagimen et unam peciam panni linei, et res prædictæ
erant co[m]munes tam dicto Petro quam avunculo dicti Petri, et res prædictas accepit et
asportavit de domo dicta dictus Petrus, non contra voluntatem nec contra prohibicionem
dicti avunculi Petri prædicti, cum quo avunculo dictus Petrus habebat bona sua omnia
co[m]munia; tamen Henricus, vicarius condam Andusiæ[1], prior nunc de Fuessaco[2], injuste
B et sine omni querimonia, nullo homine de ipso Petro conquerente, cepit dictum Petrum, et
tenens eum captum et in vinculis, fecit ei [inci]dere et sine causa amputare auriculam, et
expulit eum de bailia sive de vicaria Andusiæ. Postea dictus Henricus, injuste et sine causæ
cognicione, cepit dotem dictæ Rixendis, et habuit et exportavit seu exportari fecit, sci-
licet XV sextaria bladi inter frumentum et ordeum ad mensuram Andusiæ, et VIII sextaria
C milii ad dictam mensuram, et C et X solidos pl. raimundensium, illorum bonorum qui olim
solebant currere, et XII sextaria boni et meri vini ad mensuram Andusiæ, et quendam lectum
pannis munitum, et mediam eiminam olei, et duo paria vestimentorum novorum de panno
nigro, et duos bancos, et unam aissadam, et I aissadonem, et unam securem et duas mappas,
et tria grasalia, et X scutellas. Et prædicta omnia habuit et asportavit seu fecit exportari dictus
D Henricus contra prohibicionem et voluntatem dictæ Rixendis, cum prædicta omnia essent
de dote dictæ Rixendis, asserens dicta Rixendis dictum Henricum habere illam odio ex eo
quia non sustinebat dicta quod ipse posset eam carnaliter cognoscere, et hoc fuit antequam
haberet in* virum dictum Petrum..... Fol. 158 v°.

SECRETÆ CONTRA ODARDUM SENESCALCUM. Fol. 159 v°.

E 157. Conqueritur domina Maria, Nemausensis, quod Odardus, senescalcus Bellicadri
et Nemausi, fecit novum ædificium juxta domum suam, gurgando injuste in domo sua et
impediendo exitum domus suæ, in quibus dampnificavit eam in XII libris turonensium.

158. Conqueritur G. Raimundi quod, cum in vigilia Circumcisionis Domini, cum ipse
venisset coram Odardo senescallo, postulans humiliter quod haberet misericordiam ab ipso,
F et quod restitueret sibi quod habuerat ab ipso, ipse senescallus respondit quod vellet ab eo
habuisse C marchas. Item ipse G. clamavit misericordiam, et tunc senescallus respondit ei :
« Eatis ad inquisitores qui sunt ibi, et si cognoscunt quod nimis habuerim, ego reddam
« tibi. » Et dum ibat, ipse G. dixit : « Ego sum menaz a grant peccat. » Et, hoc audito, ipse
senescallus dixit ei : « Firmes, firmes tot cant aves. » Et tunc vocavit vicarium Nemausensem
G et dixit quod servaret ipsum G. Et postea significatum fuit domino episcopo, qui erat ibi in
aula, et venit ad dictum senescallum et rogavit ipsum quod remitteret sibi dictum G., et
ad preces ejus dimisit eum.

159. Conqueruntur Guiraudus Guibaudus et Petrus, fratres, quod quidam juvenis, scilicet
Arnaudus Nicholaus, venit ad terras quas colebant dicti fratres, et ducebat dictus Arnaudus
H boves eorum versus Rodanum, et tunc (?) dixerunt dicti fratres quod non duceret boves
eorum dictus Arnaudus, quia ipsi irent et parati erant ire coram domino Odardo, castellano
de Furcis[3], et nepote domini senescalci. Et dictus Arnaudus respondit quod nichil habebat
facere de castellano, nec iret coram eo, sed dixit se dictus Arnaudus ducere boves ad
domum Templi, et ideo dicti fratres retinere voluerunt boves suos. Et dictus Arnaudus in-
I vadebat eos levato baculo, volens ipsos percutere, et tunc alter dictorum fratrum, deffen-
dendo se, abstulit ei baculum. Item pecierunt dicti fratres si esset nuncius curiæ, et dictus
Arnaudus negavit se esse nuncium curiæ, et iterum eos, evaginato gladio, dictus Arnaudus
invadebat. Dictus vero castellanus occasione proximo dicta posuit dictos fratres in capcione,
et petebat dictus castellanus a dictis fratribus cotidie quantum possent dare et quod se redi-
J merent. Et postea dictus castellanus transmisit eos ad Odardum senescalcum, et ipse Odardus
condempnavit dictos fratres in L libras nemausensium pro se, et postea remisit eis X libras
ejusdem monetæ; et postea dictus senescalcus condempnavit eos pro dicto Arnaudo in XV li-
bras nemausensium. Item dictus Odardus castellanus voluit habere pro expensis dictorum
fratrum VI libras nemausensium, nec dicti fratres comederunt aliquid de suo et fuerunt
K dicti fratres in dicta capcione per tres ebdomadas[4] et tres dies. Item dictus castellanus vo-
luit extorquere a dictis fratribus X libras nemausensium, dicens se emisse actiones quas ha-
bebat dictus Arnaudus contra ipsos, et peccuniam domini senescalci et dicti castellani recepit
Michael de Callac, vicarius Nemausi, et dictus Michael tenuit IIII^or equas per tres* ebdo- Fol. 160.
madas messium, et calcabant cotidie. Item Michael extorsit a eis X solidos nemausensium, et
L unam saumatam avenæ. Item petunt dicti fratres dampnum dictarum equarum, quod æsti-
mant VIII libras et II solidos nemausensium.

[1] Anduze, Gard, arr. Alais.
[2] Foissac, Gard, c^on Saint-Chapte.
[3] Fourques, Gard, c^on Beaucaire.
[4] *Cod.* epdomadas, *hic et infra*.

160. Conqueritur Raimundus Ruerssanus, civis Ucecia[1], de domino Odardo de Villaribus, A
senescallo Bellicadri et Nemausi, ex eo quod ipse dominus senescallus habuit, vel alius pro
eo vel ejus mandato, injuste, xx libras raimundensium in pecunia numerata ab ipso Rai-
mundo, et ut extorqueret ab ipso Raimundo xx libras prædictas, ipsum vexando et detinendo
et dies in pluribus locis eidem assignando, dedit et fecit sibi Raimundo dampnum VII libra-
rum raimundensium; hac de causa videlicet quia, cum dictus Raimundus quadam die ve- B
niret de operatorio suo ad domum suam, et quædam mulier dixit ei clamando valde quod
quidam Judæi occidebant in foro Uceciæ quendam puerum, nepotem ipsius Raimundi, et
cum dictus Raimundus audivisset hæc verba a dicta muliere, exivit extra ad forum veniendo,
et invenit Judæos duos, quorum unus tenebat in manu unam petram et alius baculum, et
verberabant dictum puerum nepotem suum, ita quod sanguis exierat et exibat[2] de genu dicti C
pueri, quia trahebant eum per terram. Et tunc dictus Raimundus, videns nepotem suum ita
verberatum a dictis Judæis et sanguinolentum, et videns ibi conflictum inter dictos Judæos
et plures Christianos qui erant ibi præsentes, dictus Raimundus accessit ad dictos Judæos,
et cum ignorasset unde essent dicti Judæi, et cum quo vel pro quo essent ibi, abstraxit lapi-
dem de manu Judæi qui ipsum lapidem tenebat, et tunc Judæus dictus accepit duos lapides D
et percussit ipsum Raimundum[3], et tunc dictus Raimundus percussit dictum Judæum, non
inferendo ipsi Judæo aliquod malum, ita quod appareret aliquo modo. Et occasione præ-
missa dictus senescallus, vel alius pro eo vel mandato ejus, habuit a dicto Raimundo præ-
dictas xx libras, et dedit et fecit sibi dampnum prædictarum VII librarum raimundensium.
Unde petit sibi justiciam exiberi. E

161. Significat conquerendo Raimunda, uxor condam Stephani Balaiani, quod, cum
dominus Odardus de Villaribus, senescallus Bellicadri et Nemausi, fecisset eam rogari quod
ipsa acciperet in maritum quendam qui vocatur Odardus, qui, secundum quod dicitur, est
nepos vel consanguineus ipsius domini senescalli, et ipsa volens opere complere quod mente
conceperat, scilicet quod, ob honorem Dei, a consorcio viri semper deinceps abstineret, F
acquiescere precibus[4] ejus no[l]let, licet super hoc plures sibi rogatores misisset, et ipsemet
multa blanda et honorabilia verba ei dixisset, prædictus senescallus, indignatus et motus
contra eam, minatus fuit eam inquietare, imponens ei quod dictus Stephanus condam vir
ipsius habuerat multa de bailiis quas tenuerat pro domino rege. Item dixit et minatus fuit
quod Capiam, filiam quondam dicti Stephani Balaiani, tunc puellulam, quam dictus Ste- G
phanus commiserat eidem Raimundæ nutriendam et maritandam et etiam dotandam de
Fol. 160 v°. bonis ipsius Stephani, idem dominus senescallus acciperet et maritaret, dicens quod, cum
pupillæ sint præ ceteris personis sub custodia et protectione domini regis, debent ejus vel
eorum qui pro eo terram regunt (?) consilio et arbitrio maritari. Ex hiis enim et aliis perter-
rita, dicta Raimunda, [contra] prædictum senescallum ira commota, interpositis mediatoribus H
qui eum mitigarent, dedit ei xx libras nemausensium, quæ valebant tunc quinquaginta libras
raimundensium, quas xx libras nemausensium recepit et habuit; pro dicto domino senes-
callo et nomine ipsius, Johannes de Parisius, sororius ipsius, et Raimundus de Fonte tra-
didit eas sibi ex parte ipsius Raimundæ et pro ea. Postea vero, dato sibi aliquantulo remedio,
cœpit eam iterum inquietare et peciit ab ea mille et quingentos solidos raimundensium, I
dicens quod dictus Stephanus, condam vir suus, habuerat mille et quingentos solidos rai-
mundensium de quadam tallia quæ fuit facta apud Volobricam[5] mandato Petri de Athies,
tunc senescalli Bellicadri; cumque super hoc ipso sibi diceret veritatem, scilicet quod ipsa-
met, ad instanciam proborum hominum de Volubrica, voluntate et mandato dicti Stephani,
mariti sui, tulerat dictos mille et quingentos solidos raimundensium apud Sumidrium[6], et J
eos obtulit ex parte dictorum proborum hominum et tradidit uxori domini Petri de Athies,
et hoc diceret se paratam probare per testes, et peteret quod ipse dominus senescallus
mitteret suum nuncium ad expensas ipsius Raimundæ ad dictum Petrum de Athies, et si ipse
Petrus de Athies diceret se vel uxorem suam non[7] habuisse dictos mille et quingentos
solidos, quod ipsa solveret eos ipsi domino senescallo; idem dominus senescallus, neutrum K
istorum volens admittere nec super prædictis eam exaudire, sed [in sua] petitione persistens,
jussit eam eici de domo sua et hostia clavari et bestias et res ipsius capi. Unde ipsa Rai-
munda, ita compulsa et coacta et metu inducta, dedit prædicto senescallo pro prædictis
mille et quingentis solidis xxx libras nemausensium, quæ valebant tunc mille et quingentos
solidos raimundensium. Et ideo, cum prædictus dominus senescallus injuste habuerit et L
extorserit ab ipsa Raimunda prædictas duas summas, scilicet viginti libras nemausensium

[1] Uzès, Gard.
[2] *Cod.* exiebat.
[3] *Cod.* Poncium.
[4] *Cod.* precipus.
[5] Valabrègue, Gard, con Aramon.
[6] Sommière, Gard, arr. Nîmes.
[7] *Restituendam censuimus vocem* non, *quam omisit amanuensis.*

A ex una parte et xxx libras nemausensium ex altera, supplicat ipsa Raimunda quod prædictæ
summæ sibi restituantur.

DE MARGARITIS[1]. Fol. 184 v°.

162. Significat vobis, dominis locum tenentibus pro christianissimo domino rege Franciæ,
Bernardus Trepardus, de Margaritis, quod Bernardus Quintinus, tunc temporis vicarius
B Nemausi pro domino rege et Petro Fabro senescallo, injuste extorsit et sine causa justa
habuit ab ipso Bernardo Trepardo DX solidos raimundensium, quos W. de Codols, tunc
judex, dixit ipsi vicario ab ipso Bernardo habere sine causa justa. Item significat quod dictus
tunc vicarius præcepit nunciis curiæ quod mitterent ipsum Bernardum Trepardum in com-
pedibus, donec solvisset dictos D et X solidos raimundensium, qui, territus minis auste-
C rissimi Bernardi Quintini vicarii, dictos denarios ipsi vicario numerare fecit; imponens ei
quod quædam animalia de Camargis inventa fuerint penes nuncium ipsius Bernardi Tre-
pardi, custodientis ea.....

S. Trepardus, frater Bernardi Trepardi, testis juratus, dixit, *etc.*

W. de Asperis, coiraterius, testis, *etc.* Fol. 184.

D 163. Significant inquisitoribus R. Pingnan et Bernardus de Portal et Raimundus Chat- Fol. 185.
baldus et W. Pingnan et Petrus Pingnan, omnes de villa de Murs[2], pro se et tota universi-
tate et singulis de universitate dictæ villæ, in qua villa non sunt nisi XII fuocs, nec solet nec
erant ultra VIII ad plus usque nunc, quæ dicta villa est meliorata in tribus vel IIII fuocs,
et est in vicaria de Calvitione et Valnagiæ, quod in dicta villa, tempore comitis Tholosani et
E ante, propter parvitatem sui, dictus comes Tholosanus non accipiebat nec antecessores sui,
nomine servicii, nisi ad plus usque ad XX solidos raimundensium, et non continue, sed per
intervalla annorum, ita quod annis quibusdam dabant servicium, quibusdam non, et pro-
pria voluntate, non ex debito, et quandoque dabant X solidos, quandoque XV solidos, quan-
doque XX solidos; et obtinuerunt usque ad tempus domini Peregrini, senescalli Bellicadri
F et Nemausi, quod dictus Peregrinus compulit dictam universitatem dare nomine collectæ
VI libras raimundensium, et ita tempore dicti domini Peregrini et post successive, tempore
aliorum senescallorum usque nunc, dederunt compulsi et violenter quolibet anno nomine
collectæ VI libras raimundensium. Et ne liberalitas dictorum hominum sit eis dampnosa,
suplicant prædicti ut prædicta exactio ab eisdem et tota dicta universitate removeatur et
G post expellatur ut iniqua, et quod ab eis seu a dicta universitate extortum inique supra-
dicto modo fuit, eis restituatur, et illud dicunt esse MM solidorum raimundensium. — Item Fol. 185 v°.
significant quod dictus dominus Peregrinus, senescallus, et alii successores ejusdem et
vicarii Valnagiæ successive agrav[av]erunt dictam universitatem alio modo sub hac forma :
dicta enim universitas usa fuerat per malum usum, ei innovatum tempore comitis Tholo-
H sani, defferre ligna apud Calvitionem cum animalibus suis, ligna siquidem illa quæ non erant
propria singulorum dictæ universitatis, sed alterius, et prædicti successive usque nunc
compulerunt prædictam universitatem et singulos de dicta universitate portare ligna tam
propria singulorum quam alia, cum ad propria portanda non tenerentur nec ad alia, si jus
inde diceretur. Unde supplicant quod ad propria ligna portanda apud Calvitionem non
I compellantur, et quod ab eis dicta servitus removeatur, nec ad alia ligna, si de benignitate
visum fuerit et æquitate, inquisita veritate. Reddita fuit hæc querimonia domino helemo-
sinario, de mandato cujus ego Willelmus Ruffus, publicus notarius juratus inquisitorum
domini regis, hic eam transtuli et scripsi.

DE VICARIA SUMIDRII[3]. Fol. 203 v°.

J 164. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario Nemausensis
ecclesiæ, inquisitoribus domini regis Franciæ, Guillelmus Pelliparius, de Carnas[4], quod
Berengarius Gras, quondam vicarius in castro de Sumidrio pro prædicto domino rege, ha-
buit ab eodem Willelmo Pellipario XXX solidos raimundensium, imponens eidem Guillelmo
occasionem injustam, dicens se tenere eiminalem non legalem nec justam, et ideo quia
K dictam eiminalem invenit majorem, extorsit injuste prædictos XXX solidos raimundensium.
— Item significat dictus Willelmus Pelliparius quod Poncius Gaucelmus, tunc temporis
vicarius in castro de Sumidrio pro domino rege Francorum, habuit ab eo injuste XII libras
raimundensium, frivolam occasionem eidem Guillelmo imponens, [scilicet] quod idem
L Guillelmus tenebat quandam devesam quam ipse et prædecessores ejus habuerunt et tenue-
runt et ipse adhuc tenet et possidet, et pro ista occasione habuit et extorsit injuste ab eo

[1] Marguerittes, Gard, arr. Nîmes. — [2] Mus, Gard, c[on] Vauvert. — [3] Sommière, Gard, arr. Nîmes. — [4] Carnas, Gard, c[on] Quissac.

prædictas xii libras raimundensium. — Item significat prædictus Willelmus Pelliparius quod A
dictus Poncius Gaucelmus, condam vicarius in castro Sumidrii, habuit ad eodem Guillelmo
injuste c solidos raimundensium, occasione cujusdam loricæ ferreæ, quam præcepit eidem
Willelmo habere ad diem sibi assignatam, et quia ad dictam diem sibi assignatam non
habuit, fuit sibi alia dies assignata, et tunc habuit dictam [lori]cam ferream et hostendit.
Fol. 203. Et quia in prima assignatione eam non habuit nec hostendit, habuit et extorsit dictus vica- B
rius ab eodem injuste prædictos c solidos raimundensium. — Item significat dictus Willel-
mus Pelliparius quod dictus Poncius Gaucelmus, condam vicarius in castro de Sumidrio,
habuit ab eodem injuste c solidos raimundensium, dicens et asserens dictus vicarius quod
xii arietes furati inventi sunt in bailia ovium ipsius Willelmi, qui arietes pastoribus dicti
Guillelmi fuerant traditi et co[m]mendati; et hac de causa habuit et extorsit injuste prædictos C
c solidos raimundensium ab eodem. — Item significat dictus Guillelmus quod dictus Pon-
cius Gaucelmus, tunc vicarius in castro Sumidrii pro domino rege, habuit injuste ab eodem
vi libras raimundensium, imponens eidem maliciose tulisse falsum testimonium contra
r[ege]m, et pro hiis extorsit ab eo prædictas vi libras raimundensium. Unde suplicat vobis
dominis inquisitoribus supradictis supradictus Willelmus quod, si placet vobis, omnia sibi D
restitui faciatis. Et hæc omnia facta fuerunt tempore Petri Fabri senescalli.

165. Significat vobis dominis Bernardo sacristæ et Bernardo helemosinario Nemausensis
ecclesiæ, inquisitoribus domini regis Franciæ, Stephanus Berengarius, de Carnas, quod
Poncius Gaucelmus, condam vicarius in castro de Sumidrio pro domino rege, habuit ab
eodem Stephano lx solidos raimundensium occasione cujusdam loricæ ferreæ quam dictus E
vicarius præcepit dicto Stephano se habere ad diem sibi assignatam, qua die dictam loricam
Fol. 202 v°. dictus Stephanus non habuit, ideo quia dictus Stephanus pactum et conventionem inierat
cum dicto vicario et fecerat, quod non oportebat sibi habere loricam ferream, sed tantum
haberet perponctum, et pro isto pacto inter se facto extorsit et habuit ab eo l solidos rai-
mundensium. Et quia, ad diem prædictam sibi assignatam, cum aliis non habuit dictam lo- F
ricam ferream, extorsit injuste et habuit maliciose prædictos lx solidos raimundensium
amplius ultra prædictos l solidos. — Item significat dictus Stephanus Berengarius quod dictus
Poncius Gaucelmus, vicarius condam in dicto castro Sumidrii, habuit ab eodem xl solidos
raimundensium, ideo quia dixit dictum Stephanum quendam terminum removisse, qui ter-
minus nunquam fuit remotus nec ammotus, et ideo dictus vicarius injuste habuit et extorsit G
ab eodem prædictos xl solidos raimundensium. — Et ideo suplicat vobis dominis inquisito-
ribus supradictis dictus Stephanus quod, si placet vobis, dicta omnia sibi restitui faciatis. —
Et hæc omnia fuerunt facta tempore Petri Fabri senescalli.

Redditæ fuerunt istæ querimoniæ domino sacristæ Nemausensi, de cujus mandato ego
Guillelmus Ruffus, publicus notarius juratus inquisitorum domini regis, hic eas transtuli et H
scripsi.

16 nov. 1247. 166. xvi kalendas decembris. — Significat vobis dominis Bernardo et Bernardo, sa-
cristæ et helemosinario Nemausensibus, Sperandeus de Ferreriis[1], de districtu et vicaria[2]
Sumidrii, quod Poncius Gaucelmus, vicarius de Montredon[3] sub domino Peregrino, senes-
callo Bellicadri et Nemausi, sine examinacione juris et præsencia judicis, extorsit ab eo I
iiii libras raimundensium, ex eo quod, cum alii agricolæ vicariæ Sumidrii usi fuissent.....
Fol. 202. *accipere unus ab alio in deffectu suorum vomera, et ipse, propter usum consuetum et
propter amiciciam, accepisset quoddam vomer Poncii Rofredi, vicini sui, in defectu sui
vomeris, cum quo araret, ne diurnum laboris perderet, dictus vicarius extorsit ab eo ob
dictam causam, comminando[4] eidem quod aufferret sibi pedem vel pugnum, dictas iiii li- J
bras. Item extorsit ab eo illicite x libras raimundensium, ex eo quod, cum ipse Sperandeus
emisset a quodam pat[ruo] suo dominium et quartum et censum super quodam honore suo,
quem quartum et censum ipse præstabat quolibet anno, ideo dictus vicarius habuit ab ipso
dictas x libras raimundensium. — Item extorsit ab eo l solidos raimundensium ex eo quod,
cum haberet quandam riperiam propriam, quidam homines de Cerdan[5] denunciaverunt K
dicto vicario dictam riperiam esse p[ublicam], quam dictus Sperandeus et sui tenuerant
longissimo tempore, et per dictam denunciacionem simplicem, sub[6] ordine judiciario,
extorsit ab eo dictos lx solidos raimundensium. — Item extorsit ab eo illicite quandam
suem quæ valebat xxx solidos raimundensium, ex eo quod, cum ipse Sperandeus t[ra]he-
retur [coram] ipso [i]n causam ab alio qui noluit expensas dierum[7] solvere dicto vicario, L

[1] *Fort.* les Ferrières, Gard, c[on] Saint-Laurent-le-Minier.

[2] *Ita legendum censuimus, licet in regesto, pro* vicaria, *vox* vicinia *scripta fuisse videatur. V. infr.*, § 167, 169, 171.

[3] Montredon, Gard, c[on] Sommière, c[ne] Salinelles.

[4] *Cod.* cominando.

[5] Sardan, Gard, c[on] Quissac.

[6] *Cod.* sb *adjecta compendii nota. Melius fortasse* sn. *id est* sine.

[7] *Vocem* dierum *dubiæ lectionis esse fatemur.*

A voluit quod ipse solveret pro se et alia parte, et ob hoc habuit dictam suem, et in ultra
dictam suem habuit et extorsit ab eo LX solidos raimundensium, volens quod ipse solveret
pro se [et] adversario suo absente, et dictos LX solidos pro expensis adversarii sui. Ideoque
suplicat quatinus in prædictis eidem satisfieri faciatis. — Accepit dictus vicarius quandam
arborem, ipso invito, de campo ipsius Sperandei, quæ valebat X solidos raimundensium.

B 167. Vobis, domini, Bernardo, et Bernardo sacristæ et helemosinario Nemausensibus, Fol. 201 v°.
significat Bernardus de Savaira, de Pojols[1], de vicaria et districtu Sumidrii, quod Poncius
Goncelmus, tunc vicarius de Pojols, extorsit ab eo, sine examinatione juris et præsentia
judicis, L solidos raimundensium sub hac forma, quod, cum dictus Bernardus vendidisset
in villa de Pojols III sextaria bladi, ad mensuram Sumidrii, Stephano paterino castri de
C Seconzuaco[2], et tradidisset dictum bladum Petro Molnerio, nuncio dicti Stephani, cum
mensura quæ fuerat scandallata cum mensura Sumidrii, dictus Petrus tulit dictum bladum
apud castrum de Meriniaco[3], quod erat Rostagni[4], annuente Petro, et tunc fuit denun-
ciatum dicto Pontio vicario quod ipse mensuraverat dictum bladum cum falsa mensura. Et
cum dictus Bernardus vellet stare juri super dicta denunciatione, dictus vicarius, sine juris
D examinatione et sine præsentia judicis, co[m]minando eundem, extorsit ab eo dictos L so-
lidos raimundensium. Et hæc fuerunt facta tempore domini Petri [d'Esnanc]ort. — Item
extorsit ab eo XX solidos raimundensium, sine examinatione juris et præsentia judicis, dicens
ei quod ipse fecerat [chemi]num nimis strictum quam deberet esse, licet ipse non fecisset,
quod adhuc patet. Et hæc fuerunt facta tempore Petri Fabri...... — Item significat vobis
E quod Bertrandus Garene, vicarius villæ de Pojols, habuit ab ipso et extorsit ab eo illicite
LX solidos raimundensium, ex eo quia ipse Bernardus vendiderat quandam [terram] quæ
erat suum alodium. Hæc fuerunt facta tempore Peregrini senescalli. Unde suplicat quatinus Fol. 201.
super hiis eidem satisfieri faciatis.

168. Significant vobis inquisitoribus domini regis R. Armannus, P. Follaquerius, Ber-
F nardus de Campaniis, Petrus Racos, Petrus Ainardus, Guillelma Peregrina, Pontia Rovreda,
Bernardus Oliva, et Petrus de Molinis, et W. de Regangnola, et R. de Cumba, et Alexendis
Baiola, homines de Sumidrio, et Johannes de Cumba, quod, cum ipsi haberent domos suas
juxta castrum Sumidrii, Petrus Faber, olim senescallus Bellicadri et Nemausi, dictas domos
fecit dirui et loca ipsarum domorum occupavit et [injuste] abstulit, faciens eis dari pro
G precio ipsis invitis aliquantulam pecuniam quasi nullam in comparatione valoris domorum.
Item significant quod nuncii dicti senescalli acceperunt ipsis invitis [arbores] suas, [de
quibus] faciebant trabes et fustam ad opus castri, et propter hæc fuerunt dampnificati in
VI milibus solidis et DCC solidis raimundensium tunc currentium. Unde supplicant vobis
quod, inquisita per vos veritate super hiis et inventa, faciat [miseric]ordia regiæ magestatis
H dictam pecuniam sibi restitui, justicia mediante.

Redditæ fuerunt istæ querimoniæ domino sacristæ, [de] cujus mandato ego Willelmus
Ruffus, publicus notarius juratus inquisitorum domini regis, hic transtuli et scripsi.

169. Vobis, domini, Bernardo et Bernardo, sacristæ et helemosinario Nemausensibus,
significat P. de Morerio, de districtu et vicaria Sumidrii, quod, cum ipse emisset a quodam
I vicino suo tres eiminas olei in villa de Pojols, et in dicta villa non erat aliqua mensura olei,
convenerunt inter se expresso consensu quod dictum oleum traderet sibi in...... cum
quodam borcato, ita scilicet quod, si borcatus facit plus quam eimina olei, illud plus resti- Fol. 200 v°.
tuerent venditori, et si minus faceret, venditor refficeret quod deesset, et mensurantes dicta
forma invenerunt dictum borcatum capere plus eimina quandam plenam ollam capacem[5]
J duarum scutellarum, et quod plus superfuit de dicto oleo ipse restituit venditori. Et quia
sic mensuravit et non potuit restituere ollam cum qua mensuraverat [cum] esset fracta,
habuit ab eo dictus Poncius Gaucelmus XI libras raimundensium sine judice et sine juris
examinatione. Et hoc fuit factum tempore Petri Fabri. — Item extorsit ab eo XL solidos
raimundensium, ex eo quod, cum porci intrassent in quodam orto suo et porquerius ipsorum
K porcorum intrasset in dicto orto, et eos expelleret de dicto orto, *etc.*

170. Vobis dominis, scilicet magistro Petro de Chastris et fratri Johanni de Templo
de Valle Scolarium, nunciis missis in senescallia Bellicadri et Nemausi a serenissimo Fol. 200.
domino rege Francorum, hostendit conquerendo Bernardus Chairicus, filius condam Ber-
nardi Chairici, de villa......, baiuliæ de Sumidrio, quod, cum W. Chairicus, condam
L pater suus, tueretur in possessione cujusdam vineæ liberos condam P. Megerii, nepotes suos,
Petro Fabro existente tunc senescallo Bellicadri et Radulfo de Marin existente tunc baiulo

[1] Poujols, Gard, c^on Quissac, c^ne Gailhan et Sardan.
[2] *Fort.* Ségoussas, Gard, c^on Alais, c^ne Rousson.
[3] Mérignargues, Gard, c^on et c^ne Nîmes.
[4] *Rostagni de Montepezato, tunc bellum cum senescallo Bellicadri gerentis.*
[5] *Cod.* capascem.

in castro Sumidrii, venit ad eundem Guillelmum Chairicum quædam mulier quæ vocatur A
Audrica..... — Item hostendit vobis conquerendo quod dominus Petrus de Enencort, condam senescallus Bellicadri et Nemausi, et ejus familia, quæ pro ipso hædificabat cas-
Fol. 199 v°. trum de Sumidrio, habuit..... bene et integre L solidos turonensium, *quos L solidos turonensium petit a domino Petro de Ernencuria sibi reddi et restitui.

Redditæ fuerunt istæ querimoniæ domino sacristæ, de cujus mandato ego W. Ruffus, B
publicus notarius juratus inquisitorum domini regis, hic eas transtuli et scripsi.

171. Significat inquisitoribus domini regis super illicitis exactionibus Petrus Ariquet, nomine Raimundi Furnerii, castri Montis Rotundi[1], de districtu et vicaria castri Sumidrii,
Fol. 199. quod dictus Furnerius impeditur, *etc.* *Exceptis VI solidis de fortz de Leon, quos dedit uxor dicti Petri Fabri [senescalli] uxori ipsius Raimundi..... C

Fol. 198 v°. 172. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Franciæ B. Sozioni, de Sumidrio, pauper mulier, quod W. de Peano[2], condam vicarius de Sumidrio, et subvicarius ejus R. Micahel, injuste extorserunt ab eadem et habuerunt LXVI solidos raimundensium et I sextarium farinæ, et IIII coctana, et unum manipulum candelæ, eo quia dicta pauper mulier collegerat festucas seu buscul[as] levaverat (?) in olivareda P. de Hospitali, de Sumi- D
drio, [cujus puerum] ipsa ablactaverat. Unde, intuitu pietatis, petit hæc sibi restitui a prædictis vicariis.

173. Significat benignitati domini regis Franciæ Petrus [Guersus], de Sumidrio, quod, tempore in quo Petrus Faber erat senescallus Bellicadri et Nemausi, W. Firminus, officialis curiæ, abstraxit de domo dicti Petri unam culcitram..... — Bernardus Belliaudus, E
Fol. 198. officialis curiæ, etc. — *Item significat quod Poncius Gaucelmus, tunc officialis curiæ Sumidrii, extorsit et habuit ab ipso Petro Guerso, tempore quo Petrus Faber erat senescallus Bellicadri, XX solidos raimundensium pro tretzione injuste pro quodam debito quod ipse Petrus debebat Guillelmo de Manso, et idem Petrus Guersus præsentaverat heredi W. de Manso pecuniam dicti debiti et etiam partem ejus numeraverat et noluit F
eam recipere, quos XX solidos raimundensium sic injuste extortos petit sibi restitui dictus Petrus Guersus. — Item significat quod Abraam, Judæus de Sumidrio, tunc officialis dictæ curiæ, abstraxit, mandato dicti senescalli, de hospicio ejus, *etc.* — Item significat quod Peironetus, officialis curiæ Sumidrii, extraxit..... unam flaciatam, valentem X solidos viennensium, hac ratione quia dixit quod taillatores dixerant ei quod acc[iperet] pro G
eo quia non ibat ad cavalcadas, et ipse erat infirmus tunc, et non poterat ire, nec etiam dictæ cavalcadæ exierunt. Unde petit dictam flaciatam sibi restitui vel dictos X solidos viennensium.

Fol. 197 v°. 174. Significat benignitati domini regis Franciæ Johannes Morerius, habitator villæ Sancti Felicii de Sinistranicis[3], quod R. Garinus, baiulus tunc Sumidrii, cepit ipsum Johan- H
nem et duxit eum ad Sumidrium violenter, et non permisit ipsum abire usquequo extorsit ab eo XXX solidos raimundensium, et erat tunc senescallus Bellicadri et Nemausi Pellegrinus, et eos habuit ista ratione quia dixit ei R. Garinus quod iste Johannes fuerat præsens in quadam garriga in qua homines domini Bremundi de Sumidrio[4] eicientes bestias hominum villæ Sancti Christofori[5] vulneraverunt quendam hominem de villa Sancti Christo- I
fori, cum in veritate ipse Johannes nichil ibi fecisset, *etc.*

175. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Stephana Balba, pauper vidua, quod W. de Agantico, vicarius de Sumidrio condam pro domino rege sub Pellegrino senescallo condam Bellicadri et Nemausi, post prohibitionem olim factam a domino rege ne in regno suo compellerentur debitores Judæorum ad restituendum eisdem Judæis debita, J
Fol. 197. dictus *vicarius, contra prædictam prohibitionem, compulit dictam pauperem viduam reclamantem quod solveret VI sextaria et I eiminam de oleo Affoni et Judas, Judæis de Sumidrio. Unde postulat suplicando dicta pauper vidua quod prædicta sibi restitui faciatis. — Item significat dicta Stephana quod Baldouinus, condam vicarius in prædicto castro, sub Jacobino, condam senescallo Bellicadri et Nemausi, injuste extorsit ab ea V solidos vien- K
nensium propter insultum factum in portu de Negaronnieus[6] contra Januenses, et hoc propter esmendam, cui insultui dicta vidua non interfuit nec aliquid inde habuit. Unde postulat, *etc.*

176. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Bernardus Daniel, de Orjanicis[7], quod Berengarius Grassus, condam vicarius de Sumidrio pro domino rege, sub L
[Peregri]no, condam senescallo Bellicadri et Nemausi, injuste extorsit ab eo, *etc.*

[1] Montredon, Gard, c[on] Sommière, c[ne] Salinelles.
[2] *Vel* Piano.
[3] Saint-Félix de Sinisdargues, Hérault, c[on] Lunel, c[ne] Saint-Seriès.
[4] *Domini dictæ villæ.*
[5] Saint-Christol, Hérault, c[on] Lunel.
[6] *Vide supra*, § 111 *et* 132.
[7] Aujargues, Gard, c[on] Sommière.

A 177. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Franciæ Vesiana, vidua,.....
[de] Villa Veteri, quod Petrus Faber, condam senescallus Bellicadri et Nemausi, injuste habuit ab ea..... [et] scindi fecit tantum de trabibus et lignis de bosco suo valens CCCC solidos raimundensium, quas trabes et ligna fecit mittere in castro de Sumidrio ad opus dicti castri. Item significat dicta Vesiana quod Maurellus, vicarius condam de Sumidrio,
B injuste habuit ab eadem IIII sextaria frumenti et XXII denarios melgorienses et I cartale olei, eo quia voluit habere sine aliqua alià ratione. — Item* significat dicta Vesiana quod Pon- Fol. 196 v°.
cius Gaucelmus, condam vicarius de Sumidrio, habuit injuste ab ipsa IIII sextaria frumenti et eiminam ad mensuram Sumidrii, eo quia dicebat dictus vicarius quod W. de Portali conquestus fuerat de ipsa Vesiana, cum questio non fuisset facta. — Item significat dicta
C Vesiana quod Pellegrinus et Petrus Faber, condam senescalli Bellicadri et Nemausi, injuste habuerunt ab eadem XXX et novem arbores inter pibols et salices, quas arbores fecerunt scindi et portari in castro Sumidrii, quæ arbores bene valebant L solidos viennensium.....

178. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Poncius Bernardus, de Villa Veteri[1], quod Berengarius Grassus, condam vicarius in castro Sumidrii pro domino rege, tempore
D Pellegrini senescalli, habuit injuste ab ipso Bernardo et sine causa [LX solidos raimundensium], eo [quod] dicebat prædictus Berengarius quosdam honores, [quos] tenebat a domino rege, prædictum Poncium Bernardum emisse antequam ipse esset vicarius dicti castri, sine consensu et laudimio tunc temporis senescalli vel vicarii præcedentis, cum in rei veritate prædictam emptionem nullatenus contraxisset, et ex ista causa, sine omni causæ cognitione,
E prædictus Berengarius Grassus habuit LX solidos raimundensium supradictos..... —*Item Fol. 196.
significat quod Pellegrinus, senescallus condam domini regis, habuit XX solidos viennensium, occasionem imponens ei quod fuerat in quadam rapina quam dicebant[2] homines fecisse de Sumidrio, cum ipse non interfuisset in prædicta rapina, et ita sine causa habuit prædictos XX solidos, quos petit sibi restitui[3].

F 179. Significat benignitati domini regis Petrus Guilabertus, de Sumidrio, quod, tempore quo Petrus Faber erat senescallus Bellicadri, *etc.*

180. Significat vobis, domine sacrista Nemausensis ecclesiæ, W. de Tornaco, de Sumi- Fol. 195 v°.
drio, quod, cum, ad denunciacionem Poncii de Felgueriis et P. de Marcellanicis, curia de Sumidrio inquisitionem fecisset contra ipsum W., *etc.*

G 181. Significat curiæ domini regis Stephanus Garnerius, de Canois[4], quod Radulfus de Marino, existens vicarius in castro Sumidrii et ejus tenementis, extorsit ab ipso Stephano injuste XX libras raimundensium, ex eo quia ipse Stephanus* intravit infra castrum de Fol. 195.
Salve[5] tempore quo P. Bermundi[6] erat infra dictum castrum, et fecerat compositionem super eodem facto, scilicet super dicto introitu dicti castri cum P. de Lequinis, nomine
H Pellegrini, tunc senescalli Bellicadri et Nemausi. Et dictas XX libras habuit et recepit Bernardus Alamandi, notarius Sumidrii, mandato domini Radulfi, vicarii, ab ipso Stephano.....

182. Significat Stephanus de Podio Medio, sacerdos castri de Leccas[7], quod castrum Fol. 194 v°.
est Petri de Leccas, quod mater sua, Maria de Podio, jam defuncta, ante sacerdocium et
I etiam ante diaconatum, intitulavit et etiam donavit donatione ipsi Stephano causa honoris cleri, et ut bene merito et causa discendi, quendam honorem seu quasdam possessiones, situm vel sitas in castro de Pojols[8], in decimaria Sancti Privati de Gallan[9].....

183. Significat W. de Podio Medio quod vicarius Sumidrii habuit et extorsit ab eo X so- Fol. 194.
lidos raimundensium injuste, quia ipse W. cepit quandam manipulatam seu manadam (?)
J tantum ramorum ilicis ad opus duorum agnorum.....

184. Significat Ermessendis de Montredon[10] quod R. Garinus, tunc baiulus de Sumi- Fol. 193 v°.
drio, habuit et extorsit ab eadem I mantellum de stamine forti, cum I botana linea, et I gatnacham quæ constiterat XX solidos raimundensium et plus, et duas camisias, et I blisaudum lineum, et III bendas, et I flassatam, et III linteamina, et I pulvinar, et I manutergium, et
K I eiminam amigdalarum, et I mantellum, et XL solidos raimundensium, et IIII libras de lino et mediam, et quasdam mapas cum I manutergio (?). Et hæc habuit dictus R. Garinus ab ea quia quidam homo intraverat domum suam cum ipsa infirmaretur.

185. Significat W. de Salve, de Orjanicis, quod W. de Agantico, tunc existens vicarius

[1] Villevieille, Gard, c°n Sommière.
[2] *Melius fort.* dicebat.
[3] *Cod.* restituisse.
[4] Cannois, Gard, c°n Beaucaire, c°e Jonquières et Saint-Vincent.
[5] Sauve, Gard, arr. le Vigan.
[6] *Petrus Bermundi, Salviensis dominus, qui suam terram anno 1243 regi Ludovico IX cessit, receptis in recompensationem sexcentis libris annui redditus.* (Ménard, *Hist. de Nîmes*, I, *Pr.*, pp. 75-77.)
[7] Lèques, Gard, c°n Sommière.
[8] Poujols, Gard, c°n Quissac, c°e Gailhan.
[9] Gailhan, Gard, c°n Quissac.
[10] Montredon, Gard, c°n Sommière, c°e Salinelles.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Fol. 193. et officialis curiæ Sumidrii, extorsit, *etc.* — *Item significat quod dictus W. de Agantico, A
tunc existens vicarius et officialis curiæ Sumidrii, extorsit ab eodem W. de Salve et habuit
C solidos raimundensium, hac ratione quia dictus W. de Salve erat desmerius ecclesiæ de
Villa Veteri [1], et posuit tunicam suam super quadam tina in claustro dictæ villæ, et, factis ne-
gociis suis, voluit et putavit accipere dictam tunicam suam, et accepit aliam tunicam quam
invenit in eodem loco in quo posuerat tunicam suam, credens accepisse suam tunicam. . . . B

Fol. 192. 186. Significat Johannes Framellus quod Petrus Faber, condam senescallus Bellicadri
et Nemausi, fecit dirui injuste quoddam stare ipsius Johannis quod valebat VI milia solido-
rum turonensium, et in tantum dictum Johannem dampnificavit. Unde petit dictus Johannes
a dicto Petro Fabro satisfieri sibi in prædictis VI milibus solidis turonensium pro dampno
sibi dato in prædicto stari. — Item significat quod Pellegrinus, condam senescallus, *etc.* C
— Item significat quod Berengerius, vicarius condam Sumidrii, habuit et extorsit injuste
pro prædicto Petro Fabro, condam senescallo, ab ipso Johanne, XIII libras raimundensium,
Fol. 191 v°. quia dictus Johannes fuit in Camargis, tempore quo comes Tholosanus erat ibi [2]. — *Item
significat quod Petrus de Nencort, tunc senescallus Bellicadri, jussit quod arbores dicti
Johannis, quæ erant incisæ, acciperentur et ponerentur in munitionem castri de Sumidrio, D
et ita fuit factum; quæ arbores valebant C solidos raimundensium, in quibus petit sibi satis-
fieri. — Item significat quod dictus Pellegrinus, condam senescallus, fecit exire homines
de Sumidrio ad expugnandum mercatores qui erant apud Nega Romieus [3], et expugnave-
runt eos[dem mercatores] et ceperunt res eorum per vim; et postea dictus Pellegrinus [man-
davit] et præcepit quod prædictæ res restituerentur mercatoribus, et hac de causa facta fuit E
collecta in castro Sumidrii, et habuit propter hoc et extorsit Baldouinus, tunc vicarius Sumi-
drii, contra justiciam, a dicto Johanne LX solidos raimundensium, quos petit sibi restitui.
— Item significat, *etc.*

Fol. 191. 187. Significat Bernardus Druda, de Orjanicis [4], quod W. de Agantico, tunc vicarius et
officialis curiæ Sumidrii, extorsit et habuit ab ipso VI libras minus V solidis raimunden- F
sium, *etc.* — Item significat quod Enricus, tunc baiulus Calvitionis, extorsit et habuit ab
ipso Bernardo Druda, *etc.* — Item significat Bernardus Druda quod Bonafos Rebollus, de
Orjanicis, tunc officialis curiæ Sumidrii, extorsit et habuit ab ipso Bernardo et a Durando,
Fol. 190 v°. fratre suo, VII solidos viennensium, ista racione quia quædam *puella, soror eorum, acce-
perat cerasa de quadam arbore Bernardi Chairici, et ipsa cerasa acceperat mandato dicti G
Bernardi Chairici, quos VII solidos viennensium petit sibi reddi. — Item significant dicti
fratres quod dictus Bonafos Rebulli, tunc officialis curiæ Sumidrii, abstraxit et asportavit
de hospicio dictorum fratrum unam sartaginem, hac occasione quia dicebat idem Bonafos
quod quidam sororius suus accommodaverat eis quosdam funes paillarg. . . . .rum, et non
recuperaverat eos, et dicti fratres dicebant quod nunquam habuerant dictos [funes]. Et H
ideo dicti fratres petunt dictam sartaginem, vel ejus extimationem, scilicet III solidos rai-
mundensium, sibi reddi.

Fol. 190. 188. Significat W. Benedictus de Sumidrio, *etc.* — *Item significat quod Petrus Faber,
tunc senescallus, conduxit ab ipso W. [unum mulum] et unam mulam, occasione cujusdam
cavalcatæ, et nomine mercedis debuit sibi dare qualibet die III solidos raimundensium, et I
dicta animalia tenuit dictus senescallus XVI diebus, et nomine mercedis debuit sibi dare
XLVI [5] solidos raimundensium tunc currentium, quos petit solvi, eo quod adhuc restant ad
solvendum.

Fol. 205. 189. Ponit [6] Petrus Ag. .s, de Veteri Villa, quod, eo tempore quo erat senescalcus siri
Peire de Naiencorstz [7], et Gregorius vicarius Sumidrii, quod ipse habebat quendam filium J
qui erat de ætate X annorum, qui, dum esset cum ovibus suis in pabulo de Veteri Villa,
invenit quandam ollam, non ad hoc ut tangeret ipsam, sed dicebat omnibus quos inveniebat
quod ipse invenerat plenam ollam de fachuris. Sed, duobus diebus elapsis postquam fuit
factum hoc, ipse dixit ad matrem suam quod invenerat plenam ollam de fachuris. Quod
dum mater audiret, ipsa dixit sibi quod non esset reversus [8] illuc aliquo modo nec tangeret K
ollam nominatam. Ipse non credidit, sed ivit illuc, et accepit ollam, et abscondit. Et, hoc
facto, scivit curia totum factum, et accepit curia garciferum. Interrogatus garcifer si sciret
ollam, dixit quod non. Interrogata mater similiter pro sacramento si sciret aliquid de facto,
dixit quod non, sed post iterum interrogata si sciret aliquid de facto, dixit quod sic, hoc
quod garcifer dixerat quod ipse invenerat ollam plenam de fachuris, et ipsa pro[h]ibita fuit [9] L

[1] Villevieille, Gard, c°ⁿ Sommière.
[2] *Anno 1240.*
[3] *Vide supra*, § 111, 132 et 175.
[4] Aujargues, Gard, c°ⁿ Sommière.
[5] *Fort.* XLVIII.
[6] *Ista Petri petitio continetur in quadam schedula membranacea regesto annexa.*
[7] *Id est* de Nonancuria.
[8] *Melius* reverteretur. . . nec tangeret.
[9] *Intellige* prohibuerat.

A sibi quod nullo modo acciperet ollam. Dixit etiam plùs quod de hoc non erat memor. Quando fuit interrogata pro sacramento, retinuerunt ipsam, et miserunt in compedibus. Ipsa vero erat prægnans et juxta terminum pariendi, et permansit illuc per V ebdomadas; sed quia erat juxta terminum pariendi, peperit illuc, et non habuit aliquod consilium; sed venerunt canes et comederunt infantem. Et quando dicta mulier erat intus, maritus suus
B dedit fidejussorem pro ipsa, et propter hoc non deliberaverunt ipsum[1]. Dicta vero mulier interrogata, capellani dixerunt quod non haberet, et de alio cogitaret. Ipse vero maritus suus venit ante senescallum, et dixit quod audiret ipsum de jure. Ipse vero, audita sua ratione, præcepit baiulo quod deliberaret ei cito totum factum, et ipse noluit facere, imo assignabat ei diem et dies, et decostavit prædicto Petro bene illud factum, contra justi-
C ciam, L^{a} solidos viennensium[2]. Et hoc petit sibi reddi et restitui.

190. Thomas de Cruttas[3], testis, dixit se vidisse et audivisse quod Stephanus de Co- Fol. 206.
dolis præcepit sub pœna tercii W. Fullaquerio quod solveret XL solidos raimundensium R. Guillelmo. Requisitus si scit diem ad quam fuit præceptum quod solveret, dixit quod non. Item requisitus si scit quod dictus W. Fullaquerius solvisset ad diem sibi præfixam
D dictos XL solidos, dixit quod nescit. De tempore non recordatur. Et [hoc] fuit in castro Calvitionis[4]. De astantibus non recolit, sed dicit quod W. de Salvanguanicis[5] erat ibi præsens, ut credit.

191. Significat[6] Bernardus Bruguerius quod, [cum] ipse venatus esset et canis ejus acce- Fol. 207.
pisset leporem, quidam homo abstulit leporem cani suo, et cum ipse venisset ad eum,
E quæsivit ab eo quare abstulerat leporem cani suo, et ipse respondit quod ideo abstulit ne canis comederet leporem et re[d]didit ei, et ideo Stephanus de Codolis, vicarius Calvitionis, habuit ab ipso Bernardo injuste et sine judice XV solidos nemausensium, quos petit.

192. Magister Petrus de Chastra, canonicus Carnotensis, et frater Johannes de Templo, Fol. 208.
prior Vallis Scolarium, nuncii domini regis Francorum, discretis viris priori de Volobrica[7]
F et priori de Bagneolis[8], salutem. Mandamus vobis quatinus querelas quæ expositæ sunt contra Johannem de . . . . . [9].

QUERIMONIÆ BELLICADRENSIUM.

ANNO 1248.

MONITUM.

Inquisitionem Bellicadri factam Thesaurus chartarum (Archivi Parisiensis capsa J. 889) suppeditavit, infradicto codice variisque schedulis eodem numero signatis. Codicem, foliis sexaginta octo constantem, typis mandamus, charta in meridianis partibus, ut opinamur, confecta. Folia, millimetris longa trecentis et duobus, ducentis et decem larga, varii scriptores nunc a superna, nunc ab inferna parte conscribere incœperunt. Inquisitores iidem qui supra, Petrus ille de Castra, canonicus Carnotensis, et frater Johannes de Templo, ex ordine Vallis Scholarium, a Ludovico Nono in senescalciam quoque Bellicadrensem missi, quos ex ipso libro novimus anno 1248, januario et februario mensibus, in vicaria Bellicadrensi et in parte illa senescalciæ regiæ Bellicadrensis quam Rhodanus affluit, officio functos. Variæ in

[1] *Melius fort.* ipsam.
[2] *Cod.* viannencium.
[3] *Hæc Thomæ de Cruttas depositio in quadam chartacea schedula exarata est.*
[4] Calvisson, Gard, c^{on} Sommière.
[5] Savignargues, Gard, c^{on} Sauve.
[6] *Bernardi Bruguerii petitio quadam chartacea schedula continetur.*
[7] Valabrègue, Gard, c^{on} Aramon.
[8] Bagnols, Gard, arr. Uzès.
[9] *Desideratur finis hujus mandati, quod in quadam chartacea schedula scriptum est.*

regesto inquisitiones querimoniis subjunctæ sunt, utrum jure an injuria foret conquestum; adsunt et aliquæ sententiæ. Nos querimoniis, ubi fieri potuit, depositiones testium prolatasque sententias admovimus, quæ, quum plerumque desint, versa vice quibusdam in locis deficiente querela sunt repertæ.

In libellum, qui codicem sequitur, schedulæ redactæ sunt numero viginti tres, quarum aliæ chartaceæ, aliæ membranaceæ; nos illas, quas majoris esse momenti patuit, in fine regesti edidimus.

Res in senescalcia Bellicadrensi inter annos 1226 et 1247 gestas liber continet, illustrandis tam incolarum quam eorum qui regionem gubernabant moribus pretiosus. Adsunt etiam varia de Raimundo VII, Tolosano comite, anno 1240 Provinciæ arma inferente, et in nonnullis apparet Carolus Andegavensis, anno 1246 Provinciam adeptus. In primis autem notanda Bellicadrensium querimonia, quam qui leget magnam illam habebit ante oculos Galliæ meridionalis civitatem, sub regiis legibus medio sæculo XIII° viventem. Inter tempora in libro notata antiquissimus annus 1226, quo primum gallici officiales Bellicadrum devenere; sed quo præsertim tempore res unaquæque gesta sit indagare arduum; quod quidem agentibus afferent auxilium nomina senescalcorum et vicariorum quos invenimus partibus illis a regia potestate præfectos. Vicarias eo tempore putamus, eodem quo bajuliæ modo, « ad firmam » fuisse concessas, singulos quoque vicarios non nisi brevi tempore, anno ut videtur uno vel duobus, officio functos. Vicariorum igitur seriem, huic tomo præfixam, si respexeris, tempora rebus adscripturus, non annis plus uno vel duobus errabis. De quibus vero dici non possit quando evenerint, ea saltem inter annos 1226 et 1247 locum habere novimus.

Nonnulla hujus regesti fragmenta edidit Augustus Molinier in opere cui titulus *Histoire générale de Languedoc*, noviss. edit., t. VIII, col. 110-129.

QUERELÆ BELLIQUADRI. — QUERELÆ SINGULORUM.

1. Conqueritur Bernardus Gondelenus de Petro de Atiis, condam senescallo Belliquadri, A
asserens quod dictus Petrus de Atiis habuit et extorsit ab eo injuste et sine judiciaria cogni-
tione quinque milia solidorum raimundensium, imponens eidem Bernardo quod ipse Ber-
nardus forzaverat seu cognoverat per vim quamdam mulierem, et quod abstulerat a quo-
dam Judæo denarios, et quod extraxerat ensem contra quemdam christianum in strata
publica regis. Super quibus omnibus fuit facta inquisitio contra ipsum Bernardum, et, facta B
inquisitione, dictus Bernardus postulavit frequenter a dicto Petro de Atiis quod secundum
prædictam inquisitionem faceret eum super prædictis a suo judice judicari; quod facere
noluit, immo, omni ordine judiciario et omni cognitione judicis prætermissis, in quinqua-
ginta marchis argenti eum condempnavit, præsentibus Petro Amblardo et Petro Rabastenco,
judicibus suis. Qui Petrus Amblardus dixit, excusando se et dictum Petrum Rabastencum, C
coram ipso Petro de Atiis, statim facta prædicta condempnatione, quod dictus Petrus de
Atiis non fecerat prædictam condempnationem de jure nec secundum jus, nec de eorum con-
silio, set de suo proprio arbitrio. Pro qua condempnatione habuit et extorsit ab eo quinque
milia solidorum raimundensium, ut prædictum est. Verumtamen de prædictis quinque mi-
libus solidorum reddidit ei postea duo milia solidorum. Unde supplicat vobis quod vos D

A faciatis sibi restitui a dicto Petro de Atiis tria milia solidorum raimundensium, quæ retinuit de prædicta condempnatione. — Juravit prædictus Bernardus, et post sacramentum dixit et asseruit omnia suprascripta esse vera.

2. Significant[1] conquerendo reverendæ discretioni vestræ Adam, filius condam Petri Corderii, et Petrus Poncius, salnerius, et Raimunda, uxor condam Guillermi Lombardi, tutrix B liberorum suorum, heredum Rostagni Lombardi, et Guillermus Dadavus, frater condam Raimundi Poncii, quod, cum ipsi Adam et Petrus Poncius et Rostagnus Lombardus et Raimundus Poncius, tempore illo quo Petrus de Atiis erat senescallus, de mandato Radulfi de Salenchino, tunc vicarii Belliquadri, facerent scurgacham[2] quadam nocte, et intrassent domum cujusdam burgensis, qui vocabatur Guillermus Trichaudus, ubi vendebatur vinum, C in qua domo erat quidam qui vocabatur Bertrandus de Ultra mare, qui erat de hoc castro Belliquadri, venerunt in dicta domo Bermundetus et Guillermus Faber, nuncii curiæ Belliquadri tunc, et dixerunt dicto Bertrando quod veniret coram prædicto vicario. Qui respondit quod non iret tunc, quia magna nox erat, set in crastinum veniret coram eo cum amicis suis et faceret voluntatem ipsius vicarii. Et tunc dictus Adam dixit : « Immo ibitis modo, D « quia non est miles in castro, si vicarius eum vocaret, qui coram ipso non veniret. » Quod cum audivissent prædicti nuncii, præceperunt dicto Adam et aliis supradictis, in virtute sacramenti ab ipso Adam et ab aliis supradictis domino regi præstiti, quod a dicta domo recederent. Et incontinenti dictus Adam et alii supradicti recesserunt a dicta[3] domo. Post hæc, prædicti nuncii habuerunt rixam cum dicto Bertrando, ita quod unus ex prædictis nunciis E fuit vulneratus, ut ipsi audiverunt dici in crastinum, cum dictus vicarius et judex, scilicet Petrus Rabastencus, eos citassent et ab eis fidejussores exegissent et veritatem super prædictis ab eis inquisivissent. Postea prædicti vicarius et judex præceperunt eis ex parte senescalli, sub pœna corporis sui et rerum suarum, ut irent apud Sumidrium[4] pro ostagiis tenendis. Qui, audito tam duro præcepto, iverunt illuc tenere ostagia. Et cum in prædictis F ostagiis tenerentur apud Sumidrium, cum ipsi frequenter ab eo judiciariam cognitionem super prædictis postulassent, propria voluntate sine cognitione judicis eos condempnavit, scilicet dictum Adam in centum quinquaginta libris turonensium, et dictum Petrum Poncium in centum libris turonensium, et dictum Rostagnum Lombardum in quinquaginta libris turonensium, et dictum Raimundum Poncium in quinquaginta libris turonensium. Pro G qua summa condempnationis[5] exegit et habuit a dicto Adam sex milia solidorum raimundensium, de quibus ad instanciam amicorum restituit ei postea sexaginta libras raimundensium; et a dicto Petro exegit et habuit quatuor milia solidorum raimundensium, et a dicto Rostagno Lombardo duo milia solidorum raimundensium, et a dicto Raimundo Poncio quadraginta libras raimundensium. Unde supplicant vobis prædicti Adam et Petrus Poncius et H dicta tutrix et dictus Guillermus Dadavus quod prædictas summas quas habuit dictus Petrus de Atiis, ut prædictum est, eis ab eodem Petro de Atiis restitui faciatis, scilicet dicto Adam quatuor milia et octingentos solidos ramundensium, *etc.* — Juraverunt suprascripti et post sacramentum dixerunt et asseruerunt[6]. . . . .

3. Significat reverendæ discretioni vestræ Guillermus Trichaudus quod, illa nocte qua Fol. 1 v°.
I Adam et Petrus Poncius, salnerius, et Rostagnus Lombardus et Raimundus Poncius venerunt ad domum suam, ipse dormiebat in lecto suo, et excitatus ad tumultum surrexit et descendit a solario ubi jacebat usque ad capud scalerii, et vidit ibi Adam et alios supradictos et nuncios curiæ qui contendebant cum Bertrando de Ultra mare, et tunc prædicti nuncii curiæ præceperunt dicto Adam et aliis supradictis quod recederent et dimitterent eos cum J dicto Bertrando, et dictus Adam et alii supradicti recesserunt. Et ipse Guillermus ascendit solarium unde descenderat et intravit lectum, et cum stetisset aliquantulum, audivit tumultum magnum et clamare ad arma, et incontinenti surrexit a lecto et descendit inferius ubi vinum vendebatur. Et invenit Guillermum Fabrum, unum de prædictis nunciis, prostratum in terra et atrociter vulneratum, et statim dictus Guillermus Trichaudus, videns eum K ita vulneratum, ivit pro capellano qui eum communicaret et ejus confessionem audiret. Post hæc, post triduum, Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, et Petrus Rabastencus, tunc judex, citaverunt dictum Guillermum et exegerunt ab eo fidejussores et præceperunt ei ex parte senescalli, sub pœna corporis et rerum, quod iret apud Sumidrium pro tenendis ostagiis. Et ipse, audito tam duro præcepto, ivit illuc, et dum teneretur ibi in L ostagiis, Petrus de Atiis, tunc senescallus, sine cognicione judicis, quam ab eo frequenter postulaverat, in quinquaginta libris turonensium eum condempnavit. Pro quibus quinqua-

[1] *Caput in cod. cancellatum.*
[2] *Idem forte ac* excubiæ (veille, ronde, patrouille).
[3] *Cod.* dicto.
[4] Sommière, Gard, arr. Nîmes.
[5] *Cod.* condepnationis.
[6] *Non plus in cod. notatum est.*

ginta libris turonensium habuit ab eo centum libras ramundensium et exegit; et dictus Radulfus, tunc vicarius, habuit et extorsit ab eo quadraginta et quinque solidos raimundensium, quia prorogavit ei solutionem dictarum centum librarum per octo dies. De quibus omnibus dictus Guillermus est paratus facere fidem ad cognitionem vestram. Unde supplicat vobis dictus Guillermus ut dictas centum libras raimundensium a dicto Petro de Atiis et dictos XLV solidos ramundensium a dicto Radulfo de Salenchino sibi restitui faciatis. — Juravit dictus Guillermus, et post sacramentum dixit et asseruit per sacramentum dictus Guillermus omnia et singula suprascripta esse vera. A B

4. Bertrandus Laugerius, pastor, significat vestræ reverendæ discretioni quod, tempore quo Elisiarius de Biterri erat baiulus de Adavo[1], et ipse Bertrandus stabat cum Raimundo Petro pro pastore, dictus Elisiarius fecit capi a suis banneriis tres capras dicti Raimundi Petri de grege quem ipse custodiebat, occasione quinque solidorum raimundensium quos ab eo petebat pro banno. Et postea fecit ab eo aufferri unam capam brunam, et fecerat antea ab eo aufferri pro eodem banno unam sonallam et unum capellum. Et ipse nolebat solvere bannum, scilicet dictos quinque solidos, quia quidam qui custodiebat dictas oves, quando bannerii ceperunt dictam sonallam et capellum, dicebat ipsi Bertrando quod non commiserat[2] dictum bannum. Et quamvis ipse Bertrandus multociens rogasset dictum Elisiarium quod redderet dictas capras et alia pignora, nunquam voluit ea sibi reddere, immo vendidit duas de prædictis capris. Item conde[m]pnavit eum in viginti octo solidis raimundensium sine judicis cognitione, propria voluntate, ex eo quia, cum ipse Bertrandus quadam die iret apud Rodanum adaquare, obviavit cuidam puero flenti, et postea obviavit eidem Bertrando Raimundus de Biterri, frater dicti Elisiarii, et quæsivit ab ipso Bertrando quare percusserat dictum puerum qui flebat, et ipse Bertrandus dixit ei quod non percusserat eum; et dictus Raimundus dixit ei quod sequeretur eum apud Adavum et daret ei fidejussorem, et ob hoc dictus Elisiarius, ad insinuationem dicti Raimundi, fratris sui, petiit ab eo sexaginta solidos raimundensium et ad ultimum triginta solidos. Et cum dictus Bertrandus nollet sibi solvere dictos triginta solidos, et peteret ab eo cognitionem judicis, ipse Elisiarius feci[t] capi totas oves ipsius Bertrandi et eas ei reddere noluit, donec solvit ei viginti et octo solidos raimundensium, et retinuit de prædictis ovibus duos agnos. Unde supplicat vobis quod prædictas duas capras, cum fructu et fœtu qui ex eis provenit vel potuit provenire, a tempore illo citra, et sunt postea septem anni elapsi, et dictam capam et sonallam et capellum et dictos viginti et octo solidos et dictos agnos cum earum fructu et fœtu eidem Bertrando a dicto Elisiario restitui faciatis, dicens quod ipse emendavit dicto Raimundo Petro duas de prædictis tribus capris. C D E F G

5. Significat vestræ reverendæ discretioni Jachobus Veirerius quod, eo tempore quo Gilius Bertrandus erat vicarius Belliquadri, cum quidam mercator de Monte Pessulano conquereretur de ipso Jachobo coram ipso Gilio, et super ea querimonia ipse Jachobus et dictus mercator de mandato dicti vicarii compromisissent in Stephanum Furnerium, et ipse Jachobus, quia dictus Stephanus non erat tunc in hoc castro, ivisset ad villam Beatæ Mariæ de Mari[3] pro suis negociis, dictus Gilius, cum dictus mercator iterum conquestus fuisset de ipso Jachobo, fecit clavari domum suam, et condempnavit eum in quinquaginta solidis raimundensium, sine judicis cognitione, propria voluntate, et prædictos quinquaginta solidos ab eo habuit et extorsit. Quos quinquaginta solidos raimundensium supplicando a vobis petit quod vos faciatis sibi restitui ab heredibus dicti Gilii. — Item significat vobis quod, eodem tempore, [cum] ipse Jachobus haberet unum navigium cum blado in portu hujus castri[4], et averasset per suum sacramentum Laurino, qui erat tunc pedagerius, dictum bladum esse suum, sicut ceteri burgenses Belliquadri consueverunt averare suas merces, et postea dictus Jachobus vi duxisset dictum navigium usque ad turrim de Cadeneto[5], prædictus Gilius Bertrandus conde[m]pnavit ipsum Jachobum in quatuor libris ramundensium, quas ab eo habuit et extorsit sine judicis cognitione, quam ab eo frequenter postulavit. Unde supplicat vobis quod vos ab heredibus dicti Gilii dictas quatuor libras ramundensium sibi restitui faciatis. — Item significat vobis quod Radulfus de Sancto Quintino, tunc vicarius Belliquadri, habuit ab eo et ab uxore sua triginta solidos et quinque denarios raimundensium injuste in hunc modum, scilicet quod, cum quadam nocte quædam mulier, quam tenebat pro baila, abstraxisset de caissa uxoris dicti Jachobi triginta solidos et quinque denarios ramundensium, prædicta uxore dicti Jachobi dormiente, et eos teneret in manibus, dicta uxor sua excitata vidit tenere dictos denarios dictæ mulieri, et statim dixit ipsi mulieri quod illi denarii erant H I Fol. 2. J K L

[1] Notre-Dame-d'Adau, *prope Beaucaire versus meridiem.* (Eyssette, Histoire de Beaucaire, II, 297. Paris, 1867, in-8°.)

[2] *Cod.* comiserat.

[3] Saintes-Maries-de-la-Mer, Bouches-du-Rhône, arr. Arles.

[4] *Id est Bellicadri, ad Rhodanum siti.*

[5] Cadenet, Gard, c^on Bagnols, c^ne Chusclan.

A sui, et dicta mulier dixit quod non erant, immo erant sui, quia fuerant ei soluti. Et dicta uxor sua accepit dictos denarios, et postea ivit ad prædictum Radulfum, tunc vicarium, et significavit ei, et dictus Radulfus dixit et præcepit ei quod afferret sibi dictos denarios, et inquireret veritatem super prædictis. Et attulit eos sibi, et ipse accepit eos et retinuit; et postea noluit eos ei reddere, licet dictus Jachobus multociens petiverit ab ipso Radulfo quod eos
B sibi redderet, vel quod super hoc faceret sibi cognitionem judicis, quod nunquam facere voluit. Et postea prædicta mulier furata fuit unum mantellum mauranne post infra duos dies, et fugiit ab hoc castro. — Item significat vobis quod, tempore quo Radulfus de Salenchino erat vicarius Belliquadri, dictus Radulfus fecit extrahi et capi a suis nunciis de domo dicti Jachobi tres culcitras plumæ, et cum ipse quæreret ab ipso Radulfo quare fecerat capi dicta
C pignora, dixit ei quia ipse Jachobus fecerat invasionem in quodam muro, qui erat inter stare dicti Jachobi et stare Indiæ, et dictus Jachobus dixit quod non fecerat dictam invasionem, et erat paratus facere jus cuicunque inde conquerenti. Et ipsi dixit quod ipse conquerebatur, et dictus Jachobus dixit quod ipse staret cognitioni judicis et quod redderet sibi pignora prædicta, quod facere noluit. Et cum quadam die dictus Jachobus postularet instanter a
D dicto Radulfo quod super hiis faceret cognitionem judicis, dictus Radulfus jussit eum capi. Tandem dicta pignora tamdiu tenuit et ea sibi reddere noluit, donec habuit et extorsit ab eo triginta solidos ramundensium sine judicis cognitione, quos triginta solidos petit supplicando vobis sibi restitui a dicto Radulfo. — Item significat vobis quod, tempore illo quo dominus Peregrinus erat senescallus, cum ipse Jachobus emisset in Portu Sancti Saturnini[1]
E fustam, et adduceret per Rodanum, et jurasset apud Rocam Mauram[2], ubi homines Belliquadri et res ipsorum sunt immunes a pedagio, dictam fustam esse suam, et vellet transire[3] libere cum dicta fusta, pedagerii Rupis Mauræ non permiserunt eum transire. Et cum ipse Jachobus significasset hoc domino Peregrino, qui erat tunc ibi, dictus dominus Peregrinus præcepit ei quod solveret pro pedagio dictæ fustæ quadraginta solidos raimundensium, et
F solvit eos prædictis pedageriis[4], cum deberet esse immunis, qui aliter non permiserunt eum transire. Unde vobis supplicat quod dictos quadraginta solidos raimundensium ab heredibus dicti Peregrini sibi restitui faciatis. — Item significat vobis quod, tempore illo quo Rostagnus Scriptor erat vicarius Belliquadri, ipse Jachobus habebat partem in quodam molendino, et fuit dicto Rostagno facta querimonia de molnerio dicti molendini quod fuerat fu-
G ratus bladum in dicto molendino, et condempnavit dictum molnerium, et ipsum Jachobum conde[m]pnavit quia habebat partem in dicto molendino, sine cognitione judicis, in quadraginta solidis ramundensium. Unde supplicat a vobis quod dictos quadraginta solidos ab heredibus dicti Rostagni sibi restitui faciatis. — Juravit dictus Jachobus in querimonia contra Radulfum de Sancto Quintino, et dixit quod dictos triginta solidos et quinque denarios dic-
H tus Radulfus accepit de manu uxoris suæ et posuit in bursa sua. — Guillelmus Radulfus, testis juratus, dixit quod Gilius Bertrandus, tempore quo erat vicarius Belliquadri, fecit eum vocari et dixit ei quod componeret inter ipsum Gilium et Jachobum Veirerium, a quo ipse petebat quatuor libras ramundensium, et ipse testis dixit quod libenter, et quæsivit ab eo pro quanto faceret ei finem, et dixit quod daret ei dictas quatuor libras, et ipse testis dixit quod
I nimis esset, et postea dixit quod daret sexaginta solidos. Tandem, post multas preces, composuit inter ipsos, ita quod dictus Jachobus debuit ei dare quinquaginta solidos ramundensium. Requisitus ex qua causa petebat, dixit quod nunc nescit. Requisitus si vidit solvi peccuniam, dixit quod non. Fol 19 v°.

6. Significat reverendæ discretioni vestræ Poncius Caremantrans quod, tempore illo quo Fol. 2.
J Radulfus de Salenchino erat vicarius Belliquadri, cum ipse Poncius mercatus fuisset unam saumatam lignorum, venit Salvatus judæus, et dixit quod ipse mercatus fuerat antea dictam saumatam, et cepit bestiam quæ portabat dictam saumatam per Capcianam, volens eam secum ducere, et dictus Poncius prohibendo inpixit[5] eum aliquantulum retro cum brachio, et nichilominus dictus judæus dimisit dictam saumatam, immo habuit eam. Et postea dictus
K judæus significavit hoc prædicto vicario, et dictus vicarius fecit eum citari et fecit eum jurare quod staret mandato curiæ, et postea peciit ab eo sexaginta solidos raimundensium. Et cum dictus Poncius nollet eos solvere[6], dictus Radulfus jussit mitti in carcerem. Tandem, post multam precum instanciam circumstancium et magistri Radulfi phisici, qui erat cum ipso, flexus, voluit habere ab eo et habuit et extorsit viginti solidos raimundensium. Unde
L supplicat vobis quod dictos viginti solidos raimundensium a dicto Radulfo de Salenchino sibi restitui faciatis.

[1] *Hodie* le Pont-Saint-Esprit, Gard, arr. Uzès.
[2] Roquemaure, Gard, arr. Uzès.
[3] *Cod.* transsiret.
[4] *Cod.* pedageris.
[5] *Pro* impegit. *Vide infra*, § 10.
[6] *Cod.* solveret.

Fol. 2 v°. 7. Significat reverendæ discretioni vestræ Petrus Elias quod Radulfus de Salenchino, condam vicarius Belliquadri, injuste et sine judicio extorsit ab eo quinquaginta solidos raimundensium, inponens ei quod ipse Petrus interfuit rixæ quæ fuit inter Raimundum filium condam Raimundi Baralli et Bonnum Daude. Unde supplicat, *etc.* A

8. Significat reverendæ discretioni vestræ Raimu[n]da Sartorella quod, cum controversia esset inter ipsam et Bernardum Mitadatum super stari ipsius Bernardi Mitadati, quod petebat dicta Raimunda a dicto Bernardo, eo quod dictus Bernardus cessaverat per triennium in solutione census seu canonis quem prædictus Bernardus tenebatur præstare ipsi Raimundæ præ dicto stari, et compromisissent in amicos super prædicta controversia seu in amicabiles compositores, Petrus de Atiis, tunc senescallus Belliquadri, prohibuit prædictis amicis sub pœna capitis ne super prædicta controversia procederent, dicens dominationem et censum dicti staris ad dominum regem pertinere, imponens quod Bartholomæus Padella, maritus condam dictæ Raimundæ, fuit hæreticus, et ea occasione applicavit sibi nomine domini regis dominationem et censum dicti staris. Et ex tempore illo citra successores dicti Petri de Atiis, scilicet senescalli qui post ipsum venerunt, acceperunt et tenuerunt dominationem et censum dicti staris. Unde petit, *etc.* B C D

9. Significat [1] reverendæ discretioni vestræ Guillermus, de Ucecia, quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, compulit ipsum Guillermum ad solvendum ipsi Radulfo nomine senescalli mille et octingentos solidos ramundensium, quos ipse Guillermus debebat Petro Hugoni, de Arelate, pro precio ovium quas emerat ab ipso Petro Hugone, et cum prædictus Petrus Hugo retinuerit et adhuc retineat pro prædicto debito equas ipsius Guillermi et habeat instrumentum prædicti debiti, et nec ipse vel sui fidejussores ausi sint ob hoc venire apud Arelatem, supplicat vobis dictus Guillermus quod super prædictis faciatis sibi justiciam exhiberi. E

10. Significat Raimundus Alamannus vestræ reverendæ discretioni quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab eo injuste sex libras raimundensium, imponens ei quod ipse habebat et tenebat quartonum non legale, cum quo vendebatur vinum, et cum dictus Raimundus postularet frequenter a dicto Radulfo quod faceret mensurari dictum quartonum, dictus Radulfus noluit facere. — Item significat vobis quod dictus Radulfus habuit et extorsit a Petro, filio ejus, quadraginta solidos ramundensium, ex eo quod ipse Petrus impixit uxorem ipsius Raimundi, non audita nec recepta querimonia dictæ uxoris condam dicti Raimundi nec denunciatione vel alterius. Unde supplicat, *etc.* F G

Fol. 3. 11. Significat vestræ reverendæ discretioni Ebrardus Cinas, quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, habuit injuste et extorsit a dicto Ebrardo centum solidos raimundensium, ea occasione quia, cum Ramundetus et Guillermus Poncius, nuncii curiæ, pignorarent Poncium Costa, burgensem Belliquadri, quia ibat post pulsationem ca[m]panæ, et ipse Ebrardus diceret quod male faciebant [2] quia probus homo erat, et ipsi dicerent ei quod idem facerent de eo si eum ita invenirent, ipse Ebrardus dixit eis quod melius creparent [3] sibi ipsis oculos quam facerent, nisi essent nuncii curiæ. Unde supplicat, *etc.* — Item significant vobis dictus Ebrardus et Petrus Bermundus, frater ejus, quod, cum Michael de Chatres, vicarius Belliquadri, præcepisset ipsis quod solverent dominæ Guiraudæ, uxori Guillermi Hugonis Bargangne, quandam summam peccuniæ quam ei debebant ad diem quam eis præfixit, et quod ipsa redderet eis instrumenta quæ habebat de prædicto debito, et ipsi ad diem statutam venirent ad domum ipsius Guiraudæ et solvissent ei totam dictam summam exceptis octo libris ramundensium quas parati erant ei solvere, si ipsa instrumenta redderet ipsis prædicti debiti, et ipsa non redderet eis dicta instrumenta, ipse Petrus Bermundus et frater suus venerunt coram prædicto vicario et dixerunt quod ipsi parati erant solvere dictæ Guiraudæ debitum quod ei debebant, si ipsa redderet eis instrumenta. Et dictus vicarius præcepit eis quod dictas octo libras raimundensium deponerent penes Petrum de Cinas, et ipsi ex præcepto dicti vicarii deposuerunt dictas octo libras ramundensium penes dictum Petrum de Cinas, et ipse Petrus de Cinas se inde tenuit pro paccato. Et postea prædicta domina Guirauda conquesta fuit iterum dicto vicario et fecit sibi reireclam de dictis octo libris, et dictus vicarius fecit eos citari et peciit ab eis terciam partem dictarum octo librarum. Et cum ipsi excusarent se et dicerent ei qualiter mandato ipsius deposuerant dictas octo libras penes Petrum de Cinas, noluit eos audire, et dixit quod nunquam mandato ipsius deposuerunt dictam peccuniam, et voluit ab eis habere et habuit quinquaginta et tres solidos, et quatuor denarios raimundenses pro tercio. Unde supplicant vobis dicti fratres quod eos a dicto Michaele sibi restitui faciatis. H I J K L

12. Significat vestræ reverendæ discretioni Rostagnus Laurencius quod, tempore quo

[1] *Hæc querela in cod. cancellata est.* — [2] *Cod.* faciebat. — [3] *Melius fort.* creparet.

A Radulfus de Salenchi[n]o erat vicarius Belliquadri, ipse fecit præconizari quod nemo ex-
traheret bladum de castro Belliquadri, et postea ipse relaxabat secrete volentibus extrahere
quod extraherent, ita quod pro singulis centum sestariis dabant ei decem solidos ramun-
densium. Dictus vero Rostagnus, cum vellet extrahere, venit ad ipsum Radulfum, et, facta
conventione cum ipso, concessit ei quod pro triginta solidis raimundensium posset ex-
B trahere de hoc castro decem et octo viginti sestaria bladi vel quadringenta sestaria, et dic-
tus Rostagnus solvit dictos triginta solidos Guillermo Poncio, nuncio curiæ, mandato dicti
Radulfi. Et postea, cum dictus Rostagnus misisset bladum in suo navigio et vellet recedere
cum blado, dictus Radulfus prohibuit ei ne recederet, imponens ei quod plus honeraverat
de blado in navigio quam ipse concesserat ei. Et cum dictus Rostagnus assereret se non ho-
C nerasse nec misisse in dicto navigio nisi quantum ei concesserat, concedendo eidem quod
ipse faceret mensurari dictum bladum, et si plus ibi inveniret quam sibi concesserat, quod
totum bladum acciperet et totus dictus bladus esset sibi commissus, dictus Radulfus noluit
facere, et detinuit eum ita tam diu, nolens sibi dimittere dictum bladum, immo volebat totum
dictum bladum accipere, donec dictus Rostagnus ita coactus[1] dedit eidem Radulfo et solvit
D octo libras raimundensium. Unde supplicat, *etc.* — Item significat vobis quod, cum quædam[2]
eimina fuisset sibi subrepta, et quadam die quidam arloz sive ribaudus deffer[r]et dictam
eiminam, et dictus Rostagnus accepisset a dicto ribaudo dictam eiminam, et ipsam eiminam
attulisset Guillermo Poncio, nuncio tunc curiæ, ut inquireret unde dictus ribaudus eam
habuerat, dictus Radulfus, imponens ei quod invasionem fecerat, quia eam auctoritate pro-
E pria acceperat, condempnavit eum in triginta solidis raimundensium, et dictos triginta
solidos ab eo ob dictam causam habuit et extorsit. Unde supplicat, *etc.*

13. Significat reverendæ discretioni vestræ Durantus Carpenellus quod, tempore quo Fol. 3 v°.
Radulfus de Salenchino erat vicarius Belliquadri, cum quadam die nuncii curiæ, scilicet
Guillermus Poncius et Stephanus et Aimericus, contenderent cum duobus hominibus de
F Marsilia, et vellent capere unum ex illis, et illi se deffenderent, et dicti nuncii clamarent
ad arma, prædictus Aimericus venit ad domum[3] dicti Duranti, qui, audito clamore, exiverat
ad portam suam, et quæsivit ab eo si haberet arma quæ traderet sibi, et ipse dixit quod non
nisi unam securim, cum qua ipse exiret. Et post venit prædictus vicarius et insecutus fuit
illos Marsilienses, et ipse Durantus et multi alii secuti fuerunt eundem vicarium et ceperunt
G illos et adduxerunt in hoc castro. Et postea dictus vicarius fecit citari ipsum Durantum et
fecit eum jurare, et, præstito juramento, peciit ab eo quadraginta solidos ramundensium,
dicens quod ipse interfuerat rixæ et poterat illos retinuisse cum prædictis nunciis, et cum
dictus Durant nollet sibi dare dictos quadraginta solidos, petens ab eo cognitionem judicis,
misit eum in hostagiis et inde non permisit eum exire, donec habuit et exegit ab eo viginti
H solidos ramundensium. Unde petit, *etc.*

14. Significat discretioni vestræ Raimunda, uxor condam Guillermi Lombardi, tutrix
liberorum suorum, heredum Rostagni Lombardi, quod Radulfus de Salenchino, existens
vicarius in castro Belliquadri, tunc temporis quando Petrus de Atiis erat senescallus, habuit
et exegit a dicto Rostagno Lombardo centum solidos raimundensium, ex eo quia dictus Ra-
I dulfus prorogavit per octo dies tantum solutionem centum librarum ramundensium, in
quibus dictus Petrus de Atiis conde[m]pnaverat dictum Rostagnum Lombardum, sicut supra
in secunda denunciacione[4], quam fecerunt Adam et Petrus Poncius et Guillermus Dadavus
et ipsamet tutrix, continetur. Unde supplicat, *etc.*

15. Significat reverendæ discretioni vestræ Johannes de Sancto Gervasio, clericus, quod,
J cum ipse et Guillermus de Sancto Gervasio, frater suus, habeant quandam terram quæ est in
tenemento de Furcis[5], quæ terra est sub dominio domini regis, et in ea accipit dominus rex
quartonum et duos solidos et octo denarios raimundenses, qui debent solvi annuatim in
festo sancti Michaelis, Stephanus de Basteria, pro castellano de Furcis et ejus vices gerens,
accepit singulis annis, ex quo fuit ibi, dictum censum in messibus, retinendo de blado dictæ
K terræ tantum quod valeret dictum censum, et in anno præcedenti, scilicet in messibus
proxime præteritis fuit unus annus, dictus Stephanus fecit deffer[r]i totum bladum dictæ terræ
in castro Furcarum ab illis qui colebant dictam terram nomine dicti Johannis et fratris sui,
et in dicto castro accepit quartonum, et postea illi retulerunt dictum bladum. Præterea
dictus Stephanus auctoritate sua propria occupavit quandam partem dictæ terræ et eam se-
L minavit. Unde supplicat vobis quod vos prohibeatis et prohiberi faciatis dicto Stephano, et
castellanis dicti castri, quod de cetero non accipiat dictum censum in messibus, set in festo
sancti Michaelis, sicut debet solvi, et quod faciatis eis restitui, *etc.*

[1] *Cod.* cohactus. — [2] *Cod.* quadam. — [3] *Cod.* donum. — [4] *Vide supra*, p. 445. — [5] Fourques, Gard, c°n Beaucaire.

IMPRIMERIE NATIONALE.

16. Significant vestræ reverendæ discretioni Guillermus Gueilla et Petrus Grassus A
quod, cum ipsi emissent a Raimundo de Ventairono, de Arelate, capras precio nongentorum solidorum ramundensium, et ipsum precium deberent et tenerentur ei solvere ad certum tempus, Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, præveniens diem solutionis, interdixit eis ne solverent dicto Raimundo Ventairono dictos nongentos solidos,
et præcepit eis sub pœna tercii quod infra diem quam eis tunc præfixit, quæ fuit scripta in B
cartulario curiæ, traderent ei dictos nongentos solidos et apportarent. Post hæc, ipsi Guillermus et Petrus iverunt ad senescallum et supplicaverunt ei ut mandaret dicto Radulfo ne eos compelleret ad solvendum dictos nongentos solidos, et dictus senescallus mandavit dicto Radulfo ne eos compelleret ad solvendum dictos nongentos solidos. Dictus vero
Radulfus nichilominus compulit eos ad solvendum prædictos nongentos solidos, et quia dies C
solutionis quam eis præfixerat interim supervenerat, nec solverant[1] ei dictos nongentos solidos, habuit et exegit ab eis nomine pœnæ sexaginta solidos ramundensium. Unde supplicant vobis, *etc.*

Fol. 4. 17. Significat reverendæ discretioni vestræ Gilia, filia condam Isnardi Armanni, quod,
tempore illo quo Poncius de Luzano[2] erat judex Belliquadri, ipse Poncius de Luzano D
induxit Guillermum de Furchis, tutorem tunc Giliæ prædictæ, ad vendendum quemdam ortum ipsius Giliæ eidem Poncio de Luzano, et dictum ortum cum quodam planterio, adhærenti tunc dicto orto ejusdem Giliæ, habuit dictus Poncius de Luzano ex causa emptionis a dicto tutore precio triginta librarum ramundensium, qui ortus cum planterio, quod
non est vinea, valet quadraginta libras viennensium. Quem ortum cum dicta vinea liberi et E
heredes Poncii de Luzano detinent injuste, cum dictus tutor non ob utilitatem dictæ Giliæ dictum ortum cum dicto planterio seu vinea vendiderit. Unde, cum dictus Poncius de Luzano, tempore officii judicariæ, de jure ortum prædictum et vineam emere non potuerit, et dictus tutor ob utilitatem ipsius Giliæ non vendiderit dictum ortum cum planterio seu vinea, petit
supplicando a vobis quod prædictum ortum et vineam a liberis condam et heredibus dicti F
Poncii de Luzano sibi restitui faciatis.

18. Significat reverendæ discretioni vestræ Poncia, filia condam Guillermi de Calvicione[3] et heres ejusdem, quod dominus Peregrinus, condam senescallus Belliquadri, habuit pro triginta libris ramundensium, in quibus conde[m]pnaverat dictum Guillermum de Calvicione
pro quadam meretrice quam ipse et quidam alii ejecerunt de via publica, et habuerunt rem G
cum ea, quoddam operatorium ipsius Guillermi, quod valebat tempore illo quater viginti libras raimundensium, et nunc valet bene centum et quinquaginta libras ramundensium. Quod operatorium tenuerunt tam dictus Peregrinus quam alii senescalli post ipsum nomine domini regis, et locaverunt bene per quatuordecim annos et plus, et habuerunt pro loquerio
ipsius operatorii sexaginta libras raimundensium et plus. Et confrontat dictum operatorium H
ab oriente cum tabulis[4] domini regis, a circio cum operatorio liberorum condam Gilii Bertrandi, ab occidente cum operatorio liberorum condam Rainaldi Bordici, a vento cum carreria Draperariæ. Unde supplicat, *etc.*

19. Significat reverendæ discretioni vestræ Poncius Cornator quod, tempore quo Radul-
fus de Selenchino erat vicarius hujus castri Belliquadri, cum ipse satisfecisset de decima I
cujusdam vineæ suæ, et fratres sui, decimariis, præsente illo qui erat districtor dictæ decimæ pro domino rege, et postea ipsi vellent plus inde accipere, et ipse eis prohiberet, et ideo ille districtor vellet eum adducere in hoc castro et ipse non permitteret nec sineret se adduci, Radulfus de Salenchino prædictus ipsum Poncium condempnavit[5] sine judicis
cognitione in viginti solidis ramundensium, et dictos viginti solidos ramundensium ab eo J
extorsit et exegit. Unde supplicat, *etc.*

20. Significat reverendæ discretioni vestræ Petrus Pariciclus Voqueta[6] quod Petrus de Atiis, senescallus Belliquadri, condempnavit ipsum Petrum Pariciclum in quinquaginta solidis turonensium, imponens ipsi Petro Pariciclo quod ipse, contra præconizationem
curiæ et prohibitionem, extraxerat de castro Belliquadri farinam, quod nec fuit probatum K
nec fuit verum. Pro quibus quinquaginta solidis turonensium Radulfus de Sancto Quintino, tunc vicarius Belliquadri, habuit et exegit ab ipso Petro Pariciclo, nomine dicti senescalli, centum solidos ramundensium. — Item significat vobis quod prædictus senescallus condempnavit ipsum Petrum postea in viginti libris turonensium, imponens ei quod ipse
Petrus Pariciclus interfuerat naufragio cujusdam navigii quod periit ad Capam domini L
Hugonis de Baucio, cum mercibus quorumdam mercatorum, cui naufragio ipse nunquam

[1] *Cod.* solverent.
[2] Lussan, Gard, arr. Uzès.
[3] Calvisson, Gard, c[on] Sommière.
[4] *Cod.* tabul. *adjecta compendii nota.*
[5] *Cod.* condepnavit *hic et infra.*
[6] *Idem infra* Vaqueta *cognominatur.*

A interfuit, nec de rebus ipsius naufragii aliquid habuit, nec fuit probatum nec probari posset et dictam conde[m]pnationem fecit sine judicis cognitione. Pro quibus viginti libris turonensium Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, habuit et extorsit nomine prædicti senescalli quadraginta libras ramundensium. Super quibus omnibus petit et supplicat a vobis sibi justiciam exhiberi. — Juravit idem Petrus et post sacramentum dixit omnia
B supradicta esse vera.

Bermundus Isnardus, testis juratus, dixit quod ipse testis cepit, mandato Radulfi de Salenchino, tunc vicarii Belliquadri, et extraxit de domo Jachobi Alfanti quoddam mantellum micadatum cum serico et quandam gannachiam cum para cirogrillorum rubeam uxoris Petri Paricicli Vaqueta. Et postea vidit quod dictus Petrus Pariciclus solvit pro dictis pigno-
C ribus centum solidos ramundensium dicto Radulfo de Salenchino ad tabulam Benedicti Enguilberti. Requisitus ex qua causa solvit dictos centum solidos, dixit quod audivit a dicto Radulfo quod propter farinam quam dictus vicarius dicebat dictum Petrum extraxisse de hoc castro. Requisitus de tempore, dixit quod non recolit, set sunt bene septem anni, ut sibi videtur. De præsentibus requisitus dixit quod dictus Benedictus Enguilbertus erat
D præsens, et ipse testis, et dictus Radulfus. Requisitus si dictus Petrus extraxerat farinam de Belloquadro sicut ei imponebatur, dixit quod nescit. Fol. 16 v°.

Poncius Guillermus Aldoardus, testis juratus, dicit quod ipse ivit quadam vice, tempore quo Petrus de Athiis erat senescallus Belliquadri, ad domum quam nunc tenet Guillermus Raimbaldus, in qua tunc hospitabatur dictus senescallus, et invenit ibi Petrum Pariciclum et
E quæsivit ab eo quid faciebat ibi, et ipse dixit quod senescallus detinebat eum ibi et volebat facere mitti in ferres, et ipse quæsivit ab eo quare, et dictus Petrus dixit ei quod imponebat ei quod interfuerat naufragio cujusdam navigii, cui nunquam interfuit. Et ipse testis quæsivit ab eo si dimitteret eum cum fidejussoribus, et ipse dixit quod sic. Et venit coram senescallo, et dixit quod ipse paratus erat[1] se constituere et obligare ipsi senescallo pro prædicto
F Petro usque ad XL libras ramundensium vel pro persona ipsius Petri repræsentanda ipsi senescallo, et dictus senescallus dixit quod pro bono habebat, et ita recepit eum pro fidejussore, et præfixit ei certum diem ad solvendum dictas XL libras ramundensium vel ad repræsentandum personam dicti Petri, et ante diem præfixam ipse testis solvit Rodulfo de Salenchino, nomine dicti senescalli, dictas XL libras raimundensium ad tabulam Bernardi
G de Operatorio. Requisitus de præsentibus, dixit quod non recordatur. Requisitus de tempore, dixit quod fuit eo anno quo comes Tholosæ intravit in Camargis[2]. Item interrogatus quis interfuit quando se obligavit ita senescallo, dixit quod non recordatur.

21. Significat reverendæ discretioni vestræ Johannes Dosa quod Guillermus Vosols et Petrus Donadeus, qui tenent nunc bailiam de Jonqueriis[3], habuerunt injuste et extorserunt Fol. 4 v°.
H ab eo sexdecim solidos ramundensium, imponentes ei quod ipse fecerat invasionem, ex eo quod araverat quoddam heremum, super quo nullus fecerat eis querimoniam vel denunciacionem. Unde supplicat vobis quod dictos sexdecim solidos sibi restitui faciatis. — Item significat vobis quod Stephanus Basteria, tempore quo tenebat bailiam de Jonqueriis, habuit ab eo injuste et extorsit viginti solidos ramundensium, imponens Poncio, filio ipsius
I Johannis, quod, cum ipse Poncius foderet cum suo cultello terram pro lombricis, quod fodebat seu cavabat vivaria pro cirogrillis. Unde supplicat quod dictos viginti solidos sibi a dicto Stephano restitui faciatis. — Item significat vobis quod idem Stephanus Basteria habuit injuste ab eo et extorsit alios viginti solidos ramundensium, ex eo quia dictus Poncius, filius suus, accepit quoddam aratrum quod quadam die erat Remolinorum, cum vellet arare
J et non haberet aratrum, quod aratrum reportavit ipsa die ibi ubi illud acceperat, set valde vespere, completo suo jornali. Et licet dictus Johannes multociens postularet a dicto Stephano quod super hoc faceret eum judicari a judice, noluit unquam facere, immo ipse proprio arbitrio ipsum in dictis viginti solidis conde[m]pnavit. Unde supplicat quod, *etc.* — Item significat vobis quod, cum porci ipsius Stephani intrassent domum ipsius Johannis,
K quam habet apud Jonquerias, quadam die, et comedissent quinque panes ipsius Johannis, et filius suus eiceret eos inde verberando, venit dictus Stephanus et cepit eum et tenuit eum captum per totum unum diem, cum ipse nullum da[m]pnum ei fecisset in verberacione dictorum porcorum, nec verberasset eos ita quod valerent inde minus, et alias intraverant dictam domum et comederant tres panes, et ipsi rogaverant ipsum Stephanum quod eos
L custodiret. Unde supplicat, *etc.*

22. Significat vestræ reverendæ discrecioni Bertrandus Textor quod, tempore quo

[1] *Vox* erat *deest in cod.*

[2] *Id est anno 1240, quo Raimundus VII, Tholosanus comes, Raimundo Berengario, Provinciæ comiti, infestus, insulam Rhodani vulgo* Camargue *dictam vastavit.* (Vaissète, ed. noviss., VI, 717.)

[3] Jonquières, Gard, c^on Beaucaire.

Radulfus de Salenchino erat vicarius Belliquadri, ipse habebat quendam roncinum quem A
dictus Radulfus volebat[1] habere ex causa e[m]pcionis, et dictus Bertrandus dabat illum sibi
pro duodecim libris raimundensium, et dictus Radulfus nolebat dare nisi tantum decem
libras pro dicto roncino, et dixerat ei ter vel quater quod daret eum sibi, pro dictis decem
libris, et dictus Bertrandus nolebat facere. Et quadam die dictus Radulfus mandavit ipsi
Bertrando quod locaret ei dictum roncinum ut portaret Petrum de Sancto Gervasio apud B
Sumidrium[2], et ipse Bertrandus noluit eum sibi locare, set comodavit eum sibi, et ipsemet
Bertrandus duxit eum ad domum dicti Petri de Sancto Gervasio. Et cum duxisset dictus
Petrus de Sancto Gervasio dictum roncinum apud Sumidrium, et dictus roncinus esset inde
reductus, dictus Radulfus fecit eum mitti in domo Bertrandi Benofariei et præcepit quod
non redderetur ipsi Bertrando Textori sine mandato ipsius Radulfi. Et cum dictus Bertran- C
dus quæreret a dicto Radulfo quare fecerat eum mitti in domum dicti Bertrandi Benofariei,
dictus Radulfus dixit quod si vellet recuperare dictum roncinum, quod daret ei fidejussorem;
et cum ipse quæreret quare daret, dixit ei quod nisi daret ipse mitteret eum in longangna[3].
Et postea, cum non inveniret fidejussorem, præcepit quod juraret mandatum curiæ, et ju-
ravit, et postea præcepit ei per sacramentum quod fecerat quod afferret ei pignora valencia D
centum solidos, et recuperaret roncinum suum; et attulit ei prædicta pignora et recuperavit
roncinum. Et cum postea frequenter dictus Bertrandus rogaret dictum Radulfum quod re-
stitueret ei prædicta pignora vel quod faceret super hoc fieri cognitionem sui judicis, dictus
Radulfus comminabatur[4] eum et dicebat quod faceret eum mitti in longangna, et prædicta
pignora noluit sibi reddere, donec habuit et extorsit ab eo quadraginta solidos ramunden- E
sium sine judicis cognicione. Unde supplicat, *etc.*

23. Significat vestræ reverendæ discretioni Roquerius de Jonqueriis quod Stephanus
Balaianus, tempore quo tenebat bailiam de Jonqueriis, habuit ab eo injuste et extorsit
centum solidos raimundensium, imponens ei quod ipse Roquerius ceperat unum cirogrillum
in nemore dicti Stephani Balaiani, eo tempore quo ipse Roquerius tenebat bailiam de Jon- F
queriis pro Raimundo Rostagni. Et cum ipse diceret quod ipse non ceperat dictum ciro-
grillum nec interfuerat capcioni ipsius cirogrilli, et quod dictum cirogrillum dederant ei
Bertrandus Amalricus et Poncius Alba Rua et Raimundus Cibetus, de Redezano[5], et quod
inquireret veritatem super prædictis cum prædictis Bertrando et Poncio et Raimundo; et
quod super hiis faceret eum audiri secundum jus, dictus Stephanus noluit facere et habuit G
ab eo, ut dictum est, centum solidos raimundensium et extorsit. Unde supplicat vobis quod
dictos centum solidos ramundensium ab heredibus dicti Stephani restitui faciatis.

Fol. 15. Juravit Roquerius, et post sacramentum dixit per sacramentum omnia supradicta esse
vera. — Stephanus Basteria, testis juratus, dixit quod ipse, mandato dicti Stephani, re-
cepit dictos centum solidos a dicto Roquerio et tradidit eos dicto Stephano, et dixit idem H
testis quod, dum dictus Stephanus infirmitate qua decessit infirmaretur, idem testis dixit
Bertrando Ruffo quod faceret dictos centum solidos reddi dicto Roquerio. Dictus Bertran-
dus promisit in anima sua quod ipse faceret ei satisfieri de dictis centum solidis. Et ipsemet
Stephanus Balaianus promisit illud idem.

24. Significa[n]t vobis Bernardus Gondolenus, et Guillermus Durus Fortis, et Guiller- I
mus Radulfus, et Raimundus Alamannus, quod, tempore quo Petrus de Atiis erat senes-
callus Belliquadri, ipse vendidit eis redditus pedagii hujus castri et eorum quæ pertinent
ad ipsum pedagium, precio inter ipsum senescallum et ipsos convento et statuto; quod pre-
cium solverunt eidem senescallo per terminos statutos, et ultra prædictum precium voluit
habere et habuit et extorsit ab eis mille solidos raimundensium pro sua sola voluntate, sine J
omni causa et sine omni ratione, et compulit eos dare magistro Johanni, priori de Lau-
duno[6], tunc scriptori suo, octo libras raimundensium, et magistro Nicholao centum solidos
raimundensium, et quinquaginta solidos ramundensium coco suo; et centum solidos rai-
mundensium Stephano Balaiano. — Item significant vobis quod, eodem tempore, dum ipsi
tenebant dictum pedagium, prædictus senescallus præcepit eis et prohibuit quod ipsi nichil K
peterent vel exigerent a clericis qui sequebantur dominum Prædestinum tunc cardinalem[7],
qui tunc temporis erat in hac terra, et promisit eis quod ipse satisfaceret eis de pedagio
quod eis competebat de clericis prædictis. — Item significant vobis quod, eodem tempore,
cum dominus Guillermus de Riez transsisset per Rodanum ad portum Belliquadri sine
pedagio et sine solucione pedagii multa navigia cum mercibus mercatorum, dicens ea esse L

[1] *Cod.* Radulfus volebat eum habere.
[2] Sommière, Gard, arr. Nîmes.
[3] *Latrina, vel carcer obscurus, ut conjicimus. Vide* Godefroy, *verbo* Longaigne.
[4] *Cod.* cominabatur.
[5] Redessan, Gard, c[on] Marguerittes.
[6] Laudun, Gard, c[on] Bagnols.
[7] *Jacobum, Prænestinum episcopum, quem, anno 1239, in Narbonensem provinciam legatum misit Gregorius papa IX.*

A ducis Borgondiæ, et postea esset repertum triginta ex illis navigiis esse mercatorum, ipsi Fol. 5.
postea, cum dictus dominus Guillermus rediret de partibus ultramarinis, fecerunt detineri
apud Nemausum a curia dictum dominum Guillermum et res suas, scilicet unum equum et
viginti libras et quindecim solidos turonensium et decem culleria argenti, quas res dictus
senescallus postea habuit et accepit. Et cum inter ipsos et dictum dominum Guillermum
B esset contencio de prædictis pedagiis, et dictus Guillermus diceret se satisfecisse de prædictis pedagiis ipsis et aliis, dictus senescallus præfixit ei diem infra quem venisset et averasset se satisfecisse de prædictis pedagiis, et si non faceret, promisit eis quod ipse eis
redderet res prædictas, et quod eum compelleret ad solvendum id quod plus competebat
de pedagio dictorum navigiorum. Ad quam diem dictus dominus Guillermus non venit nec
C misit, et dictus senescallus habuit res prædictas, et eas eis noluit postea reddere. Unde supplicant, *etc.*

25. Significat conquerendo vestræ reverendæ discretioni, vobis inquisitoribus domini
regis, Bertrandus de Biterri quod dominus Peregrinus, condam senescallus Belliquadri, tempore quo erat senescallus, vocavit et citavit ipsum Bertrandum, et quæsivit ab eo quo titulo
D possidebat quoddam nemus quod dictus Bertrandus diu possederat et habuerat, quod est
in tenemento Sancti Pauli[1]. Qui Bertrandus, cum non teneretur dicere titulum suæ possessionis, [et] dixisset : « Ego teneo et possideo dictum nemus, et diu tenui, et sum paratus
« facere jus et respondere de jure cuilibet aliquid petenti in dicto nemore, et etiam satisdare
« de parendo juri cognitioni vestræ, » non fuit admissus nec exauditus, immo dictus do-
E minus Peregrinus interdixit ei ne de cetero intraret in dicto nemore neque ibi faceret pascere bestias suas, neque colligeret ibi ligna, neque ibi venaretur neque faceret ibi venari,
et sic dictus senescallus sine cognitione judicis dicto Bertrando abstulit dictum nemus.
Verum postea, cum dictus Bertrandus supradictum gravamen frequenter a dicto senescallo
postulasset revocari, et super hoc judicis cognicionem haberi, dictus dominus senescallus
F coram pluribus personis promisit dicto Bertrando se ei restituturum dictum nemus, quod,
morte subito ipsum dominum senescallum præveniente, non fecit. Quod nemus castellani
castri Belliquadri tenuerunt semper pro domino rege dictum nemus, et adhuc tenent. De
quibus omnibus supradictis protestatur dictus Bertrandus se paratum facere vobis fidem.
Unde supplicat, *etc.* — Item significat vobis dictus Bertrandus quod Radulfus de Salenchino,
G vicarius tunc Belliquadri, habuit et extorsit ab eo centum solidos ramundensium, sine
cognitione judicis, ex eo quia reddidit ei claves domus suæ quas acceperat sine causa, et
magister Radulfus, collateralis dicti Radulfi de Salenchino, habuit a dicto Bertrando, quia
procuravit quod dictæ claves ei restituerentur, viginti solidos ramundensium. Postea, cum
dictus Petrus de Ernencort ingressus fuisset senescalciam et esset in hoc castro, et dictus
H Bertrandus conquereretur coram ipso Petro de dicto Radulfo, et dictus Radulfus confiteretur
se habuisse dictos centum solidos, dictus dominus Petrus dixit dicto Bertrando quod faceret
sibi restitui dictos centum solidos, quos protestatur dictus Bertrandus se non habuisse.
Unde supplicat, *etc.*

26. Significat vestræ reverendæ discrecioni Jachobus Alfantus quod Radulfus de Salen-
I chino, tunc vicarius Belliquadri, habuit injuste et extorsit ab eo decem libras ramundensium, imponens ei quod ipse Jachobus tenebat quartonum, cum quo mensuratur vinum,
minus legitimum et legale, et cum dictus Jachobus postularet instanter quod dictum quartonum faceret mensurari ad quartonum domini regis, et quod faceret eum audiri super prædictis de jure et inde jus facere, noluit; immo, sine judicis cognicione, et omni juris ordine
J prætermisso, eum conde[m]pnavit in decem libris ramundensium, quas ab eo habuit et exegit.
Unde supplicat quod dictas decem libras raimundensium faciatis sibi restitui a dicto Radulfo.

27. Significat reverendæ discretioni vestræ Guillermus Sabranus quod, cum quædam Fol. 5 v°.
collecta esset facta de mandato P[etri] de Atiis, tunc senescalli Belliquadri, in castro Belliquadri, collectores ejusdem talliæ constituti a prædicto senescallo habuerunt et exegerunt
K a dicto Guillermo Sabrano quinquaginta solidos raimundensium pro possessionibus quas
habebat in villa de Redezano[2], quæ villa est sub vicaria et jurisdictione civitatis Nemausensis,
pro quibus possessionibus solverat dictus Guillermus apud Redezanum pro colle[c]ta quam
præceperat prædictus senescallus fieri in villa de Redezano. Unde supplicat, *etc.*

28. Item significat vobis Guillermus Constancius, de Belliquadro, quod collectores qui
L fuerunt constituti a Petro de Atiis, condam senescallo Belliquadri, ad colligendum quamdam talliam quam ipse senescallus præceperat fieri in castro Belliquadri, habuerunt et
exegerunt ab ipso Guillermo Constancio septuaginta solidos ramundensium pro possessionibus quas ipse habebat et habet in tenemento villæ de Redezano, quæ villa est, *etc.*

[1] Saint-Paul-Valon, Gard, c^on et c^ne de Beaucaire. — [2] Redessan, Gard, c^on Marguerittes.

29. Conqueritur Deo et vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Constan- A
cius de Guillermo de Monte Totino, tutore liberorum condam Bernardi de Quintillo,
condam vicarii[1] Nemausi, significans vestræ discretioni quod, cum dictus Bernardus
de Quintillo esset vicarius Nemausi, familia ejus dedit magnum da[m]pnum ipsi Guil-
lermo, secando[2] bladum in ferragine ipsius Guillermi apud Redecianum, et quia dictus
Guillermus da[m]pnum prædictum ostendit dicto Bernardo, dictus Bernardus petiit ab eo B
et habuit fidejussores usque ad centum marchas argenti. Præstitit vero prædictis fidejusso-
ribus, cum Petrus de Atiis, tunc senescallus, citasset ad querimoniam prædicti Guillermi
prædictum Bernardum apud Sanctum Ægidium[3]. Radulfus de Sancto Quintino, coram præ-
dicto senescallo et multis præsentibus, fecit pacem et concordiam inter dictum Guillermum
et dictum Bernardum. Postea vero dictus Bernardus, non servata prædicta pace, quia dictus C
Guillermus conquestus fuerat dicto senescallo, ut supradictum est, misit eum in ostagiis
apud Nemausum, et tandiu eum[4] ibi tenuit, donec habuit et exegit ab eo sexaginta solidos
ramundensium. Unde suplicat, *etc.* — Item significat conquerendo vobis quod Michael de
Chatres, dum esset vicarius Nemausi, fecit capi quandam equam ipsius Guillermi, quia
bestiæ ipsius Guillermi pascebant in tenemento de Redezano, ubi ipse Guillermus habet D
domicilium suum, et in villa de Redezano, in qua habet domicilium suum, facit omnia
servicia quæ spectant ad dominum regem, quæ faciunt domino regi alii habitatores dictæ
villæ, et dictam equam noluit ei reddere donec habuit ab eo sine judiciaria cognitione et
extorsit tresdecim solidos nemausensium. Unde supplicat, *etc.* — Juravit dictus Guillermus
Costancius super querela dicti Michaelis, et post sacramentum dixit omnia quæ in querela E
dicti Michaelis continentur esse vera, excepto quod dixit quod non faciebat cavalcatam
apud Redezanum, quia non est consuetum quod aliquis faciat cavalcatam nisi in uno loco,
et dixit quod ipse facit cavalcatam in hoc castro Belliquadri.

Confitetur Guillermus Ricardus, procurator dicti Michaelis, dictum Michaelem habuisse
decem solidos nemausensium tantum pro pasquerio, et negat dictum Guillermum Costan- F
cium facere domicilium apud Redezanum et facere apud Redezanum omnia servicia quæ
alii homines dictæ villæ faciunt domino regi.

Præcepimus Guillermo Ricardo, procuratori dicti Michaelis, quod solvat dicto Guillermo
decem solidos nemausensium, quos confessus est dictum Michaelem habuisse, hinc ad octa-
23 jan. 1248 n. st. bas Purificationis beatæ Mariæ. Actum in claustro Sancti Nazarii, anno Domini M°CC°XL°VII, G
scilicet x kalendas februarii.

Fol. 18 v°. Guillermus Sabranus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse per viginti quinque
annos continue quod Guillermus Costancius tenuit familiam suam et fecit domicilium suum
in villa de Redezano, et vidit semper quod bestiæ ipsius Guillermi Costancii pascebant
communiter in pascuis dictæ villæ, sicut bestiæ aliorum hominum degencium in dicta villa. H
Item dixit quod dictus Guillermus facit et fecit semper domino regi omnia servicia quæ alii
homines dictæ villæ faciunt domino regi, excepta cavalcata, et contulit in talliis et quistis
quæ fiunt in dicta villa secundum bona quæ habebat ibi, sicut et alii homines dictæ villæ.
Requisitus qualiter scit, respondit quia ipse vidit multociens et interfuit.

Bernardus Amalricus, de Redezano, testis juratus, dixit quod Guillermus Costancius I
tenet familiam suam et bubulcos suos in villa de Redeçano, et tenet ibi albergum suum,
set non tenet ibi uxorem, set tenet eam in hoc castro, vidit die semper a tempore noticiæ
suæ quod dictus Guillermus misit et contulit in omnibus expensis communiter, scilicet in
talliis et quistis et gachis et omnibus aliis serviciis quæ homines dictæ villæ faciunt domino
regi, excepta cavalcata. Et dixit quod ipse testis multociens, dum erat baiulus dictæ villæ, J
compulit ipsum Guillermum ad solvendum id in quo illi qui taxabant talliam dictæ villæ
talhabant ipsum Guillermum. Requisitus si bestiæ ipsius Guillermi pascebant in pascuis
dictæ villæ sicut bestiæ aliorum hominum dictæ villæ, dixit quod sic semper, donec Micheel
de Chatres fuit vicarius Nemausi, et tunc vidit quod bannerii de Redezano pignorabant eum
pro bestiis bravis. K

Fol. 5 v°. 30. Conqueritur reverendæ discretioni vestræ Poncius de Bernicio[5], nuncius condam
Raimundi Moreta, de Stephano Basteria, bannerio castri Furcarum[6], et asserit quod dictus
Stephanus abstulit ei viginti et unam oves, ex eo quia dictus Poncius, quadam die, cum
esset cum pastore hospitalis Sancti Johannis, qui erat socius dicti Poncii, accepit cum dicto
pastore de lignis, scilicet de tamariciis, dicti hospitalis ad faciendum ignem. De quibus L
ovibus dictus Stephanus Basteria retinuit sine cognitione et sine voluntate domini Raimundi

[1] *Cod.* vicario condam Nemausi.
[2] *Cod.* segando.
[3] Saint-Gilles, Gard, arr. Nîmes.
[4] *Cod.* ei.
[5] Bernis, Gard, c[on] Vauvert.
[6] Fourques, Gard, c[on] Beaucaire.

A de Mallana judicis quatuor oves et quatuor ausses seu vellera lanæ, quas oves cum velleribus sive ausses petit a dicto Stephano sibi restitui, et lac quod habuit et percepit de quatuordecim ovibus de viginti et una ovibus supradictis per tres ebdomadas.

31. Significant conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Raimundus Assallitus et Guiraudus Assallitus, fratres, quod dominus Imbertus de Bello Joco[1] fecit dirui
B quondam quandam turrim quam ipsi habebant apud Belliquadrium prope ecclesiam Beatæ Mariæ, ex qua dirutione da[m]pnificati sunt in quinquaginta libris viennensium. Unde petunt, *etc.* — Item significant vobis quod Petrus de Atiis, condam senescallus Belliquadri, fecit claudi quoddam aquarium quod erat in stari ipsorum, unde da[m]pnificati sunt in decem libris viennensium. Et ideo supplicant, *etc.* — Et dictam dirutionem dictæ turris
C fecit fieri dictus dominus Imbertus dum erat apud Belliquadrum pro domino rege. — Juraverunt prædicti Raimundus et Guiraudus se non co[m]misisse aliquid contra dominum regem vel suos quare deberet dirui dicta turris.

32. Significat vestræ reverendæ discretioni Johannes de Sancto Gervasio, clericus, quod, Fol 6.
cum ipse præstet domino regi duos solidos et octo denarios raimundenses nomine census
D pro tribus modiatis et tribus partibus alterius modiatæ terræ ad mensuram Sancti Ægidii, quæ terra est in tenemento castri Furcarum, et dominus Odardus de Villaribus, senescallus Belliquadri, fecisset mensurari ipsam terram et poni signa ubi termini ponerentur, prædictus dominus senescallus, ad preces domini comitis Provinciæ qui decessit[2], illud revocavit et fecit inde removeri prædicta signa quæ fecerat ibi poni. Quæ quidem tres mo-
E diatæ et tres partes alterius modiatæ fuerunt datæ et concessæ Petro de Sancto Gervasio, condam patri suo, in emphiteosim a comite Tholosano vel a suo vicario ad quartonum et ad censum supradictum, et cum ipse non habeat nec teneat totam prædictam terram et semper solverit domino regi vel suis totum prædictum censum pro ipsa terra, supplicat quod[3] id quod est ei ablatum de prædicta terra sibi restitui, et ipsam terram postea ter-
F minari.

33. Significat vestræ reverendæ discretioni Bertrandus de Carpentras quod, tempore quo Radulfus de Salenchino erat vicarius Belliquadri, cum ipse venisset coram ipso Radulfo et conquestus fuisset de quibusdam Anglicis qui in domo ipsius Bertrandi fuerant hospitati, qui ipsum Bertrandum et familiam ejus in domo propria verberaverant, dictus
G Radulfus peciit ab ipso Bertrando fidejussores, et postea, citatis prædictis Anglicis, petiit pignora tam [ab] ipso quam a prædictis Anglicis et præcepit ipsi Bertrando quod redderet ei pignora valencia decem libras. Et cum dictus Bertrandus non haberet talia pignora quæ sibi redderet nisi unum[4] ciphum argenteum quem emerat pro sexaginta et tribus solidis melgoriensium, reddidit sibi pro pignore dictum ciphum, et dictum ciphum habuit et retinuit,
H et nunquam postea voluit illum sibi reddere, licet ipse Bertrandus frequenter pecierit[5] a dicto Radulpho quod sibi redderet dictum ciphum, vel quod inde sibi faceret cognitionem sui judicis. Unde supplicat, *etc.*

34. Significat vobis dominis inquisitoribus Poncius Bernardus Enguilvinus, quod Bertrandus de Cavallone, bannerius, extraxit de domo ipsius Poncii Bernardi quemdam asinum
I ipsius Poncii Bernardi et duxit extra, et lupi comederunt dictum asinum, qui asinus valebat septem libras viennensium, *etc.* — Juravit dictus Poncius Bernardus, et post sacramentum dixit omnia supradicta esse vera. — Confessus fuit Bertrandus de Cavallone se extraxisse dictum asinum de domo dicti Poncii Bernardi, et confessus fuit dictum asinum valere sex libras.

J Conde[m]pnavimus dictum Bertrandum in sex libris viennensium restituendis dicto Poncio Bernardo pro asino supradicto.

35. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Vitalis Donadeus, filius Donadei Sabaterii, quod Radulfus de Salenchino, tempore quo erat vicarius Belliquadri, cepit ipsum Vitalem et Petrum, fratrem suum, imponens eis quod ipsi fuerant in
K Camargis[6], quando comes Tholosanus intravit in Camargis, et verberaverunt ibi quendam burgensem domini regis, et eos tenuit tam diu captos donec habuit et exegit ab eis tresdecim libras ramundensium, sine cognicione judicis et nemine de eis conquerente. — Item significat vobis idem Vitalis quod idem Radulfus habuit injuste et extorsit ab ipso centum solidos ramundensium, ex eo quod, cum quædam mulieres conquestæ fuissent ei de quibusdam
L juvenibus de Belliquadro, dicentes quod volebant ea[s] aunire apud Sanctum Romanum[7]

[1] *Hic in Albigensium partibus annis 1226-1229 regis locum tenuit.*

[2] *Raimundi Berengarii, Provinciæ comitis, qui anno 1245, die 19 augusti, vita functus est.*

[3] *Vox* quod *abundare videtur.*

[4] *Cod.* nisum.

[5] *Cod.* peciverit.

[6] *Anno 1240, mensibus junio, julio et augusto.*

[7] Saint-Roman-de-l'Aiguille, Gard, c[on] et c[ne] de Beaucaire.

ubi erant, et dicerent ipsum Vitalem scire qui erant illi, et ipse Vitalis nesciret, et dictus A
Radulfus non credens ei et dicens quod ipse celabat malefactores, conde[m]pnavit ipsum
in centum solidis raimundensium sine cognicione judicis. Unde supplicat, *etc.*

Item significat vobis idem Vitalis quod Raimundus de Fonte, vicarius tunc Belliquadri,
habuit et extorsit ab eo sexaginta solidos nemausensium, imponens ei quod ipse Vitalis
verberaverat quandam meretricem, et hoc fecit sine cognicione judicis et sine querimonia B
ipsius meretricis. Asserit etiam quod dictus Raimundus, antequam extorsisset ab eo dictos
sexaginta solidos nemausensium, detinuit eum in compedibus per octo dies, unde passus fuit
da[m]pnum in decem solidis nemausensium, quos decem solidos et dictos sexaginta solidos
nemausensium petit a dicto Raimundo sibi restitui.

Juravit dictus Vitalis, et post sacramentum dixit omnia supradicta esse vera. C

Fol. 17. Raimundus Occulus Viridis, testis juratus, dixit se vidisse quod Vitalis Donadeus solvit
Raimundo de Fonte sexaginta solidos nemausensium, eo quod accusabatur dictus Vitalis
verberasse quandam mulierem. Requisitus qualiter scit quod ideo solveret, respondit quod
audivit ab ore senescalli et a dicto Raimundo de Fonte. De tempore, dixit se non recordari,
et fuit in domo Gilii Bertrandi. De præsentibus, non recordatur. D

Fol. 6. Confitetur Raimundus de Fonte se habuisse dictos sexaginta solidos. Dixit tamen quod
prædicta mulier conquerebatur, et super prædictis fuit facta inquisitio per judicem, quæ
fuit ostensa senescallo, et secundum illam inquisitionem senescallus fecit condempnacionem
prædictam.

25 jan. 1248 n. st. Anno Domini M° CC° XL° VII, scilicet in conversione sancti Pauli, nos magister Petrus et E
frater Johannes conde[m]pnavimus Raimundum de Fonte in prædictis sexaginta solidis ne-
mausensium restituendis dicto Vitali infra mensem, cum nobis constet ipsum eos injuste
habuisse, visa inquisitione, et actis ipsius inquisicionis, facta ab ipso Raimundo super præ-
dictis, et quod restituat eos secundum valorem cujus erat moneta nemausensis tempore quo[1]
eos exegit. F

36. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Dairicus
quod Stephanus Balaianus, vicarius Belliquadri et de Jonqueriis[2], habuit ab eo et extorsit
sine cognicione judicis quatuor libras raimundensium, ex eo quod ipse Petrus clauserat
exitum cujusdam ortalis ipsius Petri, in quo solebat esse stare, imponens ei quod ipse clau-
serat carreriam domini regis. Unde supplicat dictas quatuor libras sibi reddi ab heredibus G
dicti Stephani Balaiani faciatis.

Item significat vobis quod Raimundus de Fonte, tunc vicarius Belliquadri, habuit ab eo
injuste et sine cognitione judicis decem solidos raimundensium, imponens ei quod ipse non
gachaverat ubi fuerat mandatus, et cum ipse vellet probare per testes ad portale ubi fuerat
mandatus se gachasse, noluit eum exaudire nec admittere suos testes. Unde supplicat sibi H
reddi dictos decem solidos a dicto Raimundo. Et dictus Petrus noluit probare, et dixit quod
crederet dicto Raimundo per sacramentum. Et dictus Raimundus juravit se habuisse tantum
quinque solidos ramundensium, et quod nunquam obtulit ei testes super prædictis.

Fol. 6 v°. 37. Significat vobis Galburgis, filia condam et heres Bertrandi Corbalescas, quod Jau-
fridus de Pontaysa[3], tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit [et] extorsit a dicto I
Bertrando, sine cognicione judicis et nemine de ipso conquerente, decem libras raimun-
densium, ex eo quia dictus Bertrandus verberavit in hoc castro quendam hominem de
Tharascone[4], qui eum verberaverat apud Tharasconem. Et dictam verberationem fecerat
dictus Bertrandus longe antequam dictus Jaufridus esset vicarius.

38. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus de Castro Novo quod J
Radulfus de Salenchino habuit et extorsit a dicto Petro triginta et quinque solidos rai-
mundensium ex eo quia ipse Petrus acceperat de amigdalis de quadam vinea Duranti de
Portali, cum non teneretur dare nisi tantum duodecim denarios raimundenses pro banno,
quia de tanto est consuetudo in hoc castro dare pro banno. Unde supplicat, *etc.*

39. Significat vestræ reverendæ discretioni Raimundus Asterius quod, cum ipse haberet K
quoddam stare contiguum barrio condam hujus castri Belliquadri, et tempore quo dictum
barrium et fossata hujus castri diruebantur, quidam lapides seu cairones cecidissent de
dicto barrio in dicto stari et ibi remansissent, Radulfus de Salenchino, postmodum longe
vicarius Belliquadri, cum dictus Raimundus vendidisset dictum stare, et dicti caírones seu
lapides essent adhuc in dicto stari, fecit eum citari, et peciit ab eo fidejussores, imponens L
ei quod ipse furatus fuerat caírones dicti regis, *etc.*

40. Significat conquerendo vestræ reverendæ discretioni Guillermus Bertrandus quod

[1] *Cod.* quos. — [2] Jonquières, Gard, c[on] Beaucaire. — [3] *Fort.* Pontoise, Seine-et-Oise. — [4] Tarascon, Bouches-du-Rhône.

A Poncius de Luzano condam, cum esset judex, tempore quo dominus Peregrinus erat se-
nescallus, habuit a dicto Guillermo Bertrando quoddam fogaironum ferreum et quoddam
tapit, quod fogaironum valebat LXX solidos raimundensium, et dictum tapitz XL solidos ra-
mundensium, et etiam habuit ab eo triginta solidos ramundensium. Et hæc omnia dedit ei
dictus Guillermus Bertrandus timore motus, quia dictus Poncius ostendebat se inimicum
B ipsius Guillermi Bertrandi. Quæ omnia prædicta petit dictus Guillermus Bertrandus sibi
restitui ab heredibus dicti Poncii de Luzano.

Item significat vobis quod Radulfus de Salenchino, vicarius tunc Belliquadri, tempore
quo Petrus de Atiis erat senescallus, emit a dicto Guillermo Bertrando quoddam perpunctum
precio viginti sex solidorum raimundensium, de quibus noluit ei solvere nisi tantum sex
C solidos raimundensium. Unde petit viginti solidos sibi solvi a dicto Radulfo.

Item significat vobis quod dominus Peregrinus, condam senescallus Belliquadri et Ne-
mausi, habuit ab ipso Guillermo Bertrando, tutore liberorum condam Bari Guillermi,
nomine ipsorum liberorum, decem libras raimundensium, ex eo quia feci[t] compelli, per
vicarium suum, Berengariam, matrem ipsorum liberorum, quæ fuerat tutrix ipsorum libe-
D rorum, ad reddendum racionem tutelæ prædictæ ipsi Guillermo Bertrando tutori prædicto,
quas decem libras petit restitui ab heredibus dicti domini Peregrini ipsi Guillermo Ber-
trando, nomine prædictorum liberorum.

41. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus de Fol. 7.
Riperiis quod Radulfus de Salenchino, tempore quo erat vicarius Belliquadri, cum ipse
E Guillermus de Riperiis et Guillermus Daude habuissent verba contenciosa inter se super facto
decimæ in foro Belliquadri, fecit ipsum Guillermum citari et peciit ab eo fidejussores usque
ad decem libras ramundensium, et dedit ei fidejussores Petrum Durantum Mercaderium
usque ad decem libras, et cum compelleret ipsum ad solvendum dictas decem libras, im-
ponens ei quod ipse inpinxerat dictum Guillermum Daude, quem dicebat esse decimarium
F domini regis, et dictus Guillermus de Riperiis diceret se non inpinxisse dictum Guillermum
Daude, nec ipsum Guillermum Daude esse decimarium domini regis, et peteret instanter
quod super hiis veritas inquireretur, et postea judex diceret super hiis quod jus esset, noluit
eum audire Radulfus, set, omni inquisitione veritatis prætermissa, et nemine de ipso con-
querente et sine judicis cognitione, voluit per vim habere ab ipso Guillermo de Riperiis et
G habuit et exegit centum quinquaginta solidos raimundensium. Unde supplicat, *etc.*

42. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Fer-
rullus quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, compulit ipsum Guillermum
ad solvendum ipsi Radulfo nomine Petri de Atiis, tunc senescalli Belliquadri, mille et oc-
tingentos solidos raimundensium, quos ipse Guillermus debebat Petro Hugoni de Arelate
H pro precio ovium quas emerat ab ipso Petro Hugone, et cum dictus Petrus Hugo retinuerit
et adhuc retineat instrumentum prædicti debiti, nec sit ausus ire apud Arelatem nec sit
liberatus ab ipso debitore, petit dictus Guillermus super hiis sibi justiciam exhiberi.

Item significant vobis Guillermus Ferrullus prædictus et Petrus Poncius Ferrullus, tutor
Jacmetæ et Raimundetæ, filiarum condam Vitalis Ferrulli, quod Petrus de Atiis, tunc senes-
I callus Belliquadri, injuste extorsit a dicto Guillermo Ferrullo et a dicto Vitali Ferrullo tri-
ginta libras raimundensium, eo quod misit eos in possessionem hereditatis Guillermæ
Caneriæ, consanguineæ ipsorum. — Item significant vobis quod Radulfus de Salenchino,
tunc vicarius Belliquadri, extorsit ab eisdem Guillermo et Vitale Ferrullo quindecim libras
raimundensium, imponens ipsis Guillermo et Vitali quod ipsi habebant et tenebant duos
J quartones, ad quos mensurabatur vinum, minus legales. Et cum sæpe et sæpius requirerent
a dicto Radulfo ut faceret mensurari dictos quartones, dixit quod non faceret, minando
quod, si plus peterent, mitteret eos in longangna. Et viginti solidos raimundensium habuit
et extorsit ab eisdem Guillermo et Vitale, quia uxor dicti Vitalis habuit verba cum famula
ipsorum. Unde petunt super prædictis sibi justiciam exhiberi.

K Item significat vobis dictus Guillermus Ferrullus quod Jaufridus de Pontaysa, tunc vica-
rius Belliquadri, habuit et injuste extorsit ab eo quandam garnisonem ferream, pro sexa-
ginta solidis ramundensium quos petebat a dicto Guillermo, imponens ei quod ipse Guil-
lermus fecerat sanguinem Guillermo de Rascacio. Unde petit, *etc.*

Item significat vobis quod dictus Radulfus extorsit ab eo viginti solidos ramundensium,
L eo quod ipse Guillermus desmentivit coram ipso Radulfo Bernardam, uxorem dicti Vitalis,
fratris sui, dicentem quod ipse Guillermus absconderat unum quartonum suum ipsius Guil-
lermi et dicti Vitalis, et ab alia parte viginti solidos raimundensium extorsit ab eo, quia
plantaverat quandam cigongnam in suo orto. Unde petit, *etc.*

43. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Ni- Fol. 7 v°.
M cholaus quod dominus Peregrinus, condam senescallus Belliquadri et Nemausi, habuit et

IMPRIMERIE NATIONALE.

injuste extorsit a Petro Bernardo de Sancto Petro, nomine dicti Guillermi Nicholay, mille A
et nongentos solidos raimundensium, et a Raimundo Nicholao, nomine ejusdem Guillermi,
centum solidos raimundensium, quos mille et nongentos solidos habebat dictus Petrus Bernardus a dicto Guillermo nomine comandæ, et dictus Raimundus Nicholaus habebat dictos
centum solidos similiter a dicto Guillermo nomine dictæ commandæ. Habuit eciam ab ipso
Guillermo dictus dominus Peregrinus quinque cohopertoria de serico et unum de baga- B
dello et unam culcitram, imponens ipsi Guillermo quod Raimundus Godor, de Arelate,
socius dicti Guillermi, fuerat accusatus quod receperat hæreticos in domo sua apud Arelatem. Unde petit sibi justiciam exhiberi super prædictis ab heredibus dicti domini Peregrini.
— Item significat vobis quod, cum ipse Guillermus peteret a dicto domino Peregrino quod
super prædictis faceret ipsum audiri de jure et inquireret juris ordine observato, dictus C
dominus Peregrinus fecit eum capi et poni in compedibus et tenuit eum captum per tres
dies. Unde petit, *etc.* — Item significat vobis quod dictus dominus Peregrinus habuit injuste
et sine causa ab ipso Guillermo et ab uxore sua duos cifos argenteos et quinque zonas argenteas, quæ petit sibi restitui ab heredibus prædicti domini Peregrini.

44. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Briccius notarius D
quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, habuit et exegit injuste et sine
causa et extorsit ab eo quadraginta solidos raimundensium, quos Bertrannus Capelli notarius recepit et numeravit pro ipso Radulfo. Unde supplicat, *etc.*

45. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Poncius Cambas
quod, tempore quo Stephanus Basteria erat baiulus de Jonqueriis, cum ipse et alii probi E
homines de Jonqueriis, de consensu et voluntate dicti Stephani, inter se convenissent quod
bestiæ hominum de Jonqueriis pascerent indiferenter post vindemias in vineis de Jonqueriis,
dictus Stephanus fecit capi duos boves ipsius Poncii, cum pascerent in dictis vineis, et voluit habere ab eo et habuit et extorsit viginti solidos raimundensium sua propria voluntate,
et promisit ei ter vel quater quod de prædictis viginti solidis redderet ei decem solidos, F
quod nunquam fecit. Unde supplicat, *etc.*

46. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Brocadellus quod, cum ipse et filius suus adducerent unam saumatam lignorum in hoc castro,
quæ ligna collegerant[1] in territorio Mandolii[2], Stephanus Basteria, tunc baiulus de Jonqueriis, cepit bestiam quam ducebant et saumatam, et duxit bestiam cum saumata apud Sanc- G
tum Vincencium[3], imponens ipsi Guillermo quod unum brazol lignorum quem ipse portabat
sub brachio buscallaverat seu collegerat in bosco domini regis, et dictam bestiam tenuit per
octo dies, et noluit eam sibi reddere, donec habuit ab eo et exegit quinque solidos ramundensium, et retinuit dictam saumatam lignorum et cordas quibus erat ligata, quæ erant novæ.
Et dictam bestiam reddidit ei deterioratam; et, inter dictam deterioracionem et disturbium H
quod inde sustinuit, dedit ei dampnum[4] in viginti solidis viennensium. Unde supplicat, *etc.*

47. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Bernardus,
de Riperiis, quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, habuit injuste et extorsit ab eo centum solidos raimundensium propter hoc quod dixerat se audivisse dici quod
senescallus mutaretur, et quod audiverat hoc plene in curia probavit, et insuper tenuit eum I
in ostagiis ex dicta causa per mensem et plus. Unde passus fuit dampnum in alios centum
solidos ramundensium. Quos ducentos solidos petit sibi restitui a dicto Radulfo.

Fol. 8. 48. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Raimundus Capellerius quod uxor Raimundi de Fonte, vicarii tunc Belliquadri, habuit ab eo injuste decem
solidos ramundensium propter hoc ut rogaret dictum virum suum, ne quidam judæus, qui J
vocabatur Davin de Sellone, audiret[ur] contra eum, qui de ipso Raimundo super quodam
debito conquerebatur; et hoc fuit post litteras missas a domino rege ne judæi super debitis
audirentur. Et pro querimonia quam dictus judæus ab ipso Raimundo faciebat, dictus Raimundus de Fonte habuit injuste ab ipso Raimundo Capellerio quandam flaciatam novam
barratam, quæ valebat bene viginti solidos ramundensium. Unde petit, *etc.* — Juravit dictus K
Raimundus Capellarius, et post sacramentum dixit omnia supradicta esse vera. — Negavit
Raimundus de Fonte dictam uxorem suam habuisse dictos decem solidos, et confessus fuit
se habuisse dictam flaciatam pro tribus solidis ramundensium, quæ valebat tamen[5] tres
solidos. Et dixit quod illam vendidit post præconizacionem quam consuetum est fieri de
pignoribus curiæ, quod dictus Raimundus Capellerius negat de præconizatione. L
Item dixit dictus Raimundus de Fonte quod dictum debitum erat pro mercaderia, quod

[1] *Cod.* colligerant.
[2] Manduel, Gard, c[on] Marguerittes.
[3] Saint-Vincent, Gard, c[ne] Beaucaire, c[on] Jonquières.
[4] *Cod.* dapnum *hic et infra.*
[5] *Cod.* tn *adjecta compendii nota. Melius fort.* tm, *id est* tantum.

dictus Raimundus Capellerius confitetur, et negat se requisitum fuisse ante venditionem quod redderet dictam flaciatam.

Item significat vobis idem Raimundus Capellerius quod Gilius Bertrandus, tunc vicarius Belliquadri, habuit ab eo injuste unum coisinum plenum pluma, quia ipse habebat verba contendendo cum quodam nepote suo in carreria coram ipso Gilio. Unde petit dictum coissinum sibi restitui ab heredibus dicti Gilii, vel octo solidos raimundensium pro æxtimatione dicti coissini sive pulvinaris.

49. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus de Pradis quod, tempore quo Radulfus de Salenchino erat vicarius Belliquadri, cum ipse Guillermus venderet vinum quod filia sua mensurabat, et quadam die, cum ipse esset apud Tharasconem, quidam juvenis attulisset duo ligna quæ acceperat de lignis quæ afferebantur ad domum Abramoti, et misisset ea in igne ut calefaceret se inde, Radulfus prædictus fecit eum citari, imponens ei quod ipse arserat ligna regis, et fecit eum jurare stare mandatis curiæ, et postea præcepit ei quod afferret et daret sibi septuaginta solidos ramundensium, quos voluit habere et habuit ab eo injuste et extorsit. Unde supplicat, *etc.*

50. Significant vobis dominis inquisitoribus domini regis Bertrandus de Blausaco[1], filius condam et heres Raimundi Mali Sa[n]guinis, et Poncius Malus Sanguis, filius condam et heres Bernardi Mali Sanguinis, et Rostagnus Malus Sanguis, filius condam et heres Rostagni Mali Sanguinis, quod, tempore quo fossata fuerunt facta inter villam Condaminæ[2] hujus castri et hanc villam hujus castri interiorem, patres eorum prædicti habebant quoddam stare, scilicet domos et curtim, ibi ubi fuerunt facta dicta fossata, quod stare totum fuit dirutum pro prædictis fossatis, et locus seu platea dicti staris intravit in dictis fossatis et barrio, nulla emenda eis inde facta, et cum postea prædicta fossata et barrium fuissent diruta, dominus Peregrinus Latinarius, tunc senescallus Belliquadri, dedit in e[m]phiteosim nomine domini regis prædictum locum, in quo antea erat situm seu ædificatum prædictum stare, Petro de Aramone[3] et Isnardo et Bertrando Virgilio et Petro Rotberto et fratribus suis et Jachobo Alfanto et Johanni Rebullo et Johanni Guiraudono et Hugoni de Cimiterio et Poncio de Cimiterio et Guillermo de Turri, bracerio, et Petro Fichono. Et Petrus de Atiis, postea senescallus, dedit quandam partem dicti loci Dalmacio de Roca Maura[4], in quo loco prædicti quibus fuit datus dictus locus in emphiteosim, vel alii qui habuerunt causam ab illis, ædificaverunt staria. Unde supplicant, *etc.*

51. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Bertrandus de Blausacco quod, cum ipse et Petrus de Bello Monte, condam frater suus, de licencia Radulfi de Sancto Quintino, tempore quo ipse Radulfus erat vicarius Belliquadri, quæsivissent Guillermum Amatum, qui recesserat cum uno mantello quem ei tradiderant causa suendi, et eum quærentes intrassent in domum matris suæ et domum cujusdam mulieris quæ vocabatur Castanea, dictus Radulfus fecit eos, ad querimoniam matris dicti Guillermi Amati, citari, et petiit ab eis fidejussores, et voluit ab eis habere pignora, imponens eis quod intraverant domum matris dicti Guillermi Amati ea invita, et cum ipsi dicerent quod ipse dederat eis licenciam quærendi dictum Guillermum Amatum et retinendi si eum invenirent, dictus Radulfus negans se nunquam eis dedisse licenciam, voluit habere ab eis et habuit et exegit injuste, sine judicis cognicione, centum solidos ramundensium. Fol. 8 v°.

Item significat vobis idem Bertrandus quod Gilius Bertrandus, tunc vicarius Belliquadri, habuit ab ipso et fratre suo, injuste et sine judicis cognitione, sexaginta solidos raimundensium, imponens eis quod ipsi fecerant invasionem eo quod araverant de porris qui erant in quodam orto ipsorum quem locaverant, et hoc fecerant finito termino dictæ locationis et post ipsum terminum, cum ille cujus erant nollet eos inde extrahere. Verumtamen de prædictis sexaginta solidis reddidit eis postea triginta solidos.

Item significat vobis idem Bertrandus quod Rostagnus Scriptor, tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit injuste et extorsit ab ipso et a dicto fratre suo sine judicis cognicione, et nemine de eis conquerente, septem libras et dimidiam raimundensium, quia habuerant rixam in carreria cum Hugone de Valle Aqueria[5] et Guillermo Hugone, fratre suo, cum non esset in dicta rixa factus sanguis neque livor.

Item significavit vobis idem Bertrandus quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, fecit capi et mitti in « ferrés[6] » Petrum de Bello Monte, condam fratrem suum, eo quod dictus Petrus non incarcavit ad primum verbum mandati dicti Radulfi terras quæ fuerant æxtimatæ Hugoni de Valle Aqueria pro dote uxoris suæ, sororis ipsorum, et tenuit

[1] Blauzac, Gard, c^on Uzès.
[2] *Bellicadri suburbium. Vide infra*, p. 463, § 62.
[3] Aramon, Gard, arr. Nîmes.
[4] Roquemaure, Gard, arr. Uzès.
[5] Valliguières, Gard, c^on Remoulins.
[6] *Id est* compedibus. *Vide infra*, § 99.

eum captum bene per octo dies, et postea misit eum in ostagiis, et tenuit eum tamdiu in ostagiis donec habuit ab eo sine judicis cognicione, quam frequenter ab eo postulavit, centum solidos raimundensium. A

Item significat vobis idem Bertrandus quod Michael de Chatres, vicarius Belliquadri, voluit habere a Petro de Bello Monte, condam fratre suo, quadraginta solidos raimundensium, ex eo quia desmentivit Guillermum Poncium, tunc nuncium curiæ, dicentem quod B ipse Guillermus Poncius viderat quod dictus Petrus de Bello Monte ejecerat nivem, et ab alia parte voluit habere ab eo viginti solidos raimundensium, imponens ei quod ipse projecerat nivem contra præconizacionem curiæ. Et pro prædictis sexaginta solidis cepit quendam roncinum ipsius Bertrandi, et tenuit dictum roncinum bene per quindecim dies, et equitavit et fecit equitari ubi voluit, et postea peciit pro expensis dicti roncini quindecim solidos C raimundensium, et post mortem dicti Petri de Bello Monte dictus vicarius voluit habere et habuit et exegit a dicto Bertrando prædictas summas, scilicet dictos quadraginta solidos et dictos viginti solidos et dictos quindecim solidos ramundensium, dicens quod ipse Bertrandus habebat et tenebat bona dicti Petri. Unde petit, *etc.*

52. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Durantus Forcas D quod, cum, ad persuasionem Stephani Balaiani, Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, fecisset capi ipsum Durantum et duci apud Volobricam[1] et tradi Raimundo de Fonte, subvicario castri Volobricæ, pro Stephano Balaiano, qui eum detrusit in turrim Volobricæ, et eadem die, cum ipse devotissime orasset ad Dominum et deprecatus esset beatum Andream, in cujus parrochia captus erat, incontinenti exivit de dicta turri et fugiit ad eccle- E siam beati Andreæ[2]. Post hæc, dictus Raimundus de Fonte et Stephanus Balaianus denunciaverunt hæc dicto Radulfo de Salenchino, qui cum prædicto Stephano, audita prædicta denunciatione, venit ad domum dicti Duranti, et ejecit uxorem et liberos et familiam dicti Duranti de domo ipsius, et etiam superlectilia et utensilia domus ipsius Duranti extrahi inde fecit et asportari, quæ valebant duodecim libras raimundensium; quas duodecim libras rai- F mundensium petit sibi restitui a dicto Radulfo.

Fol. 9. 53. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Rainerius quod Radulfus de Salenchino, vicarius tunc Belliquadri, cepit et fecit capi et captum diu detineri in compedibus Bertrandum filium ipsius Petri Rainerii, imponens ei quod ipse verberaverat quandam mulierem in foro Belliquadri, *etc.* G

54. Significat conquerendo vobis, dominis inquisitoribus domini regis, Josse judæus, filius condam Rendig[3], quod, quadam die, cum ipse esset in ostagiis apud Tharasconem[4], Raimundus de Fonte, vicarius Belliquadri tunc, citavit ipsum ut veniret coram ipso. Ipse Josse, timens pœnam perjurii et pœnam peccuniariam statutam a curia Tharasconis contra illos qui exeunt de ostagiis sine licencia, cum non posset invenire[5] licentiam ab eo qui eum H tenebat in ostagiis exeundi de dictis ostagiis, non potuit venire coram dicto vicario; et ideo quia non venit, dictus Raimundus de Fonte sine judiciaria cognicione voluit habere ab ipso Josse viginti solidos nemausensium, pro quibus accepit causa pignoris claves domus dicti Josse, et eas noluit sibi reddere quousque habuit ab inquilinis qui conducebant dictam domum, de loquerio ipsius domus, viginti solidos nemausensium. — Item habuit ab eo pro I dicta occasione herbam ferraginis ipsius Josse, quam dedit ad comedendum equis suis, quam herbam vendiderat dictus Josse octo sestaria ordei. Unde petit, *etc.*

Confitetur Raimundus de Fonte se habuisse dictos viginti solidos, et de herba dictæ ferraginis, set nescit quantum, et habuit ideo quia, cum ipse teneretur in hostagiis in hoc castro, et ipse vicarius relaxasset eum ad instanciam ipsius ab ostagiis, ita quod infra certam diem J rediret in dictis ostagiis, et super hoc præstitit juramentum, dictus Josse, licet multociens fecisset eum citari, noluit postea coram eo comparere. Quod dictus Josse negat, et dixit dictus Josse quod dictus Raimundus promisit ei coram domino senescallo quod ipse redderet ei dictos viginti solidos et dicta octo sestaria ordei, quod dictus Raimundus negat.

54 *bis*. Significavit vobis dominis inquisitoribus domini regis Johannes Rebullus quod, K tempore quo Gilius Bertrandus erat vicarius Belliquadri, cum ipse conquestus esset ipsi Gilio de quibusdam amicis ipsius Gilii qui ei injuriabantur, qui coram ipso Gilio dixerunt ei multa opprobria, et postea ipse Johannes vellet loqui seorsum cum quodam alio qui erat in curia et traxisset eum aliquantulum per capam, dictus Gilius voluit habere ab ipso Johanne et habuit et extorsit sine cognitione judicis viginti quinque solidos ramundensium. Unde L petit dictos viginti quinque solidos raimundensium sibi restitui ab heredibus dicti Gilii.

55. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus Sullam judæus quod, cum

[1] Vallabrègues, Gard, c[on] Aramon.

[2] *Ecclesia parochialis Volobricæ beato Andreæ dicata erat.*

[3] *Sic cod., forte corr.* Bendig.

[4] Tarascon, Bouches-du-Rhône, arr. Arles.

[5] *Cod.* inveniret.

A quidam judæus quadam die lusisset ad taxillos cum quodam christiano, et quidam alius
judæus extraneus mutuasset dicto christiano tres undenas, et pro ipsis tribus undenis tradidisset ei pignus, et dictus judæus vellet quod redimeret dictum pignus, et dictus christianus non haberet unde solveret nisi venderet ipsum pignus, et dictus judæus nollet illud sibi dimittere, dictus Sullam constituit se fidejussorem dicto judæo pro dicto christiano
B pro dicto pignore reddendo vel pro prædictis tribus undenis solvendis; et dictus christianus dixit, recuperato dicto pignore, quod statim venderet illud et quod eum inde liberaret, et recessit; et cum non veniret nec rediret, et dictus judæus peteret ab ipso Sullam dictas tres undenas, dictus Sullam quæsivit, et, eo reperto, reduxit eum ad domum Abramoti, ubi luserat cum dicto judæo et ubi mutuaverat sibi dictas tres undenas, et invenerunt ibi Aime-
C ricum et alios nuncios curiæ. Et cum dictus Aimericus audiret eos contendentes, et ipse narraret ei qualiter fuerat pro eo fidejussor et quomodo recesserat et non redibat ut promiserat, dictus Aymericus auctoritate sua cepit eum et dedit ad intelligendum Radulfo de Salenchino, qui erat tunc vicarius Belliquadri, quod dictus Sullam redderet illum sibi pro latrone, et eum[1] postea, audita ratione dicti christiani, cepit dictum Sullam, quia dictus
D Aimericus dixerat sibi quod ipse Sullam reddiderat illum sibi pro fure, et eum tenuit tamdiu captum in compedibus, donec habuit et extorsit ab eo sexaginta solidos raimundensium, propria voluntate et sine judicis cognitione.

56. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Painus quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, habuit injuste et extorsit ab ipso Petro
E quadraginta solidos raimundensium, quia ipse dixit Aimerico, tunc nuncio curiæ, quod Durantus Forquetas, quem ipse Petrus invenerat apud pontem Avinionis, mandabat ei quod aut redderet sibi suum cultellum quem retinuerat, aut ipse Durantus stujaret[2] ei unum totum novum. Verumtamen de prædictis quadraginta solidis reddidit ei postea, ad preces magistri Nicholay, viginti solidos raimundensium. Unde petit, *etc.*

F 57. Significat conquerendo vobis inquisitoribus domini regis Johanna, uxor condam et Fol. 9 v°.
heres Raimundi Salvatoris, quod, cum Bertrandus Guigo conquereretur de ipso Raimundo Salvatore coram Radulfo de Salenchino, tunc vicario Belliquadri, dicens quod ipse Raimundus acceperat de quadam terra ipsius Bertrandi, confine seu contigua terræ quam ipse Raimundus tenebat nomine domini archiepiscopi Arelatensis, et dictus Raimundus diceret se
G nichil accepisse de jure dicti Bertrandi, set tantum jus domini archiepiscopi et suum, et si quis inde conquerebatur erat paratus parere juri coram ipso domino archiepiscopo super eo, dictus Radulfus, indignatus contra dictum Raimu[n]dum, conde[m]pnavit ipsum Raimundum in quatuordecim libris raimundensium, sine judicis cognicione, et eos ab eo extorsit et habuit injuste. Unde supplicat, *etc.*

H 58. Significat conquerendo vobis inquisitoribus domini regis Guiraudus Bordicus quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, habuit et extorsit a Rainaldo Bordico, condam patre suo, quadraginta et quatuor solidos raimundensium injuste, ex eo quia ipse Rainaldus noluit tradere mandato nunciorum curiæ quemdam roncinum juvenem que[m] habebat Bertrando de Biterri, qui erat iturus apud Montem Pessulanum, dicens dictus Rai-
I naldus, se excusando, quod dictus roncinus erat tam juvenis quod non posset complere tam longum viagium. Unde dictus Guiraudus, nomine suo et nomine Raimu[n]di et Johannis, fratrum suorum, supplicat vobis quod dictos quadraginta et quatuor solidos raimundensium eis ut heredibus dicti patris sui restitui faciatis.

59. Significat conquerendo vobis inquisitoribus domini regis Rainoardus de Fornès[3],
J habitator Belliquadri, quod Stephanus Basteria, tenens tunc bailiam de Jonqueriis, habuit injuste et extorsit injuste ab eo triginta solidos raimundensium sine judicis cognicione, eo quia ipse Rainoardus miserat quemdam asinum ipsius Rainoardi in quadam domo Guiraudi Rebulli, quæ est ad Jonquerias, et viginti solidos raimundensium ab alia parte, quia ipse Rainoardus cremavit sive arsit spinas quæ erant circa aream dicti Rainoardi[4]. Unde supplicat
K quod dictos quinquaginta solidos ramundensium sibi a dicto Stephano restitui faciatis Et prædictam domum et clavem ipsius domus commendaverat[5] ipsi Rainoardo dictus Guiraudus. — Juravit dictus Rainoardus, *etc.*

Stephanus Basteria recognovit se accepisse dictum asinum mandato[6] Stephani Balaiani, et tradidit dicto Stephano, et dixit quod dictus Rainoardus composuit super hoc cum dicto
L Stephano, et negat se habuisse dictos triginta solidos. Ad aliam petitionem dixit quod præconizatum erat ne aliquis mitteret ignem extra. Negat Rainoardus tunc fuisse præconizatum, et dixit quod fuit in principio messium.

[1] *Vox* eum *abundare videtur.*
[2] *Mendose pro* stufaret, *ut conjicimus.*
[3] Fournès, Gard, c[on] Remoulins.
[4] *Cod.* Raim. *adjecta compendii nota.*
[5] *Cod.* comandaverat.
[6] *Voci* mandato *in cod. superscripta est vox* nomine.

60. Significat vobis dominis prædictis inquisitoribus domini regis Johannes de Avinione, A
habitator Belliquadri, quod ipse, mandato Raimundi de Fonte, tunc vicarii Belliquadri, misit
unum servientem balistarium in Provincia pro facto domini Caroli[1], comitis Provinciæ, et
stetit ibi per quatuor dies, et dabat ei singulis diebus decem et octo denarios nemausenses,
et dictus Raimundus de Fonte promisit ipsi Johanni quod ipse solveret vel faceret ei solvi
prædictum loquerium, quod non feci[t]. B

61. Significat conquerendo vobis inquisitoribus domini regis Guillermus de Turri quod
dominus Peregrinus Latinarius, tempore quo erat senescallus Belliquadri pro domino rege
Francorum, fecit dirui quandam partem cujusdam staris quod ipse Guillermus habebat prope
castro Belliquadro, et pro ipsa dirutione dictæ partis dicti staris fecit emendari ipsi Guil-
lermo dictus dominus Peregrinus quadraginta sestaria annonæ tantum, quæ valebant tantum C
decem libras raimundensium. Ex qua dirutione dictæ partis dicti staris, quam fecit dirui
dictus dominus Peregrinus, fuit da[m]pnificatus dictus Guillermus in quadraginta libris turo-
nensium, ultra prædictas decem libras raimundensium, quas fecit sibi emendari quadraginta
sestaria annonæ.

Item significat vobis idem Guillermus quod Petrus de Atiis, tempore quo erat senescallus D
Belliquadri post prædictum dominum Peregrinum, fecit dirui aliam partem ejusdem staris,
pro qua dirutione fecit sibi dari et emendari sexaginta solidos ramundensium tantum. Ex
qua dirucione da[m]pnificatus fuit dictus Guillermus in aliis quadraginta libris turonensium
ultra prædictos sexaginta solidos. Unde supplicat prædictas æxtimaciones, scilicet quadra-
ginta libras turonensium pro utraque dirucione sibi restitui, scilicet quadraginta libras turo- E
nensium ab heredibus dicti domini Peregrini, et alias quadraginta libras turonensium a dicto
Petro de Atiis.

Fol. 10. Item significat vobis dictus Guillermus quod Stephanus Balaianus, tunc vicarius Volo-
bricæ[2], fecit capi decem et octo saumatas racemorum ipsius Guillermi injuste, *etc.*

Item significat vobis idem Guillermus quod Radulfus de Sancto Quintino, tunc vicarius F
Belliquadri, quæsivit ab ipso Guillermo quod comodaret ipsi Radulfo palafredum suum ad
duos dies, et ipse Guillermus, timens incurrere indignationem ipsius Radulfi si non como-
daret, comodavit ei dictum palafredum, et ipse Radulfus tenuit per quinque ebdomadas, et
postea reddidit ei dictum palafredum deterioratum. Item significat vobis quod dictus Radul-
fus, tempore similiter quo erat vicarius, peciit ab ipso Guillermo quod ipse daret ei quin- G
decim pecias telæ lineæ[3] formatas ad opus perpuncti, et ipse Guillermus, timens incurrere
indignationem ipsius Radulfi, dedit ei, non amore, set magis timore, dictas quindecim
pecias telæ, quas telas cum deterioratione et da[m]pno dicti roncini seu palafredi æxtimat
decem libras ramundensium. Unde supplicat, *etc.*

Item significat vobis idem Guillermus quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belli- H
quadri, habuit injuste et extorsit ab ipso Guillermo quadraginta solidos raimundensium et
unum liam[4] de piscibus, quod costaverat sex solidos et octo denarios ramundenses, ex eo
quia dictus Guillermus, cum lusisset cum quodam judæo et vellet retinere duos denarios
quos dictus judæus lucratus fuerat ab ipso, cum dictus judæus vellet eos sibi auferre, scam-
pavit[5] ipsi judæo octo vel novem de suis denariis. Unde supplicat, *etc.* I

Item significat vobis idem Guillermus quod, cum ipse Guillermus haberet causam in curia
hujus castri Belliquadri, tempore quo Poncius de Luzano erat judex, ipse præsentavit et dedit
dicto Poncio de Luzano quinque sestaria annonæ, ideo quod dictus Poncius vellet ei jus
suum exhibere. Unde supplicat quod dicta quinque sestaria annonæ ab heredibus dicti Poncii
sibi restitui faciatis. J

Item significat vobis idem Guillermus quod Raimundus de Fonte, vicarius Volobricæ, emit
ad unum annum, a Raimundo Calvino, nomine prædicti Guillermi, redditus cujusdam furni
quem ipse Guillermus habebat apud Volobricam, precio quinquaginta solidorum ramunden-
sium, de quibus solvit ei tantum quindecim solidos ramundensium. Unde supplicat, *etc.*

Conde[m]pnavimus eum in triginta quinque solidis ramundensium restituendis infra men- K
sem, quoniam plene fuit probata locatio per duos vel tres testes.

Raimundus Calvinus, testis juratus, [dixit] quod ipse, nomine dominæ Guillermæ, matris
Guillermi de Turri, et ipsius Guillermi, vendidit Raimundo de Fonte furnum quem ipsi ha-
bebant apud Volobricam ad unum annum precio quinquaginta solidorum ramundensium, *etc.*
De tempore requisitus, dixit quod non recordatur. De loco, dixit quod fuit ante portam regis L
apud Volobricam. De præsentibus, dixit quod ipse testis et dictus Raimundus et Guillermus
d'Arpaira, furnerius.

[1] *Comitis Andegaviæ, qui anno 1246 Beatricem, filiam et heredem defuncti comitis Provinciæ, uxorem duxit.*

[2] Vallabrègues, Gard, c[on] Aramon.

[3] *Cod.* linie.

[4] *Prior scriptio* liamen.

[5] *Vide Cangii Glossarium*, v° Scampare.

Guillermus Arpaira, furnerius, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Raimundus Calvinus locavit ad unum annum, nomine Guillermi de Turri et Guillermæ matris suæ, furnum quod ipsi habebant apud Volobricam pro L solidis ramundensium.

61 *bis.* Significat vobis inquisitoribus domini regis Raimundus Aldoardus quod, cum qui- Fol. 10 v°.
dam juvenis qui vocatur Ruissac accepisset quandam toallam et quandam pelliciam de domo matris Johannis Michaelis, consanguineæ ipsius Ruissac, et dictam toallam et pelliciam detulisset apud Tharasconem, et clavarius curiæ Tharasconis abstulisset a dicto Ruissac dictam toallam et pelliciam, dictus Raimundus Aldoardus, ad instanciam precum dicti Johannis Michaelis, cum ipso Johanne Michaele accesserunt ad curiam Tharasconis, et postulaverunt a dicto clavario quod restitueret ipsi Johanni prædictam toallam et pelliciam, qui clavarius, facta sibi fide quod dicta toalla et pellicia esse[n]t matris dicti Johannis, restituit dictam toallam et pelliciam dicto Johanni. Post hæc, cum prædicta pervenissent ad aures Radulfi de Sancto Quintino, qui tunc temporis erat vicarius Belliquadri, et dictum Ruissac capi fecisset, citavit dictum Raimundum Aldoardum, et quæsivit ab ipso Raimundo si cognoscebat dictum Ruissac; et ipse dixit quod nunquam usque tunc viderat Ruissac prædictum, et incontinenti dictus Radulfus jussit eum intrudi in carcere, et cum ibi tenuisset per diem et unam noctem, et judex redargueret ipsum ex eo quia ceperat propter hoc dictum Raimundum et captum tenebat et noluerat fidejussores accipere a dicto Raimundo, dictus Radulfus præcepit eum extrahi de carcere et duci ad domum suam, et fecit eum comedere ad domum suam et ad mensam suam, et cum comedisset, dictus Radulfus dixit ei : « Amice, caram emi vicariam, et volo habere de vestro, et loquamini cum Guillermo Fabro, et facite quod vobis dixerit. » Et Guillermus Faber dixit ei : « Ego laudo et consulo quod vos detis vicario decem libras ramundensium. » Et ipse dixit quod non posset dare nec daret; et postea dictus Radulfus dixit ipsi Raimundo quod omnimode vellet habere de suo, et noluit ipsum dimi[t]tere [nec] de domo sua exire, donec habuit ab eo pignora octo librarum ramundensium, quæ pignora tenuit tamdiu donec habuit prædictas octo libras a dicto Raimundo. Unde supplicat, *etc.*

Item significat vobis quod Radulfus de Salenchino, vicarius Belliquadri condam, habuit et exegit ab eo triginta solidos raimundensium ex eo quod mater dicti Raimundi interdixerat cuidam dominæ, quæ vocatur Genesia, ne permitteret extrahi de domo sua bladum quem quædam [quæ] vocabatur Dulcieta habebat in domo sua. Unde petit, *etc.*

62. Significat vobis inquisitoribus domini regis Raimundus de Roca Maura quod dominus Peregrinus, condam senescallus Belliquadri, cepit injuste et sine causa quoddam casale ipsius Raimundi et fratris sui, quod erat in Meianis, inter villam Condaminæ hujus castri et villam hujus castri interiorem. Et ipsum casale donavit dictus dominus Peregrinus in e[m]phiteosim, in quo casali sunt modo [quattuor] staria, quorum unum tenet Guillermus Bocardus, et aliud Bermundetus, et aliud Petrus Bermundus Civas, et aliud Bonysac judæus. Et dictum casale habebant et tenebant prædictus Raimundus de Roca Maura et frater suus tempore quo dictus dominus Peregrinus cepit dictum casale et dedit illud in emphiteosim. Unde petunt, *etc.*

63. Significat conquerendo reverendæ discrecioni vestræ, domini inquisitores domini regis, Bonosa judæa, uxor condam Bonysac Naci, quod Radulfus de Sancto Quintino, tunc vicarius Belliquadri, et Stephanus Balaianus, cupientes habere tabulas, operatorium et census infrascriptos, ceperunt dictum Bonysac ex eo quod non fecerat solucionem pedagii, cujus pedagii redditus dictus Bonysac cum quibusdam aliis emerat a domino senescallo, et cum teneretur captus dictus Bonysac, compulsus a dicto Radulfo vicario, vendidit ipsi Radulfo et dicto Stephano Balaiano quatuor tabulas quæ sunt in macello hujus castri Belliquadri, de quibus tabulis habebat dictus Bonysac singulis annis cum pertinenciis suis pro loquerio duodecim libras ramundensium, et quoddam operatorium quod est juxta macellum, de quo habebat dictus Bonysac quolibet alio anno quatuor libras ramundensium, et quadraginta et septem solidos et sex denarios raimundenses censuales quós percipiebat in quibusdam staribus quæ sunt in hoc castro Belliquadri, in burgo novo, quas tabulas et operatorium et dictum censum voluerunt habere et habuerunt prædicti Radulfus et Stephanus Balaianus pro tribus milibus solidis ramundensium, quæ tabulæ et operatorium et dictus census appreciabantur tunc et valebant septem milia solidorum ramundensium, et modo valent bene octo milia solidorum raimundensium et plus. Quas tabulas et operatorium et dictum censum tenet et possidet Raimunda, uxor condam et heres dicti Stephani Balaiani. Unde, cum dictus Bonysacus, captus et vi et metu inductus, prædictas tabulas et operato-
rium et censum vendiderit longe minori precio quam valerent, et dictus Radulfus, cum Fol. 11.
esset tunc vicarius, de jure emere non potuerit, postulat dicta Bonosa, nomine liberorum dicti Bonysac et suorum, quorum est aministratrix, sibi restitui prædictas tabulas et opera-

torium et dictum censum a prædicta Raimunda cum fructibus inde perceptis, protestans se A
paratam restituere ad cognitionem vestram prædictæ Raimundæ, uxori condam et heredi dicti Stephani Balaiani, prædicta tria milia solidorum ramundensium. — Juravit dicta Bonosa et post sacramentum dixit et asseruit omnia supradicta esse vera. — Negavit Raimunda omnia supradicta esse vera.

Item significat vobis eadem Bonosa quod Petrus de Atiis, condam senescallus Belliquadri, B
tempore illo quo fecit dirui staria militum hujus castri quæ erant prope castrum, fecit dirui quoddam stare dicti Bonysac et dictæ Bonosæ, quod stare tunc temporis valebat centum libras viennensium, et restituit eis dictus senescallus tantummodo pro emenda dicti staris quatuor libras ramundensium. Unde postulat, *etc.*

64. Significat conquerendo vestræ reverendæ discretioni, domini inquisitores domini C
regis, Mosse judæus, filius condam Leonis, quod Petrus de Atiis, senescallus condam Belliquadri, habuit ab ipso Mosse judæo LXXV libras turonensium, hac ratione videlicet quod dictus Mosse habuit verba cum Abram judæo, de quibus dictus Abram conquestus fuit coram dicto senescallo sub forma injuriæ. Et ante sentenciam causæ dictus Abram fecit pacem et finem dicto Mosse, ita quod non fuit sentenciatum contra dictum Mosse, nec venit ad sen- D
tenciam, et nichilominus remansit quin dictus Petrus de Athiis sine sentencia haberet et habuit, vel alius pro eo, ab ipso Mosse dictas septuaginta et quinque libras turonensium, vel ab alio nomine dicti Mosse. Et quia dictus Petrus de Atiis sine justa ratione habuit dictas septuaginta et quinque libras ab ipso Mosse vel ab alio nomine suo, ideo postulat ab illustri domino rege Franciæ ut prædictas LXXV libras faciat ei restitui a prædicto Petro E
de Atiis.

65. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Faber, quod, cum Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, dedisset et tradidisset ipsi Guillermo Fabro viginti duas culcitras pro undecim libris viennensium de illa summa peccuniæ quam dominus Petrus de Atiis, tunc senescallus Belliquadri, præceperat dari ipsi F
Guillermo Fabro pro da[m]pno quod ipse sustinuerat pro curia, dum erat nuncius curiæ, Stephanus Balaianus, qui post dictum Radulfum fuit vicarius Belliquadri, abstulit sibi sive ab ipso injuste et sine causa septem de prædictis culcitris, dicens eas esse senescalli.

Item significat vobis idem Guillermus Faber quod dictus Stephanus Balaianus, tunc similiter vicarius Belliquadri, compulit ipsum Guillermum ad restituendum seu solvendum G
Guillermo Daude pro domino archiepiscopo Arelatensi sex libras raimundensium, minus sexdecim denariis, pro duobus porcis quos dictus Radulfus fecerat vendi de porcis domini archiepiscopi quos dictus Radulfus ceperat mandato senescalli, et pro uno porco qui fuit mortuus de eisdem porcis dum dictus Radulfus faciebat eos teneri, et dictos duos porcos fecit vendi dictus Radulfus pro solvenda custodia dictorum porcorum, et similiter compulit H
eum ad restituendum seu solvendum dictas sex libras, minus sexdecim denariis, pro racemis quos dictus Radulfus fecit similiter vendi de racemis dicti domini archiepiscopi, dicens dictus Stephanus quod ipse Guillermus Faber habuerat precium dictorum duorum porcorum et racemorum, cum ipse Guillermus non habuisset. Unde petit, *etc.*

Item significat vobis idem Guillermus quod Michael de Chatres, tunc vicarius Belliqua- I
dri, abstulit ab ipso Guillermo alias septem culcitras de prædictis viginti duabus culcitris, quas petit sibi restitui a prædicto Michaele.

Item significat vobis idem Guillermus quod Radulfus de Sancto Quintino, tunc vicarius Belliquadri, abstulit ab ipso Guillermo octo culcitras de prædictis viginti et duabus culcitris, quas petit sibi restitui a prædicto Radulfo. J

Fol. 11 v°. 66. Significat conquerendo vobis inquisitoribus domini regis Raimundus de Granis quod, tempore quo dominus Karolus, comes Provinciæ, rediit in Franciam[1], cum Michael de Chatres, vicarius Belliquadri, fecisset præconizari, sub pœna centum solidorum, quod quicumque de Belliquadro haberet bestiam, adduceret eam ad castrum, et ipse Raimundus metu pœnæ adduxisset ibi unum roncinum quem habebat cum suo bast, dictus Michael fecit K
tolli seu removeri a dicto roncino dictum bast, et cum dictus Raimundus diceret et rogaret ipsum Michaelem quod non faceret tolli dicto roncino dictum bast, quoniam malum passus fuerat in galasesco, et si portaret sellam, vel aliud bast, esset dictus roncinus mortuus vel deterioratus, dictus Michael dixit quod, si moreretur, emendaretur sibi, et noluit dimittere quin removeret, et duxit dictum roncinum quidam capellanus prædicti domini comitis usque L
ad Alestum[2], et quando rediit, rediit ita deterioratus, et ita habuit deterioratum gasalescum, quod nunquam postea potuit ferre honus nec equitari. Unde dictus Raimundus fuit da[m]pnificatus in sexaginta solidis viennensium et plus. Unde supplicat quod dictos sexaginta

[1] *Id est anno 1246 exeunte.* — [2] Alais, Gard.

A solidos viennensium sibi faciatis restaurari a dicto Michaele pro da[m]pno prædicto. — Item supplicat quod faciatis sibi solvi a dicto Michaele tres solidos viennensium, qui debentur sibi adhuc pro loquerio dicti roncini, qui antea fuerat ductus mandato prædicti vicarii apud Aquis[1] pro facto domini comitis supradicti.

67. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Durantus, B mercaderius, quod Radulfus de Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, compulit ipsum Petrum Durantum ad solvendum ipsi Radulfo tresdecim libras et octo solidos et sex denarios ramundenses, de illis viginti et sex libris et decem et septem solidis ramundensium quas idem Petrus Durantus et Poncius Durus Fortis debebant Petro Trimundo et Raimundo Ruffo, de Porta Audosa, civibus Arelatensibus, pro precio ovium, et dictam compulsio- C nem fecit dictus Radulfus mandato Petri de Atiis, tunc senescalli Belliquadri et Nemausi. Et cum dictus Petrus Durantus non sit liberatus de prædicto debito, et dicti creditores habeant adhuc instrumentum prædicti debiti, nec ipse nec fidejussores sui ausi sint ob hoc intrare apud Arelatem, supplicat dictus Petrus quod dictas tresdecim libras et octo solidos et sex denarios a prædictis Petro de Atiis et a dicto Radulfo sibi restitui faciatis. Et quia D prædictas tresdecim libras et octo solidos et sex denarios non solvit ad diem sibi præfixam a dicto Radulfo, habuit et extorsit ab eo triginta solidos ramundensium, quos petit ab eo sibi restitui.

Item petit quoddam cohopertorium vel ejus æxtimacionem a prædicto Radulfo, quod habuit et extorsit ab eo injuste, quia vendebat vinum cum quodam quartono, quod ei com- E [m]odaverat Poncius Durus Fortis, imponens quod dictum quartonum non erat legale. Et cum frequenter postularet a dicto Radulfo quod dictum quartonum faceret mensur[ar]i, dicebat Radulfus prædictus : « Non faciam. Non creditis curiæ. Creditis quod curia non sit legalis? » Et æxtimat dictum cohopertorium triginta solidos raimundensium. — Juravit Petrus Durantus, *etc.*

F 68. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Rostagnus de Burgo Novo quod Radulfus de Salenchino, condam vicarius Belliquadri, habuit et extorsit injuste et sine judicis cognitione a Jachobo de Burgo Novo, condam fratre suo, quadraginta solidos raimundensium, eo quod ipse Jachobus non retinuit ad mandatum Guillermi Poncii, tunc nuncii curiæ, quemdam hominem Marsiliensem qui erat eques et armatus, G quem dictus Guillermus Poncius et quidam alii insequebantur, cum dictus Jachobus esset nudus in camisia et braccis et omnino inermis, nec unquam super hoc voluit eum audire de jure nec a suo judice facere judicari, nec eciam voluit ei dicere ex qua causa petebat donec habuit dictos quadraginta solidos. Unde dictus Rostagnus, nomine liberorum condam dicti Jachobi jam deffuncti, supplicat vobis quod dictos quadraginta solidos a dicto Radulfo H prædictis liberis restitui faciatis.

69. Conqueritur Alasaicia de Castro Veteri, auctoritate Raimundi de Croso, curatoris sui, Fol. 12. de Petro de Atiis, condam senescallo Belliquadri et Nemausi, et asserit quod dictus Petrus de Atiis, eo tempore quo erat senescallus, et dicta Alasaicia erat in pupillari ætate, fecit dirui quoddam stare ipsius Alasaiciæ quod erat prope castrum Belliquadri, quod stare tunc I temporis appreciabatur quinquaginta libris raimundensium. Asserit etiam quod, retentis ipsi senescallo lapidibus, nulla facta ipsi Alasaiciæ restauratione soli in quo erat ædificatum dictum stare, habuit a dicto senescallo pro emenda dicti staris decem libras raimundensium tantum.

Item asserit quod dictus senescallus fecit dirui ipsi Alasaiciæ quoddam casale ipsius Ala- J saiciæ, quod erat ad Peirall, quod casale valebat bene centum solidos raimundensium, pro quo casali nichil fecit sibi restitui. Unde petit, *etc.*

70. Conqueritur Deo et vobis inquisitoribus domini regis Hugo Peccullus de Radulfo [de] Salenchino, qui habuit et extorsit injuste, quando erat vicarius Belliquadri, ab ipso Hugone quatuor libras raimundensium, quia rogabat ipsum Radulfum pro Gilia, nuru ipsius Hugo- K nis, quam dictus Radulfus fecerat capi et mitti in compedibus injuste, quæ quidem Gilia erat prægnans. Unde supplicat, *etc.*

71. Significat Raimundus Rostagni vobis inquisitoribus domini regis quod, eo tempore quo Petrus de Atiis erat senescallus Belliquadri, idem senescallus fecit dirui quoddam stare dicti Raimundi Rostagni, quod erat prope castrum Belliquadri juxta staria militum, quod L stare justo precio æxtimatum valebat tria milia solidos raimundensium, nulla sibi facta emenda pro dicto stari. Unde supplicat, *etc.*

72. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Ministralis, burgensis domini regis de Belliquadro, quod Petrus de Atiis, eo tempore quo erat senescallus, in

[1] Aix, Bouches-du-Rhône.

IMPRIMERIE NATIONALE.

crastinum nativitatis Domini, fecit eum capi injuste et detrudi in castrum superius Belli- A
quadri, et postea circa mediam noctem[1] clam fecit eum extrahi de dicto castro et duci ad
se captum apud Rocam Mauram[2], et infra castrum de Roca Maura tenuit eum captum in
compedibus per octo dies. Et cum teneretur ibi captus, petiit ab eo quare tenebat ipsum
captum, qui nullam voluit sibi reddere rationem. Pro qua capcione sustinuit da[m]pnum
in centum solidis viennensium, quos a prædicto Petro de Atiis petit sibi restitui. B

73. Significat vobis inquisitoribus domini regis Alasaicia, tutrix liberorum condam Guil-
lermi Trepaire et suorum, quod Petrus de Atiis injuste fecit dirui quoddam stare ipsius
Guillermi Trepatoris, quod valebat quinquaginta libras raimundensium, pro quo stari fecit
sibi emendari et dari sexaginta solidos raimundensium tantum, et inter ligna et lapides
habuit septem libras raimundensium. Unde petit a dicto Petro de Atiis quadraginta libras C
raimundensium.

74. Significat vobis inquisitoribus domini regis Jachobus Alfantus quod dominus P. de
Ernencort, tempore quo erat senescallus Belliquadri, injuste et sine causa compulit ipsum
Jachobum exire de castro Belliquadri et ire apud Ueeciam in ostagiis, et tenuit ipsum ibi
in ostagiis a festo sancti Johannis Baptistæ messium usque ad festum Omnium Sanctorum[3] D
tunc proxime sequens. Unde dictus Jachobus fuit da[m]pnificatus in decem libris viennen-
sium, quas petit sibi restitui a prædicto domino Petro.

Fol. 12 v°. 75. Item significant vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Faber et Petrus
Bonus Filius, fratres, quod Arelatenses ceperunt dictum Petrum Bonum Filium in Rodano,
cum iret apud Januam causa mercandi, et eum spoliaverunt rebus suis et merces suas ei E
abstulerunt, quæ res et merces valebant sex milia et sexaginta solidos raimundensium, et
ipsum Petrum redimi fecerunt duobus milibus et quingentis solidis ramundensium. Et occa-
sione prædictæ capcionis et spoliacionis Radulfus de Salenchino, vicarius Belliquadri, tunc
habuit et exegit a probis hominibus Belliquadri qui debebant debita hominibus Arelatis pro
precio bestiarum octo milia et quingentos et sexaginta solidos raimundensium, de quibus F
noluit eis restituere nec restituit nisi tantummodo tria milia solidos, minus centum solidis
raimundensium, et fecit eis vanari a quibusdam probis hominibus Belliquadri, qui erant
debitores Arelatensium, amplius septingentos solidos ramundensium, quos nunquam potue-
runt recuperare, et compulit eos jurare ne de cetero inquietarent Arelatenses occasione
prædictæ capcionis vel spoliacionis. Unde supplicant quod quatuor milia et sexcentos sexa- G
ginta solidos raimundensium, quam summam retinuit dictus Radulfus de prædictis octo mi-
libus et quingentis sexaginta solidis raimundensium, ab ipso Radulfo et a Petro de Atiis,
tunc senescallo Belliquadri, cujus mandato retinuit prædictam summam, sibi restitui faciatis.

76. Significat conquerendo vestræ reverendæ discretioni Vitalis Saurus quod Radulfus
de Sancto Quintino, olim, dum erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab ipso Vitale H
injuste et sine judicis cognicione quadraginta solidos raimundensium, ex eo quia, cum Guiller-
mus Saurus peteret ab ipso Vitale quoddam debitum coram ipso Radulfo, et dictus Radul-
fus præciperet ei quod juraret solvere dicto fratri suo debitum quod petebat dictus Vitalis,
noluit statim jurare, dicens quod super hoc faceret cognicionem judicis, imponens ei dictus
Radulfus quod erat inhobediens curiæ. Unde supplicat, *etc.* I

77. Significat[4] conquerendo vobis inquisitoribus domini regis Poncius Guillermus
Aldoardus quod Radulfus de Salenchino, olim, dum erat vicarius Belliquadri, habuit et
extorsit injuste ab ipso Poncio Guillermo centum solidos raimundensium, et uxor ipsius
Radulfi viginti solidos raimundensium pro uno anulo aureo, eo quod relaxavit ipsi Poncio
Guillermo interdictum quod fecerat ei, ne fenum suum tolleret vel defferret de suo prato
franco. Unde supplicat, *etc.*

78. Significat vobis inquisitoribus domini regis Lucia Michaela, de Aramone[5], quod J
Raimundus de Fonte, condam vicarius Volobricæ[6], habuit et extorsit injuste a Poncio Mi-
chaele, filio suo, quatuor libras raimundensium sine judicis cognicione, occulte et judice
ignorante, ex eo quia fuerat accusatus de quadam puella quam inquirebat, pro quo facto
judex conde[m]pnaverat dictum Poncium in sex libris ramundensium, et ultra illas sex
libras dictus vicarius, dicto judice ignorante, extorsit ab eo quatuor libras, ut dictum est, K
et coegit eum jurare ne alicui hoc diceret. Unde dicta Lucia, cum dictus filius suus nolit
propter sacramentum dictas quatuor libras ramundensium petere, supplicat nomine dicti
filii sui super prædictis dicto filio suo justiciam exhiberi. — Confitetur Raimundus de
Fonte se habuisse dictas quatuor libras raimundensium. Dicit tamen quod judex dixit ei quod,
si non inveniret plus certitudinis de dicto facto, quod pro eo quod invenerat acciperet L

[1] *Cod.* nocit *adjecta compendii nota.*
[2] Roquemaure, Gard, arr. Uzès.
[3] *Id est a die 24 mensis junii ad diem primam novembris.*
[4] *Cod.* significant.
[5] Aramon, Gard, arr. Nîmes.
[6] Vallabrègues, Gard, c[on] Aramon.

A sexaginta solidos viennensium, et si plus inveniret acciperet plus, et postea invenit per confessionem ipsius quod volebat cognoscere dictam puellam per vim, et ideo habuit ab eo plus quatuor libras.

79. Conqueritur Guillermus Petrus, de Valle Aqueria[1], de Bertrando de Vivariis, filio condam Hugonis de Vivariis, condam castellano de Furcis[2], et asserit quod dictus Bertran-
B dus accepit vel fecit accipi injuste et sine judice quandam saumatam de avena cum sacco, quæ erat dicti Guillermi Petri, de domo Duranti Alvernacii, de Furcis, et etiam unum lebetem et unam cornudam et duas duodenas inter scutellas et talladors et unum broc magnum. — Item retinuit infra castrum Furcarum injuste et sine judice tantum de feno dicti Guillermi Petri quod erat in ipso castro Furcarum, in quo ipse Guillermus Petrus fuerat castel-
C lanus pro Raimundo Salvatore, quod dictum fenum co[n]stiterat IIIIor libras ramundensium eidem Guillermo Petro. Quæ omnia valebant tunc temporis pro communi æxtimacione VI libras raimundensium, de quibus solvit eidem Guillermo Petro XL solidos raimundensium dominus Odardus, senescallus Belliquadri, et quatuor libras raimundensium, quæ remanent de dictis VI libris raimundensium, petit sibi solvi a dicto Bertrando de Vivariis. — Juravit
D Guillermus Petrus, et post sacramentum dixit omnia supradicta esse vera. — Negat Bertrandus de Vivariis se habuisse res prædictas. Dixit tamen quod Bertrandus Daniel, consanguineus suus, habuit de denariatis dicti Guillermi Petri tantum quod pro eis debuit ei dare viginti solidos viennensium, et illos viginti solidos fecit ei solvi a domino senescallo.

Durantus Alvernacius, testis juratus, dixit quod Bertrandus Daniel extraxit tria sestaria Fol. 19.
E avenæ de domo ipsius testis de Furcis et unum pairol et unam cornudam, et de scutellis et de grasaletis, set nescit quantum, et hæc extraxit dictus Bertrandus Daniel de domo ipsius testis pro Bertrando de Vivariis, tunc castellano de Furcis. Requisitus qualiter scit quod pro dicto Bertrando accepit res prædictas, respondit quia ipse Bertrandus Daniel ita dicebat. Requisitus qualiter scit quod res prædictæ essent dicti Guillermi Petri, dixit quia dictus
F Guillermus Petrus comendaverat res prædictas in domo ipsius Duranti.

Petrus de Garricis, testis juratus, dixit quod ipse morabatur in castro Furcarum pro Raimundo Salvatore et pro Guillermo Petro, qui fuerant castellani in dicto castro, et in dicto castro erat fœnum in quadam domo, quod erat dicti Guillermi Petri, et ipse et Durantus Pariciclus mandato dicti Guillermi Petri imponebant[3] dictum fœnum, et volebant dictum
G fœnum inde extrahere, et dictus Bertrandus de Vivariis prohibuit dicto Guillermo Petro quod non extraheret nec faceret inde extrahi dictum fœnum, et non permisit eum inde extrahere dictum fœnum. Requisitus quot saumata erant ibi de fœno, dixit quod nescit, set dixit quod bona mota erat ibi de fœno, et erat fœnum valde bonum, et credit quod dictum fœnum valebat tunc bene centum solidos ramundensium vel sex libras. Requisitus
H qualiter scit quod dictum fœnum esset dicti Guillermi Petri, dixit quia ipse Guillermus Petrus dicebat se emisse dictum fœnum a sociis suis. Requisitus quare dictus Bertrandus prohibebat dictum Guillermum Petrum extrahi de castro Furcarum, dixit quod nescit.

Durantus Pariciclus, testis juratus, dixit quod Guillermus Petrus habebat fœnum in castro Furcarum, et in vigilia Natalis Domini, cum dictus Guillermus Petrus vendidisset dictum
I fœnum et faceret illud imponi, et vellet illud inde extrahere vel facere extrahi, Bertrandus de Vivariis, qui tunc venerat de novo in castro Furcarum castellanus, prohibuit eum extrahere inde dictum fœnum. Requisitus, *etc.* Et dixit quod in vigilia Natalis Domini fuerunt quatuor anni, ut sibi videtur.

Petrus Hugo, de Furcis, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Bertrandus
J Daniel, qui erat subbaiulus castri Furcarum pro Bertrando de Vivariis, extraxit de domo Duranti Alvernacii, de Furcis, tria sestaria avenæ rasa et unum lebetem et unum broc plenum scutellis et de tallador Guillermi Petri, de Valle Aqueria, et dicebat quod mandato Bertrandi de Vivariis hoc faciebat, ipse tamen non vidit mandatum. Item dixit se vidisse et audivisse quod dictus Bertrandus de Vivariis retinuit in castro Furcarum fœnum quod
K Guillermus Petrus habebat, *etc.* Et dixit quod scutellæ cum talladors erant duæ duodenæ vel circa.

Bertrandus Daniel, testis juratus, dicit quod ipse erat cum Bertrando de Vivariis in Fol. 19 v°.
castro Furcarum, et Bertrandus de Vivariis fecit extrahi de domo Duranti Alvernacii unum pairolum et unam cornudam et de civata circa duo sestaria, quæ erant Guillermi Petri. Re-
L quisitus qualiter scit, *etc.*

Sciendum est quod non condempnavimus dictum Bertrandum de Vivariis in prædicto Fol. 19 r°.
fœno restituendo dicto Guillermo Petro vel ejus æxtimacione, quia dictus Guillermus Petrus non probavit dictum fœnum esse suum, nec condempnavimus eundem Bertrandum in re-

[1] Valliguières, Gard, c°n Remoulins. — [2] Fourques, Gard, c°n Beaucaire. — [3] *Cod.* emponebant.

stituendis avena et aliis rebus quas petebat Guillermus Petrus, vel earum æxtimacione, quia A
non probavit valorem ipsarum rerum, et confessus fuit se habuisse a domino senescallo pro ipsis rebus quadraginta solidos raimundensium.

Fol. 13. 80. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Guillermus Rainoardus, pastor, de Stephano Basteria, dicens quod, cum ipse Guillermus esset quadam nocte apud Junquerias in stari Stephani de Ponte, dictus Stephanus Basteria venit et intravit dictam domum et cepit B
ipsum et ligatis manibus post tergum duxit eum ad domum Martini Franco, et ibi fuit quædam mulier, et imposuit ei quod ipse habuerat rem cum dicta muliere. Et cum ipse Guillermus hoc negaret et diceret quod nunquam usque tunc viderat dictam mulierem, dictus Stephanus Basteria accepit quandam cordam nodatam et dixit quod, nisi confiteretur se habuisse rem cum dicta muliere, ipse torqueret ei capud cum dicta corda, et imposuit ei C
cordam circa capud. Unde ipse Guillermus perterritus confessus fuit se habuisse[1] rem cum dicta muliere, et ideo dictus Stephanus habuit et extorsit ab eo quinquaginta et octo solidos ramundensium sine judicis cognicione. Unde supplicat quod dictos quinquaginta et octo solidos a dicto Stephano sibi restitui faciatis. Juravit dictus Guillermus, et post sacramentum asseruit omnia supradicta esse vera. D

Fol. 31 v°. Petrus Gai, testis juratus, dixit quod Guillermus Rainoardus stabat cum eo, et ipse testis fuit fidejussor pro dicto Guillermo Stephano Basteriæ in quinquaginta et octo solidis raimundensium quos ab eo petebat, et pro dictis quinquaginta et octo solidis tradidit dicto Stephano in pignore unum ausbergetum, et postea ipse testis solvit dicto Stephano dictos quinquaginta et octo solidos, et dictus Stephanus tradidit ei dictum pignus. Requisitus E
ex qua causa habuit dictos quinquaginta et octo solidos, respondit quia inculpabat eum de quadam muliere. Requisitus de loco ubi solvit, dixit quod non recordatur. Requisitus de præsentibus, dixit quod non recordatur. Requisitus de tempore, dixit quod sunt septem vel octo anni.

Fol. 13. 81. Conqueritur Guillerma de Rega, de Jonqueriis[2], vobis inquisitoribus domini regis de F
Guillermo de Bruneto et Guillermo Raimundo et Raimundo Bernardo Draperac, tutoribus et curatoribus liberorum condam Gilii Bertrandi, nomine dictorum liberorum, dicens quod, cum ipsa Guillerma comodasset Guillermo Johanni unum lectum pannis munitum, ad opus filiarum suarum quas maritabat, donec ipse haberet pannos quos eis solveret et maritis earum, et post contractum matrimonium ipsa Guillerma venisset ad domum dicta- G
rum filiarum dicti Guillermi Johannis et maritorum suorum, et de voluntate ipsarum accepisset dictos pannos quos comodaverat patri earum in absencia maritorum suorum et eos portasset, dictus Gilius Bertrandus, vicarius tunc Belliquadri, audita super hoc querimonia maritorum illarum filiarum dicti Guillermi Johannis, sine judicis cognicione, habuit et extorsit a dicta Guillerma sexaginta solidos remundensium, de quibus reddidit ei postea H
viginti solidos ramundensium. Unde supplicat quod residuos quadraginta solidos ab heredibus dicti Gilii vel ab eorum tutoribus et curatoribus nomine ipsorum sibi reddi faciatis.

82. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis de Raimundo de Fonte Perrinus, dicens quod, cum Rocinus, filius Laaxti de Arelate, vulnerasset ipsum Perrinum in caput, et pro illo vulnere Petrus Rabastencus, tunc judex Belliquadri, adjudicasset sibi reddi et I
dari viginti solidos raimundensium, et alios viginti solidos raimundensium medico qui eum curavit, dictus vicarius accepit dictos quadraginta solidos ramundensium, de quibus dedit ipsi Perrino tantum quinque solidos ramundensium, et medico alios quinque solidos tantum, et cum medicus habeat pignora sua pro residuis quindecim solidis raimundensium salarii sui, petit dictus Perrinus triginta solidos ramundensium a dicto Raimundo de Fonte J
sibi reddi. — Juravit dictus Perrinus, *etc.*

83. Conqueritur[3] vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Ferrullus de Petro de Athiis, condam senescallo Belliquadri, et de Radulfo de Salenchino, condam vicario ejusdem castri, quod dictus Radulfus coegit ipsum Guillermum Ferrullum, mandato dicti senescalli, ad solvendum ipsi Radulfo quingentos solidos ramundensium, et Fabro K
Textori, de Belliquadro, mille et trescentos solidos ramundensium, quas summas peccuniæ debebat dictus Guillermus Ferrullus . . . [4] Hugoni de Arelate pro precio ovium et multonorum et caprarum et yrcorum. Unde, cum dictus Guillermus non sit liberatus de prædictis duabus summis a dicto creditore, et dictus creditor petat adhuc ab ipso dictas summas peccuniæ et adhuc habeat instrumentum prædicti debiti, petit dictus Guillermus dictas L
duas summas peccuniæ a prædictis Petro et Radulfo sibi reddi, vel quod faciant eum de ipsis duabus summis a dicto creditore liberari.

[1] *Cod.* habuit.
[2] Jonquières, Gard, c^on Beaucaire.
[3] *Paragraphum in cod. cancellatum.*
[4] *Unius dubiæ vocis locus.*

A 84. Conqueritur Durantus Roquerius de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Rai-
mundus de Fonte habuit et exegit ab eo injuste et sine judicis cognicione viginti solidos
ramundensium, quando erat vicarius Belliquadri, eo quod dictus Durantus posuerat quan-
dam bart de lapide ad capud scalerii quod erat tunc in tabula sua et uxoris suæ, quæ est
in macello, quam bart posuerat in suo, in loco ubi tam ipsi quam antecessores sui tenue-
B rant longo tempore unum bancum ligneum. Unde supplicat, *etc.* — Confitetur dictus Rai-
mundus de Fonte se habuisse *dictos viginti solidos; dicit tamen quod, cum insinuatum Fol. 13 v°.
fuisset curiæ quod dictus Durantus miserat quandam bardem in carreria publica et fecerat
invasionem, et super hoc esset facta inquisitio, dictus Raimundus petebat a dicto Duranto
sexaginta solidos pro invasione, et super hoc fuit facta composicio, mediante quodam juris-
C perito, et ita habuit dictos viginti solidos ramundensium. — Postea vero convenerunt præ-
dicti Durantus et Raimundus, mediante Stephano de Ucecia, coram fratre Johanne, ita
quod dictus Raimundus debuit dare dicto Duranto decem solidos, et de residuis decem
aquittavit eum dictus Durantus.

85. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Raimundus Pellicerius, de
D Bella Garda[1], de Stephano Basteria, dicens quod dictus Stephanus, tunc bannerius de Furcis,
cepit in tenemento de Bella Garda quatuor moltones et duas oves cum duobus agnis ipsius
Raimundi de ovibus ipsius Raimundi, et eas inde duxit, dicens quod pro pasquerio eos acci-
piebat, quos quatuor moltones[2] et duas oves et agnos, si extant, et si non extant earum æx-
timationem, scilicet sexaginta solidos viennensium, et omnes fructus inde perceptos et qui
E percipi potuerunt a dicto Stephano, sibi reddi, et æxtimat dictos fructus quadraginta solidos
viennensium, quos petit sibi reddi. — Juravit et post sacramentum dixit omnia supradicta
esse vera. — Confitetur Stephanus Basteria se cepisse dictos moltones et oves, sed dixit
quod cepit eos in tenemento de Furcis.

86. Conqueritur Raimundus Cap de Viall de prædicto Stephano Basteria, dicens quod
F dictus Stephanus, tunc bannerius de Furcis, cepit in tenemento de Bella Garda unam
ovem, *etc.* — Respondit dictus Stephanus super hac querela sicut super prima.

87. Conqueritur Guillermus Terrazianus de Stephano Basteria, dicens quod dictus Ste-
phanus, tunc bannerius de Furcis, cepit in tenemento de Bella Garda unum moltonem, *etc.*
— Respondit eodem modo.

G Bertrandus India, testis juratus, dixit quod ipse stabat cum Raimundo Pellicerio, de Fol. 17 v°.
Bella Garda, et erat pastor ipsius, et quadam die, cum esset cum ovibus dicti Raimundi in
Conangles, in honore Arnaldi de Arena et Raimundi de Arena, fratrum, filiorum condam
Poncii Raimundi de Arena, qui honor est in tenemento de Bella Garda super Vallatum, qui
vallatus vocatur vallatus de Poder, Stephanus Basteria, bannerius tunc de Furcis, et quidam
H alius bannerius de Furcis venerunt et ceperunt de dictis ovibus quatuor multones, et eos
inde duxerunt, et dicebant quod pro pasquerio eos accipiebant. Requisitus qualiter scit quod
dictus honor sit in tenemento de Bella Garda, respondit quia vidit semper quod bestiæ de
Bella Garda veniebant et pascebant usque prædictum vallatum, et quia homines de Bella
Garda dicunt communiter quod usque ad dictum vallatum protenditur tenementum de Bella
I Garda. De tempore requisitus, dixit quod bene sunt tres anni. De præsentibus requisitus,
dixit quod ipse testis et Guillemetus socius suus erant præsentes. Requisitus si Odardus,
castellanus de Furcis, erat præsens, dixit quod non.

Guillermus Bonus Filius, testis juratus, dixit quod quadam vice, *etc.* Requisitus quos ban-
nerios de Bella Garda vidit banneiare in dicto tenemento, dixit quod Juncairolam et Marti-
J num Faverium et alios de quorum nominibus non recordatur, *etc.*

Johannes Tholosa, testis juratus, dixit, *etc.*

Petrus Filicius, testis juratus, dixit quod honor Arnaldi de Arena, qui est in Conangles,
in quo honore dicitur quod Stephanus Basteria cepit moltones et oves Raimundi Pellicerii,
est in tenemento et de tenemento Bellagardæ. Requisitus qualiter scit quod dictus honor
K sit de tenemento Bellagardæ, dixit quia homines de Bella Garda possederunt semper dic-
tum tenementum usque ad vallatum de Poder et quod bestiæ de Bella Garda paverunt sem-
per in prædicto honore, et banneri[i] Bellagardæ banneiaverunt ibi semper, et nominavit
eosdem bannerios. Et dixit quod aliquando fuit controversia et contencio inter homines de
Bella Garda et homines de Furcis de dicto tenemento, set homines de Bella Garda semper
L tenuerunt, possederunt[3] et fuerunt in possessione dicti tenementi. Requisitus si ipse inter-
fuit, *etc.*

Poncius Bernardus Bretus, testis juratus, dixit idem quod proximus.

Martinus Faverius, testis juratus, dixit quod viginti duo anni sunt quod fuit bannerius de

[1] Bellegarde, Gard, c^on Beaucaire. — [2] *Cod.* moltonos. — [3] *Cod.* possesserunt.

Fol. 18. Bella Garda, et tempore comitis Tholosani et postea ex quo dominus rex habuit terram A
istam, sæpe et banniavit et pignoravit ut bannerius de Bella Garda in tenemento de Co-
nangles, ubi Basteria, ut dicitur, cepit bestias, *etc.*

Jachobus, filius Englesæ, testis juratus, dixit quod ipse custodiebat oves Raimundi Bret,
et cum illis ovibus custodiebat quasdam oves Guillermi Terrazeani, *etc.* De tempore re-
quisitus, dixit quod sunt tres anni, et erant ibi præsentes Bertrannus Juoga et Guillermus B
Bonus Filius.

Guillermus Genesius, testis juratus, dixit quod ipse custodiebat oves Raimundi Cap de
Viall, et cum esset quadam vice in tenemento Belligardæ ad Vallates, Stephanus Basteria
venit et cepit, *etc.* Requisitus qui erant præsentes, dixit quod Arnaldus, socius Basteriæ, et
quidam alius. C

Fol. 13 v°. Conde[m]pnavimus dictum Stephanum Basteria in omnibus supradictis peccoribus resti-
tuendis prædicto Raimundo Pellicerio, et Raimundo de Viall, et Guillelmo de Viall[1], cum
co[n]stet nobis ipsum ea cepisse infra tenementum Bellagardæ.

88. Conqueritur Raimundus Botarix de Stephano Basteria, dicens quod dictus Stephanus,
tempore quo erat bannerius de Furcis, habuit injuste ab ipso Raimundo quinque sestaria D
frumenti, eo quod, cum ipse et Petrus Hugo haberent bladum in area, qui fuerat in qua-
dam terra Petri Hugonis, et dictus Stephanus venisset ibi et quæreret ibi sex sestaria pro
decima a dicto Raimundo, et ipse nollet ei dare tot, et postea in crastinum divisissent dic-
tum bladum, ipso Stephano absente, dictus Stephanus, imponens quod contra ejus prohibi-
tionem levaverant et diviserant dictum bladum, fecit extrahi de domo ipsius Raimundi dicta E
quinque sestaria frumenti, licet ipsi dimisissent in area decimam quæ competebat de dicto
blado, scilicet quatuor sestaria frumenti. — Confitetur dictus Stephanus se habuisse dicta
quinque sestaria frumenti. Dicit tamen quod ea accepit pro castellano de Furcis et pro do-
mino rege, quia ipsi levaverant dictum bladum contra prohibicionem illius qui distringebat
decimam pro domino rege, qui prohibuerat eis ne inde levarent bladum donec convenissent F
cum eo de decima. — Conde[m]pnavimus dictum Stephanum in dictis quinque sestariis fru-
menti restituendis dicto Raimundo, cum ipse non probaverit nec potuerit probare quare cepit.

89. Conqueritur Raimundus Petrus, auctoritate Raimundi Goafridi, curatoris sui, vobis
dominis inquisitoribus domini regis de Petro Duranto mercaderio, dicens quod dictus Petrus
Durantus, tempore quo erat castellanus de Furcis, habuit et exegit ab eo vel ab alio nomine G
ipsorum centum solidos ramundensium, ex eo [quod] concessit tutelam ipsius Raimundi
Petri Jachobo Alfanto, pro qua concessione et datione dictæ tutelæ debebat accipere dictus
castellanus quinque solidos raimundensium vel decem solidos ad plus. Unde supplicat, *etc.*

90. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Galandranus quod,
cum ipse habeat quandam plateam subtus ecclesiam Fratrum Minorum[2], in qua faciebat et H
longo tempore fecerat tegulas, et ipse et alii pro ipso, dominus Odardus senescallus prohi-
buit ei ne in dicta platea fierent tegulæ, ex qua prohibitione dictus Guillermus, quia postea
non fuit ausus ibi facere vel facere fieri tegulas in dicta platea, et ita vacavit dicta platea per
duos annos, fuit da[m]pnificatus in octo libris ramundensium, quia bene haberet de loquerio
dictæ plateæ, si possent ibi fieri tegulæ, quatuor libras ramundensium per annum. Unde sup- I
plicat, *etc.*

Fol. 14. Item significat vobis idem Guillermus quod dominus rex vel sui tenuerunt eam plateam
postea per annum et dimidium et plus et adhuc tenent, et fecerunt ibi fieri opus navium
domini regis, pro qua platea habuit dictus Guillermus ab una parte duodecim solidos rai-
mundensium, quos solvit ei dominus magister Petrus qui faciebat fieri dictum opus, et ab J
alia parte habuit inde viginti solidos ramundensium, quos solvit ei magister Guillermus qui
nunc facit fieri dictum opus. Unde supplicat, *etc.* Petit etiam et supplicat sibi restitui da[m]p-
num ibi sibi datum[3], ex eo quia fere totam terram dictæ plateæ in Rodanum projecerunt[4],
et arbores quæ era[n]t ibi abciderunt, quod da[m]pnum æxtimat triginta libras raimun-
densium. K

91. Præcepit frater Johannes Raimundo de Fonte quod solvat Luciæ Michaelæ et Poncio
Michaeli, filio suo, quatuor libras ramundensium per hos terminos, scilicet in proximo
carniprivio medietatem, et hinc ad proximum festum Ramis Palmarum aliam medietatem,
quas quatuor libras ramundensium confessus fuit dictus Raimundus se extorsisse ab ipsa
et a filio suo sine judicis cognicione, præter illas sex libras ramundensium quas habuerat ab L
eisdem per cognicionem judicis, pro eadem causa pro qua habuit dictas sex libras, et hoc
præcepit de consensu dicti Raimundi de Fonte. Et dicta mulier et filius suus fecerunt dicto

[1] *Corr.* Terrazano. — [2] *Bellicadri.* — [3] *Cod.* supplicat dapnum quod sibi restitui dapnum ibi... — [4] *Cod.* prohiecerunt.

A Raimundo pacem et finem de prædictis sex libris quas habuerat per cognitionem judicis et
de omni eo quod ab eo petere possent occasione illius facti, pro quo habuerat ab eis præ-
dictam peccuniam, salvis sibi dictis quatuor libris sibi solvendis per terminos supradictos.
92. Conqueritur Guillermus Sabranus de Robino, condam baiulo Mandolii et de Rede-
zano[1], dicens quod dictus Robinus habuit et extorsit ab eo injuste tria sestaria frumenti
B tempore quo erat baiulus[2] dictorum locorum, ex eo quia ipse levaverat, sicut longo tem-
pore consueverat, bladum de quadam terra ipsius Guillermi in qua dominus rex accipit tas-
cam, scilicet quintam partem fructuum, et portaverat in area sua et posuerat illud seorsum,
imponens ei quod præconizatum fuerat apud Mandolium ne aliquis levaret bladum de aliqua
terra quæ teneretur sub dominatione domini regis sine licencia baiuli vel nunciorum regis,
C et dicta terra est in tenemento Redezani. Unde supplicat quod dicta tria sestaria frumenti
eidem Guillermo restitui faciatis, dicens quod antequam calcaret vel trituraret dictum bla-
dum, ipse notificavit dicto Robino et eum rogavit quod divideret dictum bladum et accipe-
ret suam tascam, bene per octo dies. — Composuerunt, et debuit ei reddere dictus Robinus
unum sestarium frumenti, et quod[3] de residuo est pax et finis.
D 93. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillermus Comparator, prior
Sancti Nicholai de Campaniaco[4], nomine dicti monasterii, de Raimundo de Fonte, condam
vicario Volobricæ[5], dicens quod dictus Raimundus detinet injuste quoddam vas vinarium de
melese dicti monasterii, capax triginta saumatarum vel circa. Unde petit, *etc.*
Item conqueritur idem prior de eodem Raimundo, dicens quod dictus Raimundus, tem-
E pore quo erat vicarius Volobricæ, fecit præconizari apud Volobricam, sub pœna decem
solidorum ramundensium, quod quicunque de villa Volobricæ deberet censum monasterio
Sancti Nicholai, quod illum afferret et solveret curiæ, et tunc dictus Raimundus habuit de
dicto censu dicti monasterii sexdecim sestaria frumenti et decem sestaria ordei et triginta
et duos capones et duodecim solidos raimundensium. Unde petit, *etc.*
F Item conqueritur idem prior de dicto Raimundo, dicens quod dictus Raimundus cepit
vel fecit capi apud Volobricam quendam pollinum equinum dicti monasterii, quem faciebat
ibi nutriri Poncius Rainaldus, canonicus dicti monasterii, et dictum pollinum noluit reddere
donec habuit a dicto Poncio, vel ab alio nomine ipsius, viginti solidos raimundensium.
Unde petit, *etc.*
G Confitetur Raimundus de Fonte quod ipse fecit capi dictum pollinum, et dixit quod
hoc fecit ad instanciam prioris tunc dicti monasterii, et tenuit eum tamdiu quod expendit
in pastu dicti pollini viginti solidos raimundensium, et confitetur quod viginti solidos habuit
pro expensis dicti pollini.
Item conqueritur idem prior de heredibus Stephani Balaiani, dicens quod, cum inter
H dictum monasterium Sancti Nicholai et Guillermum Guiraudum verteretur controversia sive
causa coram dicto Stephano Balaiano, tunc vicario Volobricæ, pro hereditate Poncii Guil-
lermi Encodegue, qui Poncius Guillermus dederat se cum omnibus bonis suis prædicto mo-
nasterio, dictus Stephanus noluit dictam causam expedire, set eam tenuit in suspenso tam-
diu donec dictus prior Sancti Nicholai promisit ei dare centum solidos raimundensium, pro
I quibus centum solidis habuit dictus *Stephanus duos porcos dicti monasterii, qui valebant
quatuor libras ramundensium, et tantum poterant tunc vendi, et quadraginta solidos raimun- Fol. 14 v°.
densium. Unde supplicat, *etc.*
Anno domini M° CC° XL° VII, scilicet XI kalendas februarii, prædictus prior Sancti Nicholay 1248, n. st.
constituit Julianum Arifredum, sacerdotem, præsentem, procuratorem suum ad prosequen- 22 jan.
J dum querimonias suprascriptas, quas ipse prior exposuit contra Raimundum de Fonte et
heredes Stephani Balaiani, dans ipsi Guillermo et concedens plenam potestatem agendi
et jurandi in anima ipsius prioris super dictis querimoniis, et faciendi super eisdem queri-
moniis quicquid ipse prior facere posset, et promisit per sacramentum et sub obligatione
bonorum dicti monasterii se ratum habiturum quicquid per ipsum Julianum vel cum ipso
K factum fuerit super prædictis querimoniis.
94. Conqueritur Jaufridus Britonus de Raimundo de Fonte, dicens quod, cum Agnes,
uxor ipsius Jaufridi, habuisset verba injuriosa cum quadam alia muliere, et super eo
compromisissent ipsæ mulieres in Reolinum Gastellerium, et eidem Reolino tradidisse[n]t
pignora, scilicet dicta Agnes tria sestaria annonæ, cum alia pignora non haberet, et alia
L mulier quoddam mantellum, dictus Reolinus postea reddidit dictum mantellum dictæ mu-
lieri, et dicta tria sestaria annonæ misit ad domum Raimundi de Fonte, tunc vicarii Belli-
quadri, eo quod inimicabatur ipsi Jaufrido, et ipse Raimundus ea habuit, quæ dicta tria

[1] Manduel et Redessan, Gard, c°n Marguerittes.
[2] *Cod.* baiuli.
[3] *Vox* quod *abundare videtur.*
[4] Saint-Nicolas-de-Campagnac, Gard, c°n Saint-Chapte, c°e Sainte-Anastasie.
[5] Vallabrègues, Gard, c°n Aramon.

sestaria dictus vicarius promisit reddere ipsi Jaufrido, si ipse Jaufridus daret sibi unum par A cingularum, et cum ipse Jaufridus dederit ipsi Raimundo dictas cingulas bonas et pulcras, ideo petit dicta tria sestaria annonæ a dicto Raimundo sibi reddi. — Confitetur dictus Raimundus de Fonte de eimina tantum. — Condempnavimus, receptis testibus dicti Jaufridi, 1248, n. st. 31 jan. dictum Raimundum de Fonte in tribus sestariis frumenti restituendis infra mensem dicto Jaufrido. — II kalendas februarii. B

Fol. 17. Pasquerius, testis juratus, dixit quod Raimundus de Fonte [fecit] capi et extrahi de domo Jaufridi Britonis tria sestaria bladi et ferri ad domum sua[m]. Requisitus quis bladus erat, dixit se nescire, quoniam erat in quodam sacco. Requisitus quomodo scit quod essent ibi tria sestaria, respondit quia ita dicebant dictus Jaufridus et uxor sua, et plus erat ibi, et secundum suum arbitrium erant ibi bene tria sestaria. Requisitus quis cepit et quis portavit C bladum, dixit quod quidam juvenis quem non cognoscit nec scit nomen ejus. Requisitus qualiter scit quod ille qui portavit et cepit bladum caperet vel portaret pro dicto Raimundo, dixit quod ipse dicebat et quia ipsemet testis audivit quod dictus Ramundus dixit quod uxor ipsius Jaufridi faceret emendam curiæ et altera pars iret absoluta. Requisitus qualiter scit quod ille ferri [fecit] ad domum vicarii, respondit quia ipse testis ivit cum illo quitulit D usque ad curiam, et ibi dictus vicarius dixit : « Vade[1], porta ad domum illum bladum. » Requisitus de loco ubi cepit dictum bladum, dixit quod in domo Guillermi Franco, in qua dictus Jaufridus morabatur, quæ est juxta domum Bermundeti. Requisitus de præsentibus, dixit quod ipse testis et quidam alii quorum non recordatur. De tempore dixit quod in messibus proxime præteritis fuerunt duo vel tres [anni]. E

Johannes de Alamannia, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod quidam, qui erat tunc vicarius Belliquadri et cujus nomen neçcivit dicere, set ostendit Raimundum de Fonte, et dixit quod ille quem ostendit fecit capi et extrahi de domo Jaufridi Britonis tria sestaria frumenti et fecit afferri in domo sua. Requisitus quis portavit inde dictum bladum, dixit quod Reolinus Pasterius fecit inde ferri bladum[2] a quodam homine et portari ad domum dicti vicarii, et ipsemet testis vidit quod ille homo qui[3] portavit inde dictum bladum F in domo in qua dictus vicarius morabatur in Coiratoria, et ille Reolinus ivit ibi cum eo. Requisitus de nomine illius qui portavit bladum, dixit quod nescit nomen ejus nec cognoscit illum. Requisitus qualiter scit quod essent ibi tria sestaria, respondit quod vidit ea mensurari. Requisitus in quo portavit dictum bladum, dixit quod in quodam sacco, et dixit quod saccus G fuit redditus dicto Jaufrido. Requisitus de qua domo fuit extractus dictus bladus, dixit quod de quadam domo in qua morabatur dictus Jaufridus, quæ est juxta domum Bermundeti, nuncii curiæ. Requisitus de præsentibus, dixit quod ipse testis et Jaufridus et uxor sua et Reolinus Pasterius et Pasquerius. Requisitus de tempore, dixit quod bene sunt duo anni vel tres, set non recordatur præcise. H

Fol. 14 v°. 95. Conqueritur Hugo de Gosa de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus, mortuo patre ipsius Hugonis, misit nuncios suos in domum patris sui, qui nuncii volebant claudere ostium, et eum inde ejecit donec ipse venit et satisdedit ei quod ipse faceret judicium[4] et staret cognicioni judicis, et prohibuit ei ne aliquid acciperet vel tangeret de rebus quæ era[n]t infra domum, quam prohibitionem noluit ei relaxare donec habuit et extorsit I ab eo sex solidos nemausensium, quos petit a dicto Raimundo sibi reddi. Petit etiam sibi restaurari da[m]pnum et expensas quod [et quas] passus fuit et fecit o[c]casione dictæ prohibicionis, quod et quas æxtimat quinque solidos nemausensium. — Præcepimus Raimundo de Fonte, de consensu ejusdem, facta composicione inter eos, quod reddat dicto Hugoni hinc ad proximum carniprivium quatuor solidos nemausensium, secundum valorem J cujus erant nemausenses tempore quo dictus Raimundus eos habuit et exegit.

96. Conqueritur Bertrannus Tafanus, de Aramone, de Bertranno Pelato, condam vicario Volobricæ, dicens quod dictus Bertrandus Pelatus, dum erat vicarius dicti loci, injuste et sine causa misit eum in ostagiis apud Volobricam, et tenuit eum ibi in ostagiis per octo dies, et noluit eum dimittere de ostagiis donec habuit et exegit ab eo quinquaginta et K quinque solidos ramundensium, quos petit, *etc.*

97. Conqueritur Guido de Aramone de Bertranno Pelato, dicens quod dictus Bertrannus Pelatus, dum erat vicarius Volobricæ, habuit et extorsit injuste ab ipso sexaginta solidos ramundensium.

98. Conqueritur Guillermus Comparatus[5], prior Sancti Nicholay de Campaniaco, L nomine dicti monasterii, de Raimundo de Fonte, condam vicario Volobricæ, dicens quod dictus Raimundus de Fonte, tempore quo erat vicarius Volobricæ, fecit præconizari apud

[1] *Cod* Vada. — [2] *Cod.* blado. — [3] *Vox* qui *abundat, ut videtur.* — [4] *Cod.* judicis. — [5] *Idem qui supra,* § 93, Comparator *dicitur.*

A Volobricam quod quicumque de Volobrica deberet censum dicto monasterio afferret illum et solveret curiæ, et tunc illi qui debebant[1] censum dicto monasterio attulerunt curiæ et solverunt vel fecerunt solvi dicto vicario vel alii nomine ipsius censum infrascriptum, scilicet Raimundus Astrux et frater suus tres eiminas frumenti et tres eminas ordei et sex denarios ramundenses et tres capones, et Petrus Durantus Taconatus tria sestaria frumenti et
B tria sestaria ordei et sex capones et duodecim denarios raimundenses, et Guiraudus Balma tres eminas frumenti et tres eiminas ordei et tres capones et sex denarios, et Poncius Borjonus unam eiminam ordei et unum caponem, et Raimundus Grossus unam eiminam ordei et unum caponem, et Roquerius eminam ordei et dimidiam et caponem et dimidium, et Poncius Rainoardus unum sestarium ordei et duos capones, et Frimons et Garrigas unam
C eiminam ordei et unum caponem, et Guillermus Petrus, filius condam Rainoardi Mazoni, unum sestarium frumenti et unum sestarium ordei et duos capones et quatuor denarios, et Petrus Durantus Locha unam eminam frumenti et eiminam ordei et unum caponem, et Chabauda unam eiminam ordei et unum caponem, et filia condam Petri Raimundi Mala unum sestarium ordei et unum sestarium ordei et duos capones et quatuor denarios, Ber-
D trandus de Mesaaga dimidiam eminam ordei.

99. Conqueritur Guillermus Scafetus, de Vulpilleriis[2], de Raimundo de Fonte et de heredibus Stephani Balaiani, dicens quod dictus Raimundus de Fonte, tenens tunc vicariam Volobricæ pro dicto Stephano Balaiano, cepit ipsum Guillelmum injuste et sine causa in camino publico domini regis subtus Vulpillerias, et duxit eum apud Volobricam et tenuit eum Fol. 15.
E captum per quindecim dies; ex ipsa capcione et detentione, cum non posset negocia gerere, fuit dampnificatus dictus Guillermus in aliis quinquaginta solidis ramundensium et plus, et detinuit eum ibi tamdiu captum donec dictus Stephanus habuit et exegit ab eo quadraginta solidos ramundensium et unam saumatam annonæ, ipse Raimundus habuit quinquaginta solidos ramundensium. Et super hiis omnibus petit sibi justiciam exhiberi, petens a dicto
F Raimundo centum solidos raimundensium pro da[m]pno et expensis, et ab heredibus dicti Stephani quadraginta solidos raimundensium et dictam saumatam annonæ quæ injuste ab eo habuit et extorsit. — Confitetur Raimundus de Fonte se cepisse dictum Guillermum de mandato dicti Stephani Balaiani et tenuisse eum captum in ferrés[3] per tres dies pro quadam muliere de qua incu[l]pabatur, et postea composuit cum curia, set non recordatur quomodo. —
G Confitetur Guillermus Scafetus quod curia inculpabat eum de dicta muliere. Dixit tamen quod ipse immunis [erat] ab eo quod sibi imponebatur. — Negavit Raimunda, uxor condam Stephani Balaiani, dictum Raimundum cepisse mandato dicti Stephani dictum Guillermum, et negavit dictum Stephanum habuisse dictos quadraginta solidos et saumatam annonæ.

Martinus Chasaudus, testis juratus, dicit quod Raimundus de Fonte cepit Guillermum Fol. 19.
H Scafetum, de Vulpilleriis, et duxit captum apud Volobricam, et tenuit eum captum per quindecim dies et habuit et extorsit ab eo quinquaginta solidos ramundensium. Requisitus qualiter scit quod dictus Raimundus ceperit dictum Guillermum et quod tenuerit eum captum per quindecim dies, respondit quia vidit eum captum apud Volobricam in curia, et dictus Raimundus erat tunc vicarius Volobricæ. Item requisitus qualiter scit quod solverit
I dictos quinquaginta solidos, respondit quia vidit et interfuit et numeravit eos pro parte. Requisitus ex qua causa cepit eum, respondit quia inculpabatur quod habuerat rem cum quadam muliere, et ideo voluit habere quinquaginta solidos ramundensium. Requisitus de tempore solucionis dictorum quinquaginta solidorum, dixit quod non recordatur; de loco, dixit quod fuit in curia Volobricæ; de præsentibus, dixit quod ipse interfuit et Guillermus Guirardus, ut sibi videtur. Item dixit quod statim quamcito dictus Raimundus cepit dictum Guillermum, ipse venit statim apud Volobricam coram dicto Raimundo pro dicto Guillermo liberando.

100. Conqueritur Martinus Chasaudus, de Vulpilleriis, vobis dominis inquisitoribus Fol. 15.
domini regis de heredibus Stephani Balaiani, dicens quod ipse Stephanus Balaianus habuit
K ab eo injuste et extorsit sex libras raimundensium, eo quia Martinus quadam vice, cum quidam alius diceret quod dictus Stephanus non audiebat bene, dixit : « Immo audit ben quando dicitur sibi : ten », et ex causa fecit capi quandam equam ipsius Martini, *etc.*

Item conqueritur idem Martinus de heredibus dicti Stephani, dicens quod, cum ipse Martinus emisset quadam vice unum vomerem apud Avinionem[4] et postea quadam die tulisset
L ipsum vomerem ad fabrum de Tesiers[5], dictus faber dixit ei unde habuerat[6] ipsum vomerem, quoniam valde assimilabatur vomeri qui fuerat subreptus Bernardo Engier, et ipse dixit quod emerat apud Avinionem. Postea vero dictus Stephanus, qui erat tunc vicarius

[1] *Cod.* debebat.
[2] Volpelières, Gard, c[on] Aramon, c[ne] Théziers.
[3] *Id est* compedibus, *ut supra*, § 51.
[4] Avignon, Vaucluse.
[5] Théziers, Gard, c[on] Aramon.
[6] *Cod.* habueram.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Volobricæ et aliorum locorum ad vicariam Volobricæ pertinencium, mandavit ei quod afferret A
ei omnes vomeres quos habebat, et attulit et ostendit dicto Bernardo Engier, et dictus Ber-
nardus dixit quod nullus illorum vomerum erat suus, et dictus Stephanus quæsivit unde
habuerat illum vomerem, et præcepit ei quod adduceret illum a quo habuerat. Et cum ipse
Martinus diceret quod apud Avinionem emerat et non posset illum adducere, dictus Ste-
phanus quia non adduxit cepit duas equas ipsius Martini, et tenuit eas Bertrandus Lobardus, B
baiulus tunc pro ipso Stephano de Monte Frinio[1], in messibus per quindecim dies, et eas
noluit ei reddere donec habuit dictus Stephanus ab eo quadraginta solidos ramundensium
et quatuor sestarios annonæ, quos quadraginta solidos et quatuor sestarios annonæ et
da[m]pnum quod passus fuit pro capcione dictarum equarum, quod æxtimat sex sestarios
annonæ, petit ab heredibus dicti Stephani sibi reddi. — Negavit Raimunda omnia supradicta. C

Item conqueritur dictus Martinus de heredibus ejusdem Stephani, dicens quod dictus
Stephanus habuit et extorsit ab eo viginti solidos ramundensium, ex eo quia ipse Martinus
non ivit quadam vice ad mandatum Raimundi Bautugat, baiuli pro ipso Stephano de Vulpil-
leriis, præcipientis ex parte dicti Stephani quod iret cum aliis mensurare et bolare caminum
qui est sub Vulpilleria, quo itur apud Avinionem, et ideo non ivit quia tunc excusavit se D
cum dicto Raimundo quod ipse nichil sciebat de dicto camino mensurando vel bolando, et
rogavit ipsum quod alium mitteret loco suo. Requisitus si remisit eum, respondit quod non
dixit sic vel non. — Negavit Raimunda omnia supradicta.

Item conqueritur dictus Martinus de heredibus dicti Stephani, dicens quod Raimundus
de Monte Frino dixit ipsi Martino quod veniret coram Stephano Balaiano, et venit coram eo, E
et dictus Stephanus statim[2] peciit ab eo viginti solidos ramundensium et noluit ei dicere
quare, et compulit eum jurare quod non exiret de Belliquadro, ubi erant, donec attulisset
eos sibi, et cum ipse non haberet, Guillelmus Petri de Valle Aqueria solvit dictos viginti
solidos dicto Stephano, vel alii pro eo, nomine ipsius Martini. Unde supplicat quod, *etc.*

Fol. 15 v°. Item conqueritur dictus Martinus de Bertrando Pelato, dicens quod dictus Bertrandus, F
dum erat vicarius Volobricæ, habuit et extorsit ab ipso Martino injuste et sine judicis co-
gnicione sexaginta solidos ramundensium, imponens ei quod ipse subripuerat quoddam
alamon, super quo fuit facta inquisicio, et non fuit probatum, cum non esset verum, et ni-
chilominus dictus Bertrandus tenuit eum tamdiu in ostagiis apud Volobricam, donec habuit
ab eo dictos sexaginta solidos, et postea reddidit ei dictum alamon, quos sexaginta solidos G
ramundensium et da[m]pnum quod ei intulit detinendo eum in ostagiis, quod æxtimat viginti
solidos raimundensium, petit sibi restitui a dicto Bertrando.

101. Conqueritur Petrus Hugo de heredibus Stephani Balaiani, dicens quod tempore
quo dictus Stephanus erat vicarius Volobricæ et de Mesenis[3], habuit et extorsit injuste ab
ipso Petro Hugone sexaginta solidos raimundensium, imponens ei quod ipse interfuerat H
occisioni cujusdam viriculi[4] quem occidit quidam juvenis de Mesenis, et ipse nunquam
interfuit, set bene vidit eum occidi, set non occidit auxilio vel consilio ipsius. Unde petit
dictos sexaginta solidos raimundensium ab heredibus dicti Stephani sibi reddi. — Negavit
Raimunda, uxor condam Stephani Balaiani, omnia supradicta.

102. Garnerius conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis de Michaele de I
Chastres, vicario Belliquadri, dicens quod Petrus Faber, tunc baiulus de Adavo[5] tunc pro
dicto Michaele, cepit ipsum Garnerium apud Adavum et adduxit eum captum in hoc castro,
et dictus vicarius fecit eum mitti in carcere, imponens ei quod ipse persuaserat Guillermo
Leric qui dicebatur subripuisse quandam garlandam in domo dicti Petri Boni Filii, quod
intraret ecclesiam de Adavo, et detinuit eum captum dictus vicarius et fecit capi sex ses- J
taria annonæ quæ Raimundus Petrus eidem Garnerio debebat, et præterea habuit ab eo
viginti solidos ramundensium. Et cum dictus Garnerius nichil commississet[6] in prædictis,
petit dicta sex sestaria annonæ et dictos viginti solidos ramundensium sibi restitui a dicto
Michaele.

103. Conqueritur Poncius Stephanus Bontemps de Radulfo de Sancto Quintino, dicens K
quod dictus Radulfus olim, dum erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit injuste et sine
judicis cognitione sex libras raimundensium, ex eo quod, cum Laurencius, nunc sacerdos, et
Robinus, qui erat tunc decimarius vel districtor decimæ, contenderent et haberent rixam
inter se in quadam vinea ipsius Laurencii pro decima ipsius vineæ, et ipse Poncius Stepha-
nus eos divideret et separaret, dictus Radulfus, ad insinuationem dicti Robini, imposuit ei L
quod ipse impinxerat et derrocaverat dictum Robinum in terra, quod non fecit nec fuit pro-
batum. Unde supplicat quod dictas sex libras a dicto Radulfo sibi restitui faciatis.

[1] Montfrin, Gard, c[on] Aramon.
[2] *Cod.* statit.
[3] Meynes, Gard, c[on] Aramon.
[4] *Cod.* viricli, *adjecta compendii nota.*
[5] Adau, *prope* Beaucaire. *Vide supra*, § 55.
[6] *Cod.* comisisset.

A Raimundus Aldoardus, testis juratus, dixit quod Radulfus de Sancto Quintino, tunc vica- Fol. 20.
rius Belliquadri, condempnavit Poncium Stephanum in sex libris ramundensium, quia Ro-
binus conquestus fuerat de ipso Poncio Stephano dicto Radulfo pro rixa quæ fuerat inter
Laurencium privignum suum et ipsum Robinum, et rogavit dictus Poncius ipsum testem
quod iret cum eo ad domum dicti Radulfi et solveret ei dictas sex libras. Et iverunt ipse tes-
B tis et dictus Poncius Stephanus ad domum dicti Radulfi, et tradidit dictus Poncius Stepha-
nus dictas sex libras ramundensium Guillermo Fabro, qui erat tunc nuncius dicti Radulfi,
et ipse testis vidit eos numerari, et dixit dictus testis quod dictus Radulfus erat tunc in
dicta domo. De tempore requisitus, dixit quod non recordatur. De loco ubi dictus Guil-
lermus Faber numeravit dictas sex libras raimundensium, dixit quod fuit in domo Jachobi
C Guigonis, ubi tunc dictus Radulfus morabatur. De præsentibus, dixit quod ipse testis. et
dictus Poncius Stephanus et dictus Guillermus Faber.

104. Conqueritur Raimundus Folcrannus de Guillermo Fabro, dicens quod dictus Guil- Fol. 15 v°.
lermus Faber, tempore quo erat nuncius curiæ hujus castri Belliquadri, extraxit de domo
in qua ipse et frater suus et mater sua morabantur quandam samarram blavam cum penna
D cirogrillorum ipsius Raimundi, et eam inde portavit injuste et sine causa, quam samarram
vel æxtimacionem dictæ samarræ si non extat, quam æxtimat quadraginta solidos ramunden-
sium, petit a dicto Guillermo sibi restitui.

105. Conqueritur Poncius Stephanus Bonte[m]ps de Raimundo de Fonte, dicens quod Fol. 16.
dictus Raimundus de Fonte, tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab eo
E injuste et sine cognicione judicis quadraginta solidos raimundensium, imponens ei quod
ipse excusserat sanguinem cuidam qui vocabatur Raimundus de Catalan, quod ipse nun-
quam fecit, nec fuit probatum. Unde petunt quod dictos quadraginta solidos ramundensium
eis restitui faciatis a dicto Raimundo.

Confitetur Raimundus de Fonte se habuisse dictos XL solidos, set habuit eos pro sanguine
F que[m] fecerant. — Negavit Poncius Stephanus se fecisse sanguinem, et dictus Raimundus
dixit quod probaret. — Conde[m]pnavimus dictum Raimundum de Fonte in dictis quadra-
ginta solidis ramundensium restituendis dicto Poncio infra mensem.

106. Conqueruntur Guillermus Nicholaus et Poncius Guillermus, fratres, et Stephanus
Amiellus, de Furcis, de Guillermo Petro, de Valle Aqueria[1], dicentes quod dictus Guiller-
G mus Petrus, tempore quo erat castellanus de Furcis, habuit et extorsit ab eis injuste et sine
judicis cognitione quadraginta solidos ramundensium, eo quod bannerii invenerunt de nocte
bestias ipsorum in bladis aliorum hominum pascentes, quas bestias nuncii eorum miserant
in bladis ipsorum ut pascerent ibi, et dum dicti nuncii musare[n]t, dictæ bestiæ intrave-
runt blados alienos. Unde supplicant quod dictos XL solidos raimundensium eis restitui fa-
H ciatis, et ultra dictos quadraginta solidos solverunt banneriis octo solidos raimundensium
pro banno, et nichil plus debere[n]t inde accipere nisi bannum.

107. Conqueritur Simon Corderius de domino Odardo, senescallo Belliquadri, dicens
quod dictus dominus senescallus debet eidem Simoni sex libras minus quinque solidis vien-
nensium, quas frater Rainerius, nomine dicti domini senescalli, promisit ei dare pro tribus
I milibus sestariis bladi domini regis minus quatuordecim sestariis portandis a castro de Aquis
Mortuis[2] ad caupulos qui stabant in mari, et dicit quod ipse dictum bladum ibi fecit portari
totum ut convenit, et cum dictus dominus senescallus nolit sibi solvere prædictas sex libras
minus quinque solidis viennensium, supplicat quod dictas sex libras minus quinque solidis
ei a dicto domino Odardo solvi faciatis.

J Item dicit dictus Simon quod dictus frater Rainerius, cum quo ipse fecit forum de dicto
blado portando, debuit ei habere tantum de caupulis quod ex deffectu caupulorum non
oporteret eum nec familiam suam en foll, et non habuit, et ideo stetit ibi cum XLV homi-
nibus qui ferebant dictum bladum ad caupulos per tres dies en foll, et conducebat eos sin-
gulos singulis diebus secundum magis et minus duodecim denarios viennenses et etiam
K plus. Unde supplicat quod da[m]pnum quod ob hoc ipse sustinuit, quod æxtimat VI libras et
XV solidos viennensium, licet sit plus, sibi restitui faciatis.

108. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Michael Fornes de here-
dibus Guillermi Cogorla, de Remolins[3], dicens quod dictus Guillermus Cogorla, tempore
quo erat baiulus de Remolins, habuit et extorsit ab ipso injuste et sine cognitione judicis
L quadraginta solidos ramundensium, imponens ei quod ipse fecerat seu excusserat sanguinem
Petro Cadarosset, quod nunquam fecit, nec fuit probatum. Unde petit dictos quadraginta so-
lidos ramundensium ab heredibus dicti Guillermi Cogorla.

109. Conqueritur Bertrandus Broquerius de heredibus Poncii Duri Fortis, dicens quod

[1] Valliguières, Gard, c°n Remoulins. — [2] Aigues-Mortes, Gard, arr. Nîmes. — [3] Remoulins, Gard, arr. Uzès.

dictus Poncius Durus Fortis, gerens vices Radulfi de Sancto Quintino, tunc vicarii Belli- A
quadri, et ejus locum tenens, habuit et extorsit ab eo injuste quindecim solidos ramundensium, quia habuerat rixam et novas cum filio Stephani Furnerii, in qua rixa non fuit factus sanguis neque livor, nec aliquis inde conquerebatur. Unde supplicat quod dictos quindecim solidos ramundensium ab heredibus dicti Poncii Duri Fortis sibi restitui faciatis.

110. Conqueritur Poncius Broquerius de heredibus dicti Poncii, dicens quod dictus B
Poncius Durus Fortis cepit in portu hujus castri, ipso Poncio invito et ignorante, dum tenebat locum dicti vicarii, quandam timonairam ipsius Poncii Broquerii, et numquan eam sibi reddere voluit. Unde supplicat quod prædictam timonairam vel ejus æxtimacionem, quam æxtimat XV solidos ramundensium, sibi restitui faciatis.

111. Significat vestræ discretioni Saurina, uxor condam Petri de Fores, quod dictus C
Petrus de Fores, condam vir suus, mandato domini Petri de Ernencort, tunc senescalli Belliquadri, stetit, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, apud Calvicionem[1] in servicio domini regis cum aliis servientibus in municione per decem dies, et debebat habere singulis diebus duos solidos ramundensium, quam mercedem promisit et sibi et aliis solvere dictus dominus senescallus, quod facere noluit. Unde petit, nomine liberorum D
suorum quos habuit ab ipso Petro, prædictam mercedem, scilicet viginti solidos ramundensium, sibi reddi.

Fol. 18 v°. 112. In alio cartulario in quarto folio est querela. — Bertrandus de Vivariis, filius condam Hugonis de Vivariis, testis juratus, dixit quod, tempore domini Peregrini, Gregorius, maritus dictæ Mariæ, duxit eum coram Gilio Bertranno, tunc vicario Belliquadri, quia imponebatur E
eidem testi quod ipse promiserat dicto Gilio centum solidos raimundensium de bonis dictæ mulieris, et idem testis dixit ipsi Gilio quod nunquam promiserat ei. Et tunc dictus Gilius dixit : « Immo promisistis, et ego habeo eos et retinebo. » Requisitus qua de causa retinebat, dixit quia imponebat ipsi testi quod ipse eos promiserat ei, ipse tamen non vidit numerari peccuniam. F

Bertrandus de Biterri, testis juratus, dixit quod Gregorius Benedictus rogavit ipsum testem quod iret cum eo coram Gilio Bertrando, qui erat tunc vicarius Belliquadri, ut quærerent ab eo quare retinebat centum solidos ramundensium de denariis Mariæ uxoris suæ, quos curia receperat a tutoribus filiæ condam ipsius uxoris suæ, eo tempore quo dictus Gilius erat vicarius, et iverunt. Coram teste quæsivit ab eodem Gilio quare retinebat dictos G
centum solidos, et ipse Gilius respondit quia Bertrandus de Vivariis promiserat ei, et dixit quod dicti denarii fuerint de hereditate filiæ condam dictæ Mariæ. Dixit tamen quod ipse vidit quando curia accepit peccuniam. Requisitus de tempore, dixit quod fuit eo tempore quo dictus Gilius erat vicarius Belliquadri, et fuit in carreria Coiratariæ prope stare ipsius Gilii. De præsentibus non recordatur. H

Fol. 23 v°. 113. Anno dominicæ incarnationis M° CC° XVII°, quinto kalendas aprilis[2], regnante Philippo rege Francorum, existentibus in castro Belliquadri consulibus Raimundo Bermundo, Petro Centullo, Raimundo Bernardo, Laurencio de Vivariis, Raimundo Ministrali, Raimundo Farello, et eorum judice existente Poncio Bordico. Ego Raimundus, Dei gratia dux Narbonæ, comes Tholosæ, marchio Provinciæ, filius condam Costanciæ, de regali projenie ortæ, dono I
et concedo in perpetuum, per me et per omnes meos successores, vobis jam dictis consulibus et vestris successoribus et per vos universitati tocius castri Belliquadri libertatem et immunitatem ab omni tolta et quista violenta, et concedo vobis et vestris et dono per me et per meos et per vos prædictæ universitati libertatem et immunitatem ab omni pedagio per totam terram meam quam habeo vel habere debeo vel habiturus sum, excepto pedagio salis, J
et etiam de sale nichil percipiam vel percipi faciam ad portam hujus castri. Et remitto vobis et vestris et per vos prædictæ universitati pravum usaticum pasquerii et lignorum defferendorum ab hominibus Condaminæ[3] in die anni novi, et dono consulatui vestro in perpetuum omnes redditus, si aliqui sunt vel esse poterint, omnium vallatorum tocius hujus castri. Item remitto vobis et vestris et per vos prædictæ universitati omnem pravum usaticum et con- K
suetudinem a tempore meæ nativitatis inchoatam. Item concedo vobis et vestris et per vos prædictæ universitati et dono in perpetuum per me et per meos consulatum liberum, ita ut consules hujus castri habeant potestatem et jurisdictionem de omnibus causis civilibus; set abstineant se ne de crimine adulterii cognoscant nec de homicidio nec de crimine læsæ magestatis nec de aliis publicis criminibus nec de furto. Et concedo vobis et vestris succes- L
soribus, et per vos prædictæ universitati, et dono potestatem mulctandi in quadratis clausuræ hujus castri quemlibet habitantem in hoc castro, facientem vel dicentem injuriam consulatui

[1] Calvisson, Gard, c^on Sommières. — [2] *Die 28 martii, anno 1217, vel 1218.* — [3] *Pars urbis Belliquadri. Vide supra*, p. 459, § 50.

A vestro vel consulibus vel toti universitati hujus castri, prout consuetum vestrum consilium judicaverit. Actum fuit hoc in castro Belliquadri, in solario staris liberorum condam Raimundi de Teserio, hiis testibus subscriptis præsentibus: Raimbaldo Cambas Longas, Lageto de Medenis, Guillermo de Crota, Guillermo Hugone de Sancto Petro juniore, Bertrando de Sancto Petro fratre ejus, Guillermo de Rupe Maura, Raimundo de Arenis, Raimundo
B Malo Sanguine, Bertrando de Biterris, Andrea de Rediciano, Petro de Riperiis, Thoma Imberto, Bono Filio Vacca, Guillermo de Agenno, Bertrando Regordo, Johanne Regordo, Firmino Clemente, Johanne Lombardo, Rostagno Bruno, Petro Salino filio condam Raimundi Salini, Petro Augerio, Girardo Desirerio, Guillermo Bertrando tincturerio, Petro Chabaudo, Duranto de Ultra mare, Duranto de Biterris, Olivario Petro Raimberto. Ego
C Philippus, notarius in castro Belliquadri, hiis omnibus testis interfui et mandato utriusque partis hoc instrumentum scripsi et signavi.

114. Anno ab incarnatione Domini M° CC° XVII°, sexto nonas maii, regnante Philippo rege Francorum, existentibus in castro Belliquadri consulibus Raimundo Bermundo, Petro Centullo et Raimundo Bernardo Guilisino et Laurencio de Vivariis et Raimundo Ministrale
D et Raimundo Farello, et eorum judice Poncio Burdico. Ego Raimundus, Dei gratia dux Narbonæ, comes Tholosæ, marchio Provinciæ, filius reginæ Costanciæ, dono et trado, cedo et mando in perpetuum pro me et pro filio meo, Raimundo comite juvene, filio reginæ Johannæ, et per omnes successores meos, mera liberalitate et donatione inter vivos, vobis jam dictis consulibus et successoribus vestris, et per vos toti[1] universitati castri Belliquadri,
E intus et extra, præsenti et futuræ, scilicet omne jus et omnem accionem realem vel personalem, utilem vel directam, michi competentem vel competituram in sextario Belliquadri lapideo vel ligneo vel emina lapidea vel lignea vel in omni alia mensura, in qua venale bladum venditur vel deinceps vendetur seu vendi vel mensurari consuetum est infra castrum Belliquadri vel in ejus pertinentiis, et sextaralagium totum et locum in foro Belliquadri in quo
F prædictæ mensuræ ædificatæ seu positæ sunt vel erunt, cum omnibus suis pertinenciis. Concedo etiam vobis ut possessionem prædictorum auctoritate vestra ingrediamini, et faciam et curabo quod jam dictus filius meus Raimundus prædictam donationem vobis prædictis consulibus et successoribus vestris confirmabit et per vos toti universitati prædictæ et semper ratam habebit. Et ego hanc donationem me perpetuo ratam et firmam habiturum et me in
G nullo per me vel meos vel per interpositam personam nec alio aliquo jure contraventurum per stipulationem vobis bona fide promitto, renuncians omni juri michi competenti vel competituro. Actum fuit hoc in castro Belliquadri, in stari mustelæ. Hujus rei sunt testes Raimbaldus Cambas Longas, Guillermus de Crota, Bertrandus de Sancto Petro, Jachobus Guigo, Petrus de Bruneto, Guillemetus Andreas de Redeciano, Durantus de Biterris, Petrus
H Corderius, Guiraudus Imbertus, Guillermus Alasardus, Raimundus Durantus, Rostagnus de Roanissa, et ego Petrus Guilebertus, notarius, qui mandato utriusque partis hoc instrumentum scripsi et signavi.

QUERELÆ UNIVERSITATIS PROBORUM HOMINUM DE BELLIQUADRO. Fol. 24.

115. Notum sit vobis dominis inquisitoribus domini regis quod comes Tholosanus dedit
I et concessit consulatum universitati castri Belliquadri secundum quod continetur in quodam instrumento publico super hoc confecto, quem consulatum postea dominus Peregrinus, senescallus tunc Belliquadri, abstulit injuste universitati dicti castri. Unde postulant Petrus Centullus et Raimundus de Arena, milites, et Petrus Salinus junior et Raimundus de Croso, burgenses Belliquadri, electi ab universitate dicti castri sindici, coram vobis, prædictum
J consulatum sibi nomine dictæ universitatis et per ipsos ipsi universitati restitui, et produxerunt prædicti sindici ad probandum prædicta instrumentum supra[2] primo transscriptum.

Item sit vobis notum quod, eo tempore quo comes Tholosanus tenebat castrum Belliquadri, cum causa ventilabatur in curia Belliquadri, erat consuetum quod pignora non accipiebantur nisi in fine causæ, et qui obtinebat in causa recuperabat pignora sua libera
K et absoluta, et victus solvebat expensas curiæ. Quod non fuit observatum a dicto Peregrino nec a suis successoribus; immo tempore domini Peregrini et successorum suorum curia accepit et accipit qualibet die assignata pignora ab utraque parte. Et quod ita fuit consuetum, ut supra dictum est, protestantur prædicti sindici se facturos vobis per testes ydoneos plenam fidem. Unde postulant prædicti sindici ut, cum de prædictis facta fuerit vobis fides de præ-
L dictis, faciatis restitui prædictam universitatem in prænominato statu, scilicet quod pignora non accipiantur nisi in fine causæ, et quod victus solvat expensas curiæ.

[1] *Cod.* tote *hic et infra.* — [2] *Supra*, § 113.

Item sit notum vobis quod comes Tholosanus dedit universitati Belliquadri immunitatem A pasquerii, sicut continetur in quodam instrumento publico inde confecto, scilicet quod non tenerentur dare aliquid pro pasquerio, ipsi comiti vel alii pro eo. Quam immunitatem dominus Peregrinus prædictus, et alii senescalli qui venerunt post ipsum, dictæ universitati fregerunt accipiendo tricesimam ovem pro pasquerio quolibet anno, a probis hominibus dicti castri qui oves habent. Unde postulant prædicti sindici, nomine dictæ universitatis, prædic- B tam libertatem seu immunitatem nomine dictæ universitatis sibi restitui, et ad probandum prædicta pro[du]xerunt prædicti sindici instrumentum supra primo tra[n]scriptum.

Item sit vobis notum quod, a tempore domini Peregrini citra, vicarii curiæ Belliquadri acceperunt et accipiunt pro pignoribus causarum in duplum quam accipiebatur tempore domini Peregrini. Tempore enim domini Peregrini pro pignoribus majoris causæ peccuniariæ C accipiebantur tantum quinque solidi raimundensium, et a quinque solidis ramundensium inferius secundum quod erat causa parva vel magna, super quo prædicti sindici protestantur se facere vobis per testes ydoneos plenam fidem. Unde postulant prædicti sindici quod, habita consideratione secundum quantitatem et qualitatem causarum, super exactione su[m]ptuum pignorum curiæ taxacionem ydoneam faciatis. D

Item sit vobis notum quod comes Tholosæ dedit et tradidit, cedit et mandavit donatione inter vivos consulibus dicti castri omne jus et omnem accionem realem, personalem, utilem vel directam, ipsi comiti competentem vel competituram in sestario Belliquadri lapideo vel ligneo, vel emina lignea vel lapidea, vel in omni alia mensura in qua bladum venderetur vel mensuraretur in castro Belliquadri vel ejus pertinentiis, et sestaralagium totum et locum in E foro Belliquadri in quo prædictæ mensuræ hædificatæ erant vel essent in futurum, secundum quod continetur in quodam instrumento publico confecto per manum Petri Guilaberti, tunc notarii. Quod sestarium et sestaralagium tenet nunc senescallus Belliquadri pro domino rege Francorum. De quibus prædicti sindici sunt parati vobis per instrumentum publicum facere plenam fidem. Unde postulant prædicti sindici, nomine dictæ universitatis, dictum F sestaralagium et totum locum sestaralagii in quo mensuræ sestaralagii[1] sunt positæ vel ædificatæ, cum suis pertinenciis dictæ universitati restitui; et ad probandum prædicta produxerunt prædicti sindici instrumentum supra ultimo transscriptum.

Item sit vobis notum quod consuetudo fuit antiquissima in castro Belliquadri et rupta a quinque annis citra, quod, quando senescallus Belliquadri vel alius pro eo faciebat inter- G dictum in castro Belliquadri ne bladus vel vinum extraheretur de castro prædicto, faciebat hoc cum consilio habitancium dicti castri, et hoc faciebat tantum pro evidenti necessitate terræ vel domini. Unde postulant prædicti sindici, nomine dictæ universitatis, quod prædictum interdictum de cetero non fiat in dicto castro, et quod prædicta consuetudo de non extrahendo blado vel vino de dicto castro nisi secundum quod prædictum est, secundum H quod diu obtinuit, observetur.

Fol. 24 v°. Item sit vobis notum quod omnes officiales curiæ, exceptis vicario et judice, consueverunt et tenentur conferre in expensis omnibus dicti castri, quæ consuetudo est rupta a quinque annis citra. De quibus prædicti sindici facient cognitioni vestræ fidem. Unde postulant, *etc.* I

Item sit vobis notum quod in dicto castro debet esse annalis vicarius, et annalis judex, et alii officiales, et dicti judex et vicarius debent jurare quod procedant et judicent secundum jus et consuetudines dicti castri, et quod nichil accipiant nisi esculentum et poculentum a subditis. Unde postulant, *etc.*

Item sit vobis notum quod antiquissima fuit consuetudo in castro Belliquadri et rupta a J brevi tempore citra, quod super controversiis quæ erant vel esse poterant in dicto castro super muris, gorgis et tillicidiis[2] eligebantur duo magistri lapidum, qui jurati debebant determinare dictas controversias sine pœna curiæ, et dicti magistri accipiebant inde tantum mercedem sui laboris. Unde postulant quod dicta consuetudo in posterum observetur.

Item sit vobis notum quod antiqua consuetudo fuit in castro Belliquadri, quod senes- K callus Belliquadri, vel alius nomine dicti senescalli, non debebat immittere animalia extranea in pascuis dicti castri, quod non fuit observatum a tempore domini Peregrini citra. Immo Petrus de Atiis et alii senescalli post ipsum animalia Arelatensium et Tharasconensium receperunt et immiserunt in pascuis dicti castri. Unde postulant, *etc.*

Item sit notum vobis quod dominus Raimundus, comes Tholosæ, dedit et concessit in L perpetuum, per se et suos, consulibus tunc castri Belliquadri et universitati ejusdem castri libertatem et immunitatem ab omni quista et tallia violenta, prout continetur in instrumento publico inde confecto, et toto tempore comitis Tholosani et prædecessorum suorum fuerunt

[1] *Cod.* sestararii. — [2] *Sic cod. pro* stillicidiis.

A immunes habitatores dicti castri ab omni quista et tallia violenta. Et contra prædicta Petrus
de Atiis, tunc senescallus Belliquadri, dixit se velle habere nomine domini regis ab habi-
tatoribus dicti castri tria milia librarum turonensium, pro quibus præcepit fieri colle[c]tam
in dicto castro, et facta colle[c]ta, extorsit ab habitatoribus dicti castri quatuor milia libra-
rum turonensium, de quibus habuit tam ipse Petrus quam vicarius et judex et alii officiales
B curiæ dicti castri mille libras turonensium et plus. Et ad hoc probandum produxerunt instru-
mentum supra primo transscriptum.

Item sit notum vobis quod pro expensis factis in quadringentis servientibus et quater
viginti saumeriis quos homines dicti castri miserunt in servicium domini regis et honorem
ad Montem Rialem[1], dictus Petrus de Atiis, tunc senescallus, præcepit fieri collectam in hoc
C castro Belliquadri, et, facta collecta, Petrus de Atiis et familia ejus et officiales curiæ Belli-
quadri habuerunt et extorserunt ab hominibus dicti castri, ultra expensas dictorum servien-
tum et saumeriorum, decem milia solidorum ramundensium et plus.

Item sit vobis notum quod, pro expensis quas Raimundus Rostagnus et Elisiarius de Biterri
fecerunt eundo et redeundo ad dominum regem, dictus Petrus de Atiis, tunc senescallus
D Belliquadri, extorsit ab hominibus dicti castri sexcentas libras turonensium et plus.

Item sit vobis notum quod dictus Petrus de Atiis, tunc senescallus Belliquadri, præcepit
sine causa hominibus dicti castri ut irent causa exercitus apud Alestum[2], et ex dicto præ-
cepto homines dicti castri iverunt causa exercitus apud Alestum. Unde passi fuerunt damp-
num in viginti milibus solidorum ramundensium. Unde petunt prædicti sindici nomine dictæ
E universitatis prædicta viginti milia solidorum raimundensium pro dato sibi dampno sine
causa prædictæ universitati restitui.

Item sit vobis notum quod, eo tempore quod dominus P[etrus] de Ernencort erat senes- Fol. 25.
callus Belliquadri, ipse dominus P[etrus] peciit mutuo ab hominibus dicti castri Belliquadri
viginti milia solidorum raimundensium, et dicta viginti milia solidorum raimundensium
F habuit ex dicta causa mutui ab hominibus dicti castri. Et postea dictus dominus Petrus de
Ernencort quæsivit dicta viginti milia solidorum a quibusdam hominibus dicti castri ex
causa donationis, et ipsi dederunt ea sibi sine consensu universitatis vel majoris partis dictæ
universitatis dicti castri. Unde petunt, *etc.*

Item sit notum vobis quod Michael de Chatres, vicarius Belliquadri, habuit ex causa
G mutui ab universitate hominum dicti castri viginti libras viennensium, quas petunt ab eo
prædicti sindici nomine dictæ universitatis.

Item sit notum vobis quod vicarii Belliquadri non debent exsequi aliquod factum ante
sentenciam latam a judice, et quod persona alicujus hominis non debet detineri in curia,
nisi sit accusatus de tali facto quod exigat membri abcisionem vel mortem, si dat fidejusso-
H rem vel jurat stare mandatis curiæ, quod non est observatum a tempore Petri de Atiis citra.
Unde postulant ne vicarius Belliquadri exsequatur aliquod factum ante latam sentenciam
sub judice, et quod persona alicujus hominis non detineatur a curia, nisi sit accusatus de
tali facto quod exigat membri abcisionem vel mortem, si dat fidejussorem vel jurat stare
mandatis curiæ.

I Item sit notum vobis quod collect[or]es talliarum et quistarum factarum et faciendarum
in castro Belliquadri pro utilitate dicti castri debebant et tenebantur reddere rationem
probis hominibus dicti castri vel electis ab ipsis probis hominibus, quod non est observatum
a tempore Petri de Atiis citra. Unde postulant prædicti sindici quod prædicta de cetero
observentur.

J Item sit notum vobis quod dominus comes Tholosanus dedit et concessit consulibus
hujus castri, nomine universitatis hujus castri, fossata[3] hujus castri, quæ tam dominus
Peregrinus quam alii senescalli post ipsum abstulerunt dictæ universitati; et specialiter Petrus
de Atiis, condam senescallus Belliquadri, abstulit dictæ universitati fossata quæ circumda-
bant villam Belliquadri, in quibus consueverant defluere et congregari aquæ pluviales stilli-
K cidiorum villæ Belliquadri, et dominus Peregrinus abstulit eidem universitati fossata quæ
erant inter villam Belliquadri interiorem et villam Condaminæ. Unde petunt prædicti sindici
redditus fossatorum prædictorum prædictæ universitati restitui. Et ad hoc probandum pro-
duxerunt instrumentum supra primo transscriptum.

Item sit notum vobis quod, cum pro negociis domini regis fiunt curserii[4] in castro Belli-
L quadri, expletis negociis pro quibus fiunt dicti curserii, consueverunt vendi vel demoliri
per probos homines electos ab universitate dicti castri, et precium vel ligna ipsorum, quando
erant demolita, expendi in rem publicam dictæ universitatis, quod non est observatum

[1] *Fortasse.* Montréal (Aude, arr. Carcassonne), *qui locus anno 1240, mense novembri, a regio exercitu expugnatus fuit. Vide infra*, p. 481, § 117.

[2] Alais, Gard.

[3] *Cod.* bannum et fossata; *sed cancellata vox* bannum.

[4] *Vide infra*, p. 484 et 485, § 137 et 138.

dictæ universitati; immo Maurellus, cum esset castellanus de Mota, abstulit dictæ universitati A unum curserium, et Radulfus de Sancto Quintino, quando erat vicarius, abstulit dictæ universitati aliud curserium, et Michael de Chatres, nunc vicarius Belliquadri, habuit et accepit propria auctoritate, contra voluntatem proborum hominum de Belliquadro, anno proxime præterito, de precio curseriorum dictæ universitatis. Unde petunt a prædictis Maurello et Radulfo de Sancto Quintino prædictos curserios vel eorum æxtimacionem dictæ B universitati restitui.

Item sit notum vobis quod consuetum est ab antiquo quod curia Belliquadri pro publicatione testamenti clausi accipit curia[1] decem solidos raimundensium, quantacumque sit hereditas, et pro publicatione testamenti nuncupativi quinque solidos ramundensium, quantacumque sit hereditas, et de publicatione testamenti clausi minorum hereditatum consuevit C accipere curia tempore domini Peregrini ad arbitrium judicis a decem solidis inferius, et pro publicatione testamenti nuncupativi minorum hereditatum similiter ad arbitrium judicis a quinque solidis inferius: quod non observatur a vicario qui nunc est, immo accipit tantum de minoribus quantum de majoribus. Unde petunt prædicti sindici quod sicut consuetum est ab antiquo observetur. D

Item[2] sit notum vobis quod curia Bellicadri sive vicarius gravat universitatem Bellicadri in hoc quod, quando causæ injuriarum ventilantur in curia Bellicadri et super illis causis fit compositio, curia vocat partes et inquirit ab eis veritatem sub religione sacramenti quid datur vel debet dari pro compositione, et tantum q[u]antum datur vel debet dari curia exigit ab illo qui aliquid dat vel debet dare[3], vel si condempnatur ille qui dixerit vel fecerit injuriam E in aliq[u]a summa pecuniæ, curia exigit a condempnato tantum q[u]antum tenetur præstare per condempnationem adversario suo, et hoc exigit curia ultra sumptus q[u]os habuerit ab utraque parte, pendente lite. Et hoc fuit mutatum a tempore domini Peregrini citra. Unde postulant prædicta penitus revocari[4].

116. Conqueruntur vobis Petrus Centullus et Raimundus de Arena et Petrus Salinus F junior et Raimundus de Croso, sindici universitatis Belliquadri, nomine dictæ universitatis, de Bertrando de Vivariis juniore, dicentes quod dictus Bertrandus, cum esset subvicarius curiæ Belliquadri, habuit ex causa empcionis quasdam tabulas quæ fuerant de curseriis dictæ universitatis, pro quibus debet adhuc dictæ universitati quadraginta solidos viennensium. Asserunt etiam quod, cum esset subvicarius, in quadam collecta quæ fuit facta G pro universitate, dictus Bertrandus debuit conferre in dicta collecta, pro porcione ipsum contingente, viginti solidos viennensium; quos viginti solidos et dictos quadraginta solidos viennensium non vult solvere dictæ universitati. Unde petunt, *etc.*

Fol. 25 v°. Item[5] conqueruntur prædicti sindici, nomine dictæ universitatis, de Gausio Ferrullo, et asserunt quod dictus Gausius Ferrullus fuit constitutus officialis per Guillelmum de Codolis, H tunc judicem sen[escallie], ad recipiendum pignora infra scripta, de quadam collecta quæ fuit facta ab universitate Belliquadri, quæ pignora dictus Gausius habuit et recepit injuste a collectoribus dictæ talliæ: scilicet a Petro Salino juniore, unum coopertorium sericum, et quatuor aurellerios sericos, et unum perpunctum, pro XL solidis; item a Jachobo Alfanto, unam capam viridem cum penna cirogrillorum, pro XL solidis; item a Guillelmo Barallo majore, unas I caligas ferrea[s], pro XXX solidis; item a Raimundo Bernardo draperio, unam ollam cupream litteratam[6], pro L solidis; item a Bernardo Raimundo Salnerio, unum auspergotum ferreum cum rutulo, pro L solidis; item a Guillelmo de Ucecia, unum curellum ferreum qui erat in dicto rutulo, pro XXX solidis; item a Petro Baudilio, unum coopertorium sericum, pro XXX solidis[7]; item [a] Petro Duranto mercaderio, unum cohopertorium sericum, faissatum J de croceo et rubeo, pro XXXV solidis; item a Petro Bernardo de Riperiis, unum cohopertorium sericum, pro XV solidis; item a Bertrando Furnerio, unam ollam cupream cum anulis, pro XL solidis. Quæ pignora petunt prædicti sindici, nomine dictæ universitatis, a dicto Gausio sibi reddi ex officio vestro, cum ad prædictam universitatem pertineant prædicta pignora, et quod residuum est dictæ collectæ vel aliarum collectarum sit dictæ universitatis. K — Confitetur dictus Gausius se habuisse prædicta pignora, set de mandato senescalli, et dicit quod Michael, vicarius Belliquadri, fecit dicta pignora capi et extrahi ipso absente

[1] *Abundat vox* curia.

[2] *Quod sequitur schedula quadam chartacea, signo H notata, regesto olim annexa, continetur, quam hodie in Museo archivi sub numero 248[b] reperies.*

[3] *Charta* dari.

[4] *Verba* Et hoc... revocari *altera manu scripta sunt.*

[5] *Eadem continentur schedula chartacea, signo V notata, præfixo hoc titulo:* Anno Domini M° CC° XL° tertio, scilicet VII° idus junii, talliatores solverunt talliam suam in modum infra scriptum Gausio Ferrullo. *In fine etiam hæc adjecta sunt:* Hæc supra scripta petunt sindici a dicto Gausio. (*Cf.* Arch. nat., AE. II, 248[b], n. v.)

[6] *Schedula habet*: Unam ollam cupream magnam litteratam.

[7] *Hic addit schedula verba quæ sequuntur:* Guillelmus Massautus unum auspergotum ferreum in quodam cabacio, pro XL sol., quos solvit dicto G. *Verba* quos solvit dicto G. *secunda manu exarata sunt.*

A et ignorante a nunciis suis de domo sua. — Assignavimus diem utrique parti diem Lunæ ad probandum quod eisdem partibus videbitur expedire; et locus apud Nemausum. — Et post hæc prædictus Michael requisitus per sacramentum recognovit se habuisse de prædictis pignoribus pignus Poncii Hugonis et pignus magistri Gervasii.

Item sit vobis notum quod judæi Belliquadri consueverunt conferre in expensis quas uni-
B versitas Belliquadri faciebat, tempore quo comes Tholosæ habebat terram, et postea tempore illo quo dominus Peregrinus erat senescallus[1] consueverunt conferre. Et postea dictus dominus Peregrinus voluit habere judæos Bellicadri ad manum suam, extorquens ab eis quandam summam pecuniæ quolibet anno, et a tempore illo citra dominus Peregrinus et alii senescalli post eum non sustinuerunt quod judæi dicti castri conferrent in expensis dictæ
C universitatis. Unde postulant prædicti sindici, nomine universitatis dicti castri, ut dicti judæi teneantur conferre in futurum secundum quod juris est secundum facultatem patrimoniorum suorum, in expensis universitatis dicti castri.

117. Conqueruntur Petrus Centullus et Raimundus de Arena et Petrus Salinus junior et Raimundus de Croso, sindici universitatis Belliquadri, de Raimunda, uxore condam et
D herede Stephani Balaiani, dicentes quod dictus Stephanus habuit sine causa, de denariis qui erant universitatis vel proborum hominum Belliquadri, qui denarii fuerunt de collecta quæ fuit facta in castro Belliquadri pro expensis servientum qui fuerunt missi ab universitate dicti castri apud Montem Rialem[2], quindecim libras raimundensium, et ipsa Raimunda sexaginta solidos raimundensium. Item habuit dictus Stephanus de denariis magnæ collectæ
E quæ fuit facta in hoc castro, quæ collecta vocabatur vulgariter stima, viginti libras raimundensium. Item habuit dictus Stephanus sine causa, de denariis cujusdam alterius collectæ quæ fuit facta in hoc castro, quando Raimundus Rostagnus et Elisiarius de Biterri iverunt ad dominum regem, centum solidos. Quas summas peccuniæ supradictas petunt prædicti sindici, nomine dictæ universitatis, sibi restitui a prædicta Raimunda.

F Item conqueruntur prædicti sindici de Petro Rabastinco, judice, dicentes quod, cum quædam summa peccuniæ superesset de denariorum collecta quæ fuit facta in castro, Belliquadri pro expensis servientum quos universitas Belliquadri misit apud Montem Rialem in servicio domini regis, habuit dictus Petrus Rabastincus, tunc judex Belliquadri, sine consensu dictæ universitatis, quindecim libras raimundensium, et uxor sua sexaginta solidos
G raimundensium; et de alia collecta quæ fuit facta in eodem castro, quæ vulgariter vocatur stima, XX libras raimundensium; et de alia collecta quæ fuit facta in eodem castro, quando Raimundus Rostagnus et Elisiarius de Biterri iverunt ad dominum regem, centum solidos raimundensium. Quas summas peccuniæ petunt prædicti sindici, nomine dictæ universitatis, sibi restitui.

H QUERELÆ SINGULORUM DE BELLIQUADRO.

118. Conqueruntur[3] Stephanus Bezosa et Sancia Baucenca, ejus uxor, de heredibus Gilii Fol. 27.
Bertrandi et eorum tutoribus et curatoribus, dicen[te]s quod, cum ipsi comederent ad mensam, Bermundus, nuncius curiæ, ligavit manus dicti Besozæ retro dorsa ipsius Besozæ, et adduxit ipsum et ipsam Sanciam ad curiam, et misit eos in carceribus, de quibus carce-
I ribus non exiverunt donec dictus Gilius Bertrandus, qui erat tunc vicarius Belliquadri, injuste et sine judice habuita dictis Sancia et Besoza CX solidos ramundensium, quos petit ab heredibus dicti Gilii vel eorum tutoribus et curatoribus sibi restitui, et nuncii curiæ decem solidos similiter, quos recepit Furquetas, quos decem solidos petunt similiter sibi restitui. Requisitus ex qua causa fuerunt capti, dixit quod imponebatur eis quod dictus Stephanus
J habebat aliam uxorem. Requisitus si erat verum quod haberet aliam uxorem, dixit quod bene desponsaverat seu firmaverat aliam, set nunquam duxit eam, nec erat ejus uxor.

Guillelmus Carrunellus, testis juratus, dixit se vidisse quod Sancia Baucenca tenebatur Fol. 29.
capta in grillons, et rogavit ipsum testem quod loqueretur cum Gilio Bertrandi, qui erat tunc vicarius Belliquadri, qui fecerat eam capi, et quod tractaret cum eo quomodo posset
K ut[4] exiret inde. Et ipse testis ivit ad dictum Gilium, et dixit ei quod ipse esset sibi fidejussor pro dicta Sancia, si vellet eam liberare, quod faceret quod deberet; et ipse dixit quod nunquam liberaret eam donec sciret quomodo; et noluit eam liberare donec habuit inde centum et decem solidos raimundensium. Et dixit quod ipsemet testis tradidit dicto Gilio et numeravit dictos centum et decem solidos raimundensium. Requisitus de loco ubi
L solvit dictos centum et decem solidos raimundensium, dixit quod in curia, scilicet in stari quod nunc est Guillelmi Raimbaldi, ubi tunc curia tenebatur. Requisitus de præsentibus,

[1] *Qui senescallus fuit inde ab anno 1226.*
[2] *Anno 1240; vide supra*, p. 479, § 115.
[3] *Hujus querimoniæ pars prior, usque ad verba* sibi restitui, *in chartacea schedula, signo M notata, est etiam descripta.* (Arch. nat., A E. II, 248[b].)
[4] *Dubia est vocis* ut *lectio.*

dixit quod quidam filius ipsius Sanciæ, et Furquetas et quidam alius nuncius curiæ. De tempore non recordatur. A

Fol. 27. 118 *bis*. Conqueritur Stephanus Besaza[1] et Sancia Baucenca, ejus uxor, de Michaele de Chatres, vicario Belliquadri, dicentes quod, cum ipsa jaceret in quodam lecto suo cum duabus filiabus suis, et maritus suus Bezossa jaceret in eadem domo in alio lecto cum quodam filio suo, Bochardus et Johannes Doza, nuncii curiæ, ceperunt eos et adduxerunt eos B ad curiam, et miserunt eos in captionibus, de quibus non exiverunt prædicti Sancia et Besoza, donec dictus Michael injuste et sine judice habuit a dictis Sancia et Besoza LX solidos raimundensium, quos petunt a dicto Michaele sibi restitui; et dicti nuncii habuerunt ab eisdem XII solidos raimundensium, quos similiter petunt[2] a dictis nunciis sibi restitui[3]. — Confitetur Michael omnia prædicta esse vera, excepto quod negat dictam Sanciam esse uxo- C rem dicti Stephani de Besoza.

119. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Bernardus Firminus et Rostagnus Aicardus de Raimundo de Fonte, dicentes quod dictus Raimundus de Fonte, tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab eis injuste et sine judicis cognitione sexaginta et sex solidos et octo denarios raimundenses, imponens eis quod ipsi abstu- D lerant quibusdam judæis in camino publico raubam suam, quod ipsi non fecerant, nec fuit verum nec probatum. Unde supplicant, *etc.*

Fol. 31. 120. Conqueritur Guillelmus Vosols de heredibus Gilii Bertrandi, dicens quod dictus Gilius, tunc vicarius Belliquadri, injuste habuit ab eo et sine judice quindecim libras raimundensium, eo quia statim non venit ad curiam quando nuncius curiæ notificavit ei. Quas E quindecim libras raimundensium petiit sibi reddi ab heredibus prædicti Gilii Bertrandi. — Juravit dictus Guillelmus, et post sacramentum dixit omnia supra dicta esse vera.

Johannes Cricius, testis juratus, [dixit] quod Poncius Vosol volebat emancipare Guillelmum Vosolum, filium suum, et venit coram Gilio Bertrandi, tunc vicario Belliquadri, et dixit vicario quod mitteret pro dicto Guillelmo, filio suo, quoniam volebat eum emancipare, et F vicàrius misit pro dicto Guillelmo, et noluit venire ad primam citationem neque ad secundam; tandem venit, et dictus Gilius fecit eum capi et mitti in ferrés, et jacuit in carcere in nocte, et in crastinum pater dicti Guillelmi manulevavit eum pro trescentis solidis ramundensium, quos trescentos solidos dictus Poncius V[o]sols solvit dicto Gilio, et ipsemet testis numeravit dictos trescentos solidos ramundensium pro parte quando solvebantur, et dixit G quod Raimundus Bernardi, frater dicti Gilii condam, numerabat dictos trescentos solidos pro dicto Gilio, et ipse Gilius secum fuit præsens numerationi, et aliquid de dicta peccunia numeravit. Requisitus qualiter scit quod dictus Gilius miserit pro dicto Guillelmo, respondit quia ipse erat præsens quando dictus Gilius præcipiebat nunciis suis quod irent quæsitum dictum Guillelmum. Requisitus qualiter scit quod dictus Guillelmus nollet venire, respondit H quia nuncii, quando rediba[n]t, ita dicebant. Requisitus qualiter scit quod dictus Gilius jusserit dictum Guillelmum capi, respondit quia ipse vidit et audivit quando præcepit quod caperetur et quando fecit eum capi. Requisitus de loco ubi vidit dictos trescentos solidos numerari, dixit quod in solario dicti Gilii Bertrandi. Requisitus qui interfuerunt numerationi dictæ peccuniæ, respondit quod ipse testis, et dictus Raimundus Bernardi, frater I condam dicti Gilii, et Raimundus Corderius, et alii de quibus non recordatur. De tempore non recordatur.

Fol. 27. 121. Conqueritur Mathæus de Sancto Laure[n]cio de Michaele de Chatres, vicario Belliquadri, dicens quod dictus Michael habuit injuste et extorsit ab eo sine judicis cognitione quindecim solidos raimundensium, imponens ei quod ipse Mathæus auctoritate sua J pignoraverat quemdam qui vocatur Bertrandus, pro debito quod ei debebat dictus Bertrandus, quod dictus Mathæus nunquam fecit, nec fuit probatum. Unde petit dictos quindecim solidos a dicto vicario sibi restitui. — Confitetur dictus Michael se habuisse dictos quindecim solidos, set dixit quod habuit ex justa causa, et hoc debuit probare per cartularium curiæ. Et cum fuisset sibi vel ejus procuratori præfixa dies infra quem fecisset, et ipse K hoc non fecisset, conde[m]pnavimus dictum Michaelem in dictis quindecim solidis raimundensium restituendis infra mensem dicto Mathæo. — Habuit litteras.

122. Conqueritur Ricardus Enguilvinus de Robino, condam bannerio Mandolii[4], dicens quod dictus Robinus habuit et extorsit ab eo viginti quatuor solidos raimundensium, eo quod invenit de ovibus quas ipse custodiebat circiter LXX infra tenementum Mandolii, de L quibus deberet habere et accipere tantum quinque solidos raimundensium, vel eciam minus. Unde petit, *etc.*

[1] *Hic* Besaza, *infra* Bezossa; *in superiore querimonia* Besoza *et* Bezosa.
[2] *Cod.* petit.
[3] *Hæc querimonia in chartacea schedula, N signata, annotata est.* (Arch. nat., A E. II, 248[b].)
[4] Manduel, Gard, c[on] Marguerittes.

A 123. Conqueritur Alexandria, uxor Bermundi Isnardi, de heredibus Stephani Balaiani, dicens quod dictus Stephanus Balaianus, tunc vicarius Belliquadri, fecit capi in domo dictæ Alexandriæ et dicti mariti sui et extrahi inde unam culcitram injuste et sine causa. Unde supplicat quod dictam culcitram ab heredibus dicti Stephani sibi restitui faciatis.

Guillelmus Faber, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Stephanus Balaianus, Fol. 32.
B tunc vicarius Belliquadri, præcepit Stephano, qui erat tunc nuncius curiæ Belliquadri, quod caperet unam culcitram in domo Bermundeti, et quod portaret eam ad hospicium senescalli, et ipse testis vidit quod dictus Stephanus cepit dictam culcitram in domo dicti Bermundeti, et eam inde extraxit et portavit ad hospicium senescalli. Requisitus cujus modi culcitra erat, dixit quod erat operata et erat cum pluma. Requisitus de præsentibus, dixit quod uxor
C dicti Bermundeti et ipse testis interfuerunt, quando dictus Stephanus nuncius cepit dictam culcitram. Requisitus de tempore, dixit quod non recordatur, set videtur sibi quod sint bene quinque anni. Requisitus qua de causa fecit capi dictam culcitram dictus Stephanus Balaianus, dixit quia non inveniebantur omnes culcitræ quas Petrus de Athiis fecerat fieri. Requisitus si dicta culcitra erat de illis quas dictus Petrus fieri fecerat, dixit quod nescit.

D 124. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Petrus de Remolins[1], miles, de heredibus Bertrandi Ruffi, dicens quod, tempore quo dictus Bertrandus Ruffus erat vicarius Fol. 27 v°.
de Remolins, ipse Bertrandus, auctoritate sua propria, cepit quemdam equum ipsius Petri, et unam mulam ejusdem Petri fecit capi a bannerio suo injuste et sine causa, et deinde equum et mulam tenuit tamdiu, nolens eos sibi reddere, donec habuit et extorsit ab eo
E triginta libras ramundensium, sine cognicione judicis. Unde supplicat quod dictas triginta libras ramundensium ab heredibus dicti Bertrandi Ruffi sibi restitui faciatis. Petit etiam sibi reddi novem solidos raimundensium, quos habuit et exegit ab eo pro manjaduris dicti equi et dictæ mulæ.

125. Poncius Gilius, de Jonqueriis, conqueritur de Radulfo de Salenchino, dicens quod
F dictus Radulfus, tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab eo injuste et sine judicis cognicione quatuor libras raimundensium, dicens quod ipse Poncius promiserat ei dare dictas quatuor libras raimundensium pro quadam muliere quam fecerat capi pro quodam mantello quem dicebatur subripuisse, quas ipse nunquam ei promisit dare, vel alius nomine ipsius. Unde petit, *etc.*

G Item conqueritur idem Poncius de Radulfo de Sancto Quintino, dicens quod dictus Radulfus, tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab eo injuste triginta et octo[2] solidos raimundensium, eo quod ipse, cum quidam juvenis verberaret quandam mulierem quæ vocabatur Comtessa, non abstulit ei dictam Comtessam. Unde supplicat, *etc.*

126. Conqueritur Guillelmus Galterius de Radulfo de Sancto Quintino, dicens quod
H dictus Radulfus, tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab eo triginta solidos raimundensium, injuste et sine judiciaria cognicione, et etiam ejecit ipsum de villa Belliquadri, præcipiens ei quod infra mensem non intraret villam Belliquadri, imponens ei quod ipse Guillelmus dixerat verba contumeliosa Dalmacio de Roca Maura[3]. Unde petit, *etc.*

127. Conqueritur Jachobus Felicius de heredibus Gilii Bertrandi, dicens quod dictus
I Gilius, tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab eo injuste decem libras raimundensium, imponens ei quod ipse forzaverat quandam mulierem in camino regis apud Sanctum Paulum[4], quod nunquam fecit, verum[5], nec fuit probatum. Unde supplicat, *etc.*

128. Conqueritur Poncius Broquerius de heredibus Gilii Bertrandi, dicens quod dictus Gilius Bertrandus habuit et extorsit[6]...

J 129. Conqueritur Michael Brunus de heredibus Bertrandi Ruffi, dicens quod Bertrandus, tempore quo erat castellanus seu baiulus de Bellagarde[7], habuit et extorsit ab eo quatuor libras raimundensium, eo quod ipse, cum esset quadam vice cum ovibus quas custodiebat in tenemento Belliquadri ad locum qui vocatur ad Castellar de Bella Garda, et invenisset infra ipsum tenementum Belliquadri oves quorumdam hominum de Trecatilliis[8], quas dic-
K tus Bertrandus tenebat ibi apud Bellagardam, cepit unam de dictis ovibus, quia intraverant infra tenementum de Belliquadro, quia oves de Bella Garda non debebant intrare infra tenementum Belliquadri, nec illæ de Belliquadro infra tenementum Bellæ Gardæ; et postea ipse vel alius pro eo reddidit prædictam ovem pastori qui custodiebat dictas oves, quoniam non ceperat illam animo retinendi eam nec animo pignorandi, sed[9] ideo ut deinceps non
L intrarent infra tenementum Belliquadri. Et ideo dictus Bertrandus fecit eum capi et duci

[1] Remoulins, Gard, arr. Uzès.
[2] *Cod.* oto.
[3] Roquemaure, Gard, arr. Uzès.
[4] Saint-Paul, *prope* Beaucaire.
[5] *Vox* verum *inter lineas adjecta.*
[6] *Cætera a notario non fuerunt descripta.*
[7] Bellegarde, Gard, c[on] Beaucaire.
[8] Trinquetailles, *Arelatensis civitatis suburbium in insula Rhodani.*
[9] *Cod.* set.

apud Bellagardam, et ita habuit et extorsit ab eo dictas quatuor libras raimundensium. A
Unde supplicat, *etc.*

130. Conqueritur Maria Gantelma, uxor condam Raimundi Alamanni praderii, de Rai-
mundo de Fonte, dicens quod Raimundus de Fonte, tempore quo erat vicarius Belliquadri,
fecit capi et extrahi de domo ipsius Mariæ unam arcam capacem viginti duorum sestariorum
bladi, et unum scrinium capax quatuor sestariorum, et duas tabulas, et unam bredelam, B
et unum vas vinarium capax novem sestariorum, et unam grasillam, et sex bannestones
novas[1], et viginti duos caironos, et duos rastellos, et unam mastram, et duos bancos ma-
gnos, et prædictas res omnes fecit vendi injuste et sine causa. Unde petit, *etc.*

Fol. 28. 131. Conqueritur Raimundus de Croso de Radulfo de Sancto Quintino, vicario condam
Belliquadri, et asserit quod dictus Radulfus habuit et extorsit ab eo, dum erat vicarius, C
septuaginta solidos raimundensium, ex eo quod privignam ipsius Raimundi, quæ erat se-
questrata in domo Poncii de Violeta[2]...

132. Conqueritur Petrus Germanus de heredibus Poncii Duri Fortis, dicens quod,
tempore quo Radulfus de Sancto Quintino erat vicarius hujus castri Belliquadri, et dictus
Poncius Durus Fortis cum eo erat particeps cum ipso Radulfo in dicta vicaria, dictus Poncius D
Durus Fortis retinuit quatuor libras raimundensium de decem libris raimundensium, quas
eidem Petro vanaverat et solvere promiserat dictus Poncius pro domino Petro de Ernencot,
tunc senescallo, qui debebat eidem Petro viginti libras viennensium pro calce et lapidibus
quæ portaverat in Aquis Mortuis, quas quatuor libras raimundensium noluit unquam solvere
ei dictus Poncius. Unde supplicat, *etc.* E

Fol. 47.

QUERELÆ SINGULORUM DE BELLIQUADRO.

133. Significat vobis inquisitoribus domini regis Raimundus de Alairaco quod Radulfus
de Salenchino, tempore quo erat vicarius Belliquadri, fecit eum compelli et compulit ad
solvendum viginti solidos raimundensium pro collecta Belliquadri, pro bonis seu possessio-
nibus quæ seu quas ipse Raimundus habet in decimaria Sancti Andreæ de Condongnano[3], F
sub vicaria Calvitionis[4], pro quibus bonis seu possessionibus solverat in collecta quæ fuit
facta in dicta villa de Codongnano. Unde, *etc.*

134. Conqueruntur vobis inquisitoribus domini regis Sancia et Bernardus et Guillelmus,
liberi condam et heredes Guiraudi de Portali, de heredibus domini Peregrini condam se-
nescalli Belliquadri[5]... G

135. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Johannes Blanquerius de
Michaele de Chastres, vicario Belliquadri, dicens quod dictus Michael habuit ab eo injuste
et extorsit viginti solidos raimundensium, et Bertrandus de Vivariis junior quinque solidos
raimundensium alia vice, quando dictus Michael erat vicarius Belliquadri, et dictus Ber-
trandus subvicarius pro eo, eo tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, ex eo H
quia ipse Johannes fecerat in carreria juxta portam suam inter stare suum et stare Petri
Poncii Ferrulli quamdam sebiz de lignis, quæ carreria erat clausa propter guerram, et fecerat
dictam sebiz ne sterquilinium fieret juxta portam suam. Unde supplicat, *etc.*

136. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Guillelmus de Pradis de Guilaberto,
condam panaterio domini Peregrini, condam senescalli Belliquadri, dicens quod, eo tempore I
quo dictus Peregrinus erat senescallus Belliquadri, dictus Guilabertus emit ab ipso vel uxore
sua viginti tres solidatas panis ad turonenses, quos viginti tres solidos turonensium noluit
ei unquam solvere neque solvit. Unde supplicat, *etc.*

137. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Jachobus Veirerius de Radulfo de
Sancto Quintino, olim vicario Belliquadri, dicens quod dictus Radulfus, tempore quo erat J
vicarius Belliquadri, præcepit ipsi Jachobo quod armaret unum curserium, et esset nauta seu
naucherius dicti curserii, et quæreret et conduceret familiam ad opus curserii, et iret cum
eo in Aquis Mortuis, et promisit ei quod ipse solveret loquerium suum, et solveret loquerium
familiæ dicti curserii, et armavit curserium cum Johanne Billas, et conduxerunt familiam,
et iverunt[6] in Aquis Mortuis, et ipse Jachobus fuit in dicto curserio, tam eundo quam K
morando in Aquis Mortuis quam redeundo, per quatuordecim dies. Et cum esset inde re-
versus et quæreret loquerium quod ei promiserat, quatuor solidos raimundensium pro sin-
gulis diebus et sex solidos raimundensium pro loquerio unius autes, quod conduxerat ad
opus curserii, noluit ei aliquid solvere de loquerio prædicto. Unde supplicat quod dictum

[1] *Cod.* noves.
[2] *Finis hujus querimoniæ cod. abest.*
[3] Codognan, Gard, c[on] Vauvert.
[4] Calvisson, Gard, c[on] Sommières.
[5] *Cætera desunt in cod.*
[6] *Cod.* juverunt.

A loquerium, scilicet quinquaginta et sex solidos raimundensium pro sua naucharia, et sex
solidos pro loquerio dicti autes, a dicto Radulfo sibi solvi et restitui faciatis.

138. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Poncius Broquerius de Radulfo de
Sancto Quintino, dicens quod dictus Radulfus, tempore quo erat vicarius, compulit ipsum
Poncium et Petrum Trullaire, tunc nuncium ipsius Poncii, ire in dicto curserio, et debuit
B eis dare singulis diebus quatuor solidos raimundensium, scilicet utrique duos solidos, et
fuerunt in dicto curserio ipse Poncius et dictus nuncius suus per undecim dies, et nunquam
voluit ei solvere loquerium prædictum. Unde supplicat, *etc.* Juravit Poncius, et post sacramentum dixit omnia supradicta esse vera.

Petrus Albaricus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Radulfus de Sancto Fol. 57 v°.
C Quintino, tunc vicarius Belliquadri, præcepit Poncio Broquerio quod iret in quodam curserio
ad Aquas Mortuas[1], et promisit ei dare pro singulis diebus duos solidos raimundensium,
et dictus Poncius ivit in dicto curserio ad Aquas Mortuas, et fuit ibi per undecim dies.
Requisitus qualiter scit quod iverit et fuerit ibi per undecim dies, respondit quia ipse [fuit]
in eodem viagio, set in alio curserio, et vidit eum ibi continue per undecim dies. Requisitus
D de loco ubi præcepit dicto Poncio quod iret, et promisit dare duos solidos, dixit quod in
portu hujus castri... De tempore, dixit quod sunt bene quatuor anni... Requisitus qualiter
scit quod dictus Petrus Trullaire esset nuncius dicti Poncii Broquerii, dixit quia vidit dictum
Petrum morantem cum dicto Poncio per unum annum et facientem negocia dicti Poncii.

Jachobus Veirerius, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Radulfus de Sancto
E Quintino, tunc vicarius Belliquadri, præcepit Poncio Broquerio quod iret cum quibusdam
aliis in quodam curserio ad Aquas Mortuas, et promisit dare dicto Poncio et omnibus aliis
mar[i]neriis qui irent in dicto viagio duos solidos raimundensium unicuique, et vidit quod
prædictus Poncius ivit in curserio, et ipsemet testis ivit pro nauta in dicto curserio...

Item conqueritur vobis idem Poncius [Broquerius] de Radulfo de Salenchino, dicens Fol. 47.
F quod dictus Radulfus, eo tempore quo erat vicarius Belliquadri, habuit injuste et extorsit
ab ipso Poncio septem solidos raimundensium ex eo quia, cum Johannes Gausi peteret ab
ipso Poncio quotuordecim solidos coram ipso Radulfo, et dictus Radulfus quæreret ab eo
quando eos sibi solveret, respondit ipse Poncius quod non hodie neque cras, quod non
habebat eos. Item habuit ab eo injuste quinque solidos raimundensium, quia fecit ipsi
G Poncio, volenti intrare apud Montem Pessulanum cum blado, litteras testimoniales quod erat
burgensis domini regis de Belliquadro, et aliter noluit ei tradere dictas litteras. Unde supplicat, *etc.*

139. Significat vobis inquisitoribus domini regis Poncius Broquerius quod frater Rai- Fol. 47 v°.
nerius et frater Odo ceperunt in Aquis Mortuis navigium ipsius Poncii pro servicio domini
H regis ibi faciendo, et detinuerunt ipsum Poncium cum navigio et cum familia sua ibi, et fecit
ibi servicium domini regis cum dicto navigio per novem dies et cum familia sua, et debuerunt ei dare singulis diebus duos solidos viennensium pro loquerio navigii sui, et pro loquerio
ipsius Poncii decem et octo denarios viennenses, et singulis hominibus de familia sua, qui
erant sex, quindecim denarios viennenses; et super hoc prædicti frater Rainerius et frater
I Odo fecerunt litteras ipsi Poncio, quas miserunt senescallo, mandantes ei quod solveret ei
loquerium supradictum, quod loquerium totum, tam navigii quam ipsius et dictorum
hominum, coadunatum est summa centum solidorum viennensium, minus duodecim denariis; de quo loquerio solvit ei dominus senescallus, scilicet dominus Odardus, viginti et
unum solidos viennensium, minus duobus denariis[2] et obolo, tantum. Unde supplicat quod
J residuum dicti loquerii, scilicet quatuor libras, minus viginti et uno denariis et obolo viennensi, a dicto domino senescallo sibi restitui faciatis.

140. Significant vobis dominis inquisitoribus domini regis Bernardus Lauton et Guillelma
Cauleria, ejus uxor, quod Petrus de Athiis, tempore quo erat senescallus Belliquadri,
fecit dirui quoddam stare ipsorum quod erat in podio castri Belliquadri prope ipsum cas-
K trum, quod valebat bene sexdecim libras raimundensium et plus, et fecit eis dari et restitui
pro dicto stari tantum viginti solidos raimundensium. Unde supplicant, *etc.*

141. Conqueruntur vobis inquisitoribus domini regis Michael de Fornès et Raimundus
de Fornès, fratres, de Raimundo de Fonte, dicentes quod, cum ipsi colerent nomine fachariæ
quandam terram Raimundi Aurellæ, contiguam cuidam terræ liberorum Poncii de Violeta,
L et eam arassent usque ad terminos qui erant inter ipsam terram et terram liberorum prædictorum, sicut dictus Raimundus Aurella semper fecerat, et illi qui nomine ejus coluerant
dictam terram, dictus Raimundus de Fonte, tunc vicarius Belliquadri, cum esset significatum ei quod illi termini non erant veri termini, et esset repertum quod illi termini non

[1] *Cod.* Aquas Mortuis. — [2] *Cod.* solidis.

habebant agachons, habuit et extorsit ab eis quindecim solidos nemausensium sine judicis A
cognitione, inponens eis quod ipsi fecerant invasionem in terra liberorum condam Poncii
de Violeta. Unde supplicant quod dictos quindecim solidos nemausensium a dicto Raimundo
sibi restitui faciatis. — Convenerunt quod dictus Raimundus de Fonte debuit ei[s] dare
quindecim solidos ramundensium pro dictis quindecim solidis nemausensium in proximo
Carniprivio. B

Item conqueruntur vobis de Elisiario de Biterri, dicentes quod dictus Elisiarius, tempore
quo erat baiulus de Remolins, habuit et extorsit ab eis injuste et sine judicis cognitione
decem solidos nemausensium, imponens eis quod ipsi non dimittebant in quadam terra
ipsorum, quæ est in tenemento de Remolins, violum tam magnum seu tam latum quam
magnum[1] seu quam latum deberent, per quem violum iretur ad fontem Sancti Martini[2], C
quem violum ipsi dimiserant magnum et latum et ejusdem latitudinis et magnitudinis cujus
pater suus et antecessores sui longo tempore dimiserant ipsum violum in dicta terra. Unde
supplicant, *etc.*

142. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Gilius Ortolanus de Radulfo de
Salenchino, dicens quod, tempore quo dictus Radulfus erat vicarius Belliquadri, dictus D
Radulfus fecit eum capi et eum atrociter verberavit, et tenuit eum in vinculis ferreis captum
in quodam stabulo per undecim dies, eo quod ipse Gilius solverat uxori Raimundi Pecculli,
qui erat tunc faditus, decem solidos ramundensium de loquerio cujusdam orti quem antea
conduxerat a dicto Ramundo Pecculo; et insuper habuit et extorsit ab eodem Gilio eadem
occasione sexaginta solidos raimundensium, quos sexaginta solidos petit sibi restitui a dicto E
Radulfo.

Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis idem Gilius quod magister Petrus,
qui hoc anno stetit in castro Belliquadri et gerebat negocium navium quæ fiebant in hoc
castro domini regis, fecit mitti et poni doellam domini regis in quodam orto ipsius Gilii, qui
est ante illum locum ubi fiunt naves, et fecit cædi ficulneas quæ erant in ipso orto, et co- F
hoperuit[3] cum dicta doella decem regas de porrés, quæ regæ valebant singulæ duos solidos
ramundensium; et promisit ei quod ipse daret ei pro loquerio dicti orti et emendaret ei
da[m]pnum dictarum arborum et dels porrés ad arbitrium duorum proborum hominum,
quod nunquam facere voluit, *etc.*

143. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Poncius faber quod ipse G
cum quibusdam aliis servientibus de Belliquadro stetit mandato domini Petri de Ernencort,
tunc senescalli Belliquadri, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, apud
Gaians[4] in munitione per decem dies, et debebat habere singulis diebus duos solidos ra-
mundensium pro soldo seu mercede, quam mercedem promisit eis solvere, quando fuerunt
inde reversi, prædictus dominus senescallus; set cum postea multociens ipse et quidam alii H
qui steterant ibi cum eo peterent ab ipso domino senescallo quod faceret eis solvi suam
mercedem, noluit facere. Unde supplicat, *etc.*

Fol. 48. 144. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Bonjorn, filius Johannis de Marsilia,
de Michaele de Chastres, vicario Belliquadri, dicens quod, cum ipse Bonjorn esset in domo
cujusdam mulieris quæ vocatur Raimunda, quæ ei laverat capud suum, et ostium esset I
apertum et esset ibi lumen, et filius Michaelis Pico, cui dicta Raimunda laverat similiter
capud, esset in carreria ante ostium dictæ domus, et ipse Bonjorn esset prope limen, volens
inde exire, venerunt nuncii curiæ, scilicet Johannes Dosa et Simon, et ceperunt ipsum
Bonjorn, et duxerunt captum ad carcerem et detruserunt in carcere, imponentes ei quod
eum invenerant cum muliere maritata, et hoc idem imposuit ei dictus vicarius, dicens eam J
habere virum, cum dicta Raimunda virum non habeat nec unquam habuerit, et tenuit eum
dictus vicarius captum tamdiu donec habuit et extorsit ab eo, vel a dicto patre suo nomine
ipsius, centum solidos raimundensium, et prædicti nuncii sexdecim solidos raimundensium,
sine judiciaria cognitione, cum non esset probatum nec posset probari nec sit verum dictam
Raimundam habere virum. Unde supplicat, *etc.* — Confitetur se habuisse dictos centum K
solidos ramundensium, set dicit quod juste habuit, et hoc probabit per cartularium curiæ.

Fol. 60. Petrus Tartarinus, testis juratus, dixit quod nuncii curiæ duxerunt eum ad quamdam
domum, ubi dicebant esse quemdam juvenem cum quadam muliere maritata; et cum idem
testis impixit ostium, et apertum esset, intraverunt et invenerunt quemdam juvenem, qui,
sicut credit, vocatur Bonjorn, et quamdam mulierem in eodem lecto, ita quod mul[i]er erat L
ante lectum in camisia sua, et juvenis erat in lecto; set nescit nomen mulieris, neque cognoscit
eam, neque scit utrum esset maritata vel non, set hoc audivit dici; et dixit quod erat nox et

[1] *Cod.* mangnum.
[2] Saint-Martin, *prope* Remoulins (Cassini).
[3] *Cod.* cohoperunt.
[4] Gajan, Gard, c^{on} Saint-Mamert.

post pulsationem campanæ. Requisitus de tempore et die, dixit quod non recordatur. Et dixit iste testis quod erat ibi lumen in quadam fenestra.

Simon, custos navium, testis juratus, dixit quod, tempore quo ipse [esset] nuncius curiæ, ipse et Johannes Dosa iverunt ad quandam domum, ubi audierant dici quemdam juvenem esse cum quadam muliere maritata, et quia timuerunt violentiam aliquorum, vocaverunt secum Petrum Tartarinum; et cum dictus Tartarinus primo et ipse post eum impinxissent ostium, invenerunt quandam mulierem in camisia ante unum lectum, et Bonjorn in lecto, et adduxerunt eos ad curiam. Requisitus utrum dicta mulier esset maritata, dixit quod sic. Requisitus quomodo scit, dixit quod nescit, nisi quia audivit a vicinis. Requisitus de nomine mariti, et si agnoscit eum, dixit quod nescit nomen, neque ipse agnoscit. Dixit tamen quod illa mulier vocabatur Raimunda. Dicit etiam quod confessa fuit eis se habere virum; et dicit idem testis quod postea maritus ejus non fuit cum ea, quod ipse sciat.

Johannes Dosa, testis juratus, dixit quod vicini carreriæ notificaverunt ipsi testi et socio suo quod quoddam turpe adulterium fiebat in carreria, et ipsi venerunt ibi circa mediam noctem, et quando fuerunt ibi, impixerunt ostium et intraverunt, et invenerunt ante lectum quandam mulierem in camisia, et Bonjorn in lecto, et nescit nomen mulieris. Requisitus utrum esset maritata, respondit quod nescit, set audivit dici a vicinis carreriæ. Requisitus de nomine mariti, dicit quod nescit, et dixit dictus testis quod ipse audivit dici, ab illa cujus erat domus in qua eos ceperunt, quod ipsa habebat maritum. Requisitus ubi manebat ille qui dicebatur maritus ejus eo tempore quo ceperunt eam et Bonjorn, respondit quod cum domino Trepairz, scilicet in alio vico. Dixit etiam quod ille qui dicebatur esse maritus dictæ mulieris extraxit illam mulierem de domo domini Ebrardi, ubi morabatur pro baila, quia nolebat quod amplius moraretur [ibi]. Dixit etiam quod pro capcione ista dedit ei Simon, socius ejus, quatuor solidos viennensium, et sibimet retinuit alios quatuor solidos; et dixit quod dictus socius suus habuerat dictos octo solidos viennensium a dicto Bonjorn. Et dixit quod ipsi mulier et Bonjorn extinxerant lumen.

Condempnavimus dictum Michaelem dicto Bonjorn in dictis centum solidis raimundensium Fol. 48. restituendis infra mensem ipsi Bonjorn; et Johannem Dosam conde[m]pnavimus in quatuor solidis viennensium, quos confessus fuit se habuisse a Simone, socio suo, de octo solidis viennensium quos Simon habuerat ab ipso Bonjo[r]n pro dicta captione, restituendis dicto Bonjorn infra mensem.

145. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Guillelmus de Marsilia de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus de Fonte, tempore quo erat vicarius Belliquadri, compulit ipsum Guillelmum ire apud Alestum pro ferendo testimonio ipsi Raimundo super inquisitione quam faciebat ipse vicarius contra Petrum Guillelmum de Roca Maura et contra Dalmacium de Roca Maura, et ivit ibi expensis suis, scilicet ipsius Guillelmi, et fuit ibi per tres dies tam in eundo quam ibi morando et redeundo, pro quibus expensis et pro disturbio[1] debuit et promisit ei dare decem solidos raimundensium, quos nunquam ei solvere voluit; immo minatus fuit eum capere quadam die, cum quæreret eos sibi. Unde supplicat quod dictos decem solidos raimundensium sibi restitui faciatis a prædicto Raimundo. — Juravit, et post sacramentum dixit quod prædictus vicarius compulit eum ire, et quod dominus Odardus præcepit eidem Raimundo quod satisfaceret ei. — Confitetur Raimundus quod ipse præcepit ei, ex parte senescalli et mandato ejusdem, dicto Guillelmo quod iret apud Alestum, pro ferendo testimonio in dicta inquisitione.

146. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Raimunda Rogeria de Radulfo de Salenchino, dicens quod, cum Guillelma Brenna conquesta fuisset de ipsa Raimunda dicto Radulfo, tunc vicario, de quodam pariete, eo quod ipsa Raimunda honeraret in ipso pariete, et vicarius prædictus et Petrus Rabastencus judex adduxissent ibi magistros juratos Belliquadri, et esset repertum et cognitum ab ipsis magistris quod dicta Raimunda debebat honerare in dicto pariete, et quod nullam ibi fecerat invasionem, dictus Radulfus habuit ab ea injuste et exegit viginti solidos raimundensium, quia ivit ibi cum prædictis magistris et cum suo judice. Unde supplicat, *etc.*

147. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Bermunda, uxor condam Juliani, mulier pauper et vidua, de heredibus domini Peregrini, condam senescalli Belliquadri, dicens quod dictus dominus Peregrinus, tempore quo erat senescallus, fecit dirui quandam domum suam et dicti mariti sui, quæ erat ad Peirallum, quam emerant pro sex libris raimundensium, de qua dabant Petro Lamberti sex denarios raimundenses censuales, pro qua domo nullam fecit eis fieri emendam. Unde supplicat, *etc.*

148. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Guillelmus Ferrullus de heredibus

[1] *Cod.* distirbio.

domini Peregrini, condam senescalli Belliquadri, dicens quod, cum ipse Guillelmus Ferrullus A
conduxisset, tempore quo dictus dominus Peregrinus erat senescallus Belliquadri, ab
Astruco filio condam Bonijude quoddam operatorium staris, quod erat tunc dicti Astruc,
ad duos annos, et pro loquerio dicti operatorii solvisset dicto Astruc quadraginta solidos
raimundensium, dictus dominus Peregrinus accepit dictum stare et abstulit ei dictum operatorium,
et dictum operatorium non potuit habere nec tenere, *etc.* B

149. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Poncius de Jonqueriis de
Radulfo de Salenchino, dicens quod dictus Radulfus[1], tunc vicarius Belliquadri, habuit et
extorsit ab ipso Poncio centum solidos raimundensium, ex eo quia ipse Poncius, cum vellet
desligare unum saccum Hugonis Sartuci, in quo erat bladus, qui saccus erat in area ipsius
Poncii, et non posset, extraxit cultellum suum de vagina sua, et cum cultello cidit vinculum C
dicti sacci; imponens dictus Radulfus ipsi Poncio quod dictum cultellum extraxerat contra
dictum Hugonem, quod non fecerat, set pro dicto sacco desligando; et dictum saccum
desligavit ideo quia dictus Hugo acceperat bladum dicti sacci de blado ipsius Poncii, pro
quartono quod ibi accipiebat, in absencia ipsius Poncii et eo absente; verumtamen facherii,
scilicet illi qui coluerant pro ipso Poncio terras in quibus fuerat dictus bladus, interfuerant D
quando accepit. Unde supplicat, *etc.*

Item conqueritur idem Poncius de eodem Radulfo, dicens quod dictus Radulfus habuit
et extorsit ab eo quadraginta solidos raimundensium, quos ipse Poncius debebat Guillelmo
de Berra, de Arelate, pro precio ovium, et cum ipse Poncius non sit liberatus de prædicto
debito quadraginta solidorum, et dictus creditor petat illos instanter ab ipso Poncio, E
et habeat adhuc instrumentum prædicti debiti dictus creditor, petit dictus Poncius dictos
quadraginta solidos raimundensium sibi restitui a prædicto Radulfo.

Fol. 48 v°. Item conqueritur vobis idem Poncius de prædicto Radulfo, dicens quod, cum quadam
die ipse et Bermundus Barallus, consanguineus suus, habuissent verba cum Bonno Daude
et cum Vitali Donadeo, et contumelias sibi invicem fecissent et dixissent sine effusione F
sanguinis, et hoc pervenisset ad aures dicti Radulfi, dictus Radulfus, nulla querimonia sibi
exposita ab aliquo prædictorum, a dicto Poncio sine judiciaria cognitione decem libras raimundensium
habuit et extorsit. Unde petit, *etc.*

150. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guibertus textor, de mandato
Bertrandi Præconis, patris sui, de Raimundo Bernardo draperio et de Guillelmo Raimundo G
fratribus et de Guillelmo de Bruneto, tutoribus et curatoribus liberorum condam Gilii
Bertrandi, dicens quod dictus Gilius Bertrandus, eo tempore quo erat vicarius Belliquadri
pro domino rege Franciæ, detinuit in curia Bertrandum patrem suum a mane usque ad
noctem, eo quod prædictus Bertrandus defferebat quandam lanceam de nocte, quam lanceam
defferebat propter timorem quem habebat de Guillelmoto et Romangnono, qui cum quibusdam H
aliis verberaverant atrociter et vulneraverant die ipsam noctem præcedenti ipsum
Guibertum; et noluit permittere dictum patrem suum exire de curia donec habuit et exegit
ab ipso patre suo quadraginta solidos raimundensium sine judiciaria cognitione. Unde, *etc.*

151. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Sancia et Bernardus et
Guillelmus, liberi condam et heredes Guiraudi de Portali, de heredibus domini Peregrini, I
dicentes quod dictus dominus Peregrinus, tempore quo erat senescallus Belliquadri, ipse
fecit dirui quandam domum cum suis pertinenciis ipsius Guiraudi, quæ erat juxta portale
Hospitalis, ex parte circii, nulla facta sibi emenda de prædicta domo, ex qua dirutione dictus
Guiraudus fuit da[m]pnificatus in octo libris raimundensium et plus. Unde supplicant quod
dictam æxtimationem, scilicet dictas octo libras raimundensium, ab heredibus dicti domini J
Peregrini eis restitui faciatis.

152. Conqueritur Bermundus Isnardus vobis dominis inquisitoribus domini regis de
heredibus Stephani Balaiani, dicens quod dictus Stephanus Balaianus, tunc vicarius Belliquadri,
tempore quo ipse Bermundus erat in Francia cum domino Petro de Athiis, fecit
extrahi de domo ipsius Bermundi quandam culcitram cum pluma operatam ipsius Bermundi, K
injuste et sine causa, quæ culcitra valebat tunc sexdecim solidos viennensium et
plus. Unde supplicat, *etc.*

153. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guiraudus Cordurerius de
heredibus domini Peregrini, condam senescalli Belliquadri, asserens quod dictus dominus
Peregrinus habuit injuste et extorsit ab eo quingentos solidos raimundensium, quia permisit L
quod Bartholomæus, frater ipsius Guiraudi, haberet in uxorem felesenam[2] seu neptem Petri
Ricardi. Unde petit ab heredibus dicti domini Peregrini dictos quingentos solidos raimundensium
sibi reddi.

[1] *Cod.* dicens d' dictus. — [2] *Id est* proneptem.

A 154. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus Raimbertus de
heredibus domini Peregrini, condam senescalli Belliquadri, dicens quod dictus dominus
Peregrinus habuit injuste et extorsit ab eo octo libras raimundensium, eo quia permisit quod
Petrus Bernardus de Sancto Petro et Raimundus Alamannus, qui fuerant ejus curatores,
redderent ipsi Guillelmo bona sua, completo tempore pubertatis, scilicet post vice simum
B quintum annum. Unde supplicat, *etc.*

Item conqueritur vobis dictus Guillelmus Raimbertus de Guillelmo Roca, dicens quod
dictus Guillelmus Roca, tempore quo erat bannerius Belliquadri, cepit unum arietem
ipsius Guillelmi, de ovibus ejusdem Guillelmi, dicens quod dictas oves invenerat in mala-
facha seu in banno, pro qua malafacha seu banno dictus Guillelmus, vel Arnaldus de Ne-
C mauso nomine ipsius Guillelmi, volebat emendare dicto Guillelmo Roca quatuor solidos
raimundensium, et quod redderet ei dictum arietem, quod facere noluit dictus Guillelmus
Roca. Unde petit dictum arietem vel æxtimationem dicti arietis, scilicet viginti solidos rai-
mundensium, et lanam quam inde habuit vel habere potuit, vel æxtimacionem dictæ lanæ,
quam æxtimat viginti solidos raimundensium, a dicto Guillelmo Roca sibi reddi, deductis
D inde quatuor solidis raimundensium pro banno vel malafacha, licet pro dicta malafacha seu
banno non competeret ei tantum.

155. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Stephanus Vesianus, de
Remolins, pro se et Poncio Vesiano, fratre suo, et nomine liberorum condam Raimundi
Vesiani, condam fratris sui, de Stephano Basteria, dicens quod dictus Stephanus, tempore
E quo erat baiulus de Jonqueriis[1], habuit et extorsit ab ipso Stephano Vesiano et fratribus suis
prædictis tria sestaria frumenti, quæ valebant tunc viginti et unum solidos raimundensium,
et tot fuerunt vendita, imponens eis et dicens quod quidam canis ipsorum cum quodam alio
cane interfecerat unum vitulum, qui erat de quibusdam vaccis extraneis, quas dictus Ste-
phanus Bastieira tenebat tunc in Salvataria in tenemento de Jonqueriis, et a Petro Ruffo de
F Jonqueriis habuit et extorsit ex eadem occasione dictus Stephanus Basteria alia tria sestaria
frumenti; et dictus vitulus erat ita miser et debilis quod vix poterat ire et non valebat sex
solidos raimundensium. Et præterea dictus Stephanus Basteria habuit corium et carnes.
Unde supplicat, *etc.*

Item conqueritur vobis idem Stephanus Vesianus, pro se et fratre suo et nepotibus suis Fol. 49.
G prædictis, de Radulfo de Salenchino, dicens quod dictus Radulfus, tempore quo erat vica-
rius Belliquadri, fecit extrahi de domo ipsorum pignora pro decem libris viennensium,
quas ab eis petebat, imponens eis, ad suggestionem Guillelmi Fabri et Bermundeti, tunc
nunciorum curiæ, quod dictus Poncius, frater ipsius Stephani, dixerat ipsis nunciis, cum
ipsi ab eo peterent bestias suas ad opus domini regis, quod non haberent eas pro rege
H neque pro senescallo neque pro vicario, quod dictus Poncius nunquam dixit, set dixit quod
dictæ bestiæ erant apud Jonquerias et arabant. Quæ pignora noluit eis reddere donec habuit
et extorsit ab eis triginta solidos raimundensium sine judicis cognicione. Unde supplicat, *etc.*

156. Significant vobis dominis inquisitoribus domini regis Astruccus et Bonsengnor, filii
condam et heredes Salomonis Scorrelli, quod dominus Petrus de Athiis, tempore quo erat
I senescallus Belliquadri, fecit dirui quoddam stare dicti Salomonis, patris ipsorum, quod
stare erat in podio castri Belliquadri prope ipsum castrum, pro quo stari fecit dari seu
emendari prædicto Salomoni, patri ipsorum, quadraginta solidos raimundensium tantum,
et dictum stare valebat, ultra dictos quadraginta solidos raimundensium, triginta libras
raimundensium et plus. Unde supplicant quod dictas triginta libras raimundensium, quas
J valebat plus dictum stare quam fuit redditum prædicto patri suo, eis restitui faciatis.

157. Conqueritur Petrus Novellus vobis dominis inquisitoribus domini regis de Radulfo
de Salenchino, dicens quod dictus Radulfus habuit et extorsit injuste ab ipso Petro et a
Guillelma uxore sua decem solidos raimundensium, ex eo quia dicta Guillelma, cum ipsa
Guillelma et Guillelmus de Arelate et uxor sua contenderent inter se, dixit Guillelmo de
K Arelate : « Que ja Dieus non fos grasiz », quia ipse erat dominus Candelæ, quia, antequam
esset dominus Candelæ, non erat ita superbus, imponens ipsi Guillelmæ quod ipsa dixerat
opprobrium de Candela beatæ Mariæ. Unde supplicat quod dictos decem solidos raimun-
densium a dicto Radulfo sibi restitui faciatis.

158. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Durantus, filius condam
L Guillelmi Lautaudi, pro se et fratribus suis, de Radulfo de Sancto Quintino, dicens quod,
tempore quo dictus Radulfus erat vicarius Belliquadri, dictus Guillelmus Lautaudus, pater
suus, ivit mandato dicti Radulfi cum quibus[dam] aliis in Aquis Mortuis in quodam curserio,
cujus curserii fuerunt nautæ seu naucherii Jachobus Veirerius et Johannes Billas, et debuit

[1] Jonquières, Gard, c^on Beaucaire.

IMPRIMERIE NATIONALE.

dare dictus Radulfus ipsi Guillelmo et aliis ogueriis[1] singulis diebus duos solidos raimun- A
densium, et stetit in dicto curserio dictus Guillelmus faciendo servicium domini regis per
quatuordecim dies, tam eundo quam morando ibi quam inde redeundo; quam mercedem
seu loquerium dictus Radulfus noluit unquam solvere dicto Guillelmo. Unde supplicat, *etc.*

159. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Johannes Elions de domino
Petro de Ernencort, dicens quod ipse cum quibusdam aliis servientibus de Belliquadro stetit B
mandato prædicti domini Petri, tunc senescalli Belliquadri, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, apud Calmetam[2] in munitione, per decem dies, et debebant habere
singulis diebus duos solidos raimundensium pro mercede, quam mercedem prædictus
dominus senescallus noluit eis solvere nec solvit, licet multociens ab ipso et ab aliis servientibus super hoc fuerit rogatus et requisitus. Unde supplicat, *etc.* C

160. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Stephanus de Burgo Novo
de domino Petro de Ernencort, dicens quod ipse cum quibus[dam] aliis servientibus de
Belliquadro stetit, mandato prædicti domini Petri, tunc senescalli Belliquadri, tempore quo
erat guerra Rostagni de Monte Pesato, in munitione apud Calmetam, per decem dies, et
debebat habere singulis diebus duos solidos raimundensium pro mercede, quam mercedem D
prædictus dominus senescallus noluit ei solvere, licet multociens coram eo fuerit et venerit
et rogaverit ut solveret eam sibi, sicut promiserat ipsi et aliis apud Nemausum. Unde supplicat, *etc.*

161. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Christolus de Radulfo
de Sancto Quintino, dicens quod, tempore quo dictus Radulfus erat vicarius Belliquadri, E
ipse Petrus, cum quibusdam aliis de Belliquadro, ivit, mandato dicti Radulfi, in Aquis
Mortuis, in quodam curserio, cujus curserii erant nautæ seu naucherii Jachobus Veirerius
et Johannes Billas, et debuit ei dare dictus Radulfus singulis diebus decem et octo denarios
raimundenses pro mercede, *etc.*

Fol. 49 v°. 162. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Poncius de Castello Novo F
et Poncius Arnaldus et Petrus Rainoardus et Domigo de domino Petro de Ernencort,
dicentes quod ipsi, cum quibusdam aliis servientibus de Belliquadro, steterunt, mandato
dicti domini Petri, tempore quo erat senescallus Belliquadri, quando erat guerra Rostagni
de Monte Pesato, in munitione apud Calmetam, in servicio domini regis, per decem dies,
et debebant habere singuli singulis diebus duos solidos raimundensium pro mercede, *etc.* G

163. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus de Monasterio
et Petrus Poncius de Radulfo de Salenchino, dicentes quod dictus Radulfus debet eis viginti
quinque solidos raimundensium, pro precio pannorum quos emit ab eis tempore quo erat
vicarius Belliquadri, quos viginti quinque solidos raimundensium nunquam eis solvere
voluit. Unde supplicant, *etc.* — Item conqueruntur vobis prædicti Guillelmus et Petrus Pon- H
cius de domino Petro de Ernencort, dicentes quod marescalcus dicti domini Petri, mandato
dicti domini Petri, emit ab eis, tempore quo ipse dominus Petrus erat senescallus Belliquadri, duas cannas et duos palmos de stamine forti Provini[3] sine lista, precio viginti unius
solidorum et quatuor denariorum turonensium, quem pannum, *etc.*

164. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Bonafos, filius Calvæ judææ, de Ber- I
trando Pelato, dicens quod, eo tempore quo dictus Bertrandus erat vicarius Volobricæ, cum
Salvatus judæus, filius suus, cum duobus aliis judæis irent apud Avinionem, et ascenderent
in quodam navigio per Rodanum, et essent ante Volobricam[4], viderunt unam aquilam in
quadam arbore, et unus ex dictis judæis sociis suis cepit dictam aquilam, et venerunt
volentes intrare apud Volobricam in Carneve quæ est ante Volobricam; et dum essent ibi, J
venit Guillelmus Petrus, de Valle Aqueria[5], et imponens eis quod ipsi volebant furari
dictam aquilam, duxit eos apud Volobricam, et tradidit eos dicto Bertrando Pelato, qui erat
tunc vicarius Volobricæ, qui Bertrandus fecit eos capi et fecit eos detrudi in carcerem, et
ibi tenuit eos tamdiu captos donec habuit et exegit ab eis sine judicis cognicione sex libras
ramundensium, et custodes quindecim solidos, de quibus dictus Bonafos solvit pro dicto K
Salvato filio suo quadraginta et quinque solidos raimundensium, cum dictus Salvatus nunquam tenuerit dictam aquilam. Unde supplicat quod dictos quadraginta et quinque solidos
raimundensium a dicto Bertrando Pelato sibi restitui faciatis. Et erat tunc dictus Salvatus
minor quatuordecim annis.

165. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Catalanus et Hugo L
de Monte Arenco[6] et Petrus Poncius Ortolanus et Arnaldus de Viannes de domino Petro de
Ernencort, dicentes quod ipsi cum quibusdam aliis servientibus de Belliquadro steterunt,

[1] *Id est* remigibus.
[2] La Calmette, Gard, c[on] Saint-Chaptes.
[3] *Cod.* Prouni.
[4] Vallabrègues, Gard, c[on] Aramon.
[5] Valliguières, Gard, c[on] Remoulins.
[6] Montaren, Gard, c[on] Uzès.

A mandato dicti domini Petri, tunc senescalli Belliquadri, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, in munitione apud Gaians[1], in servicio domini regis per decem dies, quod ipse dominus Petrus recognovit eis de novem diebus, et debebant habere singuli singulis diebus duos solidos ramundensium pro mercede, *etc.*

166. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Raimunda et Johanna, B sorores condam et heredes Imberti Corderii, de Petro de Athiis, dicentes quod dictus Petrus de Athiis, tempore quo erat senescallus Belliquadri, habuit injuste et extorsit sine judicis cognitione decem libras et dimidiam raimundensium a dicto Imberto, ex eo quod dictus Imbertus emerat duos ausbergotos et aliquantulum de asur, quæ dicebantur fuisse de vaufrio cujusdam linnii[2] quod periit in Rodano ante Trencatallas[3]. Verumtamen dictus Im- C bertus emerat dictas res publice in foro Belliquadri ad licitacionem sive ad encantum. Et dictas decem libras et dimidiam ramundensium habuit et recepit Radulfus de Salenchino, tunc vicarius[4] Belliquadri, mandato prædicti Petri de Athiis. Unde supplicant, *etc.*

167. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Dalmacius Garinus de domino Petro de Ernencort, dicens quod ipse cum uno saumerio suo stetit cum quibusdam aliis D servientibus de Belliquadro, mandato dicti domini Petri, tunc senescalli Belliquadri, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, in munitione apud Gaians, in servicio domini regis, per decem dies, et debebat habere singulis diebus pro se duos solidos raimundensium, et pro dicto saumerio alios duos solidos raimundensium, quam mercedem dictus dominus Petrus promisit ei solvere apud Nemausum, *etc.*

E 168. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Nicholaus Macipus et Guillelmus Rainoardus de domino Petro de Ernencort, dicentes quod ipsi cum quibusdam aliis servientibus de Belliquadro steterunt, mandato prædicti domini Petri, tunc senescalli Belliquadri, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, in munitione apud Gaians, in servicio domini regis, per decem dies, *etc.* Fol. 50.

F 169. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Petrus Imbertus, capairanus, de Radulfo de Salenchino, dicens quod dictus Radulfus, tempore quo erat vicarius Belliquadri, fecit ipsum Petrum capi injuste et sine causa et mitti in compedibus et in carcere detrudi, nolens ei dicere ex qua causa vel qua occasione fecerat ipsum capi, et tenuit eum tam diu captum donec habuit et exegit ab eo, sine judicis cognicione et nemine ipsum accusante G vel de ipso conquerente, trescentos solidos ramundensium. Unde supplicat, *etc.*

170. Conqueruntur vobis inquisitoribus domini regis Bernardus Gondolenus et Andreas Gondolenus, fratres, de Baudouyno, dicentes quod dictus Baudouynus, qui fuit hoc anno[5], in messibus proxime præteritis, districtor decimæ pro domino rege, cum ipsi decimassent cum Guillelmo Johanne, qui erat decimarius hoc anno in messibus, ordeum quod habebant H in area, et cum eo de decima dicti ordei convenissent, et ei dedissent quindecim sestaria pro decima, dictus, inquam, Baldouinus, cum iret per aream, et invenisset graperium quod fecerant illi qui dictum ordeum aptaverant, dixit quod illud absconderant et celaverant ne inde decimam darent, et dixit quod illud bladum erat co[m]missum regi; et cum ipsi dicerent quod illud bladum erat graperium dicti ordei, et quod ipsi non absconderant, vel I alius eorum consilio, illud bladum, set dimissum pro graperio sicut consuetum fieri, et quod super hoc inquireretur et sciretur veritas, dictus Baldouinus, nolens attendere quod ipsi dicebant, fecit aptari et purgari dictum graperium, et eo purgato et aptato, bladum ipsius graperii, in quo fuerunt decem sestaria et eimina ordei[6] et plus, accepit, ipsis absentibus, et illud fecit asportari. Unde supplicant quod dicta sestaria et eminam[7] ordei a dicto J Baldouyno eis restitui faciatis.

171. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus Thomas et Bertranda, neptis Guillelmæ Ferrandæ, consanguinea germana dicti Petri Thomæ, de Guillelmo Ricardo, notario, dicentes quod, cum ipsi Petrus et Bertranda et Guillelmus Daude junior et Ebrardus Sobeiranus irent hoc anno, a festo sancti Michaelis citra, causa pere- K grinationis ad Beatam Mariam Vallis Viridis[8], et ducerent secum quandam judæam, quæ multocies petiverat baptismum, ut eam facerent baptizari, et essent apud Sanctum Ægidium[9], dictus Guillelmus Ricardus, tenens tunc locum Michaelis de Chastres, vicarii Belliquadri, qui erat tunc in Francia, fecit eos insequi et eos detineri apud Sanctum Ægidium et inde reduci in hoc castro et capi et detineri captos per quindecim dies et plus; et antequam L dictus Petrus posset exire de capcione, oportuit quod solveret custodibus qui eum custo-

[1] Gajan, Gard, c^on Saint-Mamet.
[2] *Forte legendum* ligni. *Vide Cangii Glossarium*, v° Lignum, 2, *gallice* lin.
[3] *Arelatensis civitatis suburbium.*
[4] *Cod.* vicarii.
[5] *Anno 1247.*
[6] *Cod.* et ordei.
[7] *Cod.* emina.
[8] Vauvert, Gard, arr. Nîmes.
[9] Saint-Gilles, Gard, arr. Nîmes.

dierant viginti solidos raimundensium, et præt[er]ea expendit, dum tenebatur ita captus, A
plus quam faceret si non esset captus, alios viginti solidos raimundensium; et dictæ Bertrandæ fecit auferri uxor prædicti vicarii vestes suas, scilicet unam gannachiam rubeam et unum mantellum de bruneta cum penna cirogrillorum, et fecit dictas mitti in pignore apud Tharasconem pro quadraginta solidis raimundensium, quos ipsa, scilicet uxor prædicti vicarii, habuit et recepit, dicens quod dicta Bertranda expenderat dictos quadraginta solidos in B
domo vicarii, dum ibi detinebatur capta, quod, salva gratia sua, non fuit ita; immo mater ipsius Bertrandæ misit et ministravit ei necessaria competenter, quamdiu ibi fuit capta seu detenta. Unde supplicat, *etc.*

172. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Sibieuda, uxor condam Armanni textoris, et Hugo et Raimundus Poncius, filii condam ejusdem Armanni et ejus C
heredes, de Radulfo de Salenchino, dicentes quod, cum, quadam die, tempore quo dictus Radulfus erat vicarius Belliquadri, nuncii curiæ insequerentur duos homines de Marsilia, clamando ad arma, per carreriam dicti Armanni, et ipse Armannus exivisset et insequutus fuisset illos cum dictis nunciis et cum quibusdam aliis, dictus Radulfus, imponens ei quod ipse non exiverat et quod illos posset retinuisse si vellet, habuit injuste et extorsit sine judicis D
cognicione[1] viginti solidos raimundensium a dicto Armano. Unde supplicant, *etc.*

Fol. 50 v°. 173. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Maria, uxor Gregorii Benedicti, de heredibus domini Peregrini, condam senescalli Belliquadri[2] pro domino rege Francorum, et de heredibus Gilii Bertrandi, dicens quod dictus dominus Peregrinus, dum erat senescallus, habuit et extorsit ab ea injuste mille solidos raimundensium, ex eo quia E
permisit quod haberet hereditatem Ponciæ, filiæ suæ deffu[n]ctæ, quam habuerat a Guillelmo Johanne, condam viro suo, et dictus Gilius Bertrandus, qui erat tunc vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab ea ex eadem occasione centum solidos raimundensium. Unde supplicat, *etc.* — Juravit dicta Maria et post sacramentum dixit dictum Gilium habuisse dictos centum solidos ex dicta causa. — Negavit Guillelmus de Bruneto dictum Gilium Bertrandi F
habuisse dictos centum solidos. — In XVIII° folio alterius cartularii quære testes.

174. Significat Rostagnus Daniel vobis inquisitoribus domini regis quod, eo tempore quo Johannes de Parisius, sororius domini Odardi de Villaribus, senescalli Belliquadri, erat castellanus Rupis Mauræ[3], cum dictus Rostagnus veniret per Rodanum de villa Sancti Saturnini[4], et in quodam navigio defferret duodecim saumatas annonæ, et ante castrum de G
Rupe Maura cum dicto navigio transivisset, dictus Johannes post hæc, mense elapso, cum dictus Rostagnus rediret apud [Sanctum] Saturninum cum quodam navigio honerato salis, detinuit ipsum Rostagnum cum dicto navigio apud Rupem Mauram fere per unam diem, petens ab eo sexaginta solidos et unum denarium viennensem, ex eo quia dictus Rostagnus non venerat ad terram, seu quia non arripaverat apud Rupem Mauram quando descenderat H
per Rodanum cum navigio in quo erat dicta annona; et ipsum Rostagnum et res ejus noluit dimittere donec habuit et exegit ab eo sexaginta solidos et unum denarium viennensem. Unde supplicat, *etc.*

175. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Gregorius Benedictus de domino Odardo de Villaribus, senescallo Belliquadri et Nemausi, dicens quod frater Rainerius et I
frater Odo, mandato prædicti domini senescalli, ceperunt et retinuerunt navigium ipsius Gregorii, cum familia quæ ducebat dictum navigium, in Aquis Mortuis, pro servicio domini regis ibi faciendo, scilicet pro honerandis navibus domini regis[5], et tenuit ibi dictum navigium cum familia per tresdecim dies; et debuerunt dare singulis diebus cuique hom[i]num qui ducebant dictum navigium, qui hom[i]nes erant septem, quindecim denarios viennenses, J
et pro loquerio dicti navigii debuerunt dare tantum quantum darent aliis navigiis qui pro eodem negocio erant ibi, et dabant singulis navigiis, etiam minoribus, singulis diebus duos solidos viennensium; et super hoc prædicti frater Rainerius et frater Odo miserunt litteras suas domino senescallo, mandantes ei quod faceret solvi loquerium prædictum dicto Gregorio, quod loquerium totum, tam hominum quam dicti navigii, coadunatum[6] est summa K
sex librarum et dimidiæ viennensium, de quo loquerio fecit solvi dictus dominus senescallus pro navigio et pro familia viginti et duos solidos viennensium tantum. Unde petit, *etc.* — Juravit prædictus Gregorius ita esse, ut prædictum est. — Juraverunt duo testes, scilicet Bernardus Guillelmi et Bertrandus Romanus, ita esse, ut superius est dictum. — Et nos injunximus Guillelmo Ricardi notario, procuratori prædicti senescalli, ut faciat solvi præ- L
dictam pecuniam, scilicet centum et undecim solidos viennensium Gregerio prædicto. Actum
1248, n. st. mense januario.

[1] *Cod.* congnicione.
[2] *Cod.* Peregrini sen. condam sen. Bell.
[3] Roquemaure, Gard, arr. Uzès.
[4] Pont-Saint-Esprit, Gard, arr. Uzès.
[5] *Ludovici IX, in Terram Sanctam transfretaturi.*
[6] *Cod.* quod coadunatum.

A 176. Conqueruntur vobis inquisitoribus domini regis Guillelmus de Liveriis[1] et Raimundus
Blancus de domino Petro de Ernencort, condam senescallo Belliquadri, dicentes quod ipsi
steterunt per decem dies, mandato prædicti domini Petri, tunc senescalli, tempore quo
erat guerra Rostagni de Monte Pesato, apud Calmetam[2] in munitione, *etc.*

177. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Nicholaus Bannasterius de
B domino Petro de Ernencort, condam senescallo Belliquadri et Nemausi, dicens quod ipse
stetit apud Gaians in munitione, in servicio domini regis, mandato prædicti domini Petri de
Ernencort, tunc senescalli Belliquadri pro domino rege Francorum, tempore quo erat guerra
Rostagni de Monte Pesato, per decem dies, *etc.*

178. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Bertrandus Rainerius de Guillelmo
C Fabro, dicens quod dictus Guillelmus Faber, qui erat nuncius curiæ, tempore quo Radulfus
de Salenchino erat vicarius Belliquadri, cum ipse Bertrandus emisset quatuor gallinas in foro
publico Belliquadri precio novem solidorum raimundensium minus uno denario, dictus,
inquam, Guillelmus Faber abstulit ei dictas gallinas, et abstulit capucium suum et eum eo
spoliavit, qui capucius valebat bene septem solidos raimundensium, et nescit ex qua causa
D abstulit ei prædictas gallinas et dictum capucium, nec dixit ei quia faciebat. Unde sup-
plicat, *etc.*

179. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Poncius Aldebertus de domino Petro Fol. 51.
de Ernencort, senescallo condam Belliquadri et Nemausi, dicens quod ipse stetit mandato
prædicti domini Petri, tunc senescalli Belliquadri et Nemausi, apud Gaians in municione,
E in servicio domini regis, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato per decem
dies, *etc.*

180. Significat[3] vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus de Garda, prior
ecclesiæ Beatæ Mariæ castri Belliquadri[4], quod dominus Peregrinus, tempore quo erat senes-
callus Belliquadri, de mandato domini Ludovyci, illustris regis Francorum claræ memoriæ[5],
F fecit dirui ecclesiam et monasterium et claustrum cum omnibus suis officinis Sancti Paschæ[6]
monachorum Sancti Rotberti de Casa Dei[7], quæ ecclesia seu monasterium Sancti Paschæ
erat inter Portam novam castri Belliquadri et Portam veterem, et lapides et ligna dictæ
ecclesiæ seu monasterii et claustri in ædificatione et clausura dicti castri redegit; cujus ec-
clesiæ seu monasterii et claustri ædificia, cum loco in quo erant sita, æxtimat dictus prior
G quingentas marchas argenti ultra sex milia solidorum viennensium quæ dictus Peregrinus
restituit priori tunc ecclesiæ Beatæ Mariæ, pro emenda ædificiorum dictæ ecclesiæ seu
monasterii et claustri dirutorum. Unde, cum insufficienter ecclesiæ Beatæ Mariæ de Belli-
quadro et monasterio Casæ Dei facta fuerit emenda de prædictis, supplicat vobis prædictus
prior, nomine dictæ ecclesiæ Beatæ Mariæ de Belliquadro, quatinus, amore Dei et intuitu
H pietatis et pro redemptione animæ prædicti domini regis felicis memoriæ, secundum præ-
dictam æxtimationem, sufficientem emendam de prædictis prædictæ ecclesiæ fieri faciatis.

Item dicit dictus prior quod prædictus dominus rex bonæ memoriæ fecit jurare in
animam suam domino A. de Milli[8] et quibusdam aliis quod ipse emendaret plenarie omnia
supradicta.

I Item[9] dicit dictus prior quod Petrus de Atiis, condam senescallus Belliquadri pro domino
rege, fecit dirui domos sive staria quorumdam militum et quorumdam judæorum quæ erant
sitæ et sita in superiori parte castri Belliquadri, quæ domus sive staria tenebantur sub dominio
dictæ ecclesiæ Beatæ Mariæ Belliquadri, et de quibus domibus sive staribus dictus prior,
si venderentur, haberet vendas sive laudimium, scilicet de qualibet libra duos solidos et
J tres denarios habebat dictus prior, et percipiebat in dictis domibus sive staribus censum infra
scriptum quolibet anno, scilicet in stari Raimundi Bernardi de Castro Veteri, dimidiam
libram ceræ; in stari Guillelmi de Turre, duas libras ceræ; in stari Benicrescas judæi, unam
libram ceræ; in stari Astrucci Montis Frini et Bonysac, duos capones; in scola Judæo[rum]
cum cimiterio, sexdecim denarios; in staribus quæ erant a scola Judæorum usque ad stare
K Benicrescas, duodecim denarios; in stari Salomonis Scorrelli, unam eminam ordei; in stari
Bertrandi Ruisse, dimidiam libram ceræ; item in stari Poncii de Luzano, unum caponem;
item in stari Petri de Belliquadro, dimidiam libram ceræ; item in stari Monachi de Redorta[10],
dimidiam libram ceræ; in stari Ponciæ Justæ, quatuor denarios; stare vero Albaronorum
tenebatur sub dominio dictæ ecclesiæ ad feudum francum. Et æxtimat dictus prior stare

[1] Livières, Gard, c^on Sommière, c^ne Calvisson.
[2] La Calmette, Gard, c^on Saint-Chaptes.
[3] *Caput in codice cancellatum.*
[4] Notre-Dame-des-Pommiers à Beaucaire.
[5] *Ludovici VIII, anno 1226 mortui.*
[6] Saint-Paque, à Beaucaire.
[7] La Chaise-Dieu, Haute-Loire, arr. Brioude. — *Monasterium ordinis Sancti Benedicti, diœc. Claromontanæ.*
[8] *Adam de Milliaco, qui annis 1230 et 1231 in partibus Albigensibus regis vicem obtinebat.*
[9] *Articulus in codice cancellatus.*
[10] *Pars Bellicadrensis castelli, gallice* la Redorte, *de qua non semel agitur in poemate cui titulus* La Chanson de la croisade.

Raimundi Bernardi prædicti sexaginta libras viennensium, et stare seu staria Guillelmi de Turri quater viginti libras turonensium, et scolam Judæorum cum cimiterio centum marchas argenti, et stare Salomoni[s] Scorrelli duodecim libras et dimidiam viennensium, et stare Poncii de Luzano triginta libras viennensium, et stare Bonysac tria milia solidorum raimundensium. Unde petit prædictus prior a vobis dominis inquisitoribus ut prædictum censum cum dominio et laudimio et vendis quæ in dictis domibus et possessionibus percipiebat in æquivalentibus possessionibus sibi restitui faciatis.

181. Significat vobis idem prior quod Radulfus de Salenchino, tunc temporis vicarius Belliquadri pro domino rege, habuit quemdam palefredum ab Aimone, condam priore Belliquadri, propter hoc quod ipse Radulfus procuraret cum senescallo et domino rege ut emenda competens sibi fieret de censu et laudimio et dominio domorum et possessionum prædictarum; et cum dictus Radulfus hoc non fecerit, petit dictus prior, nomine ecclesiæ suæ, sibi restitui, si extat, et si non extat petit æxtimacionem dicti palefredi, et æxtimat dictum palefredum viginti libras viennensium.

Fol. 51 v°. 182. Significat sanctitati vestræ, o domine rex Francorum, Bertrandus Guigo, de Belliquadro, quod Bertrandus Guigo, condam pater suus, et dominus Jachobus Guigo, condam avunculus suus, quorum ipse Bertrandus Guigo est heres, tenebant et possidebant ut suum castrum de Redorta, cum suis pertinenciis, et dominus comes Tholosanus[1] rogavit eos quod permutarent ei prædictum castrum, et promisit eis dare pro dicto castro de Redorta possessiones vel alia castra ad cognitionem domini Rostagni de Podio Alto et domini Isnardi Aldegarii, et sub hac conditione dictus dominus comes qui nunc est adheptus fuit possessionem dicti castri de Redorta. Et cum prædicti domini Rostagnus de Podio Alto et Isnardus Aldeguerius tractassent et ordinassent quod prædictus dominus comes daret castrum de Sancto Ylario[2], cum suis pertinenciis, patri suo et avunculo suo prædictis pro dicto castro de Redorta, dominus Ludovycus felicis memoriæ, condam pater vester, venit in partibus istis[3] et terram istam per Dei gratiam acquisivit, et dictum castrum de Redorta, quia invenit tunc dictum comitem Tholosanum in possessionem dicti castri, accepit et munivit, et similiter castrum de Sancto Ylario, quia dicta permutacio non fuerat adhuc perfecta. Unde sanctitati ac serenitati vestræ humiliter supplicat dictus Bertrandus Guigo quatinus super prædictis veritatem inquiri faciatis, et quod justum vobis visum fuerit, ipsi tanquam vestro subdito et fideli, pro dicto castro de Redorta sibi restitui faciatis.

183. Significat vobis inquisitoribus domini regis Raimundus Verdellonus[4].

184. Conqueruntur vobis inquisitoribus domini regis Raimundus Rainaldus, Raimundus Mateus, Poncius Taluguerius, Bernardus Channa et Guillelmus Fava et Sibieuda, uxor condam Armanni textoris, et Lombarda uxor condam Raimundi Dairici, de Raimundo de Fonte, vicario condam Belliquadri, dicentes quod dictus Raimundus de Fonte, olim, dum erat vicarius Belliquadri, habuit et extorsit ab eis injuste viginti et novem solidos quatuor denarios nemausenses..., ex eo quia ipsi olim, quando moneta Nemausensis incepit discurrere, iverunt quodam die martis apud Tharasconem ad forum Tharasconis pro stamineis suis vendendis, imponens eis quod ipsi venerant et fecerant contra præconizationem et prohibitione[m] curiæ, quia tulerant ibi res vendendas, dicens quod in hoc castro fuerat præconizatum et prohibitum ne aliquis portaret ibi aliquas res vendendas, quod, salva gratia sua, non fuerat præconizatum nec prohibitum, nisi tantum de rebus comestibilibus. Unde supplicant, *etc.*

185. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus Ricardus et Durantus Felicius de Radulfo de Salenchino, condam vicario Belliquadri, dicentes quod prædictus Radulfus compulit eos ad solvendum ipsi Radulfo, scilicet dictum Guillelmum Ricardum ad solvendum viginti et novem libras et decem solidos raimundensium, et dictum Durantum viginti et quatuor libras et quatuor solidos, quas summas ipsi Guillelmus et Durantus debebant Poncio Romano pro precio ovium. Unde, cum ipsi non sint liberati a prædicto Poncio Romano de prædicto debito, et ipse Poncius habeat instrumentum prædicti debiti, petunt prædicti Guillelmus et Durantus a dicto Radulfo dictas duas summas[5] sibi restitui. — Item asserit dictus Durantus quod dictus Radulfus habuit et extorsit ab eo injuste centum solidos raimundensium, imponens ei quod ipse dederat ei in mandatis quod dictas viginti quatuor libras et quatuor solidos solveret ei ad diem tunc elapsam. Unde petit ab eo dictos centum solidos raimundensium.

186. Conqueritur Augerius de Rotmans de Raimundo de Fonte, condam vicario Belliquadri, dicens quod, cum ipse habuisset contencionem cum Johanne Avernacio coram ipso

[1] *Raimundus VII.*
[2] *Forte* Saint-Hilaire d'Ozilhan, Gard, c^on Remoulins.
[3] *Anno 1226.*
[4] *Hujus querimoniæ prima tantum verba in cod. exarata sunt.*
[5] *Vocem* summas, *in cod. omissam, restituimus.*

A Raimundo, tunc vicario Belliquadri, et ob hoc reddidisset pignora dicto vicario, scilicet unam
culcitram cum pluma et unam flaciatam, et postea convenisset cum dicto vicario super ipsis
pignoribus, ita quod pro eis debuit ei dare quinque solidos nemausensium, dictus Raimundus
de Fonte, cum dictus Augerius vellet et paratus esset ei solvere dictos quinque solidos,
noluit sibi reddere dicta pignora, dicens ea amisisse, et nunquam postea potuit ea recupe-
B rare; et sunt duo anni quod habuit dicta pignora. Unde supplicat quod dictas culcitram et
flaciatam, vel earum æxtimacionem, scilicet XL solidos raimundensium, sibi restitui a dicto
Raimundo faciatis. — Juravit dictus Augerius et post sacramentum asseruit sub sacramento
omnia suprascripta esse vera.

Anno Domini M° CC° XL° VII, scilicet XVIII kalendas februarii, Poncius Guillelmus, testis Fol. 56.
C juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Augerius de Rotmans promisit Raimundo de Fonte, 1248, n. st. 15 jan.
tunc vicario Belliquadri, dare quinque solidos nemausensium pro quibusdam pignoribus
quæ habebat ab ipso. De aliis requisitus, dixit se nichil scire.

Guillelmus de Sancto Gervasio, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Rai-
mundus de Fonte, tunc vicarius Belliquadri, promisit Augerio de Rotmans quandam cul-
D citram pro quinque solidis nemausensium, et fuit in tabula Bernardi de Operatorio condam.
De aliis requisitus, dixit se nichil scire.

187. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Arnaldus Cornator et Fol. 52.
Vincencius Scuderius et Hugo de Gosa et Raimundus de Alvernia de Raimundo de Fonte,
condam vicario Belliquadri, dicentes quod dictus Raimundus de Fonte, tempore quo erat
E vicarius Belliquadri, cepit eos et misit in carcere in compedibus, et tenuit ita captos per
duodecim dies sine causa; et insuper habuit et extorsit ab eis viginti solidos nemausensium
sine judicis cognitione, ex eo quod, cum ipsi, tempore quo milites hujus terræ transiverunt[1]
in Provincia pro negocio domini Karoli, nunc comitis Provinciæ, ivissent mandato prædicti
vicarii[2] et Petri Lamberti[3], tunc judicis, in quodam navigio duorum hominum extraneorum
F cum ipsis hominibus, apud Ferrerias[4], ubi debebant transire dicti milites, ut ipsos milites
juvarent tra[n]svehi in dicto navigio, vi temporis et venti impulsi, applicuerunt longe subtus
prædictum locum ubi debebant transire dicti milites in ripa ultra Rodanum, et cum non
haberent autes cum quo possent trahere dictum navigium, nec aliter possent illud inde
reducere propter ventum, dimiserunt ibi dictum navigium et homines quorum erat, et ipsi
G quatuor statim venerunt per terram ad prædictum locum ubi transibant dicti milites, ad
primam naviatam, et invenerunt ibi dictum vicarium, et dixerunt ei quod ita acciderat ei de
dicto navigio, et ipse dixit eis quod bene fecerant, quia venerant ex quo non poterant aliud
facere, et præcepit eis quod mitterent se in navigio Bertrandi Bordici, qui passabat dictos
milites, et mandato ipsius vicarii miserunt se in dicto navigio, et fuerunt tam in ipso navigio
H quam aliis in quibus transsibant dicti milites, et juverunt transsire dictos milites a primis
usque ad ultimos, donec omnes fuerunt transvecti. Post biduum vero, dictus Raimundus
fecit eos capi et reddimi, ut dictum est, imponens eis quod ipsi non fecerant, sicut erant
mandati, et quod ipse invenerat eos absconsos in rubis, quod non fuit verum, salva gratia
sua. Unde supplicant quod dictos viginti solidos, quos extorsit ab eis, ut dictum est, et
I quinque solidos et sex denarios nemausenses, quos compulit eos dare custodi, a dicto Rai-
mundo eis restitui faciatis. Petunt etiam sibi restaurari a dicto Raimundo da[m]pnum quod
passi fuerunt quamdiu detinuit eos captos, quod æxtimant unusquisque octo denarios ne-
mausenses pro singulis diebus.

Anno Domini M° CC° XLVII°, scilicet XVIII kalendas februarii, Rainaldus Natalis, testis Fol. 56.
J juratus, dixit quod ipse, mandato Raimundi de Fonte, tunc vicarii Belliquadri, ivit inultra 1248, n. st. 15 jan.
Rodanum ad adjuvandum transvehi[5] milites, sicut in petitione dicti Arnaldi Cornatoris et
aliorum continetur. Item dixit quod dictus Poncius Cornator et Hugo Alvernia et alii duo[6],
quos nescivit eos nominare, set respexit eos in facie, juverunt eos tunc transvehi dictos
milites, donec omnes milites fuerunt transvecti; et dicebant quod aura abstulerat eis navi-
K gium suum cum quo debeba[n]t passare dictos milites.

Bertrandus Bordicus, testis juratus, dixit idem quod dictus Rainaldus.

Poncius Cornator, testis juratus, dixit quod ipse solvit pro Arnaldo Cornaire, fratre suo,
quinque solidos nemausensium Raimundo de Fonte; et vidit quod Gosa et filius Souderius
et Raimundus Leris, quos dictus Raimundus de Fonte tenuerat captos cum fratre suo, vel
L alii nomine ipsorum, solverunt eidem Raimundo[7] quisque quinque solidos nemausensium.
Et fuit in vigilia Natalis Domini fuerunt duo anni. Et fuit in stari liberorum condam Gilii 24 dec. 1245.

[1] *Id est anno 1245 exeunte.*
[2] *Cod.* vicari.
[3] *Vox* Lamberti *expunctæ voci* Rabastenci *a notario substituta est.*
[4] Ferrières, Bouches-du-Rhône, c^on et c^ne Martigues.
[5] *Cod.* tranvei.
[6] *Cod.* duos.
[7] *Pro* Raimundo *cod.* B't.

Bertrandi. Et erant præsentes Johannes de Avinione et Juvenis Textor. Et Arnaldus reco- A
gnovit quod ipse et Poncius, frater suus, habebant omnia bona sua communia.

Guillelmus Daude, testis juratus, *etc.* — Et fuerunt in vigilia Natalis Domini duo anni.

Jachobus Valleta, testis juratus, *etc.*

Raimundus de Orlaco, testis juratus, *etc.*

188. Significat[1] serenissimæ regiæ majestati domini Ludoysi incliti regis Francorum seu B
inquisitoribus ejusdem domina Bernada, uxor condam Petri de Dion[2] jam defuncti, nomine
liberorum tam ipsius Bernadæ quam ipsius Petri de Dion, scilicet Alaisetæ et Bernadæ pu-
pillorum, quod dictus Petrus de Dion habebat et possidebat quandam plateam juxta portum
Rodani, in castrum Bellicadri, extra portale quo exitur ad dictum portum ex parte venti,
quam plateam et locum parata est dicta Bernada vidua ostendere suo loco et tempore con- C
gruenti. Quam plateam P. Faber, senescallus Bellicadri et Nemausi, per oppressionem et
metum et minas, prout minari solitus fuerat, more solito ad terrorem occupavit et invasit
et eam abstulit ipsi Petro de Dion, patri dictorum pupillorum orphanorum simulque ege-
norum. Quam plateam occupatam, post ejus occupacionem, dictus P. Faber donavit et tra-
didit ut violentus possessor cuidam galiico nomine Maurelle, qui Maurellus injuste possessor D
et malæ fidei in dicta platea ædificavit stare, in ædificando contradicente dicto Petro de Dion
et prohibente. Quamobrem supplicat dicta Bernada vidua, mulier pauperrima, et nomine
dictorum pupillorum egencium, quatinus, amore Dei et intuitu pietatis et elemosinæ et dic-
tarum miserabilium personarum, dictus locus sibi restituatur et de ædificio ratio habeatur
malæ fidei possessoris, justa illud quod dicitur in jure quod ædificium malæ fidei positum E
solo cedit.

189. Significat[3] Bernada, filia quondam Petri de Dion et uxor Raimundi Elyas, quod
dictus Raimundus, maritus ejusdem, est absens in partibus transmarinis, qui dictus Rai-
mundus, ante absenciam, dum esset præsens quodam tempore in castro Bellicadri, habebat
et possidebat quendam anulum de auro in quo erat inclusus quidam lapis preciosus nomine F
saphirus, qui dictus lapis valebat D^tos solidos turonensium, et tunc temporis, cum esset vica-
rius Bellicadri Radulfus de Chelechin, nepos P. Fabri senescalli, existente ipso P. Fabro
senescallo, fecit venire ad se dictum Raimundum et præcepit sibi sub pœna CC solidorum
quod deferret sibi dictum anulum. Qui dictus Raimundus, metu pœnæ et violentæ potes-
tatis, dictum anulum attulit et eum tradidit dicto vicario, et, dicto anulo et lapide precioso G
diligenter inspecto, eum restituit ipsi Raimundo. Postmodum dictus vicarius, volens habere
dictum anulum cum lapide, sine causa præcepit ipsi Raimundo quod teneret ostagia infra
certum diem, et si nollet intrare præcepit nuncio suo quod abscinderet sibi auriculam; et
intravit ostagia dictus Ramundus, et dum esset in ostagiis dictus Raimundus mandavit dicto
vicario quod audiret eum de jure utrum deberet tenere ostagia aut non, et quod diceret H
sibi causam, et si vellet aliquid habere de suo, hoc diceret, et ipse daret; et tunc vicarius
mandavit ipsi Raimundo quod non exiret de ostagiis nisi daret sibi dictum anulum; et
dictus Raimundus iterum mandavit vicario quod dictus anulus erat in pignore pro L solidis
raimundensium, et quod redimeret eum et haberet; et ita vicarius habuit dictum anulum
et redemit; postmodum vero, dictus vicarius tenuit captum dictum Raimundum ob hoc I
donec restituisset sibi dictos L solidos, quos habuit ab ipso Raimundo nichilominus anulo
retento. Hinc est quod supplicat dicta Bernada, pauperrima mulier, quod dictus anulus cum
dicto lapide precioso, nomine dicti mariti sui absentis, sibi restituatur, aut D solidi turonen-
sium, et in expensis quas fecit dictus maritus retentus in ostagiis[4] et occasione prædictarum,
quas dicit esse VI libras raimundensium. J

Juravit dicta Bernarda filia super petitione anuli, et post sacramentum asseruit per sacra-
mentum omnia supradicta in dicta petitione contenta esse vera.

Fol. 56 v°. Bertrandus de Vivariis, senior, testis juratus, dixit quod Radulfus de Salenchino mandavit
per ipsum testem Raimundo Elyæ quod daret sibi quendam anulum. De valore anuli, et an
datus fuerit, et de aliis requisitus, dixit se nichil scire. K

Guillelmus de Bruneto, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Radulfus de
Salenchino, tunc vicarius Belliquadri, cepit Raimundum Elyas eo quod non ceperat quem-
dam hominem transseuntem qui dicebatur forefecisse vel deliquisse, et misit eum in ostagiis
in Condamina, et dum teneret[5] illum in ostagiis, mandavit dicto Raimundo Elyas per ipsum
testem quod daret sibi quemdam anulum quem habebat, *etc.* — Bene vidit anulum et audivit L
dici quod valebat bene quinquaginta libras, *etc.*

Bertrandus de Biterri, testis juratus, [dixit] se vidisse et audivisse quod Raimundus Elias

[1] *Ex schedula membranacea, signo C notata. — Exstat etiam hæc querimonia regesti folio 52 verso.*

[2] Dions, Gard, c^on Saint-Chaptes.

[3] *Ex schedula C, necnon e regesto.*

[4] *Schedula* retento ostagia.

[5] *Cod.* teneretur.

A fuit conquestus de Radulfo de Salenchino coram domino Petro de Ernencort, tunc senes-
callo Belliquadri, et petebat ab eo quendam anulum quem dicebat dictum Radulfum habuisse
per vim ab ipso Raimundo, et dictus Radulfus confessus fuit se habuisse dictum anulum, set
dixit quod habuerat illum ante festum sancti Johannis tunc proxime transactum, et dictus
dominus senescallus non intromittebat se de hiis quæ erant facta ante dictum festum, et ideo
B non tenebatur sibi coram eo respondere.

Petrus Durantus mercaderius, testis juratus, dixit, *etc.*

Bermundus Isnardus, testis juratus, *etc.*

Guillelmus Enguilbertus, testis juratus, *etc.* Requisitus de valore anuli, dixit quod valebat
bene centum solidos, et dixit quod, si esset suus, ipse non acciperet de eo viginti libras
C raimundensium.

190. Significat vobis dominis inquisitoribus Chausoardus, filius condam Bertrandi de Fol. 52 v°.
Banneolis[1], quod, ipso Chausoardo pupillo existente et in potestate tutoris, scilicet Guillelmi
de Banneolis, Poncius de Lusano, jam defunctus, existens condam judex Belliquadri, et
durante officio judicis et potestate, emit quoddam stare in castro Belliquadri, in quo stari
D dictus Chausoardus habebat medietatem, et dictus Guillelmus, tutor ejusdem, aliam me-
dietatem; quam emptionem dicti staris fecit dictus Poncius de Lusano tunc judex contra
legem. Et rubrum et nigrum[2], in qua lege dicitur quod nemo judex vel qui circa eos sunt
audent durante officio accedere ad aliquem contractum, nec etiam per interpositam per-
sonam; quod dictum stare emptum contra legem per dictum judicem non fuit præconizatum,
E quod debuit fieri secundum legem qua cavetur quod res minoris, cum venditur, debet
sub[h]astari, id est præconizari, ut plus offerenti detur; quam etiam emptionem dicti staris
fecit contra legem aliam qua cavetur quod judex interponat decretum in re vendenda
minoris, in qua emptione non potuit dictus judex obligari ipsi pupillo et auctor fieri; quod
etiam stare emptum fuit ab ipso Poncio judice certo precio, et in ipsa vendicione fuit de-
F ceptus tunc ultra dimidiam justi precii ipse pupillus; quæ causa decepcionis illi fuit quod,
cum sciretur quod dictus judex vellet tunc emere dictum stare, alii super dicta venditione
et emptione dicti staris destiterunt, timentes potestatem dicti judicis. Item significat vobis
quod dictus Poncius de Luzano decessit, relictis liberis heredibus et matre eorum tutrice,
qui dicti liberi seu mater tenent et possident dictum stare. Item significant quod dictum
G stare est situm in castro Belliquadri, et confrontat ab occidente cum stari Poncii Furnerii,
et a circio cum stari Firmini Clementis. Hinc est quod supplicat[3], *etc.*

191. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Johannes Felicius de Radulfo
de Salenchino, vicario condam Belliquadri, eo quod fecit sibi solvi ab eo centum et octo
libras et quindecim solidos raimundensium, quas debebat dictus conquerens Bernardo
H Ventairon et Bertrando Florencio, civibus Arelatensibus, de precio ovium, et dictam solu-
cionem fecit dictus Johannes dicto Radulfo compulsus a dicto Radulfo, et compulsu Petri de
Atiis, tunc senescalli Belliquadri. Unde petit, *etc.*

192. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Raimundus de Peirallo de
Petro de Athiis, condam senescallo Belliquadri, dicens quod dictus Petrus, dum erat senes-
I callus, fecit dirui quoddam stare quod ipse Raimundus habebat ad Peirallum, sub dominio
Bertrandi Guigomp, quod stare valebat viginti libras raimundensium, pro quo stari fecit ei
reddi tantum duodecim solidos, minus uno denario turonensi. Unde supplicat, *etc.*

193. Significant vobis inquisitoribus domini regis Bertrandus Roqueta et Rainoardus
Roqueta, pater ejus, quod Raimundus de Fonte, olim, dum erat vicarius Volobricæ, cepit
J ipsum Bertrandum injuste et sine causa, imponens ei quod ipse subripuerat unum vomerem,
et tradidit eum tortoribus, et fecit eum torqueri, et ipsemet Raimundus propriis manibus
torsit[4] eum ita atrociter quod fregit ei brachium, et postea dimisit eum et liberavit, et ante-
quam eum dimitteret, dicebat ei quod juraret quod non diceret quis fregerat ei brachium,
quod dictus Bertrandus facere noluit. Unde supplicat, *etc.*

K 194. Conqueritur Johannes Cabassutus, de Arelate, de Elisiario de Biterris et Bertrando
de Vivariis seniore, condam baiulis de Mota[5] pro domino rege, et asserit quod ipsi Elisiarius
et Bertrandus habuerunt et perceperunt ab eodem Johanne injuste et sine judice XXX solidos
raimundensium, quia ipse Johannes transibat VII bestias suas per Rodanum in ripa de Mota,
ut eas salvaret in terra domini regis.

L Petrus Bonus Filius, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod ipse, testis no- Fol. 55 v°.
mine Johannis Cabazutii, de Arelate, pro ipso, solvit et Elisiario de Biterri, recipienti man-
dato Bertrandi de Vivariis, triginta solidos raimundensium, pro septem bestiis[6], quas ipse

[1] Bagnols, Gard, arr. Uzès.
[2] *Cod.* et migrum.
[3] *De eodem vide infra*, p. 498, § 196.
[4] *Cod.* tortus fuit.
[5] La Motte, Gard, c[on] et c[ne] Saint-Gilles.
[6] *Cod.* bestias.

Johannes habebat apud villam Beatæ Mariæ de Mari[1], quia passabat ante castrum de Mota A dictas bestias, et salvabat eas in dicta terra domini regis. Item dixit quod Rostagnus Portanerius numeravit dicto Elisiario dictos triginta solidos, et fuit in castro de Mota quando comes Tholosanus[2] erat in Camargis. Requisitus qualiter scit, *etc.*

Argenia de Arelate, testis jurata, dixit quod, cum ipsa adduceret bestias Johannis Cabazuti de Mari, et esset apud Motam, Elisiarius de Biterri, tunc castellanus Motæ, cepit unam de B prædictis bestiis pro pedagio domini regis, *etc.* — Requisita de tempore, dixit quod sunt septem anni. De præsentibus, dixit quod erat ibi quidam qui vocabatur Guillelmus, et alii quorum nomina ignorat. Et fuit ante villam de Mota.

Fol. 52 v°. 195. Significat vestræ reverendæ discrecioni Raimundus Martinus, de Nemauso, quod, cum ipse iret apud Arelatem per caminum Bellagardæ[3], et duceret duas bestias honeratas C oleo in tenemento de Furcis[4], Stephanus Basteria, tunc baiulus de Furcis vel tenens locum baiuli seu castellani de Furcis, cepit eum et duxit apud castrum Furcarum, et fecit exhonerari dictum oleum, et de ipso oleo retinuit duas cannas, inponens ei quod prohibitum erat ne aliquid intraret de terra domini regis in Arelate. Unde supplicat, *etc.*

Fol. 53. 196. Conqueritur Chausoardus, filius quondam Bertrandi de Balneolis, de heredibus D Poncii de Luzano, de eo quod dictus Poncius de Luzano, tunc judex Belliquadri, judiciaria potestate confisus et eadem abusus, emit a Guillelmo de Balneolis, qui erat tutor ipsius Chausoardi, medietatem cujusdam staris pertinentem ad ipsum Chausoardum, nullo im[m]inente ære alieno, nulla necessitate cogente, non interposito decreto, nulla facta sub[h]astacione vel præconizacione, minori precio quam deberet, cum res esset majoris precii in E duplo et plus, nec precium fuit versum in utilitatem ipsius Chausoardi. Unde, cum dictus Poncius emerit et habuerit injuste a dicto tutore prædictam medietatem dicti staris, et mala fide, quia malæ fidei est qui contra legem interdicta mercatur, idem petit prædictam medietatem dicti staris ab heredibus dicti Poncii de Luzano, cum fructibus et omni causa, sibi restitui. Dictum vero stare ju[n]gitur ab occidente cum stari Poncii Furnerii, a circio cum F stari condam Firmini Clementis. Et fructus æxtimat DCCtos solidos raimundensium. — Juravit dictus Chausoardus, et post sacramentum dixit et asseruit omnia et singula supradicta esse vera. — Confitetur Raimunda dictum Poncium de Luzano, maritum suum, emisse totum prædictum stare a Guillelmo de Balneolis; negat tamen quod medietas dicti staris pertineret ad ipsum Chausoardum. G

Fol. 57. Guillelmus Columberius, testis juratus, dixit quod ipse vidit quod Guillelmus de Balneolis, qui erat tutor Chausoardi, nepotis sui, tenebat quoddam stare, *etc.*

Bertranda Bresca, testis jurata, dixit se vidisse et audivisse quod mater sua, scilicet ipsius testis, tenebat et habebat quoddam stare quod est in hoc castro Belliquadri, *etc.* Et postea dicta mater sua donavit medietatem dicti staris Bertrando de Balneolis[5], patri condam H Chausoardi, condam fratri suo, et postea vidit quod Guillelmus de Balneolis, condam frater ipsius testis, qui erat tutor dicti Chausoardi, tenebat prædictam medietatem dicti staris pro dicto Chausoardo. Item dixit, *etc.*

Fol. 60 v°. Guillelma, uxor Bertrandi Duranti, testis jurata, dixit quod Chausoardus, consanguineus suus, habebat quod[d]am stare in hoc castro Belliquadri, quod stare fuit Bertrandi de I Balneolis, patris condam ipsius Chausoardi, *etc.*

Bertrandus Durantus, testis juratus, dixit, *etc.*

Guillelmus Bonus Filius, de Volobrica[6], testis juratus, [dixit] se vidisse et audivisse quod mater Chausoardi, filii condam Bertrandi de Balneolis, quando erat tutrix ipsius Chausoardi, venit in quodam stari quod dictus Chausoardus habebat in hoc castro, et vidit quod Fraca[7] J judæa, quæ morabatur in ipso stari, solvit dictæ matri dicti Chausoardi loquerium dicti staris, *etc.* De præsentibus requisitus, dixit quod videtur sibi quod Raimundus de Mercorio fuit cum ipso teste quando mater dicti Chausoardi venit in dicto stari, et recepit loquerium dicti staris.

Guillelmus Raimbaldus, testis juratus, dixit quod stare illud cujus medietatem petit K quidam juvenis cujus nomen ignorat, set ostendit Chausoardum digito, tenetur sub dominio ipsius. Et dixit testis prædictus quod dictum stare quidam[8] qui vocabatur Raimundus de Balneolis, ut sibi videtur, vendidit Poncio de Luzano pro triginta libris raimundensium; et Poncius Furnerius volebat dare ipsi testi ultra id quod competebat ei pro laudimio triginta libras raimundensium, si vellet dictum stare sibi laudare, et ipse maluit illud dicto Poncio L

[1] Saintes-Maries-de-la-Mer, Bouches-du-Rhône, arr. Arles.

[2] *Id est anno 1240.*

[3] Bellegarde, Gard, c^on Beaucaire.

[4] Fourques, Gard, c^on Beaucaire.

[5] *Cod.* Bt. de Balneol. patris condam Ch. condam fratris sui.

[6] Vallabrègues, Gard, c^on Aramon.

[7] *Alibi* Franca *dicitur.*

[8] *Cod.* stare vendidit quidam.

A de Luzano, quia erat judex; et dictus Poncius de Luzano dedit ei ultra suum laudimium
centum solidos raimundensium. Et dixit quod dictum stare est in Androna[1], subtus domum
in qua modo tenetur curia et confrontat, *etc.*

197. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus de Brenna quod, Fol. 53.
cum Johanninus, qui occidit porcos domini regis in hoc castro Belliquadri, accepisset de
B vitibus ipsius Guillelmi in domo ipsius Guillelmi unam saumatam et plus, et dedisset pro
ipsis vitibus fratri ipsius Guillelmi duodecim denarios raimundenses tantum, quæ valebant
bene duos solidos raimundensium, et ob hoc idem Guillelmus venisset ad dictum Johanni-
num, et quæreret ab eo quod daret sibi plus pro dictis vitibus, quia non dederat fratri suo
tantum quantum valebant, et dictus Johanninus diceret quod immo bene dederat eis jus
C suum, et super hoc inter se contenderent, dictus Johanninus, dicendo: « Vade, vilan puden »,
cepit ipsum Guillelmum per capillos et percussit eum cum manu in facie, et quia dictus
Guillelmus, tuendo se et nitendo se liberare de manibus ejus, percussit eum cum manu,
nuncii curiæ Belliquadri, ad querimoniam dicti Johannini, ceperunt eum, et adduxerunt eum
captum ad domum vicarii, et satis dedit uxori dicti vicarii, quia dictus vicarius erat tunc
D absens, et postea in crastinum vicarius fecit eum citari. Et dum esset in curia, Bertrandus
de Vivariis senior dixit et persuasit ei quod confiteretur secure quicquid dictus Johanninus[2]
diceret, quia dictus Johanninus promiserat ei quod ipse Johanninus faceret super hoc quic-
quid ipse Bertrandus vellet, et quod non dormiret ob hoc minus; et ex hac confidencia ipse
Guillelmus confessus fuit quicquid dictus Johanninus dixit; et super hoc vicarius, scilicet
E Michael de Chastres, petiit ab eo sex libras turonensium, dicens quod senescallus condem-
pnavit eum in sex libris turonensium pro prædictis. De quibus dictus dominus senescallus
remisit ei medietatem, ad instanciam Fratrum Minorum; pro alia medietate cepit dictus
vicarius unum roncinum ipsius Guillelmi, et mantellum uxoris suæ, quæ habet adhuc et
detinet pro residua medietate. Unde supplicat dictus Guillelmus quod super prædictis veri-
F tatem inquiratis, et quod vestræ discrecioni videbitur faciendum faciatis.

198. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Bernardus Boscaderius de Stephano
Basteria, dicens quod dictus Stephanus, tunc baiulus de Jonqueriis, cepit unum bovem
ipsius Bernardi, et tenuit ipsum per novem ebdomadas, eo quod ipse colebat quandam
terram Bertrandi de Acu, quæ est in palude de Acu[3], dicens quod ipse prohibuerat ne aliquis
G laboraret ibi terras nisi coleret terras domini regis; et dictum bovem noluit ei reddere
donec dedit ei viginti quatuor solidos et dimidium raimundensium pro gardia dicti bovis,
et unum sestarium frumenti, et unum bruscum apium. Unde supplicat, *etc.*

199. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Alasaicia uxor condam Poncii Fol. 53 v°.
de Violeta, nomine liberorum suorum, liberorum condam et heredum dicti Poncii, et ami-
H nistratrix bonorum suorum, de Raimundo de Fonte, vicario condam Belliquadri, et asserit
quod dictus Raimundus de Fonte, cum esset vicarius Belliquadri, accepit mutuo a dicto
Poncio, condam viro suo, XL libras raimundensium, quas debuisset solvisse termino jam
transacto, prout continetur in instrumento confecto per manum Guillelmi Rotberti, notarii,
de quibus petit, nomine dictorum liberorum suorum, decem et septem libras et duodecim
I denarios raimundenses[4] a prædicto Raimundo, et confitetur se habuisse residuum dictarum
XL librarum. — Juravit et post sacramentum dixit omnia supradicta esse vera, et ad pro-
bandum intentionem suam produxit quo[d]dam instrumentum cujus tenor talis est:

Anno Domini M° CC° XL° III°, VII kalendas februarii, regnante Lodoyco rege Francorum, 1244, n. st. 26 janv.
ego Raimundus de Fonte, vicarius Belliquadri, promitto per stipulationem tibi Poncio de
J Violeta me soluturum tibi vel cuicunque volueris quadraginta libras raimundensium in
proximo Carniprivio, quas tibi debeo causa mutui michi a te in peccunia traditi, omni
excepcioni et expresse excepcioni non numeratæ et non receptæ dictæ peccuniæ renuncians.
Si quas autem expensas prædictum debitum requirendo feceris, seu propter moram solu-
cionis da[m]pnum aliquod passus fueris vel gravamen, ea omnia tibi restituam, et de eorum
K quantitate tuo verbo simplici sine sacramento vel testibus aliquave probatione plenarie
crediturus. Et quod sic compleam et attendam et contra non veniam, tibi per stipulationem
et sub obligatione omnium bonorum bona fide promitto, renuncians quadrimestribus et
deliberatoriis induciis et omni alii juri quo me tueri possem. Et ego Rostagnus Imberti
constituo me debitorem et pac[atorem] sub obligatione omnium bonorum meorum tibi
L prædicto Poncio de Violeta pro prædictis omnibus et singulis tibi complendis et solvendis,
renuncians quadrimestribus et deliberatoriis induciis, et expresse legi dicenti principalem

[1] *Cod.* Androna que subtus.
[2] *Cod.* Johannes.
[3] Saint-Roman-de-l'Aiguille, Gard, c^on et c^ne Beaucaire.
[4] *Voces* decem et septem l. et duodecim den. raim., *expunctis vocibus* viginti et duas libras et tresdecim solidos raimundensium *a notario substitutæ sunt.*

debitorem prius fore conveniendum quam intercessorem. Hoc fuit actum in curt[e] staris A
dicti Poncii, præsentibus P. Postareri, Petro de Margarita[1], Guillelmo Pascali juniore, et
me Guillelmo Rotberti, notario publico, qui, mandato utriusque partis, hoc instrumentum
scripsi et signum meum apposui.

Quas decem et septem libras et duodecim denarios confessus fuit dictus Raimundus de
Fonte prædictæ tutrici et liberis suis ex prædicta causa. Et frater Johannes præcepit ei quod B
de prædictis decem et septem libris et duodecim denariis solveret in proximo Carniprivio
medietatem, et hinc ad proximum festum Ramis palmarum aliam medietatem.

Fol. 54. 1248, n. st. 18 jan. Anno[2] Domini M° CC° XLVII°, scilicet XV kalendas februarii, nos magister Petrus de Castra,
canonicus Carnotensis, et frater Johannes de Templo, ordinis Vallis Scolarium, visis et
auditis peticionibus Alasaiciæ, uxoris condam Poncii de Violeta, conde[m]pnamus Raimun- C
dum de Fonte, per contumaciam absentem, ipsi Alasaiciæ, nomine dictorum liberorum
suorum, heredum dicti Ponçii, in viginti duabus libris et tresdecim solidis raimundensium,
quos nobis constat per publicum instrumentum confectum per manum Guillelmi Rotberti,
quod incipit, post *Francorum*, « Ego Raimundus de Fonte », et finit, ante *Hoc fuit*, « inter-
cessorem », dictum Raimundum de Fonte debere prædictæ Alasaiciæ nomine dictorum et D
ipsis liberis, de illis quadraginta libris, quas idem Raimundus accepit mutuo a dicto Poncio,
ut in eodem instrumento continetur, ita quod, si dictus Raimundus infra octo dies venerit,
sit sibi salvum jus proponendi quicquid legitime poterit proponere; sin autem, elapsis octo
diebus prædictis, ita teneatur solvere dictæ Alasaiciæ et liberis suis prædictis viginti et duas
libras et tresdecim solidos raimundensium. Lata fuit hæc sentencia in claustro Sancti Nazari[3], E
præsentibus testibus Raimundo de Croso, Bertrando Ricardo, Adam.

Fol. 53 v°. 200. Conqueritur Guillelmus Rodellus, de Arelate, de Rotberto de Sauceio, condam
castellano de Furcis, dicens quod ipse Rotbertus habuit ab eo XXII solidos raimundensium,
injuste et sine judice, pro eo quia non solverat albergam domino regi, in die qua præconi-
zatum fuerat quod solveretur dicta alberga, ut ipse Robertus asserebat; quæ præconizacio F
ad aures ipsius Guillelmi non pervenerat, nec credit eam factam, et ideo non fuit in culpa.
Quare dictus Robertus injuste habuit ab eo dictos XXII solidos raimundensium quos ab eo
petit.

201. Conqueritur Poncius Guillelmus, de Arelate, de Rotberto de Sauceto, condam cas-
tellano de Furcis, dicens quod ipse Rotbertus habuit ab eo XXII solidos raimundensium, G
injuste et sine judice, pro eo quia ipse non solverat albergam domino regi in die qua præ-
conizatum fuerat quod solveretur dicta alberga, *etc.*

202. Conqueritur Poncius Ruffus, textor, vobis inquisitoribus domini regis de Colino de
Sancto Benedicto et de Guillelmo Penchenato, dicens quod porci et sues quos et quas
prædicti Colinus et Guillelmus, qui recipiebant quartonos domini regis in Argencia[4], tene- H
bant ad bastidam domini regis, in messibus proxime præteritis fuit unus annus, comederunt
ordeum quem ipse Guillelmus habebat in area sua nondum trituratum, in quo erant bene
quinque sestaria ordei, et bene inde exirent quinque sestaria ordei; quæ quinque sestaria
ordei petit sibi restitui[5] a prædictis Guillelmo et Colino.

203. Asserit Ricardus de Furcis quod Rotbertus de Sauceto, qui erat baiulus in castro I
de Furcis tempore senescalciæ domini Petri Fabri, habuit a dicto Ricardo injuste XX solidos
raimundensium, quia dictus Ricardus percusserat cum uno baculo et ceperat unum piscem
qui vocatur lus, in quodam croso ubi congregantur aquæ, qui crosus tunc non deffendebatur,
nec consueverat deffendi. Unde petit, *etc.*

204. Conqueritur Gaianus de Furcis vobis dominis inquisitoribus domini regis de Rot- J
berto de Sauceto, condam castellano de Furcis, dicens quod dictus Rotbertus habuit et
extorsit injuste ab ipso Gaiano viginti solidos raimundensium, pro banno quater viginti
ovium, quas dicebat fuisse inventas in quadam stobla quæ non erat signata nec deffende-
batur; et licet esset signata, non competeret ei pro banno nisi viginti denarii raimundenses,
scilicet una podigia raimundensis pro unaquaque ove. — Item habuit et extorsit ab eo K
sexdecim solidos raimundensium, ex eo quia ipse extraxerat de villa de Furcis bladum
causa vendendi apud Arelatem, quod fecerat cum consilio et voluntate Ricardi baiuli sui,
Fol. 54. et debebat ei ob hoc dare sex solidos raimundensium. Unde supplicat, *etc.* — Item con-
queritur vobis idem Gaianus de Raimundo Garino, condam castellano de Furcis, dicens
quod, cum Petrus Capesanus, condam frrter suus, tempore quo Petrus Durantus merca- L

[1] Marguerittes, Gard, arr. Nîmes.

[2] *Cancellata est in cod. hæc sententia, cum, præsente Raimundo de Fonte, recognitum fuit ipsum tantummodo debere summam* XVII librarum et duodecim denariorum raimundensium.

[3] *Sanctorum Nazarii et Celsi prioratus, Bellicadri in ecclesia Sanctæ Mariæ de Pomeriis constitutus.*

[4] L'Argence, *territorium in sinistra Rhodani ripa situm, cujus caput Bellicadrum.*

[5] *Cod.* restitui et predictis.

A derius erat castellanus de Furcis, fuisset conde[m]pnatus ab ipso Petro Durant pro quadam muliere, et quod, causa dictæ condempnacionis, habuisset ab eo unam gannachiam de bruneta cum penna cirogrillorum et quasdam caligas de vermellone, dictus Raimundus, postea castellanus de Furcis, cepit iterum ex eadem causa dictum Petrum Capesanum, et tunc ipse Gaianus constituit se fidejussorem pro dicto fratre suo prædicto Raimundo Garino, ex qua B fidejussione habuit et extorsit dictus Raimundus a dicto Gaiano injuste et sine judicis cognicione, quam ab eo frequenter postulavit, triginta solidos raimundensium, quos tanquam injuste extortos petit a dicto Raimundo sibi restitui.

205. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus Nicholauus et Poncius Guillelmus, fratres, de Furcis, de Raimundo Garino, condam castellano de Furcis, C dicentes quod dictus Raimundus Garinus habuit et extorsit injuste et sine judicis cognitione ab ipsis sex libras raimundensium, eo quod ipsi fratres habuerant rixam inter se, nulla querimonia præcedente et neutro inde conquerente. Unde supplicant, *etc.*

Item conqueruntur vobis prædicti Guillelmus Nicholaius et Poncius Guillelmus de eodem Raimundo Garino, dicentes quod, tempore quo dictus Raimundus erat castellanus de D Furcis, vituli ipsius, quos ipse nutriebat et tenebat apud Furcas, paverunt et comederunt ipsis invitis herbam cujusdam terræ ipsorum. Unde passi fuerunt da[m]pnum in viginti solidis raimundensium, quos petunt ab ipso Raimundo sibi restaurari.

206. Conqueritur Poncius Guillelmus, de Furcis, nomine suo et nomine Guillelmæ, uxoris suæ, de Poncio Buada, condam castellano de Furcis: habuit et accepit auctoritate E sua, ipsa Guillelma invita, quoddam vas vinarium ipsius Guillelmæ, capax duodecim saumatarum vini, vel circa, quod valebat viginti quatuor solidos raimundensium, quod vas petit dictus Poncius Guillelmus nomine dictæ uxoris suæ, vel æxtimacionem prædicti vasis prædictam, a dicto Poncio sibi restitui.

207. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Johannes Alvernacius et Fol. 54 v°. F Guillelmus Petrus de domino Petro de Ernencort, senescallo condam Belliquadri et Nemausi, dicentes quod ipsi steterunt, mandato dicti domini Petri, tunc senescalli, tempore quo erat guerra de Monte Pesato, apud Calmetam[1] in munitione, ad servicium domini regis, per decem dies, *etc.*

208. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus Scafetus, de G Vulpilleriis[2], de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus de Fonte, tunc vicarius Volobricæ, habuit et extorsit injuste ab ipso unam saumatam annonæ, imponens ei quod ipse Guillelmus fecerat invasionem in quadam terra Petri Bermundi, quam terram et quasdam alias ejusdem Petri Bermundi Guillelmus Guiso, de Vulpilleriis, faciebat ad fachariam et habebat ex causa fachariæ a dicto Petro Bermundo, quam fachariam et omne jus quod H habebat in facharia dictæ terræ et aliarum terrarum dicti Petri Bermundi dictus Guillelmus Guiso et fratres sui vendiderunt et concesserunt ipsi Guillelmo Scafeto. Unde, cum ipse Guillelmus nullam invasionem fecisset in dicta terra, set ex jure sibi cesso et vendito a dicto Guillelmo Guisone et fratribus suis coleret ut facherius dictam terram, petit quod dictam saumatam annonæ a dicto Raimundo de Fonte sibi restitui faciatis. — Confitetur se habuisse I dictam saumatam, non ex dicta causa, set ex alia causa, scilicet quod dictus Guillelmus promiserat ei dare dictam saumatam annonæ pro pignoribus causæ quam dictus Guillelmus habuerat cum dicto Petro Bermundo; quod dictus Guillelmus negat. — Conde[m]pnavimus dictum Raimundum in dicta saumata annonæ reddenda infra mensem dicto Guillelmo, cum non posset probare ex qua causa habuerat.

J 209. Conqueritur Bertrandus Caponus de Raimundo de Fonte, dicens quod, cum ipse habeat quoddam nemus ante villam Adavi[3], in quo dominus rex percipit et debet percipere et habere medietatem lignorum non cisorum, dictus Raimundus de Fonte, tunc vicarius Belliquadri, dixit ipsi Bertrando quod ipse faceret cædi ligna dicti nemoris, et quia dictum nemus non erat tunc cæduus, quia non erat tunc nisi annus quod fuerat cæsus, dictus Ber-K trandus dixit dicto vicario quod non erat cæduus et quod non faceret illud cædi, et nichilominus dictus Raimundus de Fonte fecit cædi quingentos gavellos lignorum dicti nemoris et XL garbas virgarum ad opus banastruorum, ipso Bertrando invito, et contra ipsius Bertrandi voluntatem, in quibus quingentis gavellis et XL garbis ipse Bertrandus habebat medietatem. Unde petit, *etc.* — Negat Raimundus de Fonte se cidisse vel fecisse cædi dictum boscum. L Dicit quod partem, scilicet medietatem, quam dominus rex percipit in lignis dicti bosci, vendidit quibusdam; aliter non cidi nec feci cædi.

210. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Bartholomæus Speciator de

[1] La Calmette, Gard, c°ⁿ Saint-Chaptes. — [2] Volpelières, Gard, c°ⁿ Aramon, c°ᵉ Théziers. — [3] Adau, *pars territorii Bellicadri.*

domino Petro de Ernencort, dicens quod ipse stetit, mandato prædicti domini Petri, tunc A
senescalli Belliquadri, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, apud Calmetam
in munitione, ad servicium domini regis per decem dies, *etc.*

211. Conqueritur Bartholomæus de Prato de Raimundo de Fonte, vicario condam
Belliquadri, dicens quod dictus Raimundus de Fonte debet ei adhuc quadraginta et unum
solidos et sex denarios raimundenses, de novem libris raimundensium quas ei debebat ex B
causa mutui, de quibus solvendis habuit præceptum dicti Raimundi a Raimundo de Mallaia
judice.

212. Conqueritur Bartholomæus de Prato de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus
Raimundus de Fonte, olim, dum erat vicarius Belliquadri, accepit mutuo ab ipso Bartho-
lomæo quandam summam peccuniæ, de qua summa peccuniæ remanent ad solvendum C
quadraginta et unus solidi et sex denarii raimundenses, quos petit a dicto Raimundo sibi
solvi.

213. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Ermitanus de Raimundo de
Fonte, dicens quod, cum ipse et quinque alii fuissent mandati facere medietatem expensa-
rum unius servientis, tempore quo erat guerra Rostagni de Monte Pesato, quando servientes D
fuerunt missi in munitione apud Calmetam et apud Gaians, et Gairardus Faber, qui erat
unus ex illis quinque, tradidisset dicto servienti unum perpunctum[1], quod habuit ex causa
comodati a Petro Genoues, et dictus serviens, dum erat in dicta munitione, dictum per-
punctum perdidisset seu inpignorasset, dictus Raimundus de Fonte, tunc vicarius Belliquadri,
ad querimoniam dicti Petri Genoues, præcepit ipsi Ermitano et Bernardo Corderio, qui erat E
alius ex illis quinque, quod restituerent eidem Petro[2] Genoues dictum perpunctum, vel
decem solidos raimundensium pro perpuncto; et cum ipsi dicerent quod compelleret alios
qui debebant facere similiter suam partem in expensis dicti servientis, et ideo nollent solvere
ei dictos decem solidos, dictus Raimundus misit eos in ostagiis, ipsum Ermitanum et dictum
Fol. 55. Bernardum, et eos tenuit tamdiu in ostagiis donec habuit et exegit *ab eis, scilicet ab utroque F
eorum, triginta solidos raimundensium. Unde supplicat, *etc.* — Item petit ab eo decem
solidos raimundensium, quos habuit ab eo injuste, imponens ei quod de domo ipsius
Ermitani fuerat projecta in carreria publica aqua fœtens, quod non fuit verum nec probatum.

214. Conqueruntur Raimundus de Roca Maura et Raimbaldus, fratres, de Natan judæo,
dicentes quod ipsi habeant sextam partem in lesdis sestarii et macelli et piscariæ et in aliis G
lesdis quæ accipiuntur in hoc castro Belliquadri, exceptis lesdis drapariæ et tabularum
mercati et quintalli, quæ lesdæ, in quibus ipsi habent sextam partem, venduntur per annum
centum libras nemausensium. Item dicunt quod dictus Natan, tempore quo tenuit dictas
lesdas pro domino rege, habuit et percepit per duos annos sextam partem quam ipsi habent
in dictis lesdis. Unde petunt a prædicto Natan viginti et quatuor libras turonensium sibi H
reddi, pro prædicta sexta parte dictarum lesdarum.

215. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Petrus de Ucecia et Guil-
lelmus de Ucecia, fratres, de heredibus domini Peregrini, dicentes quod, cum ipsi habeant
qua[n]dam terram in palude, in qua dominus rex accipit quartonum fructuum, deductis
su[m]ptibus metendi, colligendi, congregandi in area et calcandi, et deducto semine, I
dominus Peregrinus, tempore quo erat senescallus, prohibuit eis deducere sumptus congre-
gandi et portandi in area, et non permisit eis deducere illos sumptus, nec postea alii senes-
calli qui venerunt post ipsum permiserunt ei deducere illos sumptus, scilicet congregandi et
portandi in area. Et super hiis petunt sibi justiciam exhiberi.

Fol. 57. 216. Testes Ponciæ Daudesæ, ad probandum contra Guillelmum Fabrum quod idem J
Guillelmus abstulit sibi decem sestaria annonæ et quatuor sestaria et eiminam ordei. —
Confessus fuit dictus Guillelmus se cepisse dictam Ponciam.

Mabilia uxor Guillelmi Salavuneugna, testis jurata, dixit quod Guillelmus Faber et
Guillelmus Poncius et Stephanus qui mortuus est, tunc nuncii curiæ, ceperunt bladum
quem Poncia Daudesa habebat in domo sua, et extraxerunt inde dictum bladum; quæ Poncia K
conduxerat orreum in domo ipsius testis, ubi tenuit dictum bladum, et debebat ei dare unam
eminam comolam pro loquerio orrei, *etc.* De tempore requisita, dixit quod sunt bene sex
anni. De præsentibus dixit quod nullus alius fuit ibi.

Maria Avesquesse, testis jurata, dixit se vidisse quod Guillelmus Faber et Guillelmus
Poncius fecerunt extrahi et portari de domo cujusdam dominæ, uxoris Salavuneugna, decem L
sestaria frumenti et quatuor sestaria et eiminam ordei Ponciæ Daudesæ. Requisita [si] scit
quod dictus bladus esset dictæ Ponciæ, respondit quod ipsa et dicta Poncia meissonaverant
insimul dictum bladum et diviserunt. Requisita de præsentibus, dixit quod dicta domina et

[1] *Voces* et unum capellum ferreum, *quas hic inter lineas adjecerat notarius, deletæ sunt.* — [2] *Cod.* Petri.

A duo bastaissi qui detulerunt bladum. De tempore, dixit quod fuit anno post obsidionem de
Camargis[1]. Requisita si dictus Guillelmus Poncius erat ibi de mandato dicti Guillelmi Fabri,
dixit se nescire.

Guillelmus Avesques, testis juratus, dixit se nichil scire de blado.

Composuerunt ita quod dictus Guillelmus Faber dedit dictæ Ponciæ quatuor libras rai-
B mundensium pro petitione dicti bladi.

QUERELÆ EXTRANEORUM.

217. Conqueritur Petrus Vitulus, de Seringnaco[2], vobis inquisitoribus domini regis, de Fol. 58.
Stephano Maurello, dicens quod dictus Maurellus, tempore quo erat vicarius Sumidrii[3],
habuit injuste et extorsit ab ipso Petro Vitulo viginti solidos raimundensium, ex eo quia
C ipse Petrus Vitulus non venit coram ipso Stephano ad dictum Raimundi Rotberti, qui con-
questus fuerat de ipso Petro dicto Stephano, cum dictus Raimundus Rotbertus non esset
nuncius curiæ, *etc.* — Convenerunt dicti Petrus et Stephanus quod, super quantitate summæ
et super eo si habuit mandatum a nunciis quod veniret coram eo, vel non habuit, stabunt
et credent dicto Poncii de Serra et Guillelmi Firmini, qui erant tunc nuncii.

D 218. Conqueritur vobis inquisitoribus domini regis Guillelmus Saurus, de Sancto Ægidio,
de Radulfo de Sancto Quintino, dicens quod, cum Raimundus Elias et quædam mulier
rixarent inter se, tenendo se ad capillos, quadam vice, tempore quo dictus Radulfus erat
vicarius Belliquadri, et erant ad vas Avillac, et ipse Guillelmus supervenisset rixæ et eos
divisisset, dictus Radulfus, audita querimonia dictæ mulieris, quæ conquerebatur de dicto
E Raimundo, citavit ipsum Guillelmum, et imponens ei quod ipse volebat forzare dictam
mulierem, voluit habere et habuit et extorsit ab eo, injuste sine judicis cognicione, centum
solidos raimundensium. Unde petit, *etc.* — Item conqueritur vobis idem Guillelmus de
heredibus Jaufridi de Ponteysa, dicens quod dictus Jaufridus, tempore quo erat vicarius
Belliquadri, habuit et extorsit injuste et sine causa ab ipso Guillelmo duodecim libras rai-
F mundensium, ex eo quia ipse Guillelmus et Vitalis Saurus habuerant verba et rixam inter
se, nemine de ipso Guillelmo conquerente, et sine judicis cognitione. Unde petit, *etc.*

219. Vobis dominis inquisitoribus Bernardus Paullanus, nomine Guillelmæ uxoris suæ,
cujus jura et acciones habet in dotem, insinuat quod, cum Bernardus Leo, frater condam
dictæ Guillelmæ, infirmitate qua decessit gravatus, in castro de Salve[4], ubi sub condam
G Johanne Jordano, castellano ejusdem loci, morabatur, proponeret et vellet bona et jura sua
relinquere dictæ Guillelmæ, sorori suæ, quæ bona et jura facta substitucione de uno ad
alterum, ab Raimundo Leone patre et Rixende matre ipsorum devenire debebant ad dictam
Guillelmam, dictus Johannes Jordanus, persuasionibus et dolosis blandimentis[5], ne dictus
Bernardus hoc faceret induxit, et fecit sibi et Stephano de Codolis a dicto Bernardo Leone
H relinqui bona et jura prædicta. Qui postmodum Johannes Jordanus, quia fama et consciencia
propter hoc lædebatur, pœnitencia ductus, promisit dicto Bernardo Paullano, stipulanti
nomine dictæ uxoris suæ, se restituere sibi et uxori suæ Guillelmæ bona et jura prædicta, et
se quod a Bernardo Leone fieri fecerat revocare.

Item asserit quod dictus Johannes Jordanus decessit, relicto sibi herede Johanne filio
I dicti Stephani de Codolis : unde, cum dictus Stephanus sit legitimus aministrator dicti
Johannis, filii sui, et eum habeat in potestate, et nomine ejus quædam de prædictis bonis
ad præsens detineat injuste, et quædam tam ipse Stephanus quam dictus Johannes Jordanus
alienaverint, et jura deceptis non decipientibus subveniant, petit dictus Bernardus, nomine
dictæ Guillelmæ, uxoris suæ, ea quæ dictus Stephanus detinet de prædictis bonis, et precium
J seu æstimacionem, quod et quam habuerunt de hiis quæ alienaverunt de ipsis bonis, a dicto
Stephano nomine dicti filii sui restitui sibi Bernardo et uxori suæ, cum fructibus a tempore
prædictæ injustæ detentionis perceptis a prædictis Johanne Jordano et Stephano de Codolis
vel ab aliis nomine ipsorum, quos fructus æstimat dictus Bernardus Paullanus quinquaginta
libras raimundensium et plus. Bona vero quæ adhuc detinet dictus Stephanus de Codolis de
K prædictis bonis condam Bernardi Leonis sunt hæc, scilicet: medietas medietatis clausi qui
fuit Capitis Stagni, et confrontat ex una parte cum terra liberorum condam Bertrandi
Leonis; et medietas vineæ quæ est ad Arcas, et confrontat ex una parte cum terra uxoris
Bernardi Pessapans, ex alia parte cum terra liberorum condam Johannis de Trella; et me-
dietas cujusdam clausi ad Posterlam, et confrontat ex una parte cum via, ex alia cum clauso
L liberorum condam Bertrandi Leonis; et medietas dominii et census honoris Buadæ, et

[1] *Quæ anno 1240 contigit.*

[2] Serignac, Gard, c[on] Quissac, c[ne] Hortoux-et-Quilhan, *aut fort.* Sernhac, Gard, c[on] Aramon.

[3] Sommière, Gard, arr. Nîmes.

[4] Sauve, Gard, arr. le Vigan.

[5] *Cod.* bladimentis.

uxorum quorumdam hominum qui vocantur Comites, qui confrontat ex una parte in via, ex A alia parte cum terra Guiraudi Imberti; et medietas [cujusdam] terræ ad pontem de Venranicis[1], et confrontat ex una parte in via, ex alia parte cum terra liberorum condam Bertrandi Leonis; et medietas dominii et census terræ Adalbertæ, et confrontat ex una parte cum aquali, ex alia cum terra Mainerii; et medietas cujusdam terræ quæ est in confinio dels Mesolls, et confrontat a duabus partibus cum carreriis, ab alia parte cum terra libero- B rum condam Bertrandi Leonis; et dominium et media tasca terræ Arquimbaldæ, quæ est ibidem, et pariter molendini de Eiffancavessa. Ea vero quæ alienaverunt dictus Johannes Jordanus et dictus Stephanus de Codolis de prædictis bonis condam dicti Bernardi Leonis sunt hæc, scilicet: sexta decima pars molendinorum de Cabannis et de Autiola et de Bounom; et medietas staris quod fuit Palafredi, et confrontat ex duabus partibus cum carreriis; et C medietas alius staris ibidem, et confrontat ex una parte in via, ex alia parte cum stari Alestoni; et medietas cujusdam mansus extra portale de turri Bispali[2], et confrontat ex una parte in via, ex alia parte cum stari Sancti Nicholai; et medietas cujusdam plateæ ad Turrem, et Fol. 58 v°. confrontat ex una parte cum carreria, ex alia parte cum stari liberorum condam Bertrandi Leonis; et medietas vineæ in camino Belliquadri, et confrontat ex una parte cum via; me- D dietas altera vineæ ibidem, et confrontat ex una parte in via, quam tenent Porrati; et medietas cujusdam vineæ ad Odenellum, quam tenet uxor Guillelmi de Dionno, et confrontat ex una parte in via; et medietas illarum terrarum quas dictus Stephanus de Codolis vendidit G. Porcello et G. Asterio; et quædam pars in molendinis de Carto; et medietas dominii staris Stephani Audemari, et confrontat ex una parte in carreria, ex alia parte cum stari Imberti E Faragociæ; et medietas cujusdam honoris, et dominii et census, apud Arpallanicas[3]. Summa precii seu æxtimacionis eorum quæ dictus Johannes Jordanus et Stephanus de Codolis alienaverunt, de prædictis bonis quæ fuerunt dicti Bernardi Leonis, est sexies viginti librarum et decem solidorum raimundensium.

220. Asserit Petrus Aicardi, de Sancto Ægidio, conquerendo, quod G. Petrus et Gausi F Ferrol, dum erant castellani castri de Furchis, acceperunt bladum de terra quam habet in Argencia sub dominio domini regis, et non permiserunt ei colere dictam terram, quæ terra est XL sestariorum frumenti, et tantum recipit de semine. Unde supplicat, *etc.*

Item asserit dictus Petrus Aicardus, de Sancto Ægidio, quod, dum Raimundus Gar[i]nus erat castellanus castri de Furcis, ipse Raimundus fecit pasci herbas[4] quas habebat in Argencia G dictus Petrus Aicardus sub dominio domini regis, et pascendo dictas herbas dedit ei da[m]pnum in sexaginta solidis raimundensium. Unde supplicat, *etc.* — Confessus fuit Petrus Aicardus se vendidisse herbam dictæ terræ pro sexaginta solidis raimundensium, et se habuisse dictos sexaginta solidos. Dicit tamen quod tam diu tenuerunt herbam in dicta terra ultra terminum debitum quod non potuit colere dictam terram, unde da[m]pnificatus fuit in H decem libris viennensium, quas petit ab eis sibi restitui.

221. Conqueritur Stephanus Berengarius de Raimundo de Fonte, vicario condam Belliquadri, et asserit quod prædictus vicarius habuit ab eo et extorsit unam flaciatam novam lisadam et unum coissin cum pluma, quæ valebant tunc XXV solidos raimundensium, eo quia nuncius curiæ invenit eum euntem de nocte in castro Belliquadri, cum præconizatum fuisset, I ut dicebatur, quod nemo iret de nocte per castrum Belliquadri, quod ipse nesciebat. Item asserit quod prædictus vicarius promisit ei reddere dictam flaciatam et coissin, si solv[er]et ei duodecim denarios nemausenses, et cum ipse sit paratus solvere dictos duodecim denarios dicto vicario, postulat et petit a dicto Raimundo de Fonte dictam flaciatam et coissinum sibi reddi et restitui. J

222. Asserunt Raimundus de Sancto Flore, Petrus Guiraudus, Rainoardus Blascles et Bertrandus Accibertus quod, dum ipsi fidejussis[s]ent Raimundo de Fonte, olim vicario Volobricæ et Fornesii[5], propter quæstus indebitos et illicitos et oppressiones quos et quas faciebat hominibus de Furnesio et universitati dictorum hominum et procuratoribus ejusdem universitatis, dictus vicarius et ejus baiulus Guillelmus Poncius de Furnesio ceperunt et K habuerunt et adhuc habent pignora prædictorum, valencia quinquaginta libras turonensium et plus, scilicet culcitras, coissinos, flaciatas, mantellos et capas et loricas ferreas, quæ tanquam indebite et injuste accepta et detenta a prædicto vicario et ejus baiulo sibi ressarciri et restitui [petunt], vel prædictam rerum æxtimacionem sibi solvi, et postulant eos compelli ad prædicta a procuratoribus et a judicibus super hoc a domino rege missis. L

223. Asserunt Stephanus Arassa et Raimundus de Sancto Flore, procuratores sindici seu actores universitatis hominum de Furnesio, nomine suo et dictæ universitatis, quod Rai-

[1] Vendargues, Gard, c[on] et c[on] Nîmes.
[2] *Turris Episcopi, Nemausi.*
[3] Arpaillargues, Gard, c[on] Uzès.
[4] *Cod.* herebas.
[5] Vallabrègues, Gard, c[on] Aramon; Fournès, Gard, c[on] Remoulins.

A mundus de Fonte, vicarius Volobricæ et Furnesii olim, et ejus baiulus Guillelmus Poncius,
de Furnesio, propter oppressiones et quæstus indebitos et illicitos, quos et quas faciebant
dictæ universitati et dictis procuratoribus et breviter universis hominibus de Furnesio, cepe-
runt bestias eorumdem hominum et dictæ universitatis et dictorum procuratorum sine causa
et sine ratione aliqua, et eas reddere noluerunt quousque fuerunt eis apportatæ tredecim
B libræ raimundensium et dimidia, et dictas bestias tenuerunt per mensem et amplius, arando
cum eis et excolendo terras et negociando, et insuper ipsos probos homines apud Volo-
bricam invitos[1], detinendo eos in ostagiis, et ad partes alias trahendo invitos, ut eos oppri-
meret et da[m]pnificaret, scilicet apud Belliquadrum, et pluries quærendo jus et justiciam
apud Nemausum, pluries apud Ueceiam, pluries ad Aquas Mortuas, pluries apud Sumi-
C drium, pluries apud Alestum, pluries apud Vallem Aqueriam[2] et apud Balneolos[3], pluries Fol. 59.
apud Rupem Mauram, pluries et apud Remolinos et apud alia loca regni. Unde dicti procu-
ratores et dicta universitas et probi homines de Furnesio da[m]pnificati sunt in MMM solidis
raimundensium et amplius, et tantum interest sua. Unde petunt, *etc.*

224. Conqueritur Benedictus Blancus de Guillelmo Poncio, de Furnesio, dicens quod
D dictus Guillelmus Poncius, qui Guillelmus Poncius erat tunc baiulus de Fornès, ipso Bene-
dicto ignorante et invito, fecit cædi et portari arbores ipsius Benedicti, scilicet salices et
pibols; unde ipse Benedictus da[m]pnificatus fuit in quinquaginta solidis turonensium;
quos, *etc.*

Item conqueritur dictus Benedictus de eodem Guillelmo Poncio, dicens quod dictus Guil-
E lelmus Poncius, tunc baiulus de Fornès, voluit habere et habuit ab ipso Benedicto hæc
pignora, scilicet unam faugam et unum vomerem et unum capellum ferreum et unam balis-
tam, petens ab eo octo denarios vel novem viennenses pro pignoribus causarum, cum ipse
nichil ei deberet. Unde petit dicta pignora sibi reddi.

225. Conqueritur Stephanus Araza, de Fornès, de Raimundo de Fonte, dicens quod
F dictus Raimundus de Fonte, tunc vicarius de Fornès, fecit capi et extrahi de domo ipsius
Stephani unam culcitram cum pluma operatam, et unum coissinum cum pluma operatum,
pro fidejussione quam ipse Stephanus fecerat penes dictum Raimundum pro quodam
homine paupere, Romano nomine, de Ucecia, qui invenerat quemdam edum mortuum,
quem comedebant aves. Unde, *etc.*

G 226. Conqueritur idem Stephanus de Raimundo de Fornès, condam baiulo de Fornès,
petens ab eo unum vomerem, quem ipse Raimundus fecit capi et extrahi de domo sua, eo
quod fornerius ipsius Raimundi coxit quadam die sabati in sero panem ipsius Stephani. —
Item petit ab eo quinque solidos raimundensium, quos ipse Raimundus habuit ab eo, quia
prorogavit eum per octo dies et plus de quodam debito quod ipse Stephanus debebat. —
H Item conqueritur vobis dictus Stephanus de prædicto Raimundo de Fornès, dicens quod
dictus Raimundus, tunc baiulus de Fornès, ipso Stephano invito, intravit possessionem
cujusdam staris ipsius Stephani, et cepit ipsum stare, et ipsum stare adhuc tenet et possidet.
Unde supplicat prædictum stare sibi restitui a dicto Raimundo de Fornès; quod stare est in
villa de Fornès, et confrontat ab occidente cum stari Bertrandi Michaelis, a vento cum
I carreria, ab oriente cum Barrio.

QUERELÆ HOMINUM DE FURCHIS[4].

227. Significat vestræ reverendæ discrecioni, domini inquisitores domini regis, Rai- Fol. 46 v°.
mundus Goafre, de Furcis, quod, cum ipse Raimundus haberet quatuor pecias terræ
francas in tenemento de Patis[5], quarum terrarum comes Tholosanus dedit et concessit ipsi
J Raimundo et suis in perpetuum omne dominium quod ipse ibi habebat, prout hæc con-
stare[6] possunt per cartam ipsius comitis sigillo pendenti roboratam, dominus Peregrinus,
condam senescallus Belliquadri, tempore quo erat senescallus, sine judiciaria cognitione, et
omni juris ordine prætermisso, compulit ipsum Raimundum ad præstandum ipsi domino
Peregrino, nomine domini regis, quartonum de fructibus dictarum terrarum, et quamdiu fuit
K senescallus fecit ibi capi quartonum, et postea omnes senescalli qui post ipsum tenuerunt
dictam senescalciam, fecerunt capi quartonum pro domino rege in dictis terris, non obstante
prædicta donatione vel concessione sibi facta a comite supradicto, licet ipse Raimundus
frequenter postulaverit quod super prædictis de jure audiretur. Unde supplicat vobis sibi
super prædictis justiciam exhiberi.

L 228. Significat vobis inquisitoribus domini regis Jaufridus Folcoara quod, cum bestiæ

[1] *Fort. supplendum* ceperunt.
[2] Valliguières, Gard, c^on Remoulins.
[3] Bagnols, Gard, c^on Uzès.
[4] Fourques, Gard, c^on Beaucaire.
[5] Le Paty, *juxta* Fourques (Cassini).
[6] *Cod.* costare.

IMPRIMERIE NATIONALE.

aratoriæ ipsius Jaufridi fuissent captæ de nocte et tractæ de pasquerio Furcarum, et fuissent A
retentæ apud Bellam Gardam a Bertrando Ruffo, qui tenebat bailiam de Bella Garda pro
Stephano Balaiano, ipse Jaufridus venit ad Stephanum Balaianum, et rogavit ipsum quod
dictas bestias faceret sibi restitui, et dictus Stephanus Balaianus mandavit per Petrum Natalem dicto Bertrando Ruffo quod redderet ipsi Jaufrido bestias prædictas, et faceret se inde
bene solvi; et cum dictus Jaufridus ivisset ad dictum Bertrandum, et diceret sibi quod B
redderet sibi dictas bestias, et dictus Bertrandus nollet sibi eas reddere nisi daret sibi decem
libras, dictus Jaufridus, rediens ad dictum Stephanum, dixit quod dictus Bertrandus petebat
ab ipso decem libras, et dictus Stephanus dixit quod bene sibi competebant, et cum aliter
dictus Jaufridus non posset recuperare dictas bestias, tradidit dicto Stephano Balaiano pro
pignore unum cifum argenteum, ita quod ipse Jaufridus faceret super prædictis decem libris C
dandis quod deberet, qui cifus erat ponderis unius marchæ et dimidiæ et erat super deauratus. Unde supplicat quod, *etc.* — Juravit dictus Jaufridus, *etc.*

Petrus Natalis, testis juratus, *etc.*

Fol. 45 v°. Bernardus Raimundus Rosillanus, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Jaufridus Folcoara tradidit unum ciphum argenteum Stephano Balaiano pro bestiis ipsius D
Jaufridi, quas audivit idem testis esse captas apud Bellam Gardam et detentas a Bertrando
Ruffo, castellano tunc de Bella Garda. Requisitus qualis esse[t] ciphus, dixit quod habebat
pedem, et erat deauratus intus et extra, et habebat scutum sculptum in fundo; et audivit
dici[1] a Raimundo Salvatore, qui erat ibi, quod in dicto cipho erat bene marcha et dimidia
argenti. De tempore dixit quod fuit in obsidione de Camargis, quando comes Tholosanus E
erat in Camargis[2], et credit quod sint bene novem anni, et fuit in domo ipsius Stephani
Balaiani, et erant præsentes Raimundus Salvator et Guillelmus Petrus de Valle Aqueria et
uxor ipsius Stephani et famula eorum et Raimundus Pecullus.

Guillelmus Petrus, de Valle Aqueria, testis juratus, [dixit] quod ipse manebat in domo
Stephani Balaiani, et vidit quadam die tarde quod Jaufridus Folcoara venit ad domum dicti F
Stephani, cum idem Stephanus esset super mulum suum et vellet exire de domo, et tunc
rogavit eum dictus Jaufridus quod faceret ei liberari bestias suas, et quæsivit dictus Stephanus : « Nonne adobasti te cum Bertrando Ruffo? » Et dictus Jaufridus dixit : « Domine,
ipse remisit me ad vos. » Et tunc dixit dictus Stephanus : « Quomodo vis eas tibi liberari? »
Et dictus Jaufridus dixit : « Ecce pignus, » et ostendit ei quemdam ciphum deauratum intus, G
set non recolit si erat deauratus extra, et habebat pedem, et erat magnus et pulcher, set
nescit quantum esset ibi de argento, quia ipse homo campester est. Et præcepit dictus Stephanus uxori suæ quod reciperet dictum ciphum, et ipsa recepit, *etc.*

Recognovit Raimunda, uxor condam Stephani Balaiani, se habuisse et recepisse dictum
ciphum, set dixit quod tradidit illum Bertrando Ruffo. Et nos præcepimus dictæ Raimundæ H
quod reddat dicto Jaufrido dictum ciphum, vel æxtimacionem dicti ciphi, reservata nobis
taxatione super æxtimacione dicti ciphi, si ipsi inter se non convenirent super æxtimacione
ipsius ciphi. Postea, delato coram nobis sacramento a Guillelmo Columberio, procuratore
dictæ Raimundæ, prædicto Jaufrido super æxtimacione dicti ciphi et pondere dicti ciphi,
scilicet quantum esset de argento in dicto cipho, et dictus Jaufridus juraverit quod in dicto I
cipho erat marcha et quarta pars unius marchæ argenti, præcepimus dictæ Raimundæ quod
dicto Jaufrido pro dicto cipho unam marcham et plus quartam partem unius marchæ argenti
1248, n. st. 20 febr. a proxima die Dominica in quindecim dies, vel quod eidem inde satisfaciat in moneta
turonensi. Actum x kalendas marcii.

Cum Jaufridus Folcoara, de Furcis, peteret coram nobis a Raimunda, uxore condam J
et herede Stephani Balaiani, unum ciphum argenteum, dicens quod, cum bestiæ ipsi[us]
Jaufridi fuissent captæ de nocte et extractæ de pasquerio Furcarum, et Bertrandus Ruffus,
qui erat tunc baiulus de Bella Garda pro Stephano Balaiano, retinuisset dictas bestias apud
Bellagardam, et nollet eas sibi reddere nisi daret ei decem libras raimundensium, et propter
hoc ipse Jaufridus venisset coram dicto Stephano, et idem Stephanus nollet easdem bestias K
facere restitui ipsi Jaufrido nisi daret ei caucionem de prædictis decem libris, ipse Jaufridus
tradidit ei pro pignore dictarum decem librarum raimundensium dictum ciphum.

Fol. 46 v°. 229. Significat[3] vobis inquisitoribus domini regis Petrus Hugo, de Furcis, nomine suo
et nomine Bertrandi, filii sui, et Dulciæ, nurus suæ, uxoris dicti filii, cujus Dulciæ ipse
Petrus Hugo, nomine dicti filii sui, et ipse filius suus habent jura in dotem, quod dominus L
comes Tholosanus dedit et concessit et penitus desamp[ar]avit Guillelmo Rainaudo et suis
heredibus omne dominium quod ipse dominus comes habere debebat in affari ipsius Guillelmi Rainaldi, quod habebat in Patis. Item significat vobis quod dicta Dulcia, nurus sua,

[1] *Cod.* dicit. — [2] *Anno 1240.* — [3] *Cod.* Significant *hic et infra.*

A fuit filia et est heres Brunixendis, filiæ condam et heredis dicti Guillelmi Rainaldi. Item
significat vobis quod dominus Peregrinus, tempore quo erat senescallus Belliquadri, sine
judicis cognicione, et omni juris ordine prætermisso, compulit prædictam Brunixendem ad
præstandum ipsi domino Peregrino, nomine domini regis, quartonum de fructibus dicti
affaris, et quamdiu fuit senescallus fecit ibi capi quartonum; et semper omnes qui post
B ipsum tenuerunt dictam senescalciam fecerunt capi[1] pro domino rege quartonum in dicto
affari, non obstante prædicta donatione facta a domino comite supradicto. Unde supplicat
dictus Petrus Hugo, nomine suo et nomine dicti filii sui et nurus suæ, sibi justiciam
exhiberi.

QUERELÆ HOMINUM ARELATIS ET ALIORUM EXTRANEORUM, Fol. 44 v°.
C QUI NON SUNT DE JURIDICCIONE DOMINI REGIS[2].

230. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus Iterius, de Arelate,
quod, tempore quo comes Tholosanus intravit in Camargas[3], vaccæ et boves et oves ipsius
Guillelmi, quæ et qui erant in Camargis, fuerunt ibi captæ, de quibus vaccis et bobus ipse
Guillelmus invenit postea cum Bertrando Ruffo, qui erat tunc baiulus de Bella Garda, viginti
D inter vaccas et boves, et de prædictis ovibus habuit dictus Bertrandus centum oves inter
oves et moltones, de quibus centum ovibus et moltonibus reddidit ipsi Guillelmo quinqua-
ginta oves tantum, ita quod pro ipsis quinquaginta ovibus voluit habere et habuit et extorsit
ab ipso Guillelmo septem libras raimundensium, et pro dictis viginti vaccis et bobus, quia
eos sibi reddidit, voluit habere ab eo et habuit et extorsit decem libras raimundensium.
E Item significat vobis quod dictus Bertrandus habuit tunc totam lanam dictarum centum ovium
et moltonorum et agnos dictarum ovium. Unde supplicat, *etc.*

Item significat vobis idem Guillelmus Iterius quod Raimundus de Fonte, tunc vicarius
Volobricæ, habuit de prædictis ovibus suis et fratris sui, quæ fuerunt captæ in Camargis,
quadraginta oves, quas nunquam eis reddere voluit, *etc.*

F 230 *bis*. Significat vestræ reverendæ discrecioni Guillelmus Oliva, de Arelate, quod, tem-
pore quo comes Tholosanus intravit in Camargas, vaccæ ipsius Guillelmi fuerunt captæ ibi,
de quibus invenit cum Bertrando Ruffo, qui erat tunc castellanus Bellagardæ, tres vaccas,
quas tres vaccas noluit ei reddere, donec habuit et extorsit ab eodem Guillelmo sexaginta
solidos raimundensium. Unde supplicat, *etc.*

G Significat vestræ reverendæ discrecioni Guillelmus Oliva, de Arelate, quod ipse invenit
cum Michaele de Caslar, qui erat tunc vicarius de Caslar[4], XL bestias de bestiis suis bovinis
quæ fuerant captæ in Camargis, tempore quo comes Tholosanus intravit in Camargis, quas
quadraginta bestias noluit unquam sibi reddere, *etc.*

Item significat vobis idem Guillelmus Oliva quod Stephanus Balaianus, vicarius tunc
H hujus castri Belliquadri, fecit retineri centum solidos raimundensium de quodam debito
quod debebat ipsi Guillelmo Guillelmus Pantalis de Mesenis[5], quos centum solidos fecit
accipi dictus Stephanus a Raimundo Peccullo ad tabulam Bernardi de Operatorio, ubi
dictum debitum solvebatur. Unde supplicat, *etc.*

Item significat vobis idem Guillelmus Oliva quod Bertrandus de Vivariis, senior, tunc Fol. 44.
I castellanus de Mota[6], habuit tres equas ipsius Guillelmi, quæ fuerant captæ in Camargis,
quas promisit ei reddere pro centum solidis raimundensium, quos centum solidos habuit et
exegit ab eo pro rede[m]pcione dictarum equarum, et non reddidit ei nisi duas de prædictis
equabus. Unde supplicat, *etc.*

231. Insinuat legalitati vestræ, domini magister Johannes de Chartres[7] [et] frater Johannes
J Templi, [de Valle] Scolarium, Rybaldinus de Begali aventurerius, burgensis domini regis
Francorum, quod Petrus Faber, tunc domini regis Francorum senescallus Belliquadri et
Nemausi existens, fecit sibi Rybaldino contra Deum et justiciam arestare duabus vicibus
C mulos suos, eosdem mulos in villa de Alesto, ut dictum est arestatos, detinendo per dies
quosdam, propter quod arestamentum passus fuit idem Ribaldinus da[m]pnum quadraginta
K librarum viennensium. — Item habuit dictus Petrus Faber a dicto Ribaldino[8] L libras vien-
nensium occasione tali, eo quia dicebat dictus tunc senescallus ipsum Ribaldinum dixisse
coram multis quod ipse conquereretur domino regi Francorum de ipso senescallo. — Item
habuit dictus Petrus Faber, tunc senescallus, a dicto Ribaldino tres mulos, duos videlicet
nomine venditionis, et tercium abstulit ei per violenciam. — Item Maym, tunc castellanus
L de Alesto, habuit pro tolta ab ipso Ribaudino CCC solidos viennensium. — Item detinuit

[1] *Cod.* feci capi.
[2] *Voces* qui... regis *expunctæ sunt.*
[3] *Anno 1240.*
[4] Le Caylar, Gard, c^on Vauvert.
[5] Meynes, Gard, c^on Aramon.
[6] La Motte, Gard, c^ne et c^on Saint-Gilles.
[7] *Fort. corrig.* Petre de Chatre. *Vide supra*, p. 319.
[8] *Cod.* Ribaldo.

idem senescallus dictum Rybaldinum captum in vinculis ferreis. Pro quibus omnibus supra- A
dictis da[m]pnificatus est idem Ribaldinus in ccc libris turonensium et amplius. — Et
cum, secundum juris normam, omnis qui præest jurisdictioni injuriosos et facinorosos punire
debeat, in quantum pertinet ad suum officium, ideo dictus Ribaldinus, super hiis rei veri-
tate discussa, per confessionem dicti Petri Fabri vel per testes omni excepcione majores,
quos idem Ribaldinus vobis paratus est nominare, cum quibus hujus rei veritas poterit B
comperiri, supplicando æquitati et legalitati vestræ quæ in vos fulget, petit ut super hiis
inquirere dignemini diligenter, et comperta hujus rei veritate, prout vestro expedit officio
benigno, præfatum Petrum Fabrum, auctoritate regia qua fungimini in hac parte, cohercere
et compellere debeatis, ut plenam et integram dictæ quantitatis peccuniæ restitucionem et
reddicionem ac solucionem faciat Rybaldino memorato. Taliter super hiis vestra discrecio C
circumspecta se habere dignetur, ob reverenciam domini regis et honorem, quod dictus
Ribaldinus gaudeat et gaudere possit de exhibita sibi ratione, et quod ceteri talia vel
similia de cetero non audeant attemptare.

232. Significat conquerendo reverendæ discrecioni vestræ, domini inquisitores domini
regis, Rostagnus de Raonissa[1], de Arelate, quod, tempore quo comes Tholosanus intravit D
in Camargis, bestiæ, scilicet vaccæ et boves, ipsius fuerunt ibi captæ, de quibus Bertrandus
de Gravis, qui tunc temporis tenebat bailiam de Aramone pro Stephano Balaiano, retinuit
quatuor vaccas et unum vitulum apud Aramonem, pro quibus vaccis ipse Rostagnus venit
coram dicto Stephano Balaiano, et rogavit ipsum quod faceret sibi restitui dictas vaccas,
quoniam ipse erat paratus probare quod dictæ bestiæ essent suæ, et super hoc produxit E
coram eo quosdam testes et coram Petro Rabastenco, tunc judice. Postea vero dictus Ste-
phanus, cum Raimundus Rostagnus de Arelate diceret dictas vaccas esse suas et eas peteret,
fecit reddi dictas quatuor vaccas dicto Raimundo Rostagno, datis tamen fidejussoribus ab
ipso Raimundo Rostagno quod ipse faceret jus et responderet de jure pro dictis vaccis
cuilibet inde conquerenti. Et cum postea dictus Rostagnus probasset plenius dictas bestias F
esse suas, et eas peteret sibi restitui, dictus Stephanus fecit sibi reddi ab uno de fidejus-
soribus quos dederat dictus Raimundus Rostagnus pro dictis bestiis quatuordecim libras
raimundensium tantum, et dictæ vaccæ valebant bene cum vitulo viginti duas libras raimun-
densium; et de prædictis quatuordecim libris raimundensium idem Stephanus fecit retineri
undecim libras et dimidiam raimundensium, dicens quod eas retinebat pro tallada quæ G
petebatur ab ipso Rostagno pro bonis quæ habebat in hoc castro. Unde supplicat quod dictas
undecim libras et dimidiam, quas retinuit dictus Stephanus, et octo libras raimundensium
quas valebant plus dictæ bestiæ quam prædictæ quatuordecim libræ, quas fecit sibi restitui
dictus Stephanus pro dictis bestiis, ab heredibus dicti Stephani Balaiani sibi restitui faciatis.

233. Significant vobis inquisitoribus domini regis Bertrandus de Romanino et Guillelmus H
Florencius, de Trencataliis, quod, cum ipsi commendassent[2] Jachobo Alfanto quatuor boves
et duas equas et unam poltram, tempore quo Radulfus de Salenchino erat vicarius Belli-
quadri, ipse Radulfus cepit vel fecit capi injuste et sine causa dictos boves et equas, et
easdem bestias omnes tamdiu habuit et tenuit, nolens eas sibi reddere, donec habuit et
extorsit ab eis vel ab alio nomine ipsorum viginti[3] et sex libras raimundensium. Unde sup- I
plicant, *etc.*

Fol. 43 v°. 234. Significat conquerendo vobis inquisitoribus domini regis Durantus judæus, de
Arelate, quod, tempore quo Raimundus de Fonte erat vicarius Belliquadri, cum ipse et
quidam alius judæus, transeuntes Belliquadro, euntes Avinionem, emissent obolatam panis
Belliquadro, et solvissent pro dicto pane unum denarium raimundensem, credentes quod, J
sicut erat solitum, moneta raimundensium ibi publice discurre[re]t, prædictus Raimundus
de Fonte fecit eos capi, imponens eis quod ipsi fecerant contra edictum et publicam præ-
conizacionem domini regis, quoniam præconizatum erat Belliquadro quod nulla alia moneta
nisi nemausensis ibi solveretur, quod ipsi ignorabant, cum tunc dicta moneta nemausensis
nuper exivisset; et tenuit eos tam diu captos donec habuit et extorsit ab eo quindecim K
solidos nemausensium, ita quod capam suam blavam de caparès cum manicis vendi fecit
dictus vicarius, quæ fuit data pro dictis quindecim solidis nemausensium, et valebat bene
viginti solidos nemausensium. Et præterea Guillelmus Bocardus, tunc nuncius curiæ, habuit
ab eo, vel ab alio nomine ipsius, viginti denarios viennenses. Unde supplicat, *etc.*

235. Significat conquerendo vobis inquisitoribus domini regis Poncius Marinus, gener L
Redæ, quod Poncius Saragocius, tunc bannerius, cepit et vendidit[4] duas sues ipsius Poncii
et fratris sui precio viginti et duorum solidorum raimundensium, ut ipse dixit, et nuncii

[1] Raunesse, *in Bellicadri suburbio.*

[2] *Cod.* comadassent, *compendii nota super* ma *adjecta.*

[3] *Cod.* vinginti.

[4] *Priore manu in cod. scriptum fuerat* Michael de Chatres, alia vice, quando fuit vicarius Belliquadri, fecit capi et vendi.

A curiæ, quia inventæ fuerunt dictæ sues cum ovibus Guillelmi Trepaire condam, cum esset
præconizatum, sub pœna quinque solidorum raimundensium, in hoc castro, quod nemo
teneret porcos in Argencia cum ovibus; et de prædictis viginti duobus solidis reddidit tantum
duos solidos. Unde supplicat, *etc.* — Petit etiam sibi restitui fructus quos percepit vel per-
cipere potuit ex dictis suibus, quos æxtimat octo libras raimundensium. — Confitetur Poncius
B Saragocius se cepisse duos porcos dicti Poncii et fratris sui, sed dixit quod non erant sues;
immo erant porcellæ castratæ, et dixit quod fuerunt venditæ duodecim solidis raimunden-
sium, et cepit eas mandato Michaelis de Chatres, vicarii Belliquadri.

Petrus Berengarius, testis juratus, dixit se audisse quod Poncius Saragocius dixit quod Fol. 42.
ipse vendiderat duas sues Poncii Marini pro viginti duobus solidis raimundensium, et vidit
C quod de prædictis viginti duobus solidis reddidit duos solidos Poncio Marino, et dixit quod
ipse vidit dictas sues, et erant juvenes et non castratæ. Requisitus quantum valebant, dixit
quod pares illarum, quæ fuerant de eadem porcellata, fuerunt venditæ novem vel decem
solidis raimundensium. — Requisitus si vidit dictas sues vendi, dixit quod non. — Requi-
situs ubi dictus Poncius dixit se vendidisse dictas sues precio viginti duorum solidorum,
D dixit quod ante domum ipsius Poncii, et era[n]t præsentes Guiraudus Roda et Maria Roda.

Guiraudus Roda, testis juratus, dixit, *etc.*

Item significat vobis idem Poncius [Marinus] quod Saragocius, tunc bannerius Belliquadri, Fol. 43 v°.
habuit et extorsit cum suis sociis ab ipso Poncio et fratre suo quinque solidos raimunden-
sium, ab una parte, eo quod duxerant oves quas custodiebant per caminum de Tirados in
E gariga, dicentes dicti bannerii quod minus propere duxerant eas per caminum, et ab alia
parte extorserunt ab eo dicti bannerii alios quinque solidos raimundensium, quia pascebant
in quodam patuo, dicentes eis et dantes eis intelligere quod illud patuum erat devés. Unde
supplicat, *etc.*

236. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Poncius Carbonellus, de
F Mari[1], de Bertrando de Vivariis, filio condam Hugonis de Vivariis, asserens quod ipse Poncius
tradidit causa custodiæ dicto Bertrando, tunc castellano de Mota, decem et septem boves
aratorios et unam vaccam, quos boves et vaccam promisit ipsi interroganti reddere quo-
cumque irent, quos boves et vaccam ei nunquam postea reddere voluit. Unde petit dictos
boves et vaccam a dicto Bertrando sibi reddi, vel eorum æxtimacionem, et æxtimat dictos
G boves et vaccam quater viginti et decem libras viennensium. — Juravit dictus Poncius, et
post sacramentum dixit et asseruit omnia supradicta esse vera. Et dictus Bertrandus negavit
omnia prædicta esse vera.

Testes Poncii Carbonelli.

Ricardus Borrellus, de villa Beatæ Mariæ de Mari, testis juratus, dixit se vidisse et Fol. 37 v°.
H audisse quod Poncius Carbonellus, de Mari, tradidit causa salvesæ, cum comes Tholosanus
esset in Camargis, Bertrando de Vivariis, filio condam Hugonis de Vivariis, decem et septem
boves et unam vaccam. — Requisitus de loco ubi fuit facta traditio dictorum bovum et
vaccæ, respondit quod subtus robinam de Mari, in loco qui vocatur la Peira Fenolleti, qui
locus est ultra Rodanum, ad ripam Rodani. — Requisitus si dictus Bertrandus erat præsens,
I dixit quod sic, et ibi recepit dictas bestias ex dicta causa salvesæ, et promisit eas reddere
dicto Poncio, quocumque irent dictæ bestiæ, et ipse vidit et audivit et interfuit promissioni;
et dixit quod dictas bestias recepit ibi, et duxit eas dictus Bertrandus citra Rodanum. —
Requisitus si dictæ bestiæ transsiverunt Rodanum in navigio vel natando, dixerunt quod
natando. — Requisitus si dictus Bertrandus remansit tunc ultra Rodanum vel rediit citra,
J dixit quod rediit citra in quodam naviol. — Requisitus qualiter scit quod essent decem et
septem dicti boves, dixit quia vidit eos numerari quando dictus Bertrandus eos recepit. —
Requisitus qualiter scit quod essent aratorii, dixit quia videbat colla dictorum bovum esse
fricata et usata, sicut sunt colla bovum aratoriorum. — Requisitus de quantitate bovum,
si erant magni vel parvi, dixit quod magni, ut boves aratorii. — Requisitus cujus modi pili
K erant, respondit quod diversorum pilorum erant, et non recordatur cujus pili erat quisque,
et hoc idem dixit de vacca. — Requisitus de valore dictorum bovum, quantum valebat
unusquisque, dixit quod secundum magis et minus valebant, secundum arbitrium suum, sin-
guli dictorum bovum decem libras raimundensium. — Requisitus si dictus Poncius adduxit
in dicto loco dictos boves, dixit quod nescit, set ipse erat ibi tunc præsens in dicto loco.
L — Requisitus de præsentibus qui interfuerunt dictæ tradicioni, respondit quod ipse et
Raimundus Morrotus, et Petrus Borrellus, Rascatius, et Johanninus, et Raimundus Vesianus.
— Requisitus de tempore, dixit quod fuit eo tempore quo comes Tholosanus fuit in Ca-
margis, aliter de tempore non recordatur. — Item requisitus in quo tempore, dixit quod

[1] Saintes-Maries-de-la-Mer, Bouches-du-Rhône, arr. Arles.

in tempore pascali. — Requisitus si alii boves trans[i]verunt Rodanum cum dictis bobus, A dixit quod quidam boves qui fuerunt ibi adducti pro prædictis bobus eissagandis transsiverunt cum eis.

Raimundus Morrotus, de villa Beatæ Mariæ de Mari, testis juratus, dixit se vidisse et audisse quod Poncius Carbonellus, de villa Beatæ Mariæ de Mari, comandavit Bertrando de Vivariis, tunc castellano de Mota, decem et septem boves et unam vaccam ad Petram Fe- B nolleti. — Requisitus ubi est ille locus, dixit quod ibi ubi est modo monasterium de Ulmeto, ultra Rodanum, ad ripam Rodani. — Requisitus, *etc.* — Requisitus si dictus Bertrandus remansit ultra vel rediit citra, respondit quod rediit citra in quadam barqueta. — Requisitus, *etc.* — Requisitus de præsentibus qui interfuerunt tradicioni, dixit quod ipse testis et Bertrandus Bonosos, et Petrus Berengarius, Petrus Borrellus, Raimundus Fornerius, Ancelmus, C Stephanus Peletus. — Requisitus de tempore, dixit quod sunt bene septem anni et plus. — Requisitus in quo tempore anni fuit, dixit quod in Pasca. — Item requisitus si dicti boves tra[n]siverunt Rodanum soli vel cum aliis, respo[n]dit quod cum pluribus aliis.

Petrus Borrellus, de villa Beatæ Mariæ de Mari, testis juratus, dixit se vidisse et audisse quod Poncius Carbonellus, de villa Beatæ Mariæ de Mari, tradidit cuidam qui erat tunc cas- D tellanus de Mota, et nescivit dicere tunc nomen ejus, set dixit quod videbatur sibi quod vocaretur Bertrandus de Balneolis, et bene cognosceret eum si videret, et fuit sibi dictum quod videret si inter plures qui erant ibi circumstantes cognosceret eum, et ipse inspectis astantibus ostendit Bertrandum de Vivariis, filium condam Hugonis de Vivariis, et dixit, *etc.* — Requisitus de valore bovum et vaccæ, dixit quod non recordatur, set dixit quod, secundum E suum arbitrium, tales valeant modo bene singulis quatuor libras et dimidiam viennensium. — Requisitus de præsentibus, dixit quod ipse testis, et Ricardus Borrellus, et Johanninus, et Galvannus, et alii de quibus non recordatur. De tempore, dixit idem quod proximus et dixit, *etc.*

Fol. 37. Raimundus Vesianus, habitator villæ Beatæ Mariæ de Mari, testis juratus, dixit, *etc.* — F Dixit quod dictus Bertrandus de Vivariis promisit dictas bestias reddere dicto Poncio, quocumque irent, nisi lupi eas comederent aut aliter morerentur. . . — Requisitus de præsentibus, dixit quod Ricardus Borrellus, et Petrus Borrellus, Galvannus, et Proestre, et Johannetus, et Anxelmus, et plures alii de quibus non recordatur. — De tempore, dixit quod bene septem anni, et fuit inter Pasca et Pentecosten. G

Galvannus, de villa Beatæ Mariæ, testis juratus, dixit, *etc.* — Requisitus ubi fuit facta promissio et comandacio, dixit quod ad Petram de Fenolleto, qui est supra ecclesiam Rialem in Camargis ad ripam Rodani. . . — Requisitus quomodo scit quod essent aratorii, respondit quia habebant colla fricata et usata. — Requisitus de valore bovum, respondit ut primus. — Requisitus de præsentibus, dixit quod ipse testis, et Johannes Raseire, et H Raimundus Raseire, et Stephanus Peletus, et Poncetus, magister Guillelmus Coronatus, Petrus Berengarius, et plures alii de quibus non recordatur. — De tempore, dixit quod sunt bene septem anni et plus. — Requisitus in qua parte anni, dixit quod in Pascor.

Condempnavimus Bertrandum de Vivariis, filium condam Hugonis de Vivariis, auditis testibus supradictis et auditis testibus productis a dicto Bertrando, et examinato negocio, I in decem et septem bobus et vacca restituendis prædicto Poncio Carbonello, retenta tamen adhuc nobis assignacione dati dictæ restitucionis faciendæ.

Testes Bertrandi de Vivariis.

Fol. 40. Bertrandus de Vivariis, junior, testis juratus, dixit se nichil scire de excommunicacione quam Bertrandus de Vivariis, filius condam Hugonis de Vivariis, opponit contra dictum J Poncium Carbonellum. De bobus autem dixit quod ipse erat ad Motam, et prædictus Bertrandus de Vivariis adduxit ibi, cum quibusdam aliis, boves XLIIII, qui boves fuerunt ibi in noctem, et in crastinum in mane dicti boves fuerunt inde ducti, sed nescit ubi; tamen audivit dici quod fuerunt ducti in Camargis, et ipsemet testis ivit apud Trencatalliis ad comitem Tholosanum, et rogavit eum quod faceret ei restitui boves prædictos tanquam suos, K et dictus comes dixit quod ipse nesciebat ubi essent, set quæreret eos, et si eos inveniret ipse faceret eos sibi reddi, et præcepit Sicardo Alamanno quod iret cum ipso Bertrando, et si inveniret servientes qui dicebantur eo[s] ibi adduxisse, quod caperet eos et ligatis manibus post tergum mitteret eo[s] senescallo; et ipse testis cum dicto Sicardo iverunt[1] et quæsiverunt et non invenerunt neque boves neque servientes. Item dixit quod dictus Bertrandus L fuit valde iratus quando audivit quod boves fuerant ducti in Camargis. Et requisitus cujus erant boves, dixit quod nescit, set audivit dici quod Poncius Carbonellus habebat ibi decem et septem boves et unam vaccam.

[1] *Cod.* juverunt, *hic et infra.*

A Elisiarius de Ritsu, testis juratus, *etc.*

Guillelmus, sacerdos, testis juratus, *etc.*

Girardus, gener Petri Ricardi, testis juratus, dixit se nichil scire de dicta excommunicacione, nisi quod audivit denunciari excommunicatos omnes illos qui era[n]t contra dominum comitem Provinciæ, set non audivit illos de Mari expressim denunciari excommunicatos,
B quod ipse sit memor.

Raimundus Repelinus, testis juratus, [dixit] quod duo homines custodiebant pro Poncio Carbonello, de Mari, decem et septem boves et unam vaccam Poncii Carbonelli, de Mari, et jacuerunt quadam nocte ad Motam, juxta ipsum testem, qui custodiebat oves Bertrandi de Vivariis; et in mane circa terciam ipsi recesserunt inde cum bestiis, et iverunt versus
C Fossam[1]; et audivit dici quod dictæ bestiæ fuerunt ibi eis ablatæ, ipse tamen non vidit, *etc.*

Bertrandus Folquerius, testis juratus, dixit quod ipse vidit in Camargis quosdam boves qui dicebantur esse Rainaldi de Mari. Requisitus si vidit ibi boves Poncii Carbonelli, dixit quod non. Item dixit quod Bertrandus dixit ei postea apud Sanctum Ægidium quod ipse custodierat boves dicti Rainaldi in Camargis. De bobus autem et de familia Poncii Carbo-
D nelli nichil scit.

Laurencius Mataronus, de Sancto Laurencio[2], testis juratus, dixit quod de conventionibus inter Poncium Carbonellum et Bertrandum de Vivariis nichil scit. Et dixit quod ipse boaterius erat Poncii Carbonelli; et dum transsirent boves natando cum aliis bobus, ipse, de mandato Poncii Carbonelli, tra[n]ssivit in quadam barqueta. Dixerat enim ei dictus Poncius,
E dum erant in villa de Mari, quod duceret dictos boves apud Caslar, in custodia Michaelis, castellani tunc de Caslar; et dum essent in villa de Mari, dictus Poncius Carbonellus dixerat ei quod irent per carreriam de silva, set dum essent super ripam Rodani transsituri, nichil dixit, et transiverunt, et dictus Bertrandus de Vivariis fuit ad ripam citra Rodanum, et duxit eos apud Motam, et nisi ipse esset, servientes qui erant ibi abstulissent dictos boves
F sibi; et jacuerunt in nocte apud Motam, et in mane inter terciam et meridiem exiverunt de Mota cum bobus. Verumtamen dictus Bertrandus de Vivariis retinuit quatuor boves de pulcrioribus bobus dicti Poncii Carbonelli, et alios quatuor boves de bobus Rainaldi de Mari; et ipse testis cum aliis bobus tenuit versus Sanctum Ægidium per Fossam; et cum essent juxta Fossam, venerunt servientes et ceperunt ipsum et socium suum et dictos boves, et
G duxerunt eos et boves in Camargis; et dum essent in Camargis prope ecclesiam Sancti Cæsarii[3], prædicti servientes dimiserunt eum et socium suum, et duxerunt boves, ut audivit dici, apud Trencatallas in exercitu; et ipsi rediverunt apud Sanctum Ægidium; et in crastinum dictus Bertrandus venit apud Sanctum Ægidium, et adduxit dictos octo boves quos retinuerat, et unum alium bovem qui erat Petri de Corberia; et invenit ipsum testem, et
H tradidit ei dictos boves, et misit eum cum bobus apud Caslar, et ipse testis ivit cum bobus apud Caslar, et fuit ibi bene per quindecim dies cum bobus, et dimisit ibi boves, et rediit apud Sanctum Ægidium, et mansit ibi nec rediit ad dominum suum, nec servivit ei postea, set frequenter fuit ibi, et quærebat ab eo loquerium suum, et ipse noluit ei satisfacere de loquerio suo nisi tantum in viginti et tribus solidis raimundensium. — Requisitus quis[4] erat
I cum eo quando prædicti servientes abstulerunt ei dictos boves, dixit quod Bernardus Michael, socius suus, tantum; set quidam hospitalerius supervenit, qui increpabat prædictos servientes quia auferebant eis dictos boves. — Requisitus quomodo ibant ita soli, dixit quia Bertrandus de Vivariis dixerat ei quod non oportebat eos timere postquam erant in terra domini regis, et tradidit eis aliquantulum de tunica sua pro guidagio.

J Bernardus Michael, de Armasanicis[5], testis juratus, dixit quod ipse erat boaterius Petri Fol. 35.
de Aiguieira et Rainaldi de Mari, et propter guerram comitis Tholosani, qui erat tunc in Camargis, dixerunt quod mitterent boves suos in terra domini regis et ibi essent secure, et dixerunt quod locuti[6] fuerant cum senescallo et cum Michaele de Caslar, et mitterent eos apud Caslar, et dixerunt ipsi quod iret cum bobus, et ipsimet et Poncius Carbonellus, cum
K multis aliis hominibus de Mari, venerunt cum dictis bobus et cum bobus Poncii Carbonelli usque ad illum locum ubi dicti boves transiverunt[7] Rodanum, et dixit quod transiverunt dicti boves natando, et ipse et Laurencius, boaterius Poncii Carbonelli, et quidam alii in quadam barqueta, et invenerunt citra Rodanum Bertrandum de Vivariis, et dixit eis quod non deviarent, sed irent recto itinere versus Motam, quia totum erat plenum servientibus,
L et ivit cum eis et duxit, et obviaverunt servientibus armatis; et credit quod cepissent eos nisi esset Bertrandus de Vivariis prædictus, qui minabatur eos et dicebat quod non erant ausi

[1] La Fosse (Cassini), *ad Parvum Rodanum, juxta S. Ægidium, in meridiem versus.*

[2] Saint-Laurent-d'Aigouze, Gard, c^on Aigues-Mortes.

[3] Saint-Césaire en Camargue (Cassini).

[4] *Cod.* qui.

[5] Aimargues, Gard, c^on Vauvert.

[6] *Cod.* lucuti.

[7] *Cod.* trassiverunt *hic et infra.*

eos tangere; et venerunt apud Motam, et jacuerunt ibi nocte, et in crastinum inter terciam A
et meridiem exiverunt inde cum bobus, verumtamen dictus Bertrandus retinuit ibi quatuor boves de bobus dominorum suorum, et quatuor de bobus Poncii Carbonelli; et ipsi cum aliis iverunt versus Sanctum Ægidium; et dum essent supra Fossam, venerunt servientes et ceperunt eos et spoliaverunt eos et reduxerunt eos in Camargis, et postea dimiserunt ipsum testem et dictum Laurentium, socium suum, prope mansum de Salietz[1], et rogaverunt eos B
quod essent socii eorum, et darent eis centum solidos raimundensium, et ipsi dixerunt quia non facerent tantam proditionem, et ipsi iverunt apud Sanctum Ægidium, et manserunt ibi; et dixit dictus testis quod, propter dolorem quem habuit quia dicti boves fuerant eis ablati, incidit statim in magnam ægritudinem. — Requisitus, *etc.* — Item dixit quod in mane, quando volebant exire de Mota, petiverunt a dicto Bertrando quod daret eis aliquem C
qui conduceret seu guidaret eos, et ipse Bertrandus dixit quod non habebat quem traderet eis, set tradidit eis parum de tunica sua. — Requisitus, *etc.*

Fol. 30. Michael de Chastres, testis juratus, dixit quod nescit, *etc.*

Bernardus Costantinus, de Bernicio[2], testis juratus, dixit quod ipse erat bubulcus Petri d'Aiguieira, de Mari, et ipse Petrus et Poncius Carbonellus miserunt eum apud Caslar, et a D
Michaele de Caslar recepit a novem usque ad undecim boves, quorum quatuor vel quinque erant Poncii Carbonelli, et alii erant Petri de Aguieira et cujusdam alterius, et duxit illos boves ad villam Beatæ Mariæ de Mari, et tradidit dicto Poncio Carbonelli suos boves, et nescit si erant quatuor vel quinque. Requisitus, *etc.*

Petrus Bardon, testis juratus, dixit quod boaterius Poncii Carbonelli qui vocabatur Lau- E
re[n]cius adduxit ipsi testi apud Caslarium, ubi ipse testis custodiebat vaccas Rainaldi de Mari et fratrum suorum, novem boves, *etc.*

Petrus Rossellus, de Caslario, testis juratus, dixit se nichil scire de bobus, *etc.*

Viro venerabili et discreto[3], *etc.* Cum nos Bertrandum de Vivariis prædictum seniorem, filium condam Hugonis de Vivariis, legitima præhabita cognitione, condempnaverimus[4] ad F
reddendum Poncio Carbonello, de villa Beatæ Mariæ de Mari, decem et septem boves et unam vaccam, quos et quas dictus Bertrandus recipiens a dicto Poncio promisit ei reddere quicquid deveniret de ipsis bobus et vacca, et licet idem Bertrandus post dictam condempnacionem obtulerit coram nobis probare quod dictus Poncius Carbonellus recuperasset ipsas bestias vel partem ipsarum bestiarum, et tamen in hujus modi probacione deffecerit, dis- G
crecioni vestræ ex parte domini regis requirimus et mandamus quatinus dictum Bertrandum de Vivariis compellatis ad restituendum dicto Poncio Carbonello prædictos decem et septem boves et vaccam vel eorum legitimam æxtimacionem infra quatuor menses vel infra terminum secundum vestrum arbitrium competentem. Actum anno Domini M° CC° XL° VII°,
1248, 26 febr. scilicet v° kal. marcii. H

237. Conqueritur Raimunda de Areis, de Aramone[5], de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus, tunc vicarius Volobricæ et de Aramone, habuit et extorsit
Fol. 43 v°. injuste et sine judicis cognicione viginti solidos raimundensium, eo quod ipsa et soror sua habuerant contencionem et verba contenciosa inter se, non tamen se percusserant, nec altera de altera conquerebatur. Unde petit dictos viginti solidos a dicto Raimundo sibi reddi. Et I
dictos viginti solidos recepit nomine ipsius Raimundi Chausoardus de Aramone.

238. Conqueritur Benedictus Blancus, de Fornès[6], vobis dominis inquisitoribus domini
Fol. 43. regis de Raimundo de Fonte, condam vicario seu baiulo de Fornès, dicens quod dictus Raimundus de Fonte, tunc vicarius seu baiulus de Fornès, fecit capi quemdam roncinum suum saurum, et quamdam mulam ruffam, et quemdam asinum brunum, et quemdam J
mantellum suum viridem cum pena cirogrillorum, et unam culcitram cum pluma operatam, et tres flaciatas varias fecit extrahi de domo sua, quæ omnia habuit ab eo injuste et sine justa causa et sine juris ordinario. Item fecit extrahi de domo sua duas flaciatas varias et unam capam brunam, quas[7] nunquam postea ei reddere voluit. Unde petit prædictum roncinum et mulam et mantellum[8] et dictam culcitram et dictas quinque flaciatas a dicto Raimundo K
de Fonte sibi reddi vel eorum æxtimacionem; et æxtimat dictum roncinum sex libras turonensium, et dictam mulam æxtimat quatuor libras turonensium, et dictum asinum æxtimat triginta quinque solidos turonensium, et dictum mantellum æxtimat quadraginta solidos turonensium, et dictam culcitram æxtimat quindecim solidos turonensium, et dictas quinque flaciatas æxtimat triginta et quinque solidos turonensium, *etc.* L

[1] *Forte* le Celier, *in insula Camargis, prope Sanctum Cæsarium* (Cassini).
[2] Bernis, Gard, c°n Vauvert.
[3] *Has litteras ad senescallum Bellicadrensem directas uisse conjicimus.*
[4] *Cod.* condepnaverimus.
[5] Aramon, Gard, arr. Nîmes.
[6] Fournès, Gard, c°n Remoulins.
[7] *Cod.* que.
[8] *Cod.* mantelum.

A Juravit Benedictus omnia et singula superius scripta esse vera. — Confitetur Raimundus
de Fonte se habuisse dictum roncinum et dictam mulam et asinum; et dixit per sacramentum
quod dictus roncinus non valebat, tempore capcionis, ultra quinquaginta vel sexaginta solidos viennensium; et dictam mulam dixit non valere ultra sex libras raimundensium, et tanto
fuit vendita; et dictus asinus non valebat ultra viginti solidos viennensium. Cetera omnia
B quæ in dicta petitione continentur negat. Et dixit quod dictum roncinum cepit, quia dictus
Benedictus occupaverat de terra co[m]munis de Fornès, et consules de Fornès notificaverunt
hoc, et ipse Raimundus cum judice venit in dicta terra, et judex cognovit dictum Benedictum occupasse de prædicta terra aliena, et ideo conde[m]pnavit in triginta solidis turonensium. Item dixit, *etc.*

C Item petit ab eo unam balistam et unum capellum ferreum et unam fangam et unum
vomerem, quæ habuit ab eo pro pignoribus, pro quibus pignoribus non debebat ei denarios.
Negat dictus Raimundus se habuisse prædicta.

Poncius Androna senior, testis juratus, dixit quod Raimundus de Fonte, olim vicarius
de Fornès, habet quendam[1] roncinum Benedicti Blanci, et est saurus, *etc.* — Requisitus si
D dictus Raimundus faciebat aliquid fieri cum dictis bestiis, dixit quod audivit dici quod ipse
et in messibus et in vindemiis faciebat dictas bestias affannare. De bobus dixit, *etc.*

Stephanus Arassa, testis juratus, dixit, *etc.*

Poncius Guiraudus, de Fornès, testis juratus, dixit quod Benedictus Blancus, *etc.* — Fol. 42 v°.
Requisitus qualiter scit quod dictus Benedictus non fecisset invasionem, respondit quia ipse
E testis fuit consul de Fornès bis vel ter, et super hiis alias deposuit, et nunquam vidit quod
illud in quo dicebantur fecisse invasionem esset patuum vel haberetur vel deffenderetur pro
patuo usque tunc; immo dictus Benedictus et pariarii sui habebant et tenebant illud in
pace, *etc.* — Item dixit se vidisse quod, cum esset contencio inter dictum Benedictum et
Petrum Carpenellum et quosdam alios, ex una parte, et Raimundum de Fornès et Raimun-
F dum de Joolono[2], qui faciebant se consules de Fornès, cum non essent communiter electi,
ex altera, super eo in quo imponebatur eos fecisse invasionem, fuit tractatum coram Raimundo de Fonte et judice quod consules darent utrique illorum duorum viginti quinque
solidos nemausensium, duobus aliis, scilicet Guillelmo Duranto et Poncio Mornes, utrique
sex solidos, et quod illud esset com[m]unis de Fornès, et dictus Benedictus et Petrus et alii
G duo hoc recusaverunt et noluerunt accipere dictam peccuniam. Requisitus, *etc.* •

Guillelmus de Portus, testis juratus, dixit quod roncinus quem ducit Raimundus de
Fonte, *etc.* — Requisitus cujus pili erat mula, dixit quod erat saureta, et vendidit eam postea
Poncio Crevelli de Sancto Bonito[3], *etc.* — Requisitus si fecerat invasidam in dictis pacuis,
dixit quod nescit, *etc.*

H Raimundus Boaterius, testis juratus, dixit quod ipse stabat ad castellum de Fornès cum Fol. 42.
curia, et erat bubulcus et serviens curiæ, et Martinus de Jooleno, qui erat tunc baiulus de
Fornès pro Raimundo de Fonte, vicario Volobricæ et de Fornès, præcepit ipsi testi et Guillelmo de Porto quod irent ad domum Benedicti Blanci, et dixit quod caperent et extraherent de domo Benedicti prædicti pignora usque ad centum solidos raimundensium; et iverunt
I ipse testis et dictus Guillelmus et Petrus Bazaccus de Tesiers ad domum dicti Benedicti, et
ceperunt in domo dicti Benedicti unam culcitram bonam et pulcra[m], et videtur sibi quod
esset operata, et tres flaciatas varias et unum mantellum viride, et videtur sibi quod esset
cum penna cirogrillorum; et attulerunt ad curiam, scilicet ad castrum de Fornès. Requisitus quare feci[t] capi prædictus Martinus dicta pignora, dixit quod propter invasidam quam
J fecerat dictus Benedictus in rippa Gardonis[4] sub boscum Bertrandi de Sancto Bonito, in
loco qui vocatur ad Lonam. — Requisitus qualiter scit quod fecisset invasidam, dixit quia
baiulus, cum multis probis hominibus de Fornès, et dictus Raimundus de Fonte et Abramotus judæus, qui habebat partem in bailia, et Petrus Rabastencus, tunc judex, venerunt
ibi ubi fecerat invasidam, et ille in cujus terra fecerat invasidam ostendebat eis invasidam,
K et fuit causa cognita ibi quod dictus Benedictus fecerat ibi invasidam. — Requisitus qualiter
scit quod fuerit causa cognita quod dictus Benedictus fecisset ibi invasidam, quia audivit
quod prædictus judex dixit ibi tunc quod propter invasidam, quam ibi fecerat dictus Benedictus, ipse puniebat eum in triginta solidis nemausensium, et præcepit prædicto vicario
quod acciperet a dicto Benedicto pignora usque ad triginta solidos nemausensium. — Re-
L quisitus, *etc.*

Condempnavimus Raimundum de Fonte in prædicto roncino restituendo prædicto Benedicto, et in septem libris raimundensium adeo bonorum et ejus valoris cujus erat moneta

[1] *Cod.* quandam.
[2] Jalon, Gard, c^on Remoulins, c^ne Fournès.
[3] Saint-Bonnet, Gard, c^on Aramon.
[4] Le Gardon.

raimundensium quando dicta pignora accepit, solvendis infra mensem ipsi Benedicto pro A
mula et asino et culcitra et flaciatis et mantello, deductis et detractis de æxtimacione dictæ mulæ et asini et pannorum et mantelli, quæ coadunata est summa quindecim librarum raimundensium minus quatuor solidis, triginta solidis turonensium, ex [una] parte, et sexaginta solidis raimundensium, ex altera, pro duabus invasionibus quas dictus Raimundus dicit fecisse dictum Benedictum. B

Cum Benedictus Blancus, de Fornès, peteret coram nobis a Raimundo de Fonte, condam vicario de Fornès, quemdam roncinum saurum et unam mulam ruffam et unum asinum brunum et unam culcitram et quinque flaciatas et unum mantellum viridem cum penna cirogrillorum, vel eorum æxtimacionem, quæ omnia dicebat dictus Benedictus dictum Raimundum injuste ab eo habuisse et cepisse vel capi fecisse, nos, legitima cognitione præhabita, C
condempnavimus dictum Raimundum de Fonte in dicto roncino restituendo prædicto Benedicto, quæ[1] in præsenti confitebatur se habere. Cum autem idem Raimundus de Fonte confessus fuerit se dictum asinum XXVIII solidis viennensium vendidisse, et per testes nobis constiterit ipsum Raimundum habuisse dictam culcitram et tres flaciatas et mantellum et dictam mulam[2], quam confitebatur se habuisse, et dictam raubam quatuor libras bonorum D
raimundensium et mulam octo libras bonorum raimundensium[3], tempore quo dictus Benedictus ea habebat, valuisse, prædictum Raimundum condempnavimus ad reddendum eidem Benedicto VII libras bonorum raimundensium infra mensem, retento residuo tam pro pignoribus quam pro duabus invasionibus quas idem Benedictus dicebatur fecisse. Unde discretioni vestræ ex parte domini regis mandamus quatinus dictum Raimundum de Fonte E
compellatis ad solvendum dicto Benedicto dictas septem libras bonorum raimundensium
1248, n. st. 27 febr. infra terminum supradictum, et ad restituendum eidem Benedicto roncinum prædictum. Actum anno Domini M° CC° XL VII, scilicet IIII kalendas marcii.

239. Conqueritur Petrus Rebollus, de Sancto Ægidio, de Guillelmo Austunc, gallico, vigario condam civitatis Nemausi, et de heredibus Enrici, vicarii condam Calvicionis[4], ex eo F
quod dictus Guillelmus cepit ipsum injuste, et posuit in carcere, et tormentavit eum quasi ad mortem, quia dictum fuerat sibi fra[u]dulenter quod dictus Petrus Rebullus moverat quemdam terminum de quodam fundo, quod falsum est; et tormentavit ipsum [ita] fortiter quod dictus Petrus dixit quod fecerat, quia ipse tormentabat eum quasi ad mortem; et propter hoc prædictus Guillelmus Austunc accepit omnia bona prædicti Petri Rebolli, mo- G
bilia et immobilia, et tenuit ipsum in carcere per mensem; et postea, cum dictus Guillelmus Austunc vellet ire ad terram suam, tradidit ipsum Petrum et omnia bona sua dicto Enrico, tunc vicario Calvicionis, præter unum roncinum quem ipse Guillelmus retinuit; et dictus Enricus tenuit ipsum in carcere per octo menses, tormentando[5] ipsum; et ita torquendo eum et detinendo eum captum, habuit et extorsit ab ipso Petro Rebullo, sine judicis co- H
gnicione, LX libras raimundensium. Et quando ipse Petrus exivit de carcere, totum hospicium suum [erat] spoliatum, quod spoliaverant dicti curiales.

Fol. 41 v°. 240. Significat vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus Pontalis, de Mesenis[6], quod Stephanus Balaianus habuit et extorsit ab eo injuste centum solidos raimundensium, ex eo quod, cum ipse Guillelmus deberet quoddam debitum quibusdam hominibus de I
Arelate, et eos deberet solvere sub pœna tercii ad diem a dicto Stephano sibi præfixam, et idem Stephanus ipsam diem, ad instanciam ipsius Guillelmi, prorogasset usque ad diem Jovis tunc proxime sequentem, et ipse Guillelmus dictum debitum infra diem Jovis prædictam solvisset, dictus Stephanus, negans se prorogasse prædictam diem, exegit ab eo nomine pœnæ tercii centum solidos raimundensium. Unde supplicat quod dictos centum solidos ab J
heredibus dicti Stephani sibi restitui faciatis.

Fol. 41. 241. Conqueritur Poncius Carbonellus, de Mari[7], de Michaele de Chaastres, dicens quod, tempore quo erat guerra comitis Tholosani, quo tempore dictus Michael erat baiulus de Caslar[8], ipse Poncius convenit cum dicto Michaele, cum ipse haberet bestias bovinas in Camargis, et non posset eas ibi tenere propter guerram, de dictis bestiis in hunc modum: K
scilicet quod dictas bestias debuit dictus Michael tenere et salvare et habere pasturas in terra domini regis in tenemento de Caslar, et dictus Poncius debuit ei pro unaquaque bestia, tam pro custodia quam pro pastura, duos solidos et dimidium raimundensium, et ita recepit dictus Michael dictas bestias, quæ bestiæ erant quater viginti, quas bestias noluit ei reddere donec habuit et exegit ab eo tresdecim libras raimundensium ultra id quod debebat ei dare, L

[1] *Fort corrigendum* quem.

[2] *Voces* dictam mulam, *nescimus qua de causa, delevit amanuensis.*

[3] *Vocem* valuisse, *quæ hic in cod. abundat, omisimus.*

[4] Calvisson, Gard, c^on Sommières.

[5] *Cod.* tormendato.

[6] Meynes, Gard, c^on Aramon.

[7] Saintes-Maries-de-la-Mer, Bouches-du-Rhône, arr. Arles.

[8] Le Cailar, Gard, c^on Vauvert.

A scilicet pro singulis bestiis duos solidos et dimidium. Unde petit a dicto Michaele dictas tresdecim libras raimundensium a dicto Michaele sibi reddi.

242. Conqueritur Petrus d'Aiguieira, de Mari, de Michaele de Chaastres, dicens quod, cum ipse Petrus haberet in Camargis bestias bovinas tempore quo comes Tholosanus intravit in Camargis, et ideo non posset ibi tenere dictas bestias, convenit cum dicto Michaele, *etc.*

B 243. Conqueritur Bertrandus de Sancto Bonito de Petro Ruffo, de Castillone[1], dicens quod dictus Petrus Ruffus, tempore quo erat baiulus de Castillone pro Stephano Balaiano, fecit venari quoddam nemus ipsius Bertrandi dal Estoil, et capi ibi cirogrillos suos quindecim et plus, et hoc fecit ipso ignorante. Unde supplicat quod dictos quindecim cirogrillos vel eorum æxtimacionem, quos æxtimat decem solidos turonensium, sibi restitui faciatis. —
C Confitetur dictus Petrus se cepisse octo cirogrillos tantum in nemore dicti Bertrandi, et dicit quod hoc fecit mandato Bertrandi Ruffi, qui erat tunc baiulus de Remolins, et quod dictus Bertrandus Ruffus eos habuit. — Probavit dictus Bertrandus de Sancto Bonito per duos testes de novem cirogrillis. — Condempnavimus dictum Petrum in sex solidis turonensium solvendis hic ad Carniprivium dicto Bertrando pro dictis novem cirogrillis. Actum II kalendas
D februarii[2].

244. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Maria Ruffa, de Volobrica[3], de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus, tunc [vicarius] Volobricæ, habuit et extorsit ab ea injuste viginti solidos raimundensium, eo quod quædam tosoiræ, quæ dicebantur fuisse Aimerici Sartoris, de Volobrica, fuerunt inventæ penes ipsam et Bertran-
E dum filium ejus, quas toissoiras dictus Bertrandus, filius suus, invenerat in Gardone, et statim quamcito eas invenit, quia dictæ tosoiræ præconizatæ [fuerant], attulit eas dicto Aimerico, et ipse noluit eas accipere, dicens quod prohibitum erat ei a curia ne eas acciperet. Unde supplicat quod dictos viginti solidos raimundensium a dicto Raimundo sibi restitui faciatis.

F 245. Significat Petrus de Remolins, miles, quod Bertrandus de Puteo, tunc temporis pro Raimundo de Fonte, baiulo de Remolins et Vallis, portanerius pro parte portus de Remolins quæ ad dominum regem spectat, tenuit et habuit portum ac duxit, ipso contradicente et injuste, ad transeundum[4] homines itinerantes et alios transire volentes per eundem portum, juxta tenementum nemorum, in quibus sunt et erant venationes, et pascuorum
G ipsius Petri de Remolins, quorum herbam vendit et potest vendere, ita quod propter hoc dictum Petrum dampnificavit in dicto tenemento in viginti solidis turonensium, quos petit sibi restitui vel in quantum vobis dominis inquisitoribus videbitur.

Juravit dictus Petrus prædicta esse vera. — Dictus Bertrandus per juramentum dixit quod, de usu et consuetudine portus, potest transiri juxta tenementum ipsius Petri vel alibi
H ubi melius poterit, ita tamen quod, si alibi commode possit sumere portum, hoc faciet sine dampno alterius; sed dixit quod tunc non poterat alibi commode sumere portum propter inundacionem aquarum vel aquarum impulsu[m]. Negat autem se transisse per tenementum suum vel per locum ubi injuriaret, ut sibi videtur.

Bernardus Dalfinus, de Valle Aqueria, testis juratus, dixit quod modo et alio tempore Fol. 33 v°.
I multociens ipse testis transsivit ad portum Gardonis de Remolins, supra vadum et subtus, et videbat quod portus arripabat eo ubi melius poterat arripare. — Requisitus a quanto tempore citra ita vidit, dixit quod bene sunt decem anni et plus quod hoc vidit, et deinde citra multociens, et nunquam vidit quod aliquis faceret ibi contrast[5], ubicunque arriparet. — Requisitus, *etc.*

J Petrus Cavallerius, de Valle Aqueria, testis juratus, dixit quod vidit portum de Remolins transsire per quatuor locos, scilicet aliquando subtus molendinos, aliquando ante Fouz[6] de Sancto Bonito, aliquando subtus Rocam, et, quando erat ventus magnus, ad nemus qui dicitur esse Petri de Remolins, set maxime vidit dictum portum transire subtus molendinos et ante Fouz Sancti Boniti, et nunquam vidit quod aliquis faceret contrast per dictum
K portum per prædicta loca, *etc.*

Bermundus Raimbaldus, de Valle Aqueria, testis juratus, dixit quod ipse multociens transsivit cum bestiis et sine bestiis ad portum de Remolins, aliquando subtus vadum, aliquando supra, *etc.*

Raimundus de Remolins Rabaza, testis juratus, dixit quod consuetum est quod portus
L de Remolins arripat ubi co[m]modius et melius potest arripare; et dixit quod aliquando, quando erat malum tempus, vidit eum arripare subtus vadum Romeum, set pluries supra

[1] Castillon-du-Gard, Gard, c^on Remoulins.

[2] *Pro* II kal. febr. *censemus corrigendum* II kal. martii, *hancque sentenciam* 29 februarii 1248, *n. st., non* 31 januarii *adscribendam esse.*

[3] Vallabrègues, Gard, c^on Aramon.

[4] *Cod.* trasseundum.

[5] *Id est* prohibitionem. (*Du Cange, v°* Contrastum.)

[6] La Foux *juxta* Remoulins (Cassini).

ipsum vadum, *etc.* — Dixit quod bene vidit hoc anno quod dictus Petrus de Remolins prohibebat quod bestiæ de Remolins non venirent ad navem quando arripabat in suo tenemento, set bestias camini nec peregrinos prohibebat, *etc.* — Et dixit quod nusquam dictus portus transiret adeo bene sicut subtus vadum, si posset fieri sine dampno et sine injuria alterius, quia multi homines sunt submersi in vado de Remolins qui non submergerentur si portus transiret subtus vadum. A B

Raimundus de Fonte, de Remolins, testis juratus, dixit se vidisse per quadraginta annos et plus quod portus de Remolins transibat a Resclausa inferius, ubicunque melius et co[m]modius poterat transire, *etc.*

Rostagnus Brunus, testis juratus, dixit quod ipse, et tempore quo comes Tholosanus tenebat istam terram, et postea postquam dominus rex habuit istam terram, ipse testis fuit portanerius portus de Remolins, et dixit quod arripabat per totam riperiam ubi melius poterat arripare, et in patuo et in devès, cujuscunque esset, *etc.* C

Fol. 33. Poncius de Puteo, testis juratus, dixit quod portus de Remolins transit ubi melius transire potest, *etc.* Et dixit quod in isto festo Natalis Domini fuerunt duo anni quod ipse et Bertrandus, frater suus, cum quibusdam aliis, passaverunt bestias domini Karoli, comitis Provinciæ, ad dictum portum subtus gadum per tenementum de Remolins, *etc.* Item dixit quod, quando est aura vel malum tempus, dictus portus non potest co[m]mode transire ad portum vetus, et tunc maxime dictus portus transit subtus vadum. Item dixit quod, si portus transiret subtus vadum, non fuissent submersi multi transeuntes per vadum, qui olim fuerunt ibi submersi. D E

Poncius de Valabris[1], testis juratus, dixit se vidisse a tempore noticiæ suæ quod portus de Remolins arripabat ubicumque melius poterat a[d] salvamen transeuntium, supra vadum et subtus, *etc.*

Raimundus de Flaus, de Remolins, testis juratus, dixit, *etc.* Et credit quod Bertrandus Ruffus non esset ibi submersus vel mortuus si portus transiret tunc subtus vadum. F

Guillelmus Trenquerius, de Remolins, testis juratus, dixit, *etc.* Utilius esset transeuntibus per caminum quod portus transiret subtus vadum quam supra, quoniam multi homines perierunt ibi et fuerunt ibi submersi, qui non essent mortui nec submersi si portus transiret subtus; et expressim dixit idem quod proximus de Bertrando Ruffo.

Fol. 31 v°. Raimundus de Salvangnanicis[2], testis juratus, dixit quod Petrus de Remolins habet nemus et pasqueria et riperia subtus vadum de Remolins, et per illud tenementum dicti Petri Bertrandus de Puteo, portanerius nunc portus de Remolins, fecit hoc anno arripare portum, et transit et facit transire homines et bestias de Remolins per ipsum tenementum, tam boves quam oves, et alios homines et bestias itinerantes, et ipse testis vidit et oves et boves et alias bestias hominum de Remolins qui et quæ transibant ad dictum portum pascentes infra tenementum prædictum dicti Petri, et da[m]pnum ei dantes in ipso tenemento. Et dixit quod a festo Sancti Michaelis citra ipse testis et Bertrandus de Sancto Bonito et Raimundus Goz venerunt in dicto tenemento, et viderunt tarderiam et ligna dicti nemoris corrosa et brotata, et æxtimaverunt quod da[m]pnum ibi datum dicto Petro erat usque ad decem solidos turonensium; et dixit idem testis quod, si affare esset suum, ipse nollet pro viginti solidis turonensium. — Requisitus cujus erant illæ bestiæ quas vidit pascentes et passantes per dictum tenementum, dixit quod hominum de Remolins, set nescit præcise cujus; et dixit quod custodes illarum bestiarum ducebant quamcicius poterant per dictum tenementum ipsas bestias, set nullo modo poterant ibi transire sine mala facha. Item dixit quod nunquam vidit quod dictus portus arriparet vel transiret per dictum tenementum, donec Bertrandus de Puteo fuit portanerius dicti portus; et dixit quod ipse audivit dici ab ipso Bertrando quod multum tædebat eum quia ipse passabat seu arripabat ibi. Item dixit quod, [cum] Gardonus est magnus vel fit malum tempus, portus descendit inferius, etiam subtus vadum aliquando, invitis transeuntibus in ipso portu. — Requisitus, *etc.* G H I J

Bertrandus de Sancto Bonito, testis juratus, dixit se vidisse semper ex quo habuit noticiam quod portus de Remolins transibat a vado superius, *etc.* — Et dixit quod nemus et riperia est dicti Petri ex utraque ripa. — Requisitus si portus transiret melius subtus vadum quam supra, dixit quod non credit, immo credit quod transeat supra, quia locus ubi maxime transit portus, qui locus vocatur al Port, est magis propinquus castro de Remolins quam dictum tenementum Petri de Remolins. Item dixit, *etc.* K L

Raimundus Goz, testis juratus, dixit idem quod proximus, *etc.* Et dixit plus quod ipse audivit quod dictus Bertrandus dicebat dicto Petro de Remolins quod multum tædebat eum quia passabat ibi, et malgrat sieu li fasia om passar. Et dixit quod dictus Petrus habet francum illud tenementum totum citra et ultra. — Requisitus, *etc.*

[1] Valabrix, Gard, c[on] Uzès. — [2] Savignargues, Gard, c[on] Sauve.

A 246. Conqueritur Aimericus Bonoor, de Volobrica, de Johanne de Chastres, condam Fol. 41.
vicario Volobricæ, dicens quod, tempore quo dictus Johannes erat vicarius Volobricæ, ipse
mutuavit dicto Johanni, ad instanciam ipsius, quadraginta solidos raimundensium, quos
nunquam ei voluit solvere. Unde supplicat quod dictos quadraginta solidos raimundensium
a dicto Johanne de Chastres sibi solvi faciatis. — Confitetur dictus Johannes se debere
B dicto Aimerico dictos quadraginta solidos raimundensium, et promisit quod eos solveret
sibi incontinenti, antequam exiret de hoc castro Belliquadri.

246 *bis*. Conqueritur idem Aimericus de eodem Johanne, dicens quod dictus Johannes,
dum erat vicarius Volobricæ, habuit et extorsit ab eo injuste et sine cognicione judicis
decem solidos nemausensium, eo quod bubulcus ipsius Aimerici arabat quandam terram
C ipsi Aimerico et fratri suo pro indiviso co[m]munem. Unde suplicat, *etc*.

247. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Riquelmus de Posillaco[1], Fol. 40 v°.
nomine suo et nomine Aimericæ uxoris suæ, de heredibus Bertrandi de Montiliis, de Podio
Alto[2], dicens quod dictus Bertrandus, baiulus tunc de Podio Alto pro domino rege, habuit
et percepit injuste et sine causa, per quatuor annos et plus, omnes redditus, fructus et
D gauditas quos et quas dicta Aimerica et frater suus Jordanus habebant in villa seu castro de
Podio Alto et in ejus tenemento, in quibus redditibus, fructibus et gauditis dicta Aimerica
habebat medietatem, qui redditus, fructus seu gauditæ valebant et valuerunt singulis annis
dictorum quatuor annorum triginta libras raimundensium. Unde dictus Riquelmus, nomine
suo et nomine dictæ Aimericæ, uxoris suæ, petit medietatem dictorum reddituum, fructuum
E et gauditarum a dicto Bertrando injuste perceptorum et perceptarum, vel prædictæ æstima-
cionis ipsorum reddituum, fructuum et gauditarum, scilicet medietatem dictarum triginta
librarum, quæ medietas dictæ æstimationis dictorum quatuor annorum coadunata est summa
sexaginta librarum raimundensium, ab heredibus dicti Bertrandi sibi, nomine suo et nomine
dictæ Aimaricæ uxoris suæ, reddi.

F Riquelmus, juratus, asseruit prædicta esse vera. — Bertrandus Feraudi, de Rocha
Maura, et Petrus Raimundi, de Podio Alto, tutores heredis Bertrandi de Monteliis, jurati,
negaverunt.

Guillelmus Alegres, de Podio Alto, testis juratus, dixit se vidisse et audisse quod Ber- Fol. 32 v°.
trandus de Montiliis, qui erat subbaiulus de Podio Alto pro Petro Raimundi Bolleto, tunc
G vicario de Podio Alto, recipiebat fructus et redditus quos Jordanus Conillus et domina
America, soror sua, habebant in castro de Podio Alto et in ejus tenemento, et hoc vidit
per quatuor annos continue. Item dixit se vidisse et audisse postea quod Guillelmus Suffridus,
vicarius dicti castri de Podio Alto, pro se ipso habuit et percepit fructus et redditus quos
dictus Jordanus et soror sua prædicta habebant in dicto castro et ejus tenemento. — Re-
H quisitus cujus modi fructus et redditus erant illi quos dictus Bertrandus et dictus Guil-
lelmus Suffridus percipiebant, dixit quod vidit quod prædictus Bertrandus et dictus Guil-
lelmus post ipsum faciebant coli terras quas dictus Jordanus et soror sua ibi habebant, et
faciebant metere bladum ipsarum terrarum et portari. — Requisitus, *etc*. — Requisitus
quantum fuit ibi de blado, dixit quod nescit, set credit quod singulis annis, secundum magis
I et minus, exiverunt de ipsis terris quatuor saumatæ bladi. — Requisitus cujus modi bladum
vidit in ipsis terris quando dictus Bertrandus vel dictus Guillelmus eas faciebant coli, dixit
quod vidit aliquando ibi frumentum, aliquando ordeum et milium in quibusdam. — Requi-
situs, *etc*. — Requisitus qualiter scit quod dictus Suffridus esset vicarius dicti castri pro se,
dixit quia ipse emerat vicariam dicti castri. — Requisitus a quo emerat, dixit quod a domino
J Peregrino, condam senescallo Belliquadri. — Requisitus quomodo scit, dixit quia vidit et
interfuit. — Requisitus quantum valebant prædicti fructus et redditus, dixit quod nescit,
set audivit dici a baiulis qui tenebant dictum affare, scilicet a Petro Michaele, quod valebant
xxx libras raimundensium per annum. — De tempore non recordatur.

Poncia Michaela, de Podio Alto, testis jurata, dixit se vidisse et audisse quod Ber-
K trandus de Montiliis accipiebat omnes redditus Jordani et Aimericæ sororis suæ, quos
habebant apud Podium Altum et in ejus tenemento. — Requisita cujus modi redditus erant,
dixit quod maritus tunc suus faciebat terras duas vel tres quæ erant dicti Jordani et sororis
suæ ad fachariam uno anno, et fuit ibi ordeum, et dictus Bertrandus de Montiliis recepit
terciam partem dicti ordei, set non recordatur quantum fuit ibi de ordeo. Item dixit quod
L dictus Michael, et frater suus qui vocabatur Petrus Durantus, faciebat quendam censum
prædicto Jordano et sorori suæ, scilicet duos panes[3] et duas gallinas et unam eminam
ordei, et illum censum accepit dictus Bertrandus de Montiliis per quatuor annos, et ipsamet
aliquando et aliquando maritus suus mittebant ei dictum censum ad domum suam, et

[1] *Cod.* Polillaco. — [2] Pujaut, Gard, c°ⁿ Villeneuve. — [3] *Cod.* pannes.

audivit dici tunc, et ita tunc publice dicebatur in castro de Podio Alto, quod dictus Bertrandus accipiebat et furnagiam, et seisenum venationis et piscaturæ quam dictus Jordanus et soror sua habebant in stagno de Podio Alto, et census et servicia quos et quæ habebant in villa de Podio Alto et ejus tenemento, *etc.* Item dixit quod Guillelmus Sufridus, post dictum Bertrandum immediate, recepit prædictum censum quem dictus maritus suus et frater ipsius mariti sui faciebant prædictis Jordano et sorori suæ, per duos annos, *etc.* — B Requisita quia accipiebat dictos redditus, dixit quia erat baiulus de Podio Alto et pro baiulo habebatur, et dixit quod non audivit quod esset ibi baiulus pro alio vel sub alio. — Requisita, etc. — De tempore quo dictus Bertrandus dicitur recepisse dictos redditus requisita, dixit quod post obsidionem Avinionis[1] statim. Aliter de tempore non recordatur. A

Petrus Michael, de Podio Alto, testis juratus, dixit se vidisse et audisse quod Bertrandus C de Montiliis, *etc.* — Requisitus quare dictus Bertrandus et dictus Guillelmus tenebant Fol. 32. dictum affare, dixit quod pro rege. — Requisitus quare pro rege, dixit quod nescit, nisi quia dominus rex faciebat capi omnia bona dominorum de Podio Alto. — Requisitus, *etc.* — Et dixit quod redditus dictæ medietatis dicti affaris valuerunt singulis annis illorum trium annorum, secundum magis et minus, bene decem libras raimundensium et plus, et D vendiderant antea de dicto affari unam faissam terræ pro duobus milibus solidorum. — Requisitus, *etc.*

Petrus Guiso, de Podio Alto, testis juratus, dixit, *etc.* — Item dixit requisitus quod dictum affare non erat tunc in pignore, quod ipse sciat, set bene audivit dici quod Guillelmus Amillus et Poncius de Sancto Jachobo habuerant dictum affare in pignore, *etc.* E

Poncius Alquerius, de Podio Alto, testis juratus, dixit, *etc.*

Poncius Ricardus, de Podio Alto, testis juratus, dixit se vidisse et audisse quod Bertrandus de Montiliis tenuit per duos annos pro curia affare quod Jordanus et Aimerica, soror sua, uxor nunc Riquelmi de Posillaco[2], habebant in castro Podii Alti et ejus tenemento, et postea tenuit illud similiter per duos annos Guillelmus Suffridus, et iterum dictus Bertrandus F tenuit dictum affare per duos annos, et vidit quod dictus Bertrandus faciebat coli quandam faissam terræ, quæ erat de dicto affari, quæ est suptus vallatum et protenditur usque ad stagnum de Jaiis[3], *etc.*

Petrus Bariacus, de Podio Alto, testis juratus, dixit, *etc.* Et vidit quod uterque accipiebat, unus post alium, seisenum quod Jordanus et Aimerica, soror sua, habebant in piscatura de G Jaissa ab hominibus dicti Jordani et sororis suæ. — Requisitus a quibus hominibus, dixit quod a Guillelmo Stephano vidit quod Bertrandus accipiebat dictum seisinum, et Guillelmus Suffridus, set non recordatur præcise a quibus, *etc.*

Fol. 31. Guillelmus de Tavells, testis juratus, dixit, *etc.* — Requisitus quia dictus Bertrandus accipiebat dictos redditus, dixit quia dictus Jordanus et dictus Guillelmus Amiellus et Poncius H de Sancto Jachobo erant infra Avinionem quando dominus rex erat in obsidione Avinionis, set soror dicti Jordani erat tunc extra, ut credit, *etc.*

Guillelmus Rainaldus, de Pollillaco, testis juratus, dixit, *etc.*

Protestatur Petrus Aribertus, excipiendo, procuratorio nomine, pro Petro Suffrido, cujus est procurator, quod dictus Petrus Sifredus et dictus condam dominus G. Sifredus pater I ipsius sunt et fuerunt cives et habitatores civitatis Avinionis, et ibi parati sunt juri stare et parere omni de se conquerenti, et obicit eundem Petrum de jure alibi non esse trahendum nec conveniendum, eo quia in civitate prædicta plene redditur jus omni volenti experiri contra aliquem, et de jure est quod actor[4] forum rei sequatur. Unde obicit Riquelmo et omni alii de se conquerenti coram judicibus vel inquisitoribus domini regis Franciæ missis J privilegium fori, et hoc idem ponit et asserit ex[c]ipiendo.

Item protestatur quod super eo in quo convenitur, scilicet super facto Podii Alti, fuit a dicto domino Guillelmo Suffrido[5], condam patre dicti Petri, de redditibus ad dominum regem pertinentibus, et quos redditus dominus Peregrinus, tunc temporis senescallus, percipiebat pro domino rege et tenebat, facta licite et juste emptio per dictum condam domi- K num Guillelmum Suffridum de ipsis redditibus a domino senescallo, et quod sine aliqua violencia et sine aliquo quæstu inhonesto vel illicita exactione, ipso domino Peregrino senescallo existente, ejus mandato [et] voluntate, et pro ipso et occasione dictæ empcionis percepit quicquid percepit ibidem dictus dominus Guillelmus Sifridus, et hoc idem confessus fuit et recognovit verum esse dictus Riquelmus. Unde obicit prædictus procurator L dicto Riquelmo, vel alii de ipso conquerenti, salvis sibi exceptionibus suis tam perem[p]toriis quam dilatoriis quam declinatoriis judicis et judicii, et excepcionem doli in factum et

[1] *Quæ anno 1226 facta fuit.*
[2] Pouzilhac, Gard, c^on Remoulins. — *Cod.* Polillaco, *et infra* Pollillaco.
[3] *Fort.* l'Étang, *juxta* Pujaut (Cassini).
[4] *Cod.* auctor.
[5] *Cod.* Sruffrido.

A sine causa et omnem aliam causam ex causis prædictis sibi competentem, et hoc idem ponit
et asserit excipiendo.

Item protestatur excipiendo quod assertionis seu peticionis partis alterius tra[n]slatum
detur et aliorum actorum, exceptis attestacionibus, sive sint judiciales sive sint ex inquisi-
tione, ut possit deliberare et respondere, secundum quod de jure fuerit domini regis et
B judicum seu inquisitorum ipsius, et hoc salvis exceptionibus suis prædictis. Et postulat quod
prædicta scribantur in cartulario curiæ et quod ipse in justis suis deffencionibus audiatur.
Et hoc idem ponit et asserit excipiendo.

248. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Riquelmus de Posillaco, Fol. 40 v°.
nomine suo et nomine Aimericæ uxoris suæ, de Petro Suffredi, filio condam Guillelmi
C Suffredi, dicens quod dictus Guillelmus, baiulus tunc de Podio Alto pro domino rege,
habuit et percepit injuste et sine causa justa per duos annos omnes redditus, fructus et
gauditas quos et quas dicta Aimerica et frater suus Jordanus habebant in villa seu castro
de Podio Alto et in ejus tenemento, *etc.*

249. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Bernarda Ruffa, uxor condam
D Guillelmi Ruffi, heres Mariæ filiæ condam et heredis dicti Guillelmi Ruffi et filiæ condam
ejusdem Bernardæ, de Raimundo Breto, baiulo condam de Bella Garda[1], dicens quod dictus
Raimundus Bretus, tempore quo erat baiulus de Bella Garda, extraxit vel fecit extrahi injuste
et sine causa de domo dicti Guillelmi Ruffi et ipsius Bernardæ decem et septem sestaria
frumenti et decem et septem sestaria[2] ordei et unum sestarium de jaissis et unam suem
E cum quinque porcellis, quam vendidit dictus Raimundus viginti quinque solidis raimunden-
sium, et unam bota[m] vinaria[m] capacem quatuor sestariorum, et unam eminam ad men-
suram Sancti Ægidii et unam bredelam et unum discum, et unum scrinium in quo erant
quinque solidi raimundensium, et viginti inter gallinas et pullos, et unam sartanecam de
ferro, imponens ei quod ipse furatus fuerat quendam saccum, quod non fuit verum neque
F probatum, nec ipse Petrus fuit unquam confessus. Quod bladum nec suem nec porcello[s]
nec aliquid de prædictis rebus noluit postea sibi reddere. Unde supplicat dicta Bernarda
dictum bladum et dictam suem cum porcellis et cum fructibus quos ex eis habuit vel potuit
habere, et gallinas et pullos et res prædictas a dicto Raimundo sibi restitui faciatis.

Anno[3] M° CC° XLVIII[4], scilicet XII kalendas marcii, ego Petrus Sifredi, civis Avinionensis,
G facio et constituo ac ordino te Petrum Aribertum, præsentem et recipientem, procuratorem
meum, ad comparendum pro me et nomine meo die Mercurii proxima[5] in curia Bellicadri,
et ad excusandum, et ad libellum postulandum, super peticione quam faciunt vel facere
intendunt contra me Riquelmus de Posillaco et ejus uxor, promittens per stipulationem me
ratum et firmum perpetuo habiturum quicquid super prædictis tecum vel per te actum,
H gestum, factum fuerit, et contra non venturum aliqua ratione vel jure. Ad hoc ego Petrus
Aribertus prædictus, hanc procurationem recipiens, promitto per stipulationem me acturum
super prædictis ea quæ ad utilitatem tuam novero pertinere, et inutilia prætermittam.
Factum fuit hoc in palatio communis Avinionis, præsentibus testibus magistro Bernardo
jurisperito, Willelmo Parrano, Bertrando Atenos, Willelmo Rodulpho[6], et me Petro
I Carreria, Avinionis notario, qui hæc scripsi mandatus et signavi. (*Signum notarii.*)

250. Asserit Riquelmus, de Posillaco[7], nomine suo et nomine Aimericæ, uxoris suæ,
quod Guillelmus Suffridi, pro domino rege baiulus sive gerens vicem baiuli[8] in castro de
Podio Alto et ejus tenemento, cepit, habuit, tenuit et possedit possessiones, proprietates,
jura et dominium quæ dicta Aimerica habebat et possidebat, vel alius pro ea, vel debebat
J habere vel possidere in dicto castro vel ejus tenemento, scilicet justicias, firmancias[9], for-
nagia, seisenum de piscibus de Jauco, census[10], cartones, blada et racemos de proprietate
dicta, et hoc possedit et tenuit invita dicta Aimerica uxore sua per duos annos et plus, et
per tantum temporis dictus Guillelmus Suffredi potuit percipere vel percepit valens triginta
libras raimundensium et plus, quas petit sibi et uxori suæ ab herede dicti Guillelmi Suf-
K fridi emendari.

Quæratis[11] a testibus quos Riquelmus intendit producere contra Petrum Siffredum vel
contra Guillelmum Siffredum condam, ejus patrem, si de aliquo contra prædictos vel contra
ipsorum facta faciunt mentionem, et non aliter qualiter sciunt veritatem eorum de quibus

[1] Bellegarde, Gard, c°n Beaucaire.
[2] *Cod.* et decem et septaria ordei.
[3] *Hanc procurationem, quæ et in regesto, fol. 40 v°, et in schedula membranacea, signo G notata, occurrit, damus ad fidem dictæ schedulæ.*
[4] *18 febr. 1248 (n. st.). Avinione enim frequentius anni principium a festo nativitatis dominicæ computatum est.*
[5] *19 febr. 1248.*
[6] *Reg.* Rodulfo.
[7] Pouzilhac, Gard, c°n Remoulins.
[8] *Cod.* baiulii.
[9] *Cod.* justiciis, firmanciis.
[10] *Cod.* sensus.
[11] *Ex schedula chartacea, T notata.*

testificantur, et ubi, et quando, et coram quibus, et cui, et a quo, et quibus verbis fuerunt A
illa facta vel dicta; et hoc idem quæratis super facto Podii Alti, si testes aliqui super eo producerentur; et hoc plus similiter requiratis, si a dicto condam G. Siffredo fuit aliquid ibi per violenciam factum vel aliquid alicui ablatum, et in qua senescalchia, et si auctoritate domini Peregrini, voluntate et mandato, qui tunc senescalchus erat, rectus et fidelis domini regis, dictus dominus Guillelmus Siffredus tenebat prædicta, et pro ipso faciebat quicquid ibi B
faciebat, et ab ipso domino senescalcho tunc temporis dictos redditus ad dominum regem pertinentes emerat, et si justa emptione dictos redditus percipiebat. — Item quæratis super quibus redditibus producuntur, et cui vel quibus tunc temporis dicti redditus pertinebant, et pro qua parte et quales et quanti precii vel æstimacionis tunc temporis dicti redditus erant. — Item quæratis a testibus si sunt ad testificandum instructi, amore, precio vel precibus C
inducti vel odio vel inimicicia partis contra quam producuntur. — Item si sunt participes facti, socii, parentes, amici vel affines, domestici vel familiares ejus pro quo testificantur, vel inimici ejus contra quem. — Item si sunt excommunicati, minarum condempnati vi bonorum rectorum, furti actione, pro socio vel mandati contraria. — Item si perjuri, pauperes an locupletes, et de vita et honestate ipsorum et de aliis requirentes quæ vobis D
quærenda videbuntur juxta illud : *Tu magis scire potes quanta fides sit adhibenda testibus*, etc., ne malicia vel perversitas aliquorum sit nociva recte et bene facientibus, et redditus domini regis et ad ipsum dominum regem pertinentibus[1] percipientibus licite et juste, tanquam emptos a domino Peregrino, tunc senescalcho, et integre persolutos.

QUERELÆ SIMILITER EXTRANEORUM QUI SUNT DE JURISDICTIONE DOMINI REGIS EXTRA DYOCESIM ARELATENSEM[2]. E

Fol. 39 v°. 251. Ego Aimericus Albaricus, filius condam et heres domini Bertrandi Albarici, militis, de Belliquadro, conqueror de heredibus domini Peregrini, pro domino rege Francorum tunc temporis senescallo, eo quod prædictus dominus Peregrinus diruit vel fecit dirui sine causæ cognitione quoddam stare quod habebam in Belliquadro juxta stare Raimundi de F
Arenis, fratris mei, et liberorum Bernardi Audeberti, militis, quod stare valebat, tempore quo fuit dirutum, quinque milia solidorum raimundensium, facta legitima æxtimatione, de quibus quinque milibus solidorum fuit facta michi emenda valens M et D denarios raimundenses. Unde peto michi restitui ab heredibus dicti domini Peregrini quod deest dicti staris æxtimacioni legitimæ quam valebat. — Item conqueror de Petro de Athiis, condam senes- G
callo Belliquadri, eo quod dictus dominus Petrus de Athiis fecit demoliri XXI domos ædificatas in solo meo, quæ domus prædictæ tenebantur a me sub dominio et censibus, de quibus facta fuit michi emenda M LX solidorum viennnensium tantum; et quia interest mea in centum libris turonensium dictas domos non fuisse dirutas et destructas, peto illud quod defficit de legitima æxtimacione dictarum domorum per inquisitores domini regis H
michi restitui. Et sciendum quod dictæ domus erant subtus Redortam Belliquadri, in loco ubi apellatur al Peirall.

252. Significat conquerendo vobis dominis inquisitoribus domini regis Raimundus Imbertus de Volobrica quod Petrus de Atiis, condam senescallus Belliquadri, fecit dirui quoddam stare quod erat ad Peirallum, *etc.* I

253. Conqueritur Bernardus Sabaterius, de Aramone, de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus de Fonte, tempore quo erat vicarius Belliquadri, Volobricæ et de Aramone, habuit et extorsit ab eo viginti quinque solidos raimundensium, injuste et sine judicis cognicione, eo quod ipse Bernardus inpinxit uxorem Gallardi, quæ juvabat dictum virum suum contra ipsum Bernardum, et non fecit ei sanguinem neque livorem, nec ipsa J
conquerebatur. Unde supplicat quod dictos viginti quinque solidos raimundensium sibi restitui a dicto Raimundo faciatis. — Juravit dictus Bernardus, et post sacramentum dixit omnia supradicta esse vera. — Negat dictus Raimundus se habuisse dictos viginti quinque solidos raimundensium.

Fol. 36 v°. Raimundus de Gravis, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Bernardus Saba- K
terius solvit Raimundo de Fonte viginti quinque solidos raimundensium. Requisitus ex qua causa, *etc.*

Fol. 39 v°. 254. Conqueritur Petrus de Remolins, miles, vobis dominis inquisitoribus domini regis de heredibus Bertrandi Ruffi, dicens quod dictus Bertrandus, tempore quo erat baiulus de Remolins, cepit equum ipsius Petri, et fecit capi a suo bannerio mulam suam injuste et L
sine causa, et dictum equum et mulam tenuit, tamdiu nolens dictas bestias sibi reddere,

[1] *Ita in schedula.* — [2] *Voces* qui sunt . . . Arelatensem *in cod. deletæ sunt.*

A donec habuit et exegit ab eo injuste et sine judicis cognicione triginta libras raimundensium, quas triginta libras raimundensium petit ab heredibus dicti Bertrandi sibi restitui et novem solidos raimundensium pro manjaduris dictarum bestiarum, quas petit ab eo. — Juravit, et post sacramentum dixit omnia supradicta esse vera.

Rostagnus Brunus, testis juratus, dixit quod ipse testis ibat spaciatum quadam vice cum Fol. 36 v°.
B Bertrando Ruffo, qui erat tunc vicarius de Remolins, et viderunt venientem Guillelmum Hugonem, filium condam Raimundi de Remolins Carnacie, qui equitabat equum Petri de Remolins, et dixit dictus Bertrandus ipsi testi quod recederet ab eo, et ipse recessit ab eo, et dictus Bertrandus venit, et dixit dicto Guillelmo Hugoni quod descenderet de equo quem equitabat, et descendit, et ipse Bertrandus accepit dictum equum et duxit. Requisitus de
C loco ubi fuerunt prædicta, respondit quod in camino ante hospitale. Requisitus de præsentibus, dixit quod nullus alius erat ibi præsens quod ipse recordatur. De tempore, dixit quod sunt bene tres vel quatuor anni, ut sibi videtur.

Guillelmus Hugo, filius condam Raimundi de Remolins Carnazie, testis juratus, dixit quod, quadam vice, cum ipse equitaret equum Petri de Remolins, qui equus erat bagiz,
D obviavit ei Bertrandus Ruffus, *etc.*

Poncius de Puteo, testis juratus, dixit quod ipse testis morabatur cum Petro de Remolins, et erat bubulcus ejus, et cum quadam die ipse araret in Meianis, venit Guillelmus Crequerius, qui erat bannerius pro Bertrando Ruffo, qui erat tunc baiulus de Remolins, et cepit quandam mulam dicti Petri de Remolins, et duxit eam. Requisitus, *etc.*

E Guillelmus Durus Fortis, testis juratus, dixit, *etc.*

Guillelmus Crequerius, testis juratus, dixit quod ipse, qui erat tunc bannerius de Remolins pro Bertrando Ruffo, *etc.*

Petrus de Castillo, testis juratus, dixit quod ipse solvit pro Petro de Remolins et nomine ejus, Bertrando Ruffo, tunc baiulo de Remolins seu vicario, sexdecim libras raimundensium
F de sexcentis solidis raimundensium quos ab eo petebat dictus Bertrandus, *etc.* — Requisitus ex qua causa petebantur ab eo dicti sexcenti solidi, dixit quod audivit dici quod pro condempnacione quam fecerat in eum curia pro eo quod dicebatur percussisse quendam qui vocatur Salvangnanigues. — Requisitus, *etc.*

Raimundus Aurerius, testis juratus, dixit se vidisse et audisse quod Raimundus de Fol. 36.
G Remolins Carnacia numeravit et solvit, pro Petro de Remolins, trescentos solidos raimundensium Bertrando Ruffo, tunc baiulo de Remolins, quos trescentos solidos Scarabotus, filius dicti Raimundi de Remolins, mutuavit dicto Petro de Remolins. — Requisitus, *etc.*

Guillelmus de Remolins, testis juratus, dixit se vidisse et audisse quod Raimundus de Remolins, pater suus, solvit Bertrando Ruffo, tunc baiulo de Remolins, trescentos solidos
H raimundensium pro Petro de Remolins, *etc.* — Requisitus ex qua causa solvit dictos sexcentos solidos dictus Petrus de Remolins, dixit quod dictus Bertrandus voluit eos habere a dicto Petro pro peleia quam dicebat eum habuisse cum Raimundo de Salvangnanicis[1], *etc.*

Confitentur curatores dictum Bertrandum Ruffum habuisse a dicto Petro de Remolins dictas triginta libras raimundensium; dicunt tamen quod illas habuit ex condempnacione
I facta a domino Petro de Ernencort, tunc senescallo Belliquadri, secundum inquisicionem factam per dictum Bertrandum Ruffum super injuriis quas dictus Petrus dicebatur fecisse Raimundo de Salvangnanicis, militi. — Confitetur dictus Petrus dictum Bertrandum fecisse quandam inquisitionem inter ipsum et dictum Raimundum de Salvangnanicis, militem, et cum crederet dictam inquisitionem sic processisse quod dictus Raimundus de Salvangnanicis
J condempnaretur, ei quadam die mandavit pro eo prædictus dominus senescallus et fecit pacem inter ipsum et dictum Raimundum, et nichil ab ipso vel ab alio fuit petitum. Postmodum autem, quadam alia die, venit eciam prædicto senescallo præsente dicto Bertrando, et quidam notarius legit [litteram] in qua continebatur quod dictus senescallus volebat habere ab eo triginta libras, nec exprimebatur ibi causa. Dixit quod nec copiam attestacio-
K num habuit, nec attestaciones audivit, nec fuerunt in judicio publicatæ, nec aliquando dixit ei dictus Bertrandus se velle prædictam inquisicionem ad dictum senescallum refferre, et dixit quod judex senescalliæ non erat tunc præsens, set Petrus Rabastencus, qui erat tunc judex Belliquadri, et judex dicti Bertrandi erat ibi præsens, et non credit quod senescallus habuit illam peccuniam. Obtulerunt prædicti curatores probare condempnacionem factam a
L senescallo propter dictum factum.

Guiscardus de Aramone, testis juratus, dixit se vidisse quod Petrus de Remolins cepit et Fol. 34 v°.
traxit per capucium Raimundum de Salvangnanicis, et tamdiu eum contrectavit quod dictus Raimundus de Salvangnanicis habuit os plenum sanguine, et postea cepit eum per capillos,

[1] Savignargues, Gard, c[on] Sauve.

IMPRIMERIE NATIONALE.

et dictus Raimundus de Salvangnanicis cepit postea similiter dictum Petrum per capillos, et A
cum super hoc Bertrandus Ruffus et Petrus Rabastencus, tunc judex, facerent inquisitionem, et ipse testis fuit productus testis in ipsa inquisicione, et dictus Raimundus de Salvangnanicis juravit, et dixit quod non recordatur si dictus Petrus juravit, set bene erat præsens, et Guillelmus de Blaudiaco[1], sororius ejus, cum eo. De inquisitione utrum fuerit perfecta vel publicata, nichil scit. De conde[m]pnacione nichil scit. De præsentibus dixit quod ipse testis B
et Bertrandus de Aramone[2], frater ejus, et Raimundus de Fonte et quidam alii. De tempore dixit quod in prima ebdomada Quadragesimæ proxime venientis erunt quinque anni.

Bertrandus de Aramone, testis juratus, dixit idem quod proximus, hoc addito quod vidit et audivit quod senescallus, quadam vice, cum esset apud Remolins, dixit dicto Petro de Remolins quod sequeretur eum apud Nemausum, set nescit ex qua causa. Item dixit idem C
testis se vidisse et audisse quod Bertrandus Ruffus dixit postea Petro de Remolins ex parte senescalli quod solveret ei quindecim libras viennensium pro dicta conde[m]pnatione, et dictus Petrus dixit quod non credebat quod haberet mandatum, et dictus Bertrandus rogavit ipsum testem quod scriberet ei quod ipse Bertrandus dixerat dicto Petro ex parte senescalli quod solveret ei dictas quindecim libras et coram quibus ei dixerat. De tempore, quod in D
Quadragesima proxima erunt quinque vel sex anni, et fuerunt factæ prædictæ injuriæ ad portaletum de Remolins. Et dicta inquisitio fuit facta in domo Poncii de Gaudiaco[3], in qua morabatur dictus Bertrandus Ruffus. De præsentibus, dixit quod Raimundus Guillelmus, notarius, et ipse testis et frater et Paulus et Raimundus de Fonte et Bertrandus de Sancto Bonito[4] et quidam alii de quibus non recordatur interfuerunt prædictæ inquisitioni. E

Paulus de Remolins, testis juratus, *etc.*

Raimundus de Fonte, de Remolins, testis juratus, *etc.*

Raimundus Adalbertus, testis juratus, dixit quod ipse erat quadam vice in domo Jachobi Guigonis apud Belliquadrum, et erat ibi dominus Petrus de Ernencort, tunc senescallus, et erant ibi præsentes Petrus de Remolins et Raimundus de Salvangnanicis, qui, secun- F
dum quod ipse audiverat dici, habuerant inter se pelegiam, et audivit quendam notarium Belliquadri, et credit quod esset Bertrandus Capelli, dicentem quod dictus senescallus conde[m]pnaverat Petrum de Remolins in quindecim libris viennensium propter dictam pelegiam, set ipse non fuit præsens ipsi conde[m]pnationi.

Petrus Bermundus, de Acu, testis juratus, *etc.* G

Magister Nicholaus, testis juratus, dixit quod ipse et magister Florencius et Petrus Rabastencus et Stephanus Balaianus et Bertrandus Ruffus et quidam notarius, et credit quod esset vel Bertrandus Capelli vel Petrus Trissaudus, erant præsentes apud Belliquadrum, in domo condam Jachobi Guigonis, ubi erat dominus Petrus de Ernencort, tunc senescallus Belliquadri, et fuit lecta coram ipso domino senescallo quædam inquisitio facta contra Petrum H
de Remolins, quam credit esse factam voluntate domini senescalli; set nescit quis fecit illam inquisitionem; et lecta inquisitione, concordavit prædictus dominus senescallus cum prædictis quod quindecim libræ viennensium levarentur inde pro emenda, et credit quod quidam dicerent de majori summa et quidam de minori, et nescit utrum fuerit levata dicta summa, set credit. Et scit quod de dictis quindecim libris fuit computatum a Bertrando Ruffo com- I
puto dicti domini Petri cum ipso magistro Nicholao, et de illis computavit dictus dominus Petrus in computo domini regis tresdecim libras et dimidiam. Requisitus super quo facta erat dicta inquisitio, dixit quod, sicut audivit legi in ipsa inquisitione, super injuria quam Petrus de Remolins dicebatur fecisse cuidam militi qui vocabatur Salvangnanegues, *etc.* Requisitus utrum Petrus de Remolins solverit dictas quindecim libras Bertrando Ruffo vel senes- J
callo, dixit quod nescit, set credit quod Bertrando Ruffo. Dixit etiam quod prædicta inquisitio non fuerat facta ad querimoniam dicti Salvangnanegues, set curia fecerat ex officio suo.

Fol. 34. Condempnavimus, receptis testibus productis a Petro de Remolins et testibus a parte heredum Bertrandi Ruffi productis, et ipsis testibus diligenter auditis, et examinato negocio diligenter, heredes Bertrandi Ruffi in triginta solidis viennensium solvendis et restituendis K
infra mensem prædicto Petro de Remolins. Et si dominus Petrus de Ernencort recognoverit se habuisse tresdecim libras et dimidiam viennensium, faciemus super eisdem tresdecim libris et dimidia justiciam prædicto Petro de Remolins; et si negaverit se eas habuisse,
1248, n. st. 16 febr. faciemus sibi reddi ab heredibus prædicti Bertrandi Ruffi. Actum fuit hoc anno Domini M° CC° XL VII, scilicet XIIII kalendas marcii. L

Fol. 39 v°. 255. Conqueritur idem Petrus de Remolins de heredibus Stephani Balaiani, dicens quod dictus Stephanus, tempore quo erat baiulus de Remolins, fecit capi et extrahi de domo ipsius Petri duas culcitras cum pluma listadas, tales quales sunt illæ quæ vocantur culcitræ

[1] Blauzac, Gard, c[on] Uzès.
[2] Aramon, Gard, arr. Nimes.
[3] Gaujac, Gard, c[on] Bagnols.
[4] Saint-Bonnet, Gard, c[on] Aramon.

A de Alexandria, eo quia ipse habuerat rixam et verba cum quodam homine de Remolins et
contentionem, in qua rixa non fuit factus sanguis nec livor, quas culcitras nunquam postea
potuit recuperare. Unde supplicat quod dictas culcitras vel earum æxtimacionem, quas
æxtimat centum solidos raimundensium, ab heredibus dicti Stephani sibi restitui faciatis.

Confitetur Guillelmus Colomberius, procurator Raimundæ, uxoris condam et heredis
B dicti Stephani Balaiani, dictum Stephanum habuisse dictas culcitras, et hæc adhuc habet
dicta Raimunda, set non credit quod valerent centum solidos raimundensium. Et dixit quod
eas habuit quia dictus Petrus verberaverat atrociter quemdam juvenem de Remolins, qui
vocatur Guillelmus Benderius, propter quam verberationem fuit conde[m]pnatus in centum
solidis per judicium, et propter illos centum solidos habuit eas dictus Stephanus.

C Cum Petrus de Remolins et Guillelmus Columberius procurator composuissent super
prædictis culcitris coram nobis, ita quod pro dictis culcitris dicta heres dicti Stephani daret
dicto Petro viginti quinque solidos turonensium infra octo dies, nos præcipimus quod dicta
Raimunda solvat dictos xxv solidos dicto Petro infra octo dies. Actum xi kalendas marcii. 1248, n. st.

Item conqueritur idem Petrus de Guillelmo Crequerio, dicens quod dictus Guillelmus, 19 febr.
D tunc bannerius de Remolins, cepit et extraxit de domo ipsius Petri unam toaslam sive mapam
valde bonam et pulcram, quæ valebat bene triginta solidos raimundensium, et dicebat quod
pro quinque solidis raimundensium quos curia petebat ab eo pro pignore cujusdam causæ
eam accipiebat. Unde petit dictam toallam, *etc.*

Item conqueritur idem Petrus de heredibus Stephani Balaiani, dicens quod dictus Ste- Fol. 39.
E phanus, tempore quo erat baiulus de Remolins, habuit et extorsit ab eo quatuor libras rai-
mundensium, injuste et sine causa et sine judice, ideo quia ipse Petrus reduxit in terra sua
terram quæ fuerat extracta de quodam vallato suo. Unde supplicat, *etc.*

Item conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Poncius de Valle Aqueria[1]
et Petrus de Valle Aqueria, fratres, de heredibus Stephani Balaiani, dicentes quod dictus
F Stephanus, tunc vicarius seu baiulus de Remolins et Vallis Aqueriæ, habuerit et extorserit
injuste ab eis sexaginta solidos raimundensium, eo quod dictus Petrus de Valle Aqueria acce-
perat tres denarios raimundenses a quodam homine de Avinione pro quadam saumata
lignorum, quam saumatam lignorum dictus homo dicebat se collegisse in nemore ipsorum
fratrum, quod est in Malmon[2], imponens eis dictus Stephanus quod dicta saumata fuerat
G colle[c]ta in nemore domini regis quod est in eodem loco, quod dictus Petrus nesciebat, et
cum rebannitus qui supervenit quando dictus homo solvebat dicto Petro dictos tres denarios
diceret quod in nemore domini regis fuerat collecta dicta saumata, dictus Petrus statim
reddidit dicto homini dictos tres denarios. Unde supplicant, *etc.*

256. Conqueritur Poncius Perpunctus de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Rai-
H mundus de Fonte, tunc vicarius Volobricæ et de Remolins, habuit et extorsit ab eo injuste
sine judicis cognicione viginti solidos raimundensium, imponens ei quod ipse interfuerat
verberacioni cujusdam sacerdotis, qui dicebatur fuisse verberatus apud Ledenonem[3], cui
verberacioni ipse nunquam interfuit, nec fuit probatum. Unde supplicat quod dictos viginti
solidos a dicto Raimundo sibi restitui faciatis.

I Præcepimus Raimundo de Fonte, de consensu ejusdem, quod solvat Poncio Perpu[n]cto
infra quindecim dies decem solidos raimundensium ex causa composicionis. Actum ii kalendas 1248, n. st.
februarii. 31 jan.

Bertrannus Barra, testis, dicit quod quadam die venit ad eum quidam nuncius ex parte Fol. 35 v°.
Elisiarii de Ucecia[4], baiulus ipsius Elisiarii, et significavit ipsi testi, qui erat baiulus de Re-
J molins pro Raimundo de Fonte, quod quidam qui vocabatur Poncius Perpunctus interfuerat
verberacioni cujusdam sacerdotis qui fuerat verberatus apud Lezenonem, et postea dictus
Raimundus de Fonte misit ei currerios suos et mandavit ei quod, si inveniret ibi dictum
Perpunctum, quod mitteret eum sibi apud Volobricam[5], et non invenit eum. Et postea
dictus Raimundus de Fonte venit apud Remolins et præcepit ei, cum non inveniretur dictus
K Poncius, quod faceret præconizari quod veniret infra octo dies ut se purgaret quando curia
audiret rationem suam, et quod notificaret uxori suæ quod faceret eum quæri. Et fecit præ-
conizari et denunciavit uxori suæ, sicut vicarius sibi præceperat, et non venit, et ipse testis
recognovit res ipsius quæ erant in domo sua in præsencia proborum hominum. Postea uxor
convenit cum dicto Raimundo de Fonte et dedit viginti solidos raimundensium, et dictus
L Poncius postea rediit, et ipse testis vidit quando tradidit ei dictos viginti solidos. Requisitus
si dictus Poncius erat apud Remolins, quando venit ibi baiulus dicti domini Elisiarii, dixit
quod sic, et in crastinum, cum ipse quæreret eum, non invenit eum. Requisitus si Raimundus

[1] Valliguières, Gard, c°ⁿ Remoulins.
[2] *Hodie* forêt de Malmont, *prope* Valliguières.
[3] Lédenon, Gard, c°ⁿ Marguerittes.
[4] *Domini pro parte Uceciæ, qui testamentum anno 1254 condidit.*
[5] Vallabrègues, Gard, c°ⁿ Aramon.

de Fonte vel ipse testis vel alius minatus fuerat eum capere vel minis vel aliter eum terruerat, A
dixit quod non, quod ipse sciat.

Rostagnus Brunus, testis juratus, dixit, *etc.*

Fol. 39. 257. Conqueritur Poncius de Valle Aqueria de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus, tempore quo erat baiulus de Valle Aqueria, habuit ab eo pro pignoribus causarum unam culcitram cum pluma operatam et unum coissinum cum pluma operatum et B
duo vellera ovium, de quibus pignoribus fuit eidem Raimundo satisfactum ab ipso Poncio. Unde supplicat quod dictam culcitram et coisinum et dicta duo vellera a dicto Raimundo sibi restitui faciatis. — Confitetur se habuisse dictam culcitram et coissinum et promisit ei reddere, et præcepimus ei quod solveret et redderet dicto Poncio infra octabas Purificacionis beatæ Mariæ. Negat se habuisse vellera. C

258. Conqueritur Stephanus de Jonqueriis de Guillelmo Fabro, correrio condam curiæ Belliquadri, et asserit quod P. de Atiis, condam senescallus Belliquadri, tunc temporis cum esset senescallus, auctoritate sua et sine judiciaria[1] cognicione occupavit quoddam stare ipsius Stephani quod est in villa Condaminæ Belliquadri, et dedit illud dicto Guillelmo Fabro, tunc currerio seu nuncio curiæ Belliquadri, quod stare dictus Guillelmus Faber tenet, et in D
eo habitat. Unde petit a dicto Guillelmo Fabro sibi restitui dictum stare. Et confrontat dictum stare a circio stari Poncii Agulloni, a vento cum stari Alverdi. — Juravit dictus Stephanus, et post juramentum dixit omnia supradicta esse vera. Juravit dictus Guillelmus, et post sacramentum confessus fuit quod Petrus de Atiis, tunc senescallus Belliquadri, dedit sibi in emphiteosi dictum stare, et quod ipse tenet et possidet ex dicta causa dictum stare. E
Cetera vero omnia contenta in petitione negat.

259. Conqueritur vobis dominis inquisitoribus domini regis Maria Bazaca et Laurencius, filius ejus, de Bertrando Vellaire; dicens quod dictus Bertrandus, tunc baiulus de Tesiers[2], habuit et extorsit ab ipsis triginta solidos raimundensium eo quod, cum ipse Laurencius et quidam alius garsio luderent inter se, ille garsio cecidit in terra et ex dicto casu fecit sibi F
malum in brachio. Et ideo dictus Bertrandus, imponens ipsi Laurencio quod ipse fuerit in causa, extorsit ab eisdem Maria et Laurencio dictos triginta solidos raimundensium. Unde petunt a dicto Raimundo de Fonte[3] dictos triginta solidos raimundensium sibi reddi.

Confitetur Bertrandus Vellaire se habuisse dictos triginta solidos, set dixit quod fregerat ei brachium et ex causa habuit dictos XXX solidos. G

Condempnavimus Bertrandum Vellaire in dictis XXX solidis raimundensium solvendis infra mensem dictæ Mariæ et filio suo, et dictum Raimundum de Fonte condempnavimus in
1248, n. st. 31 jan. viginti quatuor solidis raimundensium solvendis infra mensem Bertrando Vellaire, quos XXIIII solidos confessus fuit se habuisse de dictis XXX solidis. Actum II kalendas februarii.

Fol. 35. Bertrandus, filius condam Bertrandi bannerii, testis juratus, [dixit] se vidisse et audivisse H
quod Laurencius, filius Mariæ Bazaccæ, et quidam alius tosetus[4] extraneus luctabantur, et accidit quod dictus tosetus cecidit ex casu et fregit sibi brachium. Requisitus si ironice luctabantur, dixit quod non, quod ipse cognosceret. Requisitus si habuerant vel habebant inter se verba ironica vel si erant invicem irati unus contra alterum, respondit quod non, quod ipse cognosceret. Requisitus de loco, dixit quod in ferragine Rostagni de Podio Alto[5]. I

Raimunda Gaujosa, testis jurata, dixit quod ipsa erat in ferragine Rostagni de Podio Alto, et meissonabat cum aliis, et erat ibi filius Mariæ Bazaccæ, et quidam alius puer extraneus, et filius Mariæ Bazacæ aggressus fuit ad luctam dictum puerum, *etc.* — De tempore, dixit quod fuit in messibus proxime præteritis.

Fol. 39. 260. Conqueritur Maria Bazaca de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus, J
dum erat vicarius Volobricæ, vel alius pro eo, habuit et extorsit ab ea septem solidos raimundensium, eo quia ipsa et Guillelmus Marques habuerant invicem mala verba, non tamen fuit ibi factus sanguis neque livor, et dictos septem solidos habuit et recepit pro dicto Raimundo Petrus Spontulus, tunc nuncius dicti Raimundi. Unde petit dictos septem solidos a dicto Raimundo sibi reddi. K

Confessus fuit dictus Raimundus se habuisse sex solidos, set habuit ex causa pignoris.

Condempnavimus dictum Raimundum de Fonte in quinque solidis raimundensium solvendis dictæ Mariæ infra mensem.

Fol. 38 v°. 261. Conqueritur Petrus Carpenellus, de Fornès[6], de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus injuste et sine causa fecit capi et duci apud Volobricam unum bovem L
dicti Petri et tenuit eum inter duas vices per quindecim dies, et cepit dictum bovem pro viginti solidis nemausensium quos ab eo petebat injuste et sine justa causa. Et postea fecit

[1] *Cod.* juridiciaria.
[2] Théziers, Gard, c^on Aramon.
[3] *Corrig.* Bertrando Vellaire.
[4] *Vox dubia.*
[5] Pujaut, Gard, c^on Villeneuve.
[6] Fournès, Gard, c^on Remoulins.

A capi alia vice dictum bovem et tenuit eum per quinque dies. Unde passus fuit ipse Petrus
da[m]pnum in viginti solidis nemausensium. Unde petit dictos viginti solidos nemausensium
a dicto Raimundo sibi reddi.

261 *bis*. Conqueruntur Petrus Guiraudus et Poncia Rebulla, de Fornès, pro se et Bernardo
Rebullo, de Ramundo de Fonte, condam vicario Volobricæ et de Fornès, dicentes quod,
B cum ipse et Bernardus Rebullus colerent ad fachariam et ut facharii quasdam terras domini
regis, quæ sunt in tenemento de Fornès, de quibus terris debebant deducere totum semen
quod ibi seminarent, et seminassent in dictis terris viginti et tria sestaria frumenti et quatuor
sestaria consegalli et novem sestaria avenæ, dictus Raimundus accepit et habuit medietatem
tocius bladi dictarum terrarum, et noluit eis reddere medietatem dicti seminis, nisi tantum
C duo sestaria consegalli et unum frumenti, quæ reddidit dicto Petro. Unde petunt pro se et
dicto Bernardo a dicto Raimundo residuum, scilicet decem sestaria et eiminam frumenti et
quatuor sestaria avenæ et duo sestaria consegalli, quæ eis debet pro medietate dicti seminis,
sibi reddi.

Confitetur Raimundus de Fonte quod semen quod ibi seminarent deberet deduci de
D com[m]uni gaudita.

Petrus Ebrardus, de Fornès, conqueritur de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus
Raimundus de Fonte, tunc vicarius Volobricæ, cepit vel fecit capi et duci apud Volobricam
quendam asinum ipsius Poncii et tenuit eum per octo dies injuste et sine causa, ex qua
captione et detentione da[m]pnificatus fuit dictus Petrus in quinque solidis viennensium.
E Unde petit, *etc*.

262. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Guillelmus de Remolins
et Guillelmus Hugo, filii condam Raimundi de Remolins Carnaciæ, de Raimundo de Fonte,
dicentes quod dictus Raimundus, tunc vicarius de Remolins, habuit et extorsit ab eis injuste
quatuor libras raimundensium pro publicatione testamenti dicti Raimundi de Remolins,
F condam patris sui, pro qua publicatione deberet accipere viginti solidos raimundensium
ad plus, maxime cum ipse venisset apud Remolins tunc ex alia causa, scilicet pro causis quas
ibi assignaverat. Unde petunt quod de sexaginta solidis raimundensium, quos habuit plus
quam deberet pro publicacione testamenti prædicti, a dicto Raimundo sibi solvi faciatis medietatem,
cum ipsi sint heredes dicti patris sui pro medietate.

G Juraverunt prædicti Guillelmus de Remolins et Guillelmus Hugo, et debent cavere de
inde[m]pnitate quantum ad alios duos fratres ipsorum, scilicet Bertrandum et Rostagnum.
Et dictus Raimundus negavit se habuisse quatuor libras raimundensium pro publicatione
testamenti dicti Raimundi de Remolins.

Bertrandus Borra, testis juratus, dixit quod Raimundus de Fonte, tunc vicarius de Re- Fol. 35 v°.
H molins, habuit quatuor libras raimundensium pro publicatione [testamenti] Raimundi de
Remolins Carnacie, et dixit quod ipsemet testis recepit et numeravit, *etc*.

Petrus de Remolins, miles, testis juratus, dixit quod ipse fuit fidejussor Raimundo de
Fonte pro quatuor libris raimundensium, quas ipse Raimundus voluit habere pro publicatione
testamenti Raimundi de Remolins Carnaze, *etc*.

I 263. Poncius Maurannus et Petrus Castillus, de Remolins, conqueruntur de Raimundo Fol. 38 v°.
de Fonte, dicentes quod dictus Raimundus de Fonte, tempore quo erat baiulus de Remolins,
fecit capi barralos suos, imponens eis quod dicti barrali non erant legales, quod erant
et sunt adhuc, et dictos barralos tenuit tamdiu donec habuit, vel alius nomine ipsius, et
exegit ab eis sexaginta solidos nemausensium, et postea reddidit eis dictos barralos. Unde
J supplicant quod dictos sexaginta solidos nemausensium a prædicto Raimundo de Fonte sibi
restitui faciatis; et dicunt quod dicti barrali fuerunt mensurati cum parvis mensuris, et
secundum illas mensuras parvas dicti barrali fuerunt inventi legales, et parvæ mensuræ
fuerunt mensuratæ cum barralis, et secundum mensuram barralorum parvæ mensuræ fuerunt
inventæ justæ et legales. Et concessit eis curia quod cum dictis barralis mensurarent et eis
K uterentur sicut antea utebantur.

Bertrandus Borra, testis juratus, dixit quod ipse, mandato Raimundi de Fonte, tunc Fol. 35 v°.
baiuli de Remolins, recepit a Poncio Mauronno et a Petro Castill et a Raimundo Menjo et a
Raimundo Peironeto et a Raimundo Ricardo duodecim solidos nemausensium ab unoquoque,
et illos mandato dicti Raimundi de Fonte tradidit Astruco judæo. — Requisitus
L ex qua causa solvebant dictos denarios, dixit quod propter barralos eorum.

Condempnavimus Raimundum de Fonte in dictis sexaginta solidis nemausensium restituendis Fol. 38 v°.
infra mensem prædicto Poncio Maurono et aliis supradictis. Anno Domini millesimo 1248, n. st.
CC XLVII, scilicet II kalendas februarii. 31 jan.

264. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus Bertrandus Scarobotus et Guillelmus
M Hugo, filii condam Raimundi de Remolins Carnacie, de Raimundo de Fonte, dicentes quod

dictus Raimundus, pater eorum, tempore quo comes Tholosanus[1] tenebat istam terram, A
emit duas terras quæ tunc tenebantur sub dominio dicti comitis et sub dominio Vesiani de
Gremonte[2], et post emptionem tenuit et tempore dicti comitis et tempore domini regis
post dictas terras, et fecit semper tam dicto comiti quam domino regi et suis servicium quod
debebat facere pro ipsis terris, scilicet terciam partem unius militis. Item dicunt quod ob hoc
Raimundus de Fonte, anno præterito, cum esset baiulus de Remolins, habuit et exegit ab B
eis sex libras raimundensium sine judicis cognitione quam ab eo frequenter postulaverunt,
imponens eis quod dictæ terræ inciderant in com[m]issum, et volebat accipere dictas terras.
Unde supplicant super prædictis sibi justiciam exhiberi, et promiserunt prædicti Bertrandus
Scarabotus et Guillelmus Hugo[3] per stipulationem et sub obligatione omnium bonorum
suorum se facturos et curaturos quod Guillelmus de Remolins et Rostagnus, fratres sui, ratum C
habebunt et servabunt quicquid per ipsum Bertrandum et Guillelmum Hugonem vel cum
ipso factum fuerit super prædictis sex libris, et pro supradictis dederunt fidejussores
Petrum[4] de Bello Monte, de Remolins, et Bertrandum Sagitta usque ad quantitatem valoris
dictarum terrarum, et pro expensis quas dictus Raimundus faceret in hac causa restituendis,
si essent restituendæ. D

Juraverunt prædicti duo fratres, et post sacramentum dixerunt omnia prædicta esse vera.
Et dictus Raimundus recognovit se habuisse sexaginta solidos raimundensium tantum de
prædictis sex libris, et dixit quod pro laudimio dictarum terrarum eos habuit.

Fol. 30 v°. Guiscardus de Aramone, testis juratus, dixit se fuisse et Raimundum de Salvangnanicis
fidejussores pro liberis condam Raimundi de Remolins Carnaza Raimundo de Fonte, tunc E
vicario de Remolins, pro sex libris raimundensium quas dictus Raimundus petebat et vo-
lebat habere a prædictis liberis pro quadam terra seu terris, quam dicebat incidisse in co[m]-
missum, eo quod pater eorum emerat ipsam terram vel terras tempore comitis Tholosani,
et non fuerat laudata, quæ terra vel terræ sunt ad Fregeriam. Item dixit quod Bertrandus
Borra co[m]pellebat ipsum testem ad solutionem dictarum sex librarum, et ipse testis noti- F
ficavit eis, et ipsi satisfecerunt dicto Bertrando, nomine dicti Raimundi de Fonte, in dictis
sex libris exceptis viginti denariis, et ipse testis audivit a dicto Bertrando quod ipse se
tenuit pro paccato de prædictis sex libris exceptis dictis viginti denariis. Ipse tamen non
interfuit satisfactioni vel solutioni, et vidit quod Auda, uxor condam dicti Raimundi de
Remolins, misit quædam vasa vinaria in pignore[5] pro dictis sex libris solvendis, et Bertrandus G
Scarabotus manulevavit pro eisdem sex libris solvendis quinquagi[n]ta vel sexaginta so-
lidos raimundensium. Item dixit dictus testis quod ipse audivit dici in hac ebdomada a Petro
Daude, de Remolins, tutore vel curatore filii condam Vesiani de Agro Monte, quod ipse
nichil habuerat de prædictis sex libris.

Bertrandus Borra, testis juratus, dixit quod Bertrandus Scarabotus, pro se et fratribus H
suis, solvit ipsi testi nomine Raimundi de Fonte, tunc vicarii de Remolins, sex libras rai-
mundensium pro laudimio cujusdam[6] terræ quæ est ad Fregeriam, quæ tenetur[7] sub domi-
natione regis et filii condam Vesiani de Acro Monte, et dixit quod dictus Scarabotus solvit
ipsi testi sexaginta solidos raimundensium de prædictis sex libris in domo ipsius testis, et
residuos sexaginta solidos solvit ei Abertus Benderius pro dicto Bertrando in domo sua, I
et ipse postea apportavit dictas sex libras raimundensium dicto Raimundo de Fonte apud
Volobricam[8] et tradidit eas ipsi Raimundo in curia, et ipse Raimundus eas recepit totas. De
tempore dixit quod fuit hoc anno a festo sancti Johannis citra. De præsentibus dixit quod
nullus interfuit, quod ipse sciat, solutionibus quas sibi fecit vel fieri fecit ei dictus Bertrandus.

Raimundus de Salvangnanicis, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod Raimundus J
de Fonte, tunc vicarius de Remolins, petiit a Scaraboto et fratribus suis, liberis condam
Raimundi de Remolins Carnaze, laudimium pro quadam terra quæ est ad Freg[er]iam, ne-
scit tamen si est una vel duæ terræ, et fuit tractatum quod dictus Scarabotus et fratres
sui darent dicto Raimundo de Fonte sex libras raimundensium pro laudimio dictarum ter-
rarum. Ipse testis et Guiscardus de Aramone fuerunt fidejussores ipsi Raimundo de Fonte K
pro dictis sex libris, et postea Bertrandus Borra, qui erat baiulus de Remolins pro dicto
Raimundo, peciit ab eo pignora pro dictis sex libris, et ipse rogavit ipsum quod sustineret
aliquantulum et ipse loqueretur cum eis, et ipse notificavit eis. Et interim quadam die dictus
Bertrandus Borre dixit ei quod, si daret ei viginti denarios vel duos solidos, nescit tamen
si fuerunt viginti denarii vel duo solidi, ipse aquitiaret eum de prædictis sex libris, quia L
de prædictis sex libris erat ei satisfactum, exceptis viginti denariis vel duobus solidis. Re-

[1] *Raimundus VII.*
[2] Aigremont, Gard, c^on Lédignan.
[3] *Vocem* promiserunt *hic denuo scripsit amanuensis.*
[4] *Cod.* Petrus.
[5] *Amanuensis inter lineas adjecit voces* pro LX solidis.
[6] *Cod.* cuidam.
[7] *Cod.* tenentur.
[8] Vallabrègues, Gard, c^on Aramon.

quisitus de modo composicionis, qualiter fuit facta composicio inter ipsos de dictis sex libris, dixit quod fuit facta ita quod, [cum] ipse Raimundus inhibuisset eis, scilicet dicto Scaraboto et fratribus suis, ne intrarent dictas terras, ipse testis et Guiscardus et Petrus de Remolins, tractaverunt cum dicto Raimundo quod super hoc componeret cum eis, et post multam instanciam, cum dictus Raimundus longe plus peteret, convenerunt et composuerunt quod dictus Scarabotus et fratres sui darent sex libras raimundensium. Et dixit quod ipsi et alii qui fecerunt dictam composicionem intelligebant quod liberi Vesiani de Acro Monte deberent habere medietatem dictarum sex librarum. Requisitus si dictus Raimundus petebat nomine dictorum liberorum aliquid pro laudimio dictarum terrarum, dixit quod non recordatur, nec de ipsis liberis fuit facta aliqua mentio, dum tractabatur de compositione, quod ipse sit memor. Dixit tamen quod baiulus filii dicti Vesiani condam erat præsens quando hæc tractabantur; dixit tamen quod non recordatur si ille aliquid petebat vel non.

Petrus Daude, de Remolins, testis juratus, dixit quod Raimundus de Fonte, tunc vicarius Volobricæ, fecit eum venire apud Volobricam et quæsivit ab eo si ipse sciebat quas terras tenebant liberi condam Raimundi de Remolins sub dominio regis et sub dominio filii condam Vesiani de Acro Monte, et ipse dixit quod sic, unam in Fregeria, et ipse Raimundus dixit quod ipsi defferebant et negabant, et dixerunt ipse Raimundus et Bertrandus Chausoardus quod ita esset quod dominium recognosceretur domino regi et filio dicti Vesiani, set laudimium quod tunc inde haberetur esset domini regis, et dixit dictus Raimundus quod ipse esset apud Remolins. Et fuit apud Remolins dictus Raimundus, et petiit dictas terras tanquam com[m]issas, dicens eas fuisse emptas sine laudimio; tandem fuit tractatum quod liberi Raimundi de Remolins darent dicto Raimundo sex libras raimundensium; tamen ipse non interfuit compositioni, set bene audivit quod Guiscardus de Aramone [et] Raimundus de Salvangnanicis fuerunt fidejussores pro dictis sex libris raimundensium pro dictis liberis dicto Raimundo de Fonte. Requisitus si filius Vesiani de Acro Monte habuit aliquid de dictis sex libris, dixit quod nescit, et credit quod bene sciret, quoniam ipse [fuit] baiulus ipsius filii condam dicti Vesiani.

Albertus Benderius, testis juratus, dixit, *etc.*

Condempnavimus dictum Raimundum de Fonte in sexaginta solidis raimundensium solvendis infra mensem prædicto Bertrando et fratribus suis, salvo eis jure suo in residuis 1248, n. st. sexaginta, si probaverint dictum Raimundum eos habuisse. Actum v kalendas marcii. 26 febr.

265. Conqueruntur vobis dominis inquisitoribus domini regis Rostagnus de Arpallanicis[1], Fol. 38. et Poncius Maurannus et Petrus Crota et Petrus Lombardus et Poncius Bonafos et Guillelmus Robaudus et Martinus Cabrerius et Petrus Lombardus prædictus, nomine liberorum condam Petri Barba, nepotum suorum pupillorum, et Guillelmus Bernardus, de Remolins, de heredibus Stephani Balaiani, dicentes quod, tempore quo dictus Stephanus Balaianus erat vicarius seu baiulus de Remolins, cum consules de Remolins, nomine universitatis dicti castri, mercati fuissent et emissent quoddam nemus a Bertrando Sagitta et a Belmundo, et super eadem e[m]ptione postea esset contencio inter e[m]ptores et venditores, cum dicti venditores vendidissent dictum francum nemus[2] [et] nollent dictum nemus secundum terminos quos ostend[er]ant incartare, probi homines suprascripti et quidam alii de Remolins iverunt, de licencia dicti Stephani Balaiani et mandato ejusdem Stephani et baiuli sui, colligere ligna in dicto nemore, et collegerunt ligna in dicto nemore, et postea dictus Stephanus Balaianus, ad suggestionem quorumdam qui dicebant dictum nemus teneri sub dominatione sua, fecit pignorari omnes illos qui fuerant in dicto nemore pro lignis colligendis; scilicet a dicto Rostagno fecit capi unam culcitram cum pluma quæ valebat XL solidos raimundensium, et a Petro Crosta unam flaciatam et unum coissinum, quæ æxtimat decem solidos raimundensium et plus, et a Guillelmo Robaudo unam flaciatam et unum coissinum quam redemit decem solidis raimundensium, et a Poncio Bonafos unam culcitram novam, quæ valebat bene viginti solidos raimundensium, et a Poncio Mauranno unam flaciatam, quam redemit decem solidis raimundensium, et a Martino Caprerio unum cohopertorium, quod valebat bene decem solidos raimundensium, et a Petro Barba unam culcitram operatam, quæ valebat quatuordecim solidos raimundensium. Unde petunt prædicti Rostagnus et Petrus Crosta et Poncius Bonafos et Martinus Caprerius et Petrus Lombardus, nomine liberorum condam Petri Barba, prædicta pignora vel eorum æxtimacionem prædictam ab heredibus dicti Stephani Balaiani sibi reddi, et dictus Poncius Mauranus et Guillelmus Robaudus petunt ab eisdem heredibus dicti Stephani uterque decem solidos raimundensium quos habuit ab eis.

266. Conqueritur Petrus[3] Porquerius, de Remolins, de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Raimundus de Fonte, tunc vicarius Volobricæ et de Remolins, fecit eum duci

[1] Arpaillargues, Gard, cᵒⁿ Uzès. — [2] *Cod.* dictum francum dictum nemus. — [3] *Infra* Poncius *dicitur*.

apud Volobricam et tenuit eum ibi per tres dies, imponens ei quod ipse subripuerat unam A aissatam, quod non fecerat; super quo fuit inquisicio et non fuit inventum nec probatum quod ipse subripuisset dictam aissadam, et nichilominus dictus Raimundus habuit et extorsit ab eo triginta solidos raimundensium. Unde supplicat quod dictos triginta solidos raimundensium a dicto Raimundo sibi restitui faciatis. — Confitetur se habuisse dictus Raimundus prædictos triginta solidos raimundensium, set dixit quod Guillelmus Crequerius perdiderat B unam assadam, ut dicebat dictus Guillelmus, et fuit inventa cum prædicto Poncio Porquerio, et propter hoc habuit dictos triginta solidos raimundensium. — Negat dictus Poncius se habuisse aissatam dicti Guillelmi Crequerii, et dixit quod judex inhibuit dicto Raimundo ne propter hoc acciperet aliquid ab eo, quia non erat in culpa. Probavit per duos testes dictus Petrus quod judex dixit quod dictus Raimundus de Fonte nil debebat ab eo accipere, C quia ipse non invenerat eum in culpa vel culpabilem de prædicta aissata.

Condempnavimus Raimundum de Fonte in dictis triginta solidis raimundensium solvendis et restituendis infra tres ebdomadas dicto Petro Porquerio, et in decem et octo denariis 1248, n. st. 6 febr. turonensibus quia multum laboravit coram nobis pro expensis infra idem tempus. Actum VIII° idus februarii. D

267. Conqueritur[1] vobis dominis inquisitoribus domini regis Macipus, judæus de Sancto Ægidio, de Odardo, condam castellano de Furcis, dicens quod, cum ipse duceret viginti quinque saumatas frumenti[2] in uno navigio per Rodanum a Sancto Ægidio apud Arelatem, et esset ante castrum Furcarum cum dicto blado, quidam qui tenebat castrum Furcarum pro dicto Odardo, castellano castri Furcarum, cujus nomen ignorat, cepit injuste et sine E causa dictum bladum, et eum detinuit ibi, et nolebat illud sibi reddere, nisi traderet sibi viginti quinque libras viennensium purorum. Et cum ipse non posset aliter recuperare dictum bladum, tradidit mandato illius prædicti qui tenebat dictum castrum pro dicto Odardo viginti quinque libras viennensium purorum Regangnole[3] de Furcis, quas viginti quinque libras viennensium purorum dictus Odardus voluit habere et habuit a dicto Re- F gangnole, et eas noluit postea reddere dicto Macipo. Unde supplicat quod dictas viginti quinque libras viennensium a dicto Odardo sibi restitui faciatis.

Fol. 34. 268. Conqueritur Simon, judæus de Arelate, pauper, de Raimundo de Fonte, dicens quod, eo tempore quo dictus Raimundus erat vicarius Belliquadri, cum ipse exiret quadam nocte de domo Mosse filii Cure, ubi docuerat pueros, et duceret secum duos pueros quos G docebat, et ferret lumen, venerunt nuncii curiæ et abstulerunt ei quandam capetam variam quam ei co[m]modaverat dictus Mosse, imponentes ei quod ideo portabat capam variam quod volebat ire de nocte quæsitum meretrices, et in crastinum dictus vicarius fecit eum capi, et tandem voluit habere decem solidos nemausensium sine judicis cognicione, et pro illis decem solidis nemausensium fecit capi et extrahi de domo sua unum mantellum mica- H datum[4], cujus medietas erat de panno de bruneta et alia medietas de stamine forti de grana cum pen[n]a cirogrillorum, qui mantellus valebat tunc bene viginti solidos nemausensium et plus, et dictum mantellum noluit postea reddere sibi. Unde supplicat quod dictum mantellum vel ejus æxtimationem prædictam a dicto Raimundo sibi restitui faciatis.

269. Conqueritur Guillelmus de Portus de Raimundo de Fonte, dicens quod dictus Rai- I mundus de Fonte, tempore quo erat vicarius de Fornès, habuit et extorsit ab eo injuste et sine judicis cognitione sexaginta solidos raimundensium, eo quia dixit quod[5] non daret fidejussorem Guillelmo Poncio, baiulo suo, qui petebat ab eo fidejussorem eo quia ipse nolebat carcare bestiæ suæ nisi tantum quatuor sestaria de civata regis portanda apud Belliquadrum, et ideo nolebat cargare dictæ bestiæ suæ nisi quatuor sestaria dictæ civatæ, quia erat debilis J et aliquantulum claudicabat, et dictus Guillelmus Poncius volebat eum compellere et compulit quod portaret quinque. Unde supplicat quod dictos sexaginta solidos raimundensium a dicto Raimundo sibi restitui faciatis. Item dixit quod [pro] prædictis sexaginta solidis oportuit eum vendere bestias suas et bladum. Unde da[m]pnificatus fuit in viginti solidis raimundensium, quos petit sibi restitui a dicto Raimundo. K

270. Insinuat[6] vobis dominis inquisitoribus Petrus Ravanus quod, cum ipse Petrus esset nuncius Stephani de Codolis, tunc vicarii Nemausensis, et de mandato ejus expresso cepisset VIIII sestaria frumenti et VII sestaria ordei de domo Rostagni Gauterii, et illa reddidisset Stephano de Codolis, domino suo, et plus LX solidos raimundensium, quos dictus Petrus habuit a dicto Rostagno Gauterio mandato dicti Stephani, restituerit dictus Petrus dicto L

[1] *Hæc querimonia est et in chartacea schedula, signo P notata.*

[2] *Schedula* cum ipse duceret unam naviadam bladi, *hoc inter lineas adjecto* viginti quinque saumates feni.

[3] *Schedula* Regannola de Fores.

[4] *Ita in cod. legendum duximus.*

[5] *Amanuensis qui scripserat* dixit quod cum non daret, *vocem* cum *expungere, volens, vocem* quod *mendose expunxit.*

[6] *Ex chartacea schedula, signo A notata.*

A Stephano de Codolis suo domino. Et cum dictus Rostagnus Gauterius petat dictos LX solidos
et dictum bladum sibi restitui et reddi ab ipso Petro, petit et postulat dictus Petrus dictum
Stephanum de Codolis compelli ut ipse Stephanus faciat aquitiari et quitium clamari ipsum
Petrum a dicto Rostagno Gauterio de dicto blado et dictis LX solidis raimundensium, et in
aquiciacione facienda petit ipsum Stephanum sibi condempnari.

B 271. Conqueritur[1] Johannes Cabassutus, de Arelate, de Eliario de Biterris et Bertrando
de Vivariis seniore, condam baiulis de Mota pro domino rege, et asserit quod ipsi Elisiarius
et Bertrandus habuerunt et perceperunt ab eodem Johanne injuste et sine judice XXX solidos
raimundensium, quia ipse Johannes transibat VII bestias suas per Rodanum in ripa de Mota,
ut eas salvaret in terra domini regis.

C 272. Significat[2] conquerendo Poncius Brunus de Castilione, Uticensis diocesis, quod
Petrus Ruffus, baiulus tunc Stephani Balaiani, vicarii Bellicadri, habuit et extorsit injuste
et per violentiam, auctoritate dicti vicarii et curiæ, sine judice et sine causæ cognitione et
sine aliqua justa causa, ab ipso Poncio Bruno quadam vice L solidos raimundensium, alia
vice X solidos raimundensium et unam flaciatam et unum coissinum, et etiam super præ-
D dictis audienciam sibi Poncio denegavit. — Item significat quod Bertrandus Ruffus, de
Bellicadro, baiulus et subvicarius domini regis, extorsit ab ipso Poncio prædicto quartam
partem unius sestarii olei, ex potestate et auctoritate curiæ, sine aliqua justa causa et sine
audiencia aliqua, quam sibi similiter denegavit. Unde suplicat dictus Poncius, *etc.*

273. De omnibus[3] infra scriptis fuerunt expositæ querimoniæ apud Bellicadrum coram
E nobis, scilicet de heredibus Rostagni scriptoris, de heredibus Gilii Bertrandi, de heredibus
Stephani Balaiani, de heredibus Ruffi, de heredibus Poncii de Luzano, de Petro Bernardo
de Riperiis, de Petro Duranto mercaderio, de Basteria, de Bernardo Gondoleno, de Ber-
trando de Vivariis seniore, et de Bertrando de Vivariis juniore.

274. Hii infrascripti[4] conqueruntur de Raimundo de Fonte. — Prior Sancti Nicholay;
F Rai. Riquelmi; Vitalis, filius Calve; Po. Bern. Enguilvini; Ermitanus; Bertrandus Caponus;
Petrus de Bello Monte; Guillelmus Daude junior; Bertrandus Enguilvinus; Petrus Pellerius;
Benedictus Blancus et quinque, insimul unius querelæ. — De Termino: Rainoardus Fillolus;
Raimundus d'Altor; Petrus Ruffus, de Trencatalliis; Aimericus Guerrerius, de Termino;
Raimunda Boateria; Petrus Bernardus; Guillelmus Petrus.

G 275. Conqueruntur[5] et significant vobis, magistro Petro et magistro Jhoanni, inquisi-
toribus pro domino rege, domina Decanissa, uxor condam domini Albaroni, et tutrix nunc
liberorum dicti domini Albaroni s[c]ilicet Alasaciæ, Constanciæ, Albaronon, et dominus
Audebertus, domini de Montefrino[6] et de Tezeriis[7] et de Vulpilleriis[8], de Bertrando Pelato,
vicario de Volobrica[9], tempore quo dominus Petrus de Neccuria erat senescallus, asserentes
H quod dictus Bertrandus Pelatus, tempore prædicto quo ipse erat vicarius, per oppressionem
curiæ, dominium et jurisdiccionem quod et quam habebant et debebant habere in castris de
Tezeriis et de Vulpilleriis et in omnibus pertinentibus tocius tenementi dictorum castrorum,
illam jurisdictionem et dominium quod et quam habebant extra muros dictorum castrorum,
ipsis dominis abstulit, et, per oppressionem curiæ, curiæ domini regis appropriavit, et postea
I successive omnes alii vicarii ita perinde retinuerunt, et nolunt dictis dominis reddere illud
vel illam. — Juraverunt prædicti, *etc.* Et post sacramentum dixerunt, *etc.* Et dictus Ber-
trandus Pelatus juravit et post sacramentum dixit quod ipse non abstulit ei dictam juridic-
cionem et dominium, set et ita invenit et in eo statu tenuit et servivit.

276. Conqueritur[10] P. Recobratus, de Sancto Ægidio, de Maurello, qui, cum erat castel-
J lanus de Mota, abstulit ei et a nunciis suis capi fecit quoddam navigium valens L solidos
raimundensium sine causa justa, et unum barrale valens VI solidos raimundensium, quæ
omnia petit sibi restitui atque reddi, dicens quod, cum ipse ibat ad servicium domini regis
ad Aquas Mortuas et accepisset duo ligna parva in Rodano, ea ratione abstulit ei prædicta.

277. Conqueritur[11] secreto vobis dominis inquisitoribus domini regis... de domino
K Odardo de Villaribus, senescallo Bellicadri et Nemausi, dicens quod dictus dominus senes-
callus cepit vel fecit capi quendam roncinum ipsius Jachobi ducendum in Provincia pro
negociis domini Karoli, comitis Provinciæ[12], et fuit ductus in Provincia dictus roncinus et
detentus per viginti et unum dies et postea fuit reductus.

[1] *E chartacea schedula signo D notata.*
[2] *E schedula chartacea, signata E.*
[3] *E schedula chartacea F.*
[4] *E schedula chartacea J.*
[5] *E schedula chartacea notata K.*
[6] Montfrin, Gard, c[on] Aramon.
[7] Théziers, Gard, c[on] Aramon.
[8] Volpelières, Gard, c[on] Aramon, c[ne] Théziers.
[9] Vallabrègues, Gard, c[on] Aramon.
[10] *E chartacea schedula L.*
[11] *E schedula O. — Nomen conquerentis, qui Jacobus dicebatur, a notario omissum est.*
[12] *Qui anno 1246 Beatricem, comitis Provinciæ filiam et heredem, uxorem duxit.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

278. Ponit[1] Guillelmus de Selano quod Jo. Bocherius intravit domum in qua dictus A Guillelmus stat ut custos ledæ contra voluntatem et expressam prohibitionem dicti Guillelmi, et hoc ponit dictus Guillelmus compensando hanc injuriam cum injuria quam dictus Jo. dicit sibi factam esse a dicto Guillelmo. — Item ponit dictus Guillelmus quod dictus Jo., antequam manus mitteret in ipsum, si injecit, impinxit dictum Guillelmum cum manibus et minas sibi intulit et manus usque ad oculos elevavit et sibi dixit. Item, nisi circumstantes B fuissent, dictus Jo. ipsum Guillelmum graviter percussisset. Quas supradictas injurias dictus Guillelmus æxtimat XL libras turonensium, de quibus petit quod usque ad concurrentem fiat compensatio, et in residuo dictus Jo. sibi condampnetur. — Protestatur dictus G. quod ipse G. non fuit præsens eo tempore quo dictus Jo. produxit testes contra dictum Guillelmum. Unde dicit dictus Guillelmus nullius penitus esse momenti atestaciones dicti Jo. C

279. Suplico[2] vobis pro Deo quod detis michi licentiam producendi testem apud Aramonem[3], quia debilis et infirmus est, unde non potest se vobis præsentare, et mittatis litteras vestras capellano illius castri qui audiat ipsum et sub sigillo suo remittat vobis attestacionem ejus, et hoc videtur consentaneum juri; tamen hoc notificetis heredibus Poncii de Lussano, ut adsint productioni illius testis, si velint. D

280. Conqueritur[4] Villelmus de Paira de Johanne de Chartres, vicario condam Volobricæ, et asserit quod prædictus Johannes conduxit illum pro furnerio, et stetit cum eo pro furnerio per annum in castro Volobricæ, et promisit ei dictus Johannes donare pro mercede per unum annum VIIII sestarios annonæ et tunicam de bruno et caligas et camisiam et braias et sotulares; quæ omnia dictus Johannes non vult sibi solvere, nec solvit sibi aliquid de E prædictis. Unde postulat, *etc.* — Item asserit dictus Villelmus quod prædictus Johannes debet ei causa mercedis unam eminam annonæ et dimidiam quæ remanent ad solvendum sibi de alio anno in quo stetit pro furnerio dictus Villelmus cum prædicto Johanne. — Item asserit dictus Villelmus de Paira quod prædictus Johannes debet sibi ex causa mutui quinque solidos raimundensium. Unde petit prædictam eminam annonæ et dimidiam et F dictos quinque solidos a prædicto Johanne sibi solvi et restitui.

RESTITUTIONES

IN BELLICADRI ET CARCASSONÆ SENESCALLIIS FACTÆ.

ANNIS 1254-1257.

MONITUM.

Anno 1254, vel circiter, Philippo, Aquensi archiepiscopo, fratri Pontio de Sancto Ægidio, ordinis Prædicatorum, Guillelmo Rotberti, ordinis Minorum, et Guidoni Fulcodii, regis clerico, qui postea anno 1265 sanctam sedem obtinuit, Clemens papa IV dictus, a sancto Ludovico data est potestas restituendi quæcumque in Bellicadrensi et Carcassonensi senescalliis minus juste a regiis ministris occupata fuere. Huic gravi negotio inquisitores tribus vel quatuor annis vacaverunt, et anno 1257 ineunte de omnibus querimoniis nondum statutum erat cum Philippus, Aquensis archiepiscopus, die 10 februarii e vita migravit.

Non ad nos pervenit regestum quo continebantur documenta ad

[1] *E chartacea schedula S.*
[2] *E schedula X.*
[3] Aramon, Gard, arr. Nimes.
[4] *E schedula Y.*

supradictam inquisitionem spectantia; sed supersunt duodecim chartæ, omnes præter unam in Thesauro chartarum asservatæ, quas hic edendas duximus, ut manifestum sit quomodo plerisque incolarum querimoniis fuerit satisfactum.

Ultima charta, quæ chronologicis notis destituta est, fuse describuntur querimoniæ ab episcopo Lodovensi, post mortem archiepiscopi Philippi, anno ut videtur 1257 propositæ, de quibus anno 1265 adhuc coram Carcassonæ senescallo agebatur[1].

I

PRO CONSULIBUS NEMAUSI[2]. — 24 novembris 1254.

A Notum sit omnibus quod anno Domini MCCLIIII, mense novembris, nos Philippus, Dei
gratia Aquensis archiepiscopus, frater Poncius de Sancto Ægidio, de ordine fratrum Prædi-
catorum, et frater Guillermus Roberti de Bellicadro, de ordine fratrum Minorum, et Guido
Fulcodii, exequi cupientes injunctum nobis a serenissimo domino nostro Lodoyco, Dei
gratia Francorum rege, mandatum de restitutionibus faciendis eorum quæ ipsum in senes-
B calliis Bellicadri et Carcassonæ possidere cognosceremus injuste, Nemausum venimus, et
multis super hiis conquerentibus, ea de quibus nobis ad plenum constitit, secundum Deum
et mediante justicia, duximus terminanda. Petierunt igitur consules civitatis Nemausi con-
sulatum in eum statum reduci in quo erat tempore quo dominus rex primum habuit ter-
ram istam, et fuit usque ad tempus Petri de Athiis, senescalli Bellicadri, et Bernardi de
C Quintillo, vicarii Nemausi; qui senescallus et vicarius, prout dicunt, mutaverunt formam
electionis consulum, ante longis temporibus observatam, et libertatem eligendi dictis consu-
libus abstulerunt. Nos vero, super hiis veritate fideliter inquisita, decernimus hanc formam
et tempore comitum et tempore domini regis in civitate Nemausi postmodum[3] observatam
usque ad tempora senescalli et vicarii prædictorum, quod consules unius anni, imminente
D electione consulum futurorum, suos consiliarios congregabant, et habito de successorum
electione tractatu, dicti consiliarii personas XVI eligebant, scilicet quatuor de quolibet quar-
terio civitatis, et licebat consulibus qui tunc erant de dictis XVI vel aliis de consilio sibi
eligere quatuor successores, et eos publice recitare et eorum recipere juramenta, in hiis
omnibus non requisita curia neque etiam expectata neque se aliquatenus ingerente. Ideoque
E licet dicti senescallus et vicarius dictam formam ex causa, prout accepimus a fide dignis,
mutaverint, quod tamen id contra justiciam et inordinate factum esse cognoscimus, et cau-
sam suspicionis, ex qua factum fuisse dicitur, penitus expirasse, dictos consules et per ipsos
civitatem et cives restituendos esse decernimus et restituimus in possessionem electionis
liberæ, secundum formam superius annotatam, salvo domini regis in omnibus beneplacito,
F si ipse de facto et jure civium instructus ad plenum aliter duxerit ordinandum.
Petierunt etiam iidem consules, nomine civium Nemausi, possessionem usus pascuorum
tenementi de Colonzes[4] sibi restitui, ut scilicet sua animalia in dicto possint pascere tene-
mento, sicut ante domini regis adventum et postea aliquanto tempore fuerat consuetum, ut
dicunt. Super quo veritate comperta, ad dictam possessionem eos restituendos esse decer-
G nimus et restituimus, salvo jure domini regis, si, eis usque ad sententiam in hac possessione
manentibus, constare poterit jus domino regi competere prohibendi.
Acta et recitata sunt hæc Nemausi, in aula domini regis, anno Domini MCCLIIII, scilicet
VIII kalendas decembris, præsentibus testibus domino R[aimundo], Dei gratia episcopo Ne-
mausensi, Guillermo de Codolis, judice domini senescalli, Guillermo Arveo, priore ecclesiæ
H de Harenis[5], Guillermo Raimbaudi milite, Stephano Vitulo jurisperito, Emenone de Gajanis,
Raimundo Codon, notario Tarasconis, et pluribus aliis, et me Petro de Mandolio, notario

[1] Bibl. de l'École des chartes, t. XXXVII, p. 381.

[2] *Edit. apud Ménard* (Hist. de Nîmes, t. I, pr., p. 80 et 81) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 173-176).

[3] *Edd.* premodum.

[4] Coloures, Gard, c^on et c^ne Marguerittes.

[5] Saint-Martin-d'Arènes, Gard, canton et commune Alais.

publico, qui, mandato prædictorum domini Aquensis archiepiscopi, fratris Poncii de Sancto A
Ægidio, fratris Guillermi Roberti et domini Guidonis Fulcodii, hoc instrumentum inde scripsi et signavi.

II

PRO QUIBUSDAM INCOLIS NEMAUSI, CALVITIONIS, SUMIDRII, SALVII, PONTIS SANCTI SPIRITUS, ETC.[1]

20 septembris 1255.

Philippus, Dei gratia Aquensis archiepiscopus, frater Poncius de Sancto Ægidio, de B
ordine fratrum Prædicatorum, frater Guillelmus Rotberti, de ordine fratrum Minorum, et Guido Fulcodii, viro nobili et amico karissimo, domino Guillelmo de Autono, senescallo Bellicadri et Nemausi, salutem in Domino Jesu Christo. Emendas seu restitutiones pecuniarias, quas pro domino nostro, serenissimo rege Francorum, nuper apud Nemausum decrevimus faciendas, nobilitati vestræ transmittimus, vos rogantes et ex parte regiæ celsitudinis C
requirentes, quatinus easdem sine difficultate solvatis, factis solutionibus præsentes litteras retenturi, quas interim, dato vobis transcripto, penes Nemausensem præpositum volumus custodiri.

Petierunt siquidem Stephanus et Gaufridus Vituli, fratres, reddi sibi dampnum et interesse, quod passi sunt conducendo domum alienam, eo quod dominus rex, tempore quo D
debuit, dictis fratribus non reddidit domum suam in castro de Harenis[2], et hoc nomine petierunt VIII libras turonensium. Nos vero, super hiis veritate comperta, C solidos turonensium mandavimus eis reddi.

Item Raimundus de Monte Rotundo petiit emendam cujusdam columbarii sui, quod fecit dirui curia Calvitionis[3] domini regis, ut castrum esset securius. Idem petit et ex eadem E
causa Guillelmus de Balneolis pro alio columbario suo diruto apud Calvitionem. Nos vero, super hiis veritate comperta, reddi mandavimus dicto Raimundo de Monte Rotundo VI libras turonensium, et Guillelmo de Balneolis tantumdem.

Item conquesti sunt nobis aliqui homines Sumidrii[4], asserentes quod per curiales domini regis domus eorum apud Sumidrium fuerant occupatæ et dirutæ, pro quibus quidam eorum F
insufficientem et tenuem emendam habuerant, alii vero nullam. Nos vero, a singulis conquerentibus juramento recepto, tam super valore propriarum domorum quam super emenda quam habuerant et super valore materiæ sive ruderum quæ ad eos pervenerant, inquisivimus nichilominus de prædictis per viros providos et fideles, et tandem restitutiones mandavimus fieri infrascriptas. Mandavimus siquidem reddi Petro Ricols LXIIII solidos turo- G
nensium, et [si quid] pro emenda vel de materia seu ruderibus habuit, detrahatur, super quibus suo sacramento credatur.

Item Raimundo Andreæ, de Junacio[5], et fratri ejus, qui habuerant L solidos viannensium pro emenda, XXII solidos turonensium.

Petro Foillaquerii, qui habuerat XL solidos viannensium pro emenda, XXX solidos turo- H
nensium.

Guillelmo de Regainhola, qui habuerat IIII^or libras viannensium pro emenda, VIII libras et X solidos.

Jacmetæ, filiæ quondam Guiraudi Guersi, XII libras turonensium, et si quid habuit pro emenda vel de materia seu ruderibus, detrahatur, super quibus suo sacramento credatur. I

Petro Isnardi, pro se et uxore sua, qui inter emendam et materiam recuperaverant LV solidos viannensium, XX solidos turonensium.

Petro Oliva, qui habuerat VII libras et X solidos viannensium pro emenda, VIIII libras et XII solidos turonensium.

Guillelmæ, uxori quondam Peregrini de Junacio, quæ habuerat XXV solidos viannensium J
pro emenda, XXVII solidos turonensium.

Bernardo de Campaneis, qui habuerat XXV solidos viannensium pro emenda, VII libras turonensium.

Petro Chabaldo, qui pro emenda orti habuerat XV solidos viannensium, XX solidos turonensium. K

Alixendi, uxori quondam Bertrandi Baiol, pro liberis suis, quæ habuerat VII solidos et VI denarios viannenses pro emenda, LXXIIII solidos turonensium.

[1] *Authenticum in Thesauro chartarum* (J. 473, n° 13). — *Edit. apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 261) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 176-183).

[2] Les Arènes à Nîmes.

[3] Calvisson, Gard, c^on Sommières.

[4] Sommières, Gard, arr. Nîmes.

[5] Junas, Gard, c^on Sommières.

A Uxori quondam Johannis Leca viii libras turonensium, et si quid habuit pro emenda vel de ruderibus seu materia, detrahatur, super quibus suo sacramento credatur.

Ponciæ, uxori quondam Johannis de Cumba, pro liberis suis, quæ habuerat vi libras viannensium pro emenda, cxiii solidos turonensium.

Raimundo Artmanno, qui pro domo et censu vi denariorum habuerat xxxv solidos vian-
B nensium pro emenda, x libras et x solidos turonensium.

Bernardo Artmanno, qui habuerat xl solidos viannensium pro emenda, x libras et vi solidos turonensium.

Johanni Gontardo et fratri ejus, qui habuerant xl solidos turonensium pro emenda, x solidos turonensium.

C Mariæ de Manso, quæ habuerat lx solidos viannensium pro emenda, viiii libras et viii solidos turonensium.

Johanni Frainello, de Sancto Ægidio, et coheredibus suis, qui pro emenda habuerant inter omnes xxii libras et x solidos viannensium, xxviii libras et xv solidos turonensium.

Johanni Frainello alteri et suis coheredibus, si quos habet, quater viginti libras turo-
D nensium, et si quid habuerunt pro emenda vel de ruderibus seu materia, detrahatur, super quibus suo sacramento credatur.

Petro de Briude xvi libras turonensium, et si quid habuit pro emenda vel de ruderibus seu materia, detrahatur, et super hiis suo sacramento credatur.

Poncio de Molinis, qui habuerat viiii libras et x solidos viannensium pro emenda, xv li-
E bras et xvi solidos turonensium.

Ponssonæ lxiiii solidos turonensium, et si quid habuit pro emenda, detrahatur ut supra.

Si vero sunt aliqui de prædictis, quorum juramentis credi jussimus super habitis de materia vel emenda, qui propter imbecillitatem ætatis vel jurare vel veritatem scire nequiverint, inquiratur veritas per duos vel tres de propinquis juratos, et eis stetur.

F Item conquestæ sunt nobis personæ infrascriptæ de arboribus earum incisis circa Sumidrium et Salve[1], et in opera domini regis positis, ut dicebant, videlicet :

Guillelmus Regainhola, de Sumidrio, de xxi arboribus.
Dalmacius de Roveria, de parrochia Montis Rotundi[2], de lx arboribus.
Petrus Foillaquerius, de Sumidrio, de xliii arboribus.
G Bernardus Carbonelli, de Albasio[3], de ii arboribus albars.
Vediana de Villa Veteri de cxvii quercubus et de xxx salicibus.
Raimundus Morraldi, de Junacio[4], de quibusdam salicibus.
Stephanus Macipus, de Junacio, de xii arboribus.
Raimundus Lecas, de Junacio, de tribus arboribus.
H Petrus Oliva, filius Bernardi Oliva, de Sumidrio, de quibusdam arboribus.
Clementa Floirana, de Sumidrio, de quibusdam arboribus.
Guillelmus Leca, de xvi duodenis plansonorum.
Poncius Guiraldi, presbyter, pro se et fratribus suis, de viii arboribus.
Petrus Chabaudi, de viii arboribus.
I Petrus Capellerius, de iii arboribus.
Raimundus Artman, de quadam arbore.
Bertrandus Imberti, de quater viginti arboribus.
Alazaicis de Violis, de xi arboribus.
Guillelma Marveissa, de l arboribus.
J Petrus Cordurerius, de v arboribus.
Guillelmus Ricardi, de xxviiii arboribus.
Bernardus Rabas, de xii arboribus.
Johannes de Fonte Cohoperto, de lx arboribus.
Johannes Bessinus, de xi arboribus.
K Poncius Teisserius, de xxx plansonis.
Poncius Malpueg, de viii arboribus.
Guillelma, uxor Raimundi Bonafos, pro liberis suis, de duabus arboribus albars.
Guillelmus Berengarii et Berengarius de Lieuco, fratres, de quater viginti quercubus.
Petrus Rainaldi et frater ejus, de xiii arboribus albars, communibus ipsis et liberis
L G. Nadal.
Bernardus de Asperis, de xii arboribus albars.
Guillelmus de Rossillone et Johannes, frater ejus, de Solcinas, de arboribus roveriæ ipsorum.

[1] Sauve, Gard, arr. le Vigan.
[2] Montredon, Gard, c^on Sommières, c^ne Salinelles.
[3] Aubais, Gard, c^on Sommières.
[4] Junas, Gard, c^on Sommières.

Guillelmus de Hospitali, de ii salicibus. A
Petrus Firigolerius et Johannes, frater ejus, pro uxoribus eorum, de liii arboribus.
Petrus de Trieilla, de Villa Viridi[1], de vi arboribus albars et hulmis.
Bernardus Chairicus, de Villa Veteri[2], de quater viginti arboribus.
Petrus Regini, de Villa Veteri, de xxvi arboribus.
Petrus Guersus, de Sumidrio, de viiii arboribus. B
Bonafossus Rebollus, de Orianicis[3], de xxii arboribus.
Bernardus de Campo, de Monte Rotundo, de xxiii arboribus.
Bernardus de Portali, de Monte Rotundo, de ii arboribus.
Johannes Carbonellus, pro se et nepotibus suis, de ii arboribus et fusta.
Bernardus de Ecclesia, de quadam quercu, quam emerat x solidis. C
Guillelmus Medicus, de iiii arboribus.
Raimundus de Ponte, de Quinsaco[4], de xlviii quercubus.
Berengarius de Salve, miles, de octies viginti quercubus.
Hospitalarius de Salve, de quater viginti et vii quercubus.
Guillelmus Deude, de Quinsaco, de viiii quercubus magnis. D
Prior de Quinsaco, de xviii quercubus.
Poncia de Rovreto, de parrochia Sancti Michaelis de Rovreto[5], de vi quercubus.
Bernardus Aicardi, de Grandillanicis[6], de xxv quercubus.
Guillelmus Fabri, de Quinsaco, de v quercubus.
Ermessendis Buova, de parrochia de Margis[7], de xlii arboribus albars. E

Nos vero, receptis conquerentium juramentis et veritate per testes aliquos inquisita, quoniam ad plenum de valore arborum incisarum nobis constare non potuit, volumus et mandamus, ex potestate nobis a domino rege concessa, quod prædictis conquerentibus, qui se nostro super hoc omnimodo beneplacito subjecerunt, reddantur pro dampnis prædictis ducentæ libræ turonensium, distribuendæ inter ipsos, arbitrio illorum quos ad hoc deputabimus, prout quisque majus vel minus dampnum sustinuit in prædictis. F

Item conquesti sunt Guillelmus Fulco, de Corconna[8], et Philippus de Margaritis, et Guillelmus Fulco, de Bisturre, petentes reddi sibi pro quinque milibus pinuum incisis in silva subtus Salmodium[9], quæ vocabatur Tosca et tunc erat ipsorum, quæ pinus fuerunt positæ in opere pontis et aliis operibus Aquarum Mortuarum, trecentas et nonaginta[10] libras turonensium, cum pro dictis arboribus fuerit facta emenda cx librarum turonensium tantum. G Nos vero, super hoc veritate plenius inquisita per incisores arborum et per magistrum Florentium et magistrum Ricardum, qui dictis operibus et solucionibus operariorum tunc præerant, volumus et mandamus reddi adhuc dictis petitoribus centum et quatuor libras et v solidos turonensium, dividendas inter ipsos secundum partes quas in dicta silva habebant. H

Item conquestæ sunt coram nobis personæ infrascriptæ de arboribus et blachis eorum incisis circa Sanctum Saturninum[11] et Sanctum Pauletum[12] et loca adjacentia et in opera domini regis positis. Nos vero, inspecta inquisitione super hoc facta, de mandato Odardi de Villaribus, quondam senescalli Bellicadri et Nemausi, secundum quod nobis æquum[13] et justum visum fuit, restitutiones mandavimus fieri infrascriptas. Mandavimus siquidem reddi I de denariis domini regis: Ozil de Celeiraco, iii solidos turonensium. Petro Martini, xxiiii solidos. Poncio Pellicerio, x solidos. Petro de Liveiras, v solidos. Johanni Dijous, iiii solidos. Bermundo de Pinu, ii solidos. Petro Bertrandi, x solidos. Priori de Celeiraco, vi solidos. Bartholomæo de Celeiraco et fratribus ejus, iiii^or libras turonensium. Bertrando Dalavila, vii solidos. Guillelmo Mercoira, iiii solidos. Stephano Afortito, vii solidos. Poncio de Raphael J et Julianæ, iii solidos. Item Imberto de Feugieira, de villa Sancti Juliani, viii solidos. Bertrando Alberto et Imberto de Feugieira, xviii denarios. Nicholao Textori, viii solidos. Petro Donadieu, xii denarios. Stephano d'Albenna, vii solidos. Guillelmo Rebolli et Raimundo Hugoni, xxx solidos. Raimundo Trebueis, l solidos. Raimundo Gilio, vii solidos. Trissaudo, xiiii solidos. Priori ecclesiæ Sancti Juliani, xl solidos. Raimundo Guigoni, xii dena- K rios. Raimundo de Fundonegues, iiii solidos et vi denarios. Hugoni de Podio, x solidos. Poncio Duban, x solidos. Raimundo Fabri, ii solidos. Gaucelmo de Monasterio, xviii denarios. Guillelmo de Cambono, iiii solidos. Guillelmæ, uxori G. Vitalis, ii solidos. Poncio Gilio, vii solidos. Guillelmo de Cadeneto, vi solidos. Poncio de Cantaduc, v solidos. Petro

[1] Villeverde, Gard, con et cne Nîmes.
[2] Villevieille, Gard, con Sommières.
[3] Aujargues, Gard, con Sommières.
[4] Quissac, Gard, arr. le Vigan.
[5] Rauret, Gard, con Quissac, cne Hortoux-et-Quilhan.
[6] Gradinhargues, Gard, con Quissac, cne Brouzet.
[7] La Margue, Gard, con et cne Saint-Gilles.
[8] Corconne, Gard, con Quissac.
[9] Psalmody, Gard, con et cne Aigues-Mortes.
[10] *Charta* trescentas et nonagintas.
[11] Le Pont-Saint-Esprit, Gard, arr. Uzès.
[12] Saint-Paulet-de-Caisson, Gard, con le Pont-Saint-Esprit.
[13] *Charta* equm.

A de Cervassas, LXII solidos. Raimundo Yterio, XXX solidos. Rostagno de Chambono presbytero, XV solidos. Beatrici, X solidos. Guillelmo Testaneto, VIII solidos. Duranto de Hospitali, X solidos. Raimundo Hugoni, XXIIII solidos. Guillelmo Duranti, VII solidos. Beatrici, uxori quondam Guiraudi de Leca, VIII solidos. Raimundo de Albenna, VIIII solidos. Duranto de Cumera, II solidos. Hugoni de Podio, VI solidos. Raimundo Hugoni et Duranto Cala-
B mells, III solidos. Guillelmo Chazaudo, III solidos. Martino de Maurigua, VIII solidos. Bertrando Alberti, IIII solidos. Petro de Mandinas, IIII solidos. Petro Gucbills, XX solidos. Bertrando de Colons, III solidos. Petro Justenc, VIII solidos et VI denarios.

Item de villa Sancti Saturnini : Bertrando Audeguerio et Guillelmo, fratribus, VII libras turonensium. Guillelmo de Terins, C solidos. Ponciæ, uxori Stephani Capioni, X solidos.
C Guillelmo Berengarii, XXX solidos. Bartholomæo Penchenato, XX solidos. Petro Penchenato, XX solidos. Poncio Costa Bella, V solidos. Hugoni Seguario, IIII solidos. Duranto de Carsano, XX solidos. Guillelmo Florentio, XXX solidos. Petro Thomieu, XX solidos. Guiraudo Augusto et Poncio del Rovre et Raimundo Ozil, quantum arbitrabitur Raimundus Felicius, notarius domini regis.

D Item de villa Sancti Pauleti et aliorum locorum adjacentium : Petro Raserio, clerico, XX solidos turonensium. Bartholomæo Carumbino, V solidos. Johanni Petro, XX solidos. Sororio Johannis Petri, X solidos. Bartholomæo, XII denarios. Guillelmo Bastida, XXX solidos. Raimundæ de Campainha, III solidos. Guillelmo Chaberti, XXX solidos. Guizoni Bremundo, XX solidos. Guillelmo Folcoaudi, IIII solidos. Petro Fabro, VIII solidos. Stephano Mairona,
E IIII solidos. Petro de Campanis, XL solidos. Petro Duranti, LIIII solidos. Raimundo Radulfo, X solidos. Raimundo Olerio, VI solidos. Guillelmo Cabessa, V solidos. Guillelmo Carbonello, IIII solidos. Petro de Maricam, XX solidos. Petro Cabassa, IIII^or libras et X solidos. Poncio Ferragut, XXVI solidos. Martino Bremundo, X solidos. Raimundo Garcini, VI solidos. Guizoni Berengarii, IIII solidos. Guiraudo Garvol, XVI solidos. Guillelmo de Sezano, V so-
F lidos. Priori de Sancto Paulo, XIIII solidos. Bernardo Guiberto, VI solidos et VI denarios. Gencianæ Bartholomææ, VI solidos. Raimundo del Grael, LX solidos. Bertrando de Insula, clerico, XXIII solidos. Stephano de Mairona, XXVIII solidos. Barralo de Sancto Paulo, XII solidos. Poncio de Brausa, IIII solidos. Petro Rufo, V solidos. Petro de Orto, VIII solidos. Item domino decano de Ucecia[1], LX solidos. Item pro blaca de Vennejano[2], XX solidos. Item pro
G blaca Sancti Nazarii, XL solidos. Item Poncio de Maurensas, XXX solidos. Item pro nemore Sancti Stephani, XL solidos.

Heæ sunt emendæ seu restitutiones, de quibus supra in principio litterarum fecimus mentionem, et quibus singulæ sint solvendæ patet ex annotationibus singularum, hoc salvo quod illas ducentas libras, quas pro arboribus circa Sumidrium et Salve incisis jussimus
H emendari, tradetis viris discretis decano Sancti Ægidii, priori ecclesiæ de Sumidrio et priori ecclesiæ de Brozeto[3]. Emendas vero quas pro arboribus et talis incisis et factis circa Sanctum Saturninum et Sanctum Pauletum et loca adjacentia fieri jussimus, solvi facietis per priorem de Balneolis[4] et Raimundum Felicium, domini regis notarium, qui factum novit et merita personarum. Ut autem universis præmissis et singulis fides certior habeatur, præ-
I sentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Data Nemausi, XII° kalendas octobris, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

III

PRO QUIBUSDAM SUMIDRII[5] INCOLIS[6]. — Sept. 1255.

Ph[ilippus], Dei gratia Aquensis archiepiscopus, frater Poncius de Sancto Ægidio, de ordine fratrum Prædicatorum, frater Guillelmus Rotberti, de ordine fratrum Minorum, et
J Guido Fulcodii, viro nobili et amico karissimo, domino Guillelmo de Autono, senescallo Bellicadri et Nemausi, salutem in Domino Jesu Christo. Præter restituciones pecuniarias, quas vobis scripsimus in alia majori littera[7], remanent aliquæ apud Sumidrium faciendæ, quas cum illis ponere non potuimus, quia petebantur occasione expensarum factarum in refectionibus molendini et resclausæ domini regis apud Sumidrium, quæ nondum fuerant
K æstimatæ. Facta igitur postmodum æstimatione per personas communes et juratas, mandamus reddi ex causa prædicta Johanni Bidocio, de Sumidrio, viginti libras turonensium, et Guil-

[1] Uzès, Gard.
[2] Vénéjan, Gard, c^on Bagnols.
[3] Brouzet, Gard, c^on Quissac.
[4] Bagnols, Gard, arr. Uzès.
[5] Sommière, Gard, arr. Nîmes.
[6] *Authenticum in Thesauro chartarum* (J. 473, n° 13 *ter*). — *Edit. apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 266) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 183 et 184).
[7] *Vide supra*, p. 532.

lelmo Vitali, pro liberis fratris sui Petri Vitalis, et Johanni Dominico et liberis quondam A
Bernardi Alamanni quadraginta et tres libras et undecim solidos turonensium, de quibus
habeant terciam partem liberi quondam P. Vitalis, et aliam terciam Johannes Dominicus,
et aliam terciam liberi quondam Bernardi Alamanni. Vos igitur hæc et alia quæ reddi mandavimus
prædictis et aliis, de quibus nostras vidistis litteras vel videbitis, sine difficultate
solvatis. Datum mense septembri, anno Domini M° CC° quinquagesimo quinto. B

IV

PRO QUIBUSDAM SUMIDRII ET SALVII INCOLIS[1]. — 1 aprilis 1256.

Nobili viro et amico in Christo karissimo, domino Guillelmo de Autono, senescallo Bellicadri,
frater Poncius de Sancto Ægidio, ordinis fratrum Prædicatorum, frater Guillelmus
Rotberti, ordinis fratrum Minorum, et Guido Fulcodii, salutem cum dilectione sincera.
Transacta proxima die Jovis, ex parte vestra recepimus apud Sumidrium novem saccos C
sigillatos, qui inter omnes, secundum superscriptiones quas habebant, ducentas libras turonensium
continebant, et eosdem, sigillis non motis, tradidimus viro religioso P. decano monasterii
Sancti Ægidii, priori ecclesiæ de Sumidrio, ut ipse cum priore ecclesiæ de Brozeto
eas dividat inter illos, quibus restitutiones mandavimus fieri pro dampnis eis datis in arboribus
quas habebant circa Sumidrium et Salve et adjacencia eis loca. In hujus autem rei D
testimonium, præsentes litteras vobis mittimus, sigillorum nostrorum appensione munitas.
Datum Sumidrii, kalendis aprilis, anno Domini M° CC° quinquagesimo sexto.

V

PRO JOHANNE DE MERCATO[2]. — 1 julii 1256.

Viro nobili et amico karissimo, domino Guillelmo de Autono, militi, senescallo Bellicadri
et Nemausi, frater Poncius de Sancto Ægidio, de ordine Prædicatorum, frater Guillel- E
mus Rotberti, de ordine fratrum Minorum, et Guido Fulcodii, salutem in Domino Jesu
Christo. Noverit vestra discretio quod Johannes de Mercato computavit dudum nobiscum
super trezenis et aliis quæ se ammisisse dicebat propter statuta domini regis, a Nativitate
Domini quæ fuit anno Domini M°CC°LIIII° usque ad Annunciationem dominicam subsequentem,
et facta detractione eorum quæ habuit vel habere potuit de decima litium inceptarum F
et medio tempore finitarum, et etiam salarii judicis pro quarta parte anni, remisimus ei de
firma sua pro ballivia Andusiæ et Lesani et Sancti Stephani[3] sexdecim libras turonensium,
et pro ballivia Meleti[4] quadraginta solidos turonensium. Item de denariis ejusdem Johannis
solvi fecimus apud Andusiam peireriis conductis ab eodem ad salvandam fustam et aliam
materiam castri Andusiæ, quando fuit dirutum, et quibusdam servientibus pro mercede, G
qui conducti ab eo remanserunt apud Bornam[5], exercitu recedente, centum solidos turonensium
et VIII denarios. Item, recepto computo per Petrum Lamberti, de nostro mandato,
super ballivia de Mairocio, super dampnis quæ propter prædicta statuta passus fuerat a festo
beatæ Mariæ Magdalenæ quod fuit anno Domini M°CC°LIIII°, usque ad Pascha subsequens,
quitavimus eidem sex libras turonensium, et pro dampnis balliviæ de Duroforti[6] a Nativitate H
Domini quæ fuerat anno eodem usque ad Pascha prædictum, quatuor libras turonensium.
Et est summa totalis omnium prædictorum triginta et trium librarum et VIII denariorum
turonensium, quam in ejus computum recipi volumus et mandamus. Recipiatis tamen juramentum
ipsius vel nepotis sui, si scire se asserit veritatem, quod de C solidis et VIII denariis
turonensibus quos peireriis et servientibus de denariis dicti Johannis solvi fecimus apud I
Andusiam, cum prædecessore vestro non computaverit nec ei fuerat alias satisfactum. In
hujus autem rei testimonium, præsentes litteras nobilitati vestræ transmittimus, sigillorum
nostrorum appensione munitas, et hiis solis fidem adhibere vos volumus, aliis litteris, si
quas de prædictis summis particulariter dedimus, minime valituris. Datum apud Tharasconem[7],
in octabis Sancti Johannis Baptistæ, anno Domini M°CC°L° sexto. J

[1] *Anthenticum in Thesauro chart.* (J. 473, n° 13 *bis*). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 291) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col 184). — *Chronologicas harum litterarum notas anni initio a die 25 martii computato expressas fuisse conjicimus.*

[2] *Authenticum in Thesauro chart.* (J. 473, n° 14. 6). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 308) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 185 et 186).

[3] Anduze, Gard, arr. Alais. — Lézan, Gard, c^on Lédignan. — Saint-Étienne-de-l'Olm, Gard, c^on Vézenobre.

[4] Mialet, Gard, c^on Saint-Jean-du-Gard.

[5] Bord, Gard, c^on Bagnols, c^ne Laudun.

[6] Durfort, Gard, c^on Sauve.

[7] Tarascon, Bouches-du-Rhône, arr. Arles.

VI

A PRO BEATRICE, FILIA AUGERII FROTARDI[1]. — 14 julii 1256.

Notum sit universis quod, anno dominicæ incarnationis M°CC°L° sexto, scilicet II idus julii,
nos Ph[ilippus], Dei gratia Aquensis archiepiscopus, frater Poncius de Sancto Ægidio, de
ordine fratrum Prædicatorum, frater Guillelmus Rotberti de Bellicadro, de ordine fratrum
Minorum, et Guido Fulcodii, injunctum nobis a serenissimo domino nostro Ludovico, Dei
B gratia Francorum rege, mandatum de restitutionibus faciendis eorum quæ ipsum in senes-
calliis Bellicadri et Carcassonæ cognosceremus possidere injuste, exequi cupientes, Nemau-
sum venimus, et multis super hoc conquerentibus, ea de quibus nobis ad plenum constitit,
secundum Deum et mediante justicia duximus terminanda. Proposuit siquidem coram nobis
Beatrix, filia emancipata Augerii Frotardi, militis, quod dictus pater ejus de octo milibus
C solidorum ramundensium, sibi constitutorum in dotem cum Stephana, uxore sua, matre
ipsius Beatricis, habuit et se habuisse recognovit a dicta Stephana, vel ab alio pro ipsa, sex
milia et sexcentos solidos ramundensium. Quæ Stephana jam defuncta ipsam Beatricem et
Sibiliam, filias suas, heredes instituit, addita conditione quod una succederet alii sine liberis
decedenti, et quia dicta Sibilia decessit sine liberis, petit dicta Beatrix satisfieri sibi in cen-
D tum et sexaginta et quinque libris turonensium de bonis paternis, quæ dominus rex occupavit
et tenet. Facta igitur fide nobis super præmissis, dote scilicet et testamento, per publica in-
strumenta, præcipimus et mandamus quod senescallus Bellicadri reddat, de denariis domini
regis, dictæ Beatrici dictas centum et sexaginta et quinque libras turonensium, si tamen bona
patris ejusdem Beatricis, quæ dominus rex tenet ut sibi commissa, ad dictam summam sol-
E vendam sufficiunt et ea domino regi expedit retinere; alioquin de ipsis bonis det dictus
senescallus in solutum dictæ Beatrici usque ad quantitatem prædictam, arbitrio duarum
communium et legalium personarum, et alterum istorum, quod ipse maluerit, dictus infra
mensem compleat senescallus. In hujus autem rei testimonium, præsens instrumentum, per
manum publicam de mandato nostro confectum, jussimus sigillorum nostrorum munimine
F roborari.

Acta fuerunt hæc et recitata Nemausi, in platea ante aulam domini regis, in præsentia
domini Guillelmi de Autono, militis, senescalli Bellicadri et Nemausi, et domini G. de Villa
Nova, majoris judicis ejusdem. Præsentibus testibus domino R. decano, archidiacono Nemau-
sensi, priore de Poscheriis[2], fratre Berengario Cabal, de ordine fratrum Prædicatorum, fratre
G Bernardino, de ordine fratrum Minorum, domino Radulfo, capellano domini Aquensis
archiepiscopi, Bermundo Jordani, priore ecclesiæ Beatæ Mariæ de sede Aquensi, dominis
G. de Codolis, Stephano Vituli, Petro Lamberti et Thoma Romani, jurisperitis, Petro de
Mandolio, notario, Petro Bernardi de Blaudiaco et pluribus aliis, et me Raimundo Codonni,
notario domini regis publico, qui, mandato domini Aquensis archiepiscopi et collegarum
H suorum prædictorum, hoc instrumentum scripsi et signo meo signavi.

VII

PRO QUIBUSDAM VOLOBRICÆ[3] HOMINIBUS[4]. — 3 augusti 1256.

Philippus, Dei gratia Aquensis archiepiscopus, frater Poncius de Sancto Ægidio, de or-
dine fratrum Prædicatorum, frater Guillelmus Roberti, de ordine fratrum Minorum, et
Guido Fulcodii, viro nobili et in Christo karissimo domino Guillelmo de Autunno, militi,
I senescallo Belliquadri et Nemausi, salutem et sinceram in Domino caritatem. Quibusdam
hominibus de Volobrica, qui domino regi tempore sui passagii[5] servierunt, debita sibi
hactenus remuneratione fraudatis, viginti libras turonensium decrevimus esse reddendas,
quas magistro Nicolao, priori Volobricæ, tradatis, qui eas inter eos distribuet, prout ei vide-
bitur expedire. In hiis autem uno domini Aquensis archiepiscopi sigillo fuimus omnes con-
J tenti. Datum Belliquadri, III° nonas augusti, anno Domini millesimo ducentesimo quin-
quagesimo sexto.

[1] *Authenticum in Thesauro chart.* (J. 473, n° 14. 1). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 311) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 186 et 187).

[2] Vauvert, Gard, arr. Nimes.

[3] Vallabrègues, Gard, c[on] Aramon.

[4] *Authenticum in Thesauro chart.* (J. 473, n° 14. 3). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 313) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 188).

[5] *Anno 1254, cum sanctus Ludovicus e Terra Sancta rediret.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

VIII

PRO SIBILIA DE ALESTO[1]. — Jan. 1257 (n. st.). A

Philippus, Dei gratia Aquensis archiepiscopus, frater Poncius de Sancto Ægidio, de ordine fratrum Prædicatorum, frater Guillelmus Rotberti, de ordine fratrum Minorum, et Guido Fulcodii, universis præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino Jesu Christo. Vestræ notum facimus karitati quod, cum nobilis mulier, domina Sibilia de Alesto, uxor quondam domini R. Peleti[2], suam deposuisset querimoniam coram nobis, injunctum nobis B a domino rege Francorum negocium exequentibus super restitutionibus faciendis in Bellicadri et Carcassonæ balliviis, et peteret dicta domina secum agi misericorditer, quæ de bonis domini B. de Andusia, patris quondam sui, nichil habuerat, nec esset, ut dicebat, sua saltem legittima defraudanda, nos tandem cum ea, nec coacta, nec decepta, sed gratis ad pacem hujusmodi veniente, convenimus taliter, quod ipsa aquiciet et remittat senescallo C Bellicadri, pro domino rege Franciæ recepturo, omne jus sibi competens in bonis paternis ratione quacunque, et quod idem senescallus vel successor ejus pro tempore det eidem dominæ Sibiliæ vel ejus heredibus, vel cui ipsa mandaverit, ducentas quinquaginta libras turonensium per terminos infrascriptos, videlicet in proximo festo Cathedræ sancti Petri quater viginti et decem libras turonensium, et residuas centum sexaginta libras turonensium infra D duos annos proximo tunc sequentes, per duas solutiones æquales, præsentibus litteris penes ipsam usque ad complementum solucionis ultimæ remansuris. Mandamus igitur, domini regis auctoritate qua fungimur, vobis qui pro tempore eritis Bellicadri senescalli, quatinus eidem dominæ vel ejus heredibus, vel cui mandaverit, dictam pecuniam per terminos supradictos sine difficultate reddatis. Datum mense januarii, anno Domini M° CC° L° sexto. E

IX

PRO EADEM[3]. — Jan. 1257 (n. st.).

Philippus, Dei gratia Aquensis archiepiscopus, frater Poncius de Sancto Ægidio, de ordine Prædicatorum, frater Guillelmus Rotberti, de ordine Minorum, et Guido Fulcodii, dilecto sibi in Christo domino Guillelmo de Autono, militi, senescallo Bellicadri, salutem cum dilectione sincera. Cum, ex injuncto nobis a domino nostro rege Francorum officio, F nobili mulieri, dominæ Sibiliæ de Alesto, pro petitione quam faciebat in bonis paternis, ducentas quinquaginta libras turonensium per certos terminos decreverimus esse de denariis domini regis reddendas, vestræ nobilitati, qua fungimur auctoritate, mandamus quatinus eidem de summa prædicta solvatis in proximo festo Cathedræ sancti Petri vel ante quater viginti et decem libras turonensium, et recipiatis ab ipsa remissionem et aquitiacionem G omnis juris quod in bonis paternis habere poterat vel debebat, et habeatis inde publicum instrumentum. Datum mense januarii, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

X

PRO EADEM[4]. — Aug. 1257.

Viro nobili et in Christo karissimo domino Guillelmo de Autonno, militi, senescallo H Bellicadri et Nemausi, frater Pontius de Sancto Ægidio, ordinis fratrum Prædicatorum, frater Guillelmus Rotberti, de ordine fratrum Minorum, et Guido Fulcodii, domini regis clericus, salutem in Domino Jesu Christo. Bonæ memoriæ dominus Philippus, Aquensis archiepiscopus, et nos reddi decrevimus et mandavimus nobili mulieri, dominæ Sibiliæ, uxori quondam viri nobilis domini R. Peleti, ducentas et quinquaginta libras turonensium per I certos terminos, de denariis domini regis, et licet nondum omnes termini quos præfiximus ad solvendum advenerint, quia tamen dicta domina Sibilia, confracta senio et infirmitatum frequencia molestata, a nobis petiit prædictos terminos breviari, rogamus vos et requirimus,

[1] *Authenticum in Thesauro chart.* (J. 473, n° 14. 4). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 347) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 188 et 189).

[2] *Sibilia de Alesto, Bernardi de Andusia filia, Raimundi Peleti uxor.*

[3] *Authenticum in Thesauro chart.* (J. 473, n° 14. 2). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 348) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 189 et 190).

[4] *Authenticum in Thesauro chart.* (J. 473, n° 14. 5). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 373) *et apud Vaissète* (noviss. edit. t. VII, part. II, col. 190 et 191).

A volumus etiam et mandamus, quatinus quicquid de dicta summa remansit ad solvendum infra proximum festum sancti Michaelis solvatis eidem, ut animæ suæ saluti, prout pie disposuit, per hanc viam salubriter valeat providere. Datum mense augusti, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

XI

LITTERÆ EJUSDEM SIBILIÆ DE ALESTO[1]. — 6 oct. 1257.

B Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, scilicet pridie nonas octobris, domino Lodovico Francorum rege regnante. Præsentibus pateat et futuris quod nobilis mulier domina Sibilia, uxor condam nobilis viri domini R. Peleti, de Alesto, filiaque condam viri nobilis domini Bernardi de Andusia, dixit, confessa fuit et in veritate recognovit se habuisse et recepisse a venerabili domino Guillelmo de Autonno, milite, absente,
C senescallo Bellicadri et Nemausi, pro illustrissimo rege Francorum, illas ducentas et quinquaginta libras turonensium, quas venerabilis pater et dominus Philippus, Dei gratia condam Aquensis archiepiscopus, frater Poncius de Sancto Ægidio, de ordine fratrum Prædicatorum, et frater Guillelmus Rotberti, de ordine fratrum Minorum, et dominus Guido Fulcodii, inquisitores dicti domini regis, mandaverunt reddi dictæ dominæ Sibiliæ vel heredibus ejus
D vel cui mandaret ipsa, pro jure sibi competente quacumque ratione in bonis paternis, prout continetur in quibusdam litteris patentibus, sigillis cereis dictorum dominorum inquisitorum pendentibus sigillatis. In quibus ducentis et quinquaginta libris turonensium dicta domina Sibilia renunciavit, ex certa scientia, exceptioni non numeratæ peccuniæ et etiam non solutæ, affirmans et asserens ac promittens quod nunquam hanc exceptionem non numeratæ pec-
E cuniæ opponet aliquo modo dicto domino senescallo vel contra eum vel etiam contra eos qui pro tempore fuerint senescalli in dicta senescallia, unde absolvit dicta domina Sibilia, cessit, acquitiavit et penitus remisit dicto domino senescallo, absenti, pro dicto domino rege Francorum, nunc et in perpetuum, omnia bona et jura ac omnes actiones et omnia demandamenta quæ sibi competebant seu competunt quacumque ratione in bonis et super
F bonis, rebus et juribus quæ condam fuerunt dicti domini patris sui, et promisit et fecit pactum de non petendo aliquid ulterius in dictis vel de dictis bonis paternis a dicto domino senescallo nec a prædicto domino rege, et de non petendis vel requirendis ulterius dictis ducentis et L libris turonensium, per se vel per alium, a dicto domino senescallo. Actum fuit hoc in carreria superiori de Alesto[2], in domo Guillelmi de Pontiliis, coram istis testibus ad
G hoc vocatis et a dicta domina Sibilia rogatis : Petro Juliani presbytero, Guillelmo de Pontiliis, magistro G. de Viridario, fizico, Johanne de Blez, Alazardo de Prunecio, domicello, Poncio Jaufre, et coram me Ugone Torna, publico Alesti notario, qui rogatus a dicta domina Sibilia hæc scripsi, et ad majorem firmitatem habendam perpetuo et fidem omnimodam faciendam, sigilli munimine ejusdem dominæ hanc cartam roboravi, et signum meum
H apposui.

XII

GUILLELMI, LODOVENSIS EPISCOPI, QUERIMONIA[3]. — Anno, ut videtur, 1257.

Vobis religiosis viris fratri Poncio de Sancto Ægidio, de ordine fratrum Prædicatorum, et fratri Guillelmo Rotberti, de ordine fratrum Minorum, et prudenti viro Guidoni Fulcodio, inquisitoribus constitutis ab illustrissimo domino Ludovico, Dei gratia Francorum
I rege, graviter conquerendo significat Guillelmus[4], miseratione divina Lodovensis episcopus, quod, cum, tempore quo dominus rex terram senescalliæ Carcassonensis et Biterrensis ad manum suam acquisivit, et ante et postea, prædecessores ejusdem episcopi essent et fuissent, et idem episcopus sit et fuerit, per se vel per alios, in possessione vel quasi possessione plenæ jurisdictionis et judiciariæ potestatis omnium causarum et inquisitionum civilium
J et criminalium atque capitalium et fidelitatum regi debitarum et regalium et feudorum episcopio suo adquisitorum et cavalgatarum tocius episcopatus Lodovensis, quæ omnia fuerunt olim cunctis Lodovensibus episcopis concessa in privilegiis serenissimi domini Philippi,

[1] *Authenticum in Thesauro chartarum* (J. 473, n° 15). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 379) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 191 et 192).
[2] Alais, Gard.
[3] *Authenticum in Thesauro chartarum* (J. 307, n° 53), *et apographum fere coætaneum, ibidem* (J. 895, n° 2). — *Editum apud J. de Laborde* (Layettes du Trésor des chartes, t. III, p. 267) *et apud Vaissète* (noviss. edit., t. VII, part. II, col. 192-196). *In priore editione hæc charta anno 1255, aut circiter, minus recte adscripta est.*
[4] *Guillelmus de Casulis.*

condam Francorum regis[1], senescalli, bailivi, vicarii, judices et alii officiales curiæ domini A regis, post dictam adquisitionem terræ, invitis vel ignorantibus ipso episcopo et suis prædecessoribus, inceperunt injuste et indebite et contra prædicta privilegia facere et adhuc plerumque faciunt aliquas citationes et criminum inquisitiones ac condempnationes et illicitas per vim et metum exactiones, et inceperunt recipere et receperunt nomine regio quorumdam feudorum ad dictum episcopium pertinencium recognitiones, et etiam inceperunt B mandare et adhuc mandant aliquibus hominibus cavalcatas, debitas ipsi episcopo in episcopatu Lodovensi et terra, hominibus feudalibus et subditis ejusdem episcopii, prout hæc inferius exponentur.

Primum capitulum. — Proponit quidem dictus Lodovensis episcopus quod Johannes de Affricano, olim senescallus Carcassonæ, exegit et habuit injuste XVI milia solidorum turo- C nensium a domino Petro, bonæ memoriæ quondam episcopo Lodovensi, quos dicitur idem senescallus posuisse in computo et ratione domini regis. *Non invenitur episcopus aliquas induxisse probationes de hoc*[2].

II. Item proponit quod Guillelmus de Piano, condam senescallus Carcassonæ, vel tempore suo vicarii, bailivi, judices et alii officiales curiæ Bitterrensis, invito vel ignorante ipso D episcopo, fecerunt aliquas inquisitiones criminum infra episcopatum Lodovensem, in terra et jurisdictione ejusdem episcopi et contra feudales et subditos ejus, scilicet apud villam de Salasco[3] contra nobiles viros Guialfredum de Felgueriis et Berengarium de Moresio, et apud forciam de Tuda[4] contra Raimundum de Virseco domicellum, et apud castrum de Subersio[5] contra homines ejusdem castri et universitatem civitatis Lodovæ. E

III. Item proponit quod, invito vel ignorante ipso episcopo, curia Bitterrensis incepit facere inquisitionem contra Deod[atum] Raimundi, domicellum, et socios ejus apud villam Sancti Geraldi[6], et eandem inquisitionem prosequendo contra voluntatem ipsius episcopi, tempore domini Petri de Autolio, militis, nunc senescalli Carcassonæ, eadem curia condempnavit dictum Deod[atum] in quadam peccuniæ quantitate, licet prius facta fuisset contra F dictum Deod[atum] inquisitio et condempnatio per curiam Lodovensem.

IV. Item proponit quod dictus Guillelmus de Piano et alii senescalli, vicarii, bailivi, judices et officiales curiæ Bitterrensis, invitis vel ignorantibus ipso episcopo et suis prædecessoribus, recognitiones plurium feudorum quæ ab episcopo Lodovensi tenentur et in sequenti processu designabuntur, receperunt a feudalibus ejusdem episcopii, scilicet a Poncio Petri, G de Agantico, et a Petro Raimundi, filio suo, et a R[aimund]o Berengarii, de Suberacio, militibus, et a Bernardo Raimundi, de Gigniaco, et a Bertrando de Arboracio, domicellis, et a Berengario de Moresio, milite, et ab abbate Sancti Guillelmi[7]. *Quod prædicti essent vassalli episcopi de prædictis, non sunt inductæ probationes aliquæ.*

V. Item proponit quod dictus Guillelmus de Piano, olim senescallus, et vicarii, bailivi, H judices et alii officiales curiæ Bitterrensis pluries citaverunt, invito ipso episcopo vel ignorante, et venire cohegerunt invitos P. Raimundi, de Monte Petroso, militem, et multos alios vassallos, feudales et subditos episcopii Lodovensis, a terra et a jurisdictione ipsius episcopi ad curiam Biterrensem, cujus curiæ examen illos subire et ibidem litigare compulerunt, non admissa fori exceptione proposita coram eis. I

VI. Item proponit quod homines villæ Sancti Guillelmi et castrorum de Claro Monte et de Moresio[8] et de terra Clari Montis, qui olim ad mandatum episcoporum Lodovensium consueverunt eosdem episcopos sequi in cavalcatam, nuper inceperunt cessare et adhuc cessant sequi ipsum episcopum, imo secuntur senescallos Carcassonæ nomine regio, propter mandata quæ dicti senescalli inceperunt eisdem hominibus facere et faciunt, ut ipsos se- J quantur senescallos.

VII. Ultimum. — Item adicit suis querelis episcopus Lodovensis et proponit quod, cum, tempore quo dominus rex ad manum suam acquisivit terram nobilis viri P. Bermundi, prædecessor ipsius episcopi esset in possessione seu quasi possessione cujusdam feudi sui, scilicet castri de Maderiis et Balmæ Aurioli et villæ de Ceirac[9], quod feudum idem nobilis K tenebat et ejus successor tenere debet ab episcopio Lodovensi, senescalli et bailivi domini regis spoliaverunt dictum prædecessorem ipsius episcopi possessione seu quasi possessione

[1] *Privilegia quæ a Philippo Augusto Lodovensibus episcopis annis 1188, 1210, 1215 et 1216 concessa sunt habes edita in* Gallia christiana (t. VII, instr., 284) *et in opere cui titulus* Bibliothèque de l'École des chartes (t. XXXVII, p. 382-386). *Vide etiam* Catalogue des actes de Philippe Auguste, p. 276, n° 1198.

[2] *Quæ italico charactere edimus ea in apographo secunda manu adjecta sunt; in authentico autem desunt.*

[3] Salasc, Hérault, c^on Clermont.

[4] Latude, Hérault, c^on le Caylar, c^ne Sorbs.

[5] Soubès, Hérault, c^on Lodève.

[6] Saint-Guiraud, Hérault, c^on Gignac.

[7] Saint-Guillem-du-Désert, Hérault, c^on Aniane.

[8] Clermont, Hérault, arr. Lodève. — Mourèze, Hérault, c^on Clermont.

[9] Madières, Hérault, c^on le Caylar, c^ne Saint-Maurice. — La Baume-Auriol, même commune. — Ceyras, Hérault, c^on Clermont.

A dicti feudi, usurpando et occupando jus et jurisdictionem quæ ad ipsum episcopum pertinebant in eodem feudo et ejusdem feudi subditis. Quam possessionem seu quasi possessionem feudi adhuc detinet injuste dominus rex per personam Guillelmi de Andusia, filii nobilis antedicti, cui Guillelmo dominus rex tradidit terram Arisdii[1], sitam in episcopatu Nemausensi, cum qua terra dicit ipse Guillelmus sibi traditum fuisse a domino rege prædic-
B tum feudum, quod est situm infra episcopatum Lodovensem, et propter illam tradicionem terræ seu feudi dictus Guillelmus recusat ipsi episcopo facere recognitionem dicti feudi et ei tanquam feudi domino obedire et homagium facere pro feudo eodem.

Unde petit dictus episcopus Lodovensis prohiberi senescallis, vicariis, bailivis, judicibus et aliis officialibus curiæ domini regis, præsentibus et futuris, ne deinceps in episcopatu
C Lodovensi, terra, hominibus feudalibus, subditis ejusdem episcopii, faciant aliquas citationes vel criminum inquisitiones sive condempnationes vel aliquas exactiones vel recipiant feudorum recognitiones vel mandent aliquibus cavalcatas debitas ipsi episcopo Lodovensi. Petit etiam sibi restitui possessionem seu quasi possessionem feudorum supradictorum et XVI milia solidorum supra petita, et insuper petit sibi et successoribus suis observari præ-
D dicta privilegia gloriosæ recordationis domini Philippi, quondam Francorum regis, quibus privilegiis semper usi sunt idem ipse Lodovensis episcopus et sui prædecessores. — *De isto novissimo articulo produxit instrumentum cujus summa adjungitur petitioni scriptæ in libris; deffendatur rex et vocetur vasallus, et interest.*

EXCEPTIONES CARCASSONENSIUM QUERIMONIIS OBJECTÆ.

CIRCA ANNUM 1258.

MONITUM.

Cum de prædiis quæ in Carcassonensi senescallia a regiis ministerialibus occupata fuerant querimoniæ minus juste propositæ fuissent, viri « justi et prudentes », utpote Guido Fulcodii, qui postea anno 1265 in summum pontificem electus est, necnon Philippus de Caturco, qui anno 1269 Ebroicensi ecclesiæ præfectus est, a rege deputati sunt ut de eisdem querimoniis, Bartholomæo de Podio, Carcassonæ judice[2], regalia jura defensuro, veritatem inquirerent.

Ad hanc inquisitionem spectare conjicimus regestum quo notatæ sunt Exceptiones non paucis Carcassonensium querimoniis opponendæ, videlicet sex testium depositiones quibus delatæ fuerant conquerentium petitiones quibusque injunctum fuerat declarare qua de causa a regiis gentibus occupata fuerant singula de quibus litigabatur, ut legatis nota essent quæcumque, turbatis in Gallia meridionali partibus, egisset is qui conquerebatur, egissent etiam ejus antecessores vel illi quorum heredem sese profitebatur.

Regesto quo supradictæ continentur Exceptiones nullæ sunt appositæ chronologicæ notæ, sed illud anno 1258 adscribendum esse conjicimus. Constat enim articulos 194, 653 et 865 redactos fuisse tempore Bertrandi, Sancti Papuli abbatis, quem annis 1259, 1265,

[1] La Hierle, Gard, c[ne] Saint-André-de-Valborgne, c[ne] Saint-Marcel-de-Fontfouillouse.

[2] *Gallice* Barthélemi de Pennautier, *de quo disseruit* *Augustus Molinier, in* Bibliothèque de l'École des chartes, 1873, t. XXXIV, p. 163-167 et 188-199.

1269 et 1273 monasterio præfuisse scimus cujusque prædecessor, nomine Geraudus, anno 1254 adhuc in vivis erat[1]. In articulo 329, secundus testis, postquam quædam « tempore ultimæ guerræ comitis Tolosani » (id est anno 1242) gesta narravit, quindecim vel sexdecim annos illinc elapsos fuisse subdit. Item, in articulo 641, Pontii de Mirabeto terra a triginta annis nomine regio detenta dicitur, qui Pontius, ut in articulo 417 fertur, « faiditus fuerat in guerra de Limoso contra dominum regem post ejus adventum ad Avinionem (anno 1226), et postea fuerat captus per Gallicos et suspensus ».

Testium primus, Arnaudus de Laurano, olim « faiditus », ratione hæreseos apud Caunas captus Carcassonæque « immuratus » fuerat[2]. Faiditus etiam fuit testis secundus, quem constat fuisse Raimundum Aban, Guillelmi fratrem, cui Raimundo, anno 1242 vel paulo post, annuus XXX solidorum melgoriensium redditus a rege Ludovico fuerat assignatus[3]. Testium tertii et quarti nomina non comparent; quorum priorem ex articulis 413 et 420 inter faiditos computatum fuisse scimus. Quintus testis Leo de Rebentino nominabatur[4], sextus vero Bernardus de Petra Blanqua, de Rivo, miles, qui, ut ipse fatebatur, fuerat « captus apud Caunas pro hæresi cum quibusdam aliis militibus, et condemnatus per fratrem Ferrarium, et apud Carcassonam incarceratus »[5].

Testes isti, qui primum Tolosani comitis causam amplexi fuerant quique postea legem novam patriæ impositam, vellent nollent, subierant, inter omnes notos potentesque ætatis suæ viros quondam versati, rebus per dimidium sæculum gestis bellisque interfuerunt quibus Occitania Francorum regi subacta est.

Regestum, quod olim fuit domini J. Barrois, excepit Bibliotheca Maxima Parisiensis, in qua inter latinos codices sub n° 11013 asservatum est. Folia numero septuaginta, millimetris longa 220, lata 143, chartacea sunt, panniculis in folio 15 et in ima 33 folii parte apparentibus, qui chartæ minus accurate confectæ inhæserunt.

Partes in regesto contentæ, notatis uniuscujusque foliis, hic breviter enumerandæ :

1° (fol. 1-21) : testimonia ab Arnaldo de Laurano prolata, foliis viginti uni inscripta, quæ, coætanea manu, romanis numeris distincta sunt (I-XXI);

2° (fol. 22-25) : testimonia Raimundi Aban;

3° (fol. 26 r°-v°) : fragmentum inquisitionis ad Cencinonense castellum, anno 1242 a fautoribus Raimundi septimi captum, pertinentis;

[1] Gallia christiana, XIII, 301 *et* 302.

[2] *Vide* Exceptionum *articulos* 241, 301, 702 *et* 911. *Anno 1244, ab Inquisitoribus damnata fuit quædam Marcella, uxor Arn. de Laurano, ut ex Doatianis collectaneis* (vol. XXI, fol. 320 v°) *notavit Paulus Meyer* (Aunuaire Bulletin de la Société de l'histoire de France, 1879, p. 287).

[3] Exceptiones, § 277 *et* 317.

[4] *Is est, ni fallimur, Leo de Rebentino, cui, in* Exceptionum *articulo* 68, *his verbis allusum est :* « Vidit dictum Leonem faiditum de omnibus guerris comitis Montis Fortis et vicecomitis, et adhuc vivit faiditus. »

[5] Exceptiones, § 886. *Cf.* § 743, 871 *et* 938.

4° (fol. 27-35) : fragmentum depositionis ab ignoto quodam prolatæ;

5° (fol. 36-42) : alia alterius ignoti testimonia;

6° (fol. 43-54) : folia duodecim (olim XIII-XXIV) Leonis de Rebentino depositionem, nunc initio carentem, continentia;

7° (fol. 55-70) : B. de Petra Blanqua, de Rivo, militis, testimonia integra.

Exceptionibus hoc in regesto contentis non raro alluditur in Sententiis quas anno 1262 protulerunt magistri Henricus de Virziliaco, Nicolaus de Cathalaunis et Petrus de Vicinis, clerici, inquisitores a rege in Albigesii partibus deputati quasque infra edituri sumus.

In annotationibus potiorem operam dedimus ut varii articuli ad eamdem querimoniam sive petitionem spectantes facillime inter se conferri possent, et nomina locorum hodierna veteribus admoverentur.

Annum rei unicuique juxtaponere fastidiosum supervacaneumque arbitrati sumus, cum in codice varii bellorum casus, de quibus sermo fit, verbis plerumque distinguantur quæ, si ea semel interpretatus fueris, facillime agnoscenda sunt.

Initium omnium rerum de quibus agitur annus 1209, quo crucesignati terra potiti sunt eamque dominationi suæ subegit Simon de Monte Forti; inde frequens apud testes illud *primus adventus crucesignatorum*, quo annus ille indicatur. Annos 1209-1224, *tempus comitis Montis Fortis*, eos fuisse novimus quibus Simon comes, anno 1218, junio mense, occisus, et Amalricus, filius ejus, regioni præfuerunt, quæ quidem verba et ad dominationem patris et ad annos filii indiscrete pertinent. Inter casus autem insignes qui hunc temporis lapsum illustravere, hi a testibus memoriæ traduntur : urbs videlicet Carcassona, anno 1209, mense maio, capta, Raimundusque Rogerius, vicecomes Carcassonensis, eodem anno, mense novembri, vita functus; obsidio præterea Rivi Minerbensis, anno 1210, ni fallimur, facta; Mons Regalis anno 1221, obsesso Alano de Rociaco, captus; bellum etiam inter comitem Montis Fortis et Amalricum Narbonensem, in quo huic varii Cataloniæ domini auxilium attulerunt, nuncupatim Nunez Sancius, Rossilionensis et Cerritaniæ comes, comes quoque Impuriarum Hugo, aliique.

Porro Amalrico de Monte Forti partes meridionales anno 1224, mense januario, linquente, incipit *tempus faidimenti*, anni tres quibus veteres domini regioni auctoritatem suam rursus imposuere. Mox vero, anno 1226, Ludovico octavo in provinciam Narbonensem deveniente et Avenionem obsidente, nova incipit annorum series; tunc enim regiis legibus tota senescalcia Carcassonensis, paucis admodum urbibus exceptis, subacta, Raddensi tantum pago Limosoque, ejus capite, sub auctoritate Trencavelli juvenis, vicecomitis Carcassonensis, remanentibus. Inter annos 1226 et 1229 Limosum in ditionem regis redigitur, castrum Cabareti obsidetur.

Pace inde per duodecim annos (1229-1240), quantum tunc fieri

poterat, florente, ab inquisitoribus hæreticæ pravitatis multi milites aspera perpessi sunt; tunc, inter cætera, anno, ut videtur, 1238 vel 1239, nobiles numero plures Caunis a fratre Ferrario inquisitore, forte dum conventiculo hæreticorum Albigensium interessent, deprehensi et Carcassonam deducti, unde quibusdam evadentibus, alii morte damnati et cremati sunt, variæ aliis inflictæ sunt pœnæ, sive crucem coacti acceperint, sive in carcerem fuerint detrusi vel bona per confiscationem amiserint.

Anno vero 1240, augusto mense, *faiditi,* qui extra dominium regium in terris Aragonum regi subjectis degebant, auxilium sese a Raimundo VII recepturos falso rati, senescalciam Carcassonensem subito invadunt; inde populo per totam terram consurgente, et Trencavello vicecomiti, qui invadentibus præerat, favente, loca fere omnia quæ in Raddensi, Carcassonensi et Minerbensi pagis posita sunt, faiditis traduntur, *burgus* Carcassonensis vicecomiti media nocte inter octavam nonamque septembris dies aperitur, protinusque hostes civitatem ipsam obsidione cingunt. Mox autem, comperto quod exercitus regius ad liberandam urbem approperet, altos Carcassonæ muros frustra repetitis assultibus aggressi, die octobris quarta decima recedunt, burgum ruderibus plenum deserunt, quem nona septembris die sanguine occisorum clericorum et sacerdotum deturpaverant. Tunc Johannes de Bellomonte, Ludovici noni camerarius, idem et copiarum a rege missarum dux, faiditos qui Montem Regalem devenerant obsidet, Raimundoque comite partes suas interponente, ne res in longum protrahatur, capitulationem obsessis concedit, qua pacta faiditi milites terram linquere et in Aragoniam recedere sinuntur, incolæ Montis Regalis, paucis exceptis, in gratiam cum victore compositури recipiuntur, ipsa urbs disrupto muro partim destruitur. Eadem sors Limoso, asperiorque castello quod « de Buc » dicebant, cujus defensores in patibulo interimuntur, *guerra vicecomitis* (hoc eam testes nomine vocant) anno 1240 mense novembri sopita.

Anno 1242, senescalciæ Carcassonensis incolæ, non obstantibus ærumnis quas in priore bello subierant a resumendis armis non deterriti, sub vexillo Raimundi septimi concurrerunt, plurimis villis tam in confinio Carcassonensi quam inde ad Araurim fluvium usque contra regem insurgentibus, *faiditis* militibus quasi ad unum in auxilium Tolosani comitis armatis; hæc est quam testes nostri *ultimam guerram comitis Tholosani* dicunt, qua pacata, ultima in inquisitionibus occurrit obsidio Montis Securi, anno 1244, mense martio, cincti; faiditi, qui se illuc receperant, a regiis copiis, expugnato castro, immaniter trucidati sunt. Post hæc nulla jam apud testes rerum publicarum mentio, eo excepto quod anno 1247, illis qui prius Carcassonam incoluerant a rege revocatis, burgus in sinistra fluvii Atacis parte de novo dicitur exstructus.

Cum anno 1879, in novissima editione libri dicti *Histoire générale de Languedoc* (VII, II, 331-396), curante Aug. Molinier, quædam

Exceptionum regesti fragmenta typis mandata fuissent, Paulus Meyer[1] non uno argumento docuit quantum ad elucidandam belli Albigensium historiam subsidium afferant eædem Exceptiones. Quamobrem ad conficiendum peculiarem hæreticorum faiditorumve indicem quorum nomina in Exceptionibus occurrunt adducti fuimus.

Animadvertet lector nomina BERENGARIUS et GERALDUS vel GUERALDUS signis BR. et GR. nostro in regesto sæpius notata fuisse.

I

DOMINUS ARNALDUS DE LAURANO[2] TESTIS JURATUS. Fol. 1.

A 1. Contra petitionem Ricæ, filiæ Ermenjardis de Riuterio[3], dixit se vidisse Bec de Fano Jovis, patrem dictæ Ricæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit R. Bernardi, virum dictæ Ricæ, faiditum in guerra vicecomitis. Ignorat tamen si dictus vir dictæ Ricæ vocabatur R. Bernardi vel Arnaldus Bernardi.

2. Contra[4] petitionem Ermenjardis, filiæ quondam Arnaldi de Solagio[5], dixit se vidisse B P. de Cugunhano[6], virum dictæ Ermenjardis, faiditum in guerra vicecomitis.

3. Contra[7] petitionem Geraldi de Petra Pertusa[8], dixit se vidisse Raimundum de Petra Pertusa, patrem dicti Geraldi, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

4. Contra[9] petitionem Blanchæ, uxoris quondam Raimondi de Gordono, dixit se vidisse dictum Raimundum de Gordono, patrem[10] dictæ Blanchæ, faiditum tempore comitis Montis C Fortis. Item dixit se vidisse dictum Raimundum faiditum in guerra vicecomitis. Idem dixit de Arnaudo de Gindra, patre dictæ Blanchæ.

5. Contra[11] petitionem dominæ Ermenjardis de Palairacho[12], dixit se vidisse Berengarium de Bello Forti, virum ejus, faiditum in guerra vicecomitis.

6. Contra[13] petitionem Garcendis de Quadro, de Sirano[14], dixit quod G. de Cadro, vir D ejus, fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit quod vidit dictam Garcendim crucesignatam pro hæresi.

7. Contra[15] petitionem dominæ Ermenjardis, uxoris Arnaldi de Gindra, dixit quod dictus Arnaldus de Gindra fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, antequam eam duxisset in uxorem. Item dixit quod vidit dictum Arnaldum faiditum in guerra vicecomitis. Item E dixit quod idem Arnaldus fuit immuratus pro hæresi, ipso teste vidente.

8. Contra[16] petitionem dominæ Orpais, uxoris quondam Bernardi Bocardi, dixit se vidisse Fol. 1 v°. dictum Bernardum Bocardi faiditum tempore comitis Montis Fortis, antequam eam duxisset in uxorem, et postea vidit ipsum Bernardum faiditum tempore domini regis.

9. Contra[17] petitionem dominæ Aladaicis, uxoris quondam Guillelmi de Petra Pertusa, F de Cane Suspenso[18], dixit se vidisse dictum Guillelmum faiditum tempore comitis Montis Fortis semper et tempore domini regis et in guerra vicecomitis.

10. Item[19] dixit contra petitionem Geraldi de Pipionibus[20], militis, se vidisse ipsum Geraldum faiditum in guerra vicecomitis.

11. Item[21] contra petitionem dominæ Aladaicis de Minerba[22] et Brunissendis, filiarum G quondam P. de Minerba et dominæ Comdor, dixit quod dominus Esquivus de Minerba, pater dictæ Comdor, fuit faiditus toto tempore comitis Montis Fortis, ipso teste[23] vidente.

[1] Annuaire Bulletin de la Société de l'histoire de France, année 1879, p. 1886.
[2] Laure, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[3] Routier, Aude, c^on Alaigne.
[4] *Cf.* § 331 *et* 728.
[5] Soulatgé, Aude, c^on Mouthoumet.
[6] Cucugnan, Aude, c^on Tuchan.
[7] *Cf.* § 333 *et* 740.
[8] Pierrepertuise, Aude, c^on Tuchan, c^ne Rouffiac-des-Corbières.
[9] *Cf.* § 334 *et* 731.
[10] *Corr.* maritum.
[11] *Cf.* § 336.
[12] Palairac, Aude, c^on Mouthoumet.
[13] *Cf.* § 337 *et* 732.
[14] Siran, Hérault, c^on Olonzac.
[15] *Cf.* § 338 *et* 733, *necnon Sententiarum anni 1262 caput* 41.
[16] *Cf.* § 339 *et* 734.
[17] *Cf.* § 396 *et* 735.
[18] Capendu, Aude, arr. Carcassonne.
[19] *Cf.* § 340 *et* 736.
[20] Pépieux, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[21] *Cf.* § 341 *et* 737.
[22] Minerve, Hérault, c^on Olonzac.
[23] *Arnaldo de Laurano.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

Item dixit quod vidit quod dictus Esquivus conjugavit dictam Comdor, filiam suam, P. de A
Minerba, tempore quo dictus P. de Minerba tenebat castrum de Asiliano[1].

12. Item[2] contra petitionem dominæ Garcendis, uxoris quondam Raimundi Ermengaudi, de Laurano, dixit se vidisse dictum Raimundum Ermengaudi faiditum tempore comitis Montis Fortis, et vidit ipsum faiditum similiter in guerra vicecomitis.

13. Contra[3] petitionem Pelfortæ, filiæ quondam Pelfortis de Sirano, dixit quod vidit B
dictum Pelfortem et Bertrandum de Roca Negada[4], virum dictæ Pelfortæ, faiditos tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit dictum Bertrandum de Roca Negada in guerra vicecomitis.

14. Item[5] contra petitionem Ermessendis, uxoris quondam Gaucerandi de Capitis Stagno[6], dixit se vidisse Stephanum de Cerviano[7], patrem ipsius Ermessendis, faiditum C
tempore comitis Montis Fortis.

Fol. 2. 15. Item[8] contra petitionem Aladaicis de Riuterio dixit se audivisse quod R. de Marcelano, frater dictæ Aladaicis, fuit combustus pro hæresi apud Montem Securum[9].

16. Item contra petitionem Ermessendis de Laurano, uxoris quondam G. Roca, militis, de Tribus Malis[10], dixit se vidisse dictum G. Roca faiditum tempore comitis Montis Fortis, D
antequam duxisset eam in uxorem. Item dixit quod videtur sibi quod G. Roca prædictus fuit faiditus in guerra vicecomitis.

17. Item contra petitionem R. Dozeti, de Sirano, dixit se vidisse Cassabovem, fratrem ejus, faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis apud Cabaretum[11]. Item dixit quod sibi videtur ac credit firmiter quod dictus R. Dozeti et G. de Sirano, frater E
ejus, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis.

18. Item[12] contra petitionem Floris, uxoris quondam Alfarici, dixit se audivisse dici quod G. Alfarici, avus istius prædicti Alfarici, fuit extumulatus de cimiterio et combustus pro hæresi. Item dixit se vidisse Guillelmum Alfaricum, patrem prædicti Alfarici, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, et fuit postea condempnatus de F
hæresi. Item dixit quod vidit Guillelmum Fortem, patrem prædictæ Floris, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et postea in guerra vicecomitis.

19. Item contra aliam petitionem dictæ Flor[i]s, dixit se vidisse Bertrandum de Roca Tallada[13] faiditum post guerram vicecomitis et ante per v vel...[14] annos, et in illo faidimento copulavit dictam Florem sibi. Tamen dixit quod ipsa habebat tunc alium virum viventem, G
videlicet Alfaricum.

Fol. 2 v°. 20. Item[15] contra petitionem Raimundæ, uxoris quondam Bernardi de Fraisseneda, dixit quod dictus Bernardus de Fraisseneda fuit contra comitem Montis Fortis tempore obsidionis de Rivo[16], antequam duxisset eam in uxorem, ipso teste vivente.

21. Item[17] contra petitionem Audæ, uxoris Bernardi de Cella Vinaria, dixit se vidisse H
dictum Bernardum faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis et in guerra vicecomitis.

22. Item contra petitionem Ademarii, P. et Helis, liberorum quondam P. de Sancto Ferreolo, militis, dixit se audivisse dici quod dictus P. de [Sancto] Ferreolo fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et quod fuit interfectioni Andreæ Chauleti, I
senescalli Carcassonæ[18], in nemore de Sentaneria.

23. Item[19] contra petitionem Guillelmi et Pelfortis de Cesseratio[20], dixit se vidisse Bernardum Arnaudi, de Rusticanis[21], faiditum tempore comitis[22] Montis Fortis et domini regis. Item dixit quod vidit prædictos Guillelmum et Pilum Fortem faiditos in guerra vicecomitis.

24. Item contra petitionem Guillelmæ de Festa, dixit quod videtur sibi ac credit firmiter J
quod Maurus, maritus ejus, fuit faiditus in guerra vicecomitis.

25. Item[23] contra petitionem Gayæ, filiæ quondam Aladaicis de Aragone[24], dixit quod audivit quod G. Adelano[25] fuit captus pro hæresi et aufugit[26] et fregit carcerem et fuit nuper

[1] Azille, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[2] *Cf.* § 343 *et* 738.
[3] *Cf.* § 344 *et* 739.
[4] Roquenegade, Aude, c^on la Grasse, c^ne Pradelles-en-Val.
[5] *Cf.* § 345 *et* 740.
[6] Capestang, Hérault, arr. Béziers.
[7] Servian, Hérault, arr. Béziers.
[8] *Cf.* § 346.
[9] Montségur, Ariège, c^on Lavelanet. *Quod castellum anno 1245 expugnatum fuit.*
[10] Trèbes, Aude, c^on Capendu.
[11] Cabaret, *veteris castelli nomen.* Aude, c^on et c^ne Mas-Cabardès.
[12] *Cf.* § 19, 181, 413, 527, 635, 743, 744 *et* 855.
[13] Roquetaillade, Aude, c^on Couiza.
[14] *Numerus in cod. omissus.*
[15] *Cf.* § 746.
[16] Rieux-Minervois, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[17] *Cf.* § 747.
[18] *Anno 1229 vel 1230. Vide infra* § 108 *et* Hist. de Languedoc, noviss. edit., VI, p. 659.
[19] *Cf.* § 748.
[20] Cesseras, Hérault, c^on Olonzac.
[21] Rustiques, Aude, c^on Capendu.
[22] *Vox* comitis *in cod. omissa.*
[23] *Cf.* § 749.
[24] Aragon, Aude, c^on Alzonne.
[25] Guillelmus de Aselano; *vide infra* § 749.
[26] *Cod.* aufugiit *hic et infra passim.*

A combustus apud Narbonam. Item dixit quod Arnaldus de Aragone fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis.

26. Contra[1] petitionem Bertrandi de Mossio[2], dixit se vidisse Guillelmum de Gordono faiditum tempore comitis Montis Fortis.

27. Contra[3] petitionem Grossæ, filiæ quondam P. de Podio, dixit se vidisse dictum Fol. 3.
B P. faiditum tempore comitis Montis Fortis et post adventum domini regis similiter ad Avinionem. Item vidit Hugonem Ermengaudi, virum dictæ Grossæ, fayditum in guerra vicecomitis. Item dixit quod Bernardus Sermon, cui ultimo nupsit dicta Grossa, fuit faiditus semper et adhuc est, ita quod non est ausus intrare Carcassesium[4].

28. Contra[5] petitionem dominæ Marquesiæ, filiæ quondam Aimerici de Claro Monte[6],
C dixit se vidisse P. de Laurano, virum dictæ Marquesiæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod milites tenebant[7] terram istam, quando duxit eam dictus P. in uxorem post recessum dicti comitis. Item dixit se vidisse dictum P. de Laurano faiditum tempore domini regis postquam venit apud Avinionem.

29. Contra[8] petitionem Petri Rogerii, filii quondam P. de Laurano, dixit quod P. de
D Laurano prædictus fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis, ipso teste vidente, et decessit faiditus apud Lautricum[9].

30. Contra[10] petitionem Sebeudæ, uxoris quondam Amelii de Sancto Saturnino[11], de Laurano, dixit quod fratres ejusdem Sebeudæ, scilicet Hugo Ermengaudi et Bermundus, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis, ipso teste vidente.

E 31. Contra[12] petitionem P. de Villis Passantibus[13] dixit se vidisse ipsum P. faiditum tempore domini regis pro guerra de Cabareto. Item dixit quod vidit Eleazarum de Grava[14] faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, et fuit similiter dictus Eleasarus condempnatus de hæresi.

32. Contra petitionem Jordani de Cabareto[15], filii quondam Jordani de Cabareto, dixit
F quod vidit Jordanum de Cabareto, patrem istius agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis et postea tempore domini regis. Item dixit quod vidit P. Rogerii, de Cabareto, fratrem istius Jordani petentis, faiditum in guerra vicecomitis.

33. Contra[16] petitionem Elisiarii et sororum ejus Marquesiæ, Audæ et Ermenjardis, liberorum quondam Elisiari de Grava, dixit quod vidit faiditum Eleazarum de Grava, patrem Fol. 3 v°.
G dictorum agentium, tempore comitis Montis Fortis et tempore vicecomitis.

34. Contra petitionem R. de Furno, dixit quod vidit ipsum R. de Furno faiditum in guerra vicecomitis.

35. Contra[17] petitionem Raimundæ, filiæ Guillelmi Sigerii, uxoris quondam Radulfi de Aqua Viva[18], dixit quod dictus Guillelmus Sigerii fuit faiditus semper tam tempore comitis
H Montis Fortis quam tempore domini regis, ipso teste vidente, et decessit faiditus. Item dixit quod vidit Monachum de Gluiano, patrem dicti Radulfi, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod dictus Radulfus fuit faiditus in guerra vicecomitis, et post dictam guerram cepit eum Radulfus de Blumaco[19], prout ipse audivit dici, tanquam faiditum et inimicum domini regis.

I 36. Contra petitionem P. R., de Ventajone[20], dixit quod videtur sibi et bene credit firmiter quod ipse P. R. fuit faiditus in guerra vicecomitis. Tamen dixit quod ipse P. R. interfuit quando castrum Montis Regalis[21] fuit traditum faiditis, prout ipse credit.

37. Contra[22] petitionem Pili Fortis de Cessaracio et Guillelmi, fratris ejus, dixit quod vidit ipsos ambos et Bernardum Pilum Fortem, fratrem eorum, faiditos in guerra vice-
J comitis.

38. Contra[23] petitionem Guillelmi Petri, de Petriaco[24], filii quondam Bernardi de Fraisse-

[1] *Cf.* § 199, 423, 539, 750 *et* 867.

[2] Moux, Aude, c^on Capendu. — *Is* Bertrandus de Mossio *infra dicitur* Berenguarius (§ 423) *et* Bermundus (§ 539).

[3] *Cf.* § 751.

[4] *Pagus cujus caput Carcassona.*

[5] *Cf.* § 753.

[6] Clermont, Aude, c^on Saint-Hilaire.

[7] *Annis 1224-1226, quibus, expulso Amalrico de Monte Forti, vicecomes Trencavellus ejusque milites terram istam tenuerant.*

[8] *Cf.* § 754.

[9] Lautrec, Tarn, arr. Castres.

[10] *Cf.* § 755.

[11] Saint-Sernin, *villula sita prope Lauranum* (Laure, Aude, c^on Peyriac-Minervois).

[12] *Cf.* § 759.

[13] Villespassans, Hérault, c^on Saint-Chinian.

[14] *De qua familia vide Mahul,* Cartul. de Carcassonne, IV, 270.

[15] *Cf.* § 760. *Vide etiam* § 373, *necnon anni 1262 Sententiam* 42.

[16] *Cf.* § 761.

[17] *Cf.* § 762.

[18] Aigues-Vives, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[19] Blomac, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[20] Ventajou, Hérault, c^on Olonzac, c^ne Félines-Hautpoul.

[21] *Montis Regalis traditio, quæ anno 1240 accidit.* — Montréal, Aude, arr. Carcassonne. *Vide Mahul,* Cartul. de Carcassonne, t. III, p. 248.

[22] *Cf.* § 763.

[23] *Cf.* § 764.

[24] Peyriac-Minervois, Aude, arr. Carcassonne.

neda, dixit quod vidit dictum Bernardum de Fraisseneda faiditum tempore comitis Montis A
Fortis, antequam duxisset Raimundam in uxorem, et postea fuit captus pro hæresi et fregit carcerem et recessit inde fugiendo.

Fol. 4. 39. Contra petitionem Mainardæ, uxoris quondam Gr. Yla[rii], dixit quod vidit dictum Gr. Yla[rii] cum Olivario de Terminis[1] tempore quo erat faiditus idem Olivarius, quando castrum de Cabareto erat contra dominum regem, et credit quod esse[t] faiditus in guerra B
vicecomitis.

40. Contra petitionem Ermengaudi de Fabrezano[2], dixit quod vidit R. G., patruum suum, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et decessit faiditus apud Cervianum.

41. Contra petitionem Hugonis de Conchis[3] et Saurinæ, sororis ejus, dixit quod W. de Conchis, pater dictorum agentium, fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. C
Item dixit quod Bertrandus de Conchis, frater dicti W. de Conchis, decessit tempore faidimenti apud Cabaretum cum quairello, prout ipse testis a[u]divit dici.

42. Contra[4] petitionem Gauzion, uxoris Guillelmi de Ponte, de Aqua Viva, dixit quod dictus Guillelmus de Ponte fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit quod Monachus de Gluiano, pater dictæ Gauzion, fuit faiditus tempore comitis Montis D
Fortis, ipso teste vidente; et audivit dici quod Guillelmus de Ponte fuit captus apud Villam Novam[5] per gentes comitis Montis Fortis.

43. Contra[6] petitionem Mabiliæ, uxoris quondam Jordani de Cabareto, dixit quod, quando ipsa Mabilia nupsit dicto Jordano de Cabareto, ipse habebat aliam uxorem viventem tunc, scilicet dominam Orbriam, ipso teste vidente. Item dixit quod Ecclesia compulit ipsum E
Jordanum redire ad dictam Orbriam. Item dixit quod, quando dicta Mabilia nupsit dicto Jordano, idem Jordanus erat faiditus, tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente. Item[7] dixit quod dicta Mabilia possidet aliqua bona apud Vilaiglinum[8], quæ fuerunt dicti Jordani de Cabareto, prout ipse credit.

Fol. 4 v°. 44. Contra[9] petitionem Guillelmi de Castellone et Hugonis et Pontii fratrum, de Monte F
Regali, dixit quod vidit Guillelmum de Castellone, patrem eorum, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et postea apud Cabaretum tempore domini regis. Item dixit quod vidit eundem Guillelmum prædictum faiditum apud Montem Regalem in guerra vicecomitis.

45. Contra[10] petitionem Pellapullæ, filiæ Lupati de Podio, dixit quod vidit dictum Lupatum faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit Guillelmum Petri, filium G
dicti Lupati, faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit quod vidit Petrum de Sancto Michaele tenentem castrum de Villalerio[11]; postmodum episcopus Carcassonæ abstulit ei dictum castrum, nescit tamen an tempore faidimenti comitis Montis Fortis an tempore faidimenti domini regis. Item dixit quod dictus P. de Sancto Michaele fuit immuratus apud Tholosam pro hæresi. H

46. Contra[12] petitionem Sauræ, filiæ quondam Amelii de Mortario[13], de Fano Jovis[14], dixit quod vidit Jordanum de Sancto Felice, patrem Jordani de Sancto Felice, viri dictæ Sauræ, et ipsum Jordanum et Bertrandum et Guillelmum, Jordani fratres, faiditos tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit dictum Jordanum, virum dictæ Sauræ, faiditum in guerra vicecomitis. Ignorat tamen si ipse Jordanus duxit in uxorem dictam Sauram post I
faidimentum vicecomitis vel ante.

47. Contra[15] petitionem Ferrandæ de Villaneria, dixit se vidisse Catalanum de Villaneria, patrem ipsius Ferrandæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

48. Contra[16] petitionem Petri Raimundi, de Argiens[17], et B. de Podio et Albiæ, fratrum, dixit se credere[18] dictum Petrum Raimundum, de Argentio, faiditum in guerra vicecomitis. J
Item dixit quod vidit Petrum Raimundum, de Argentio, patrem dicti Petri Raimundi,
Fol. 5. faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse faiditum G. de Podio, patrem dicti B. de Podio et Albiæ, in guerra vicecomitis. Item dixit se audivisse quod G. de Cadro, avus dicti Petri Raimundi agentis, fuit hæreticus combustus apud Minerbam[19] per comitem Montis Fortis. K

[1] Termes, Aude, c°n Monthoumet.
[2] Fabrezan, Aude, c°n Lézignan.
[3] Conques, Aude, arr. Carcassonne.
[4] *Cf.* § 765 *et Sententiarum anni 1262 caput* 53.
[5] *Fort.* Villeneuve-les-Chanoines, Aude, c°n Peyriac-Minervois.
[6] *Cf.* § 766.
[7] *Sententia quæ sequitur in cod. cancellata est.*
[8] *Al.* Vilarlongum, *ut inter lineas manu coætanea notatum est.* — Villegly, Aude, c°n Conques. — Villarlong, Aude, c°n Conques, c°ne Villarzel-Cabardès.
[9] *Cf.* § 767.
[10] *Cf.* § 768.
[11] Villalier, Aude, c°n Conques. *Quod castrum postea Carcassonensi episcopo Ludovicus rex IX concessit. Vide Mahul*, Cartul. de Carcassonne, II, 57.
[12] *Cf.* § 769.
[13] Mortier, Aude, c°n Fanjeaux, c°ne la Cassaigne.
[14] Fanjeaux, Aude, arr. Castelnaudary.
[15] *Cf.* § 137.
[16] *Cf.* § 758 *et* 770.
[17] Argens, Aude, c°n Ginestas.
[18] *Pro* credere *primo scriptum fuerat* vidisse.
[19] Minerve, Hérault, c°n Olonzac.

A 49. Contra petitionem Olimpias, uxoris quondam P. de Conchis, dixit se vidisse dictum P. de Conchis et Ademarium de Conchis, fratres, faiditos tempore comitis Montis Fortis. Nescit tamen si conjugatio dicti P. et dictæ Olimpias facta [fuerit] tempore faidimenti et excommunicationis necnon. Item dixit quod vidit dictum P. de Conchis faiditum in guerra vicecomitis.

B 50. Contra petitionem dictæ Olimpias pro filiabus suis, dixit idem.

51. Contra petitionem Raimondæ de Conchis, filiæ quondam Hugonis de Conchis, dixit quod vidit dictum Hugonem faiditum tempore comitis Montis Fortis.

52. Contra petitionem Audæ de Palaiano[1], uxoris quondam Villæ Novæ de Tribus Bonis, dixit quod vidit dictum Villam Novam faiditum tempore comitis Montis Fortis. C Item dixit se vidisse G. Petri, filium dicti Villæ Novæ, faiditum in guerra vicecomitis.

53. Contra petitionem Beatricis, filiæ quondam Amelii de Villalerio, dixit quod G. Amelii, frater dictæ Beatricis, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente.

54. Contra petitionem P. de Turre, filii quondam Saurinæ et B. de Turre, dixit quod D P. de Turre prædictus decessit[2], prout audivit. Item dixit quod B. de Turre, pater prædicti P., fuit semper faiditus, ipso teste vidente, tempore comitis Montis Fortis et etiam domini regis, et de omnibus guerris a primo adventu crucesignatorum usque nunc.

55. Contra[3] petitionem Geraldæ, uxoris Guillelmi Fortis, militis, dixit quod dictus Guillelmus Fortis fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, ipso E teste vidente.

56. Contra[4] petitionem Bonæ Feminæ de Monte Regali, uxoris quondam Guillelmi de Vico[5], dixit quod dictus Guillelmus de Vicco fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Fol. 5 v°.

57. Contra[6] petitionem Raimondæ, uxoris quondam Raimundi Geraldi, de Cabareto, F dixit se vidisse dictum Raimundum Geraldi faiditum apud Cabaretum tempore comitis Montis Fortis.

58. Contra petitionem Saurindæ, uxoris quondam Eleazari de Aragone, dixit se vidisse dictum Eleazarum faiditum in guerra vicecomitis.

59. Contra[7] petitionem Orpais, uxoris quondam Petri Raimundi, de Drula[8], dixit se G vidisse Raimundum Sicredii, filium dictæ Orpais, faiditum in guerra vicecomitis.

60. Contra[9] petitionem Phillipæ, uxoris Guillelmi Vassalli, de Monte Regali, dixit se vidisse dictum Guillelmum Vassalli faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit quod ambo prædicti vir et uxor decesserunt post prædictum faidimentum apud Broamum[10].

61. Contra petitionem Flors, uxoris Pontii Ferrolli, militis, de Carcassona, dixit se H vidisse dictum Pontium Ferrolli faiditum in guerra vicecomitis.

62. Contra[11] petitionem Aissiæ, uxoris quondam Bernardi Romeui, de Petriaco[12], dixit se vidisse dictum Bernardum Romeui faiditum tempore comitis Montis Fortis.

63. Contra petitionem Geraldæ, filiæ quondam B. de Villa Florani[13], dixit se vidisse dictum B. faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. Item dixit se I audivisse quod dictus B. de Villa Flurani fuit interfectus in garnisione faiditorum Ruppis de Bucco[14] et postea fuit combustus per Gallicos.

64. Item[15] contra petitionem Pontii de Castellone, militis, dixit se vidisse dictum Pontium faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis similiter.

65. Contra[16] petitionem Petri Berengarii, filii quondam Arnaldi Guillelmi, de Aquis Fol. 6.
J Vivis, dixit se vidisse ipsos faiditos in guerra vicecomitis, et post illam guerram decesserunt exheredati.

66. Contra[17] petitionem Morretæ de Monte Regali, uxoris Guillelmi Sigarii, de Roca Fera[18], dixit se vidisse faiditum dictum Guillelmum Sigarii tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse dictum Guillelmum Sigarii faiditum de omni- K bus guerris, et credit quod tempore excommunicationis et faidimenti copulavit sibi dictam Morretam.

[1] Palaja, Aude, c^{on} Carcassonne.
[2] *Vocem* faiditus *supplendam esse conjicimus.*
[3] *Cf.* § 771.
[4] *Cf.* § 772.
[5] Vic, Aude, c^{on} Conques.
[6] *Cf.* § 112, 773 *et* 812.
[7] *Cf.* § 774.
[8] *Vel fort.* Drumla. *Hodie, ut conjicimus,* Dreuilhe, Ariège, c^{on} Lavelanet.
[9] *Cf.* § 775.
[10] Bram, Aude, c^{on} Fanjeaux.
[11] *Cf.* § 776.
[12] Peyriac-Minervois, Aude, arr. Carcassonne.
[13] Villefloure, Aude, c^{on} Saint-Hilaire.
[14] Le Buc, Aude, c^{on} Saint-Hilaire, c^{ne} Belcastel-et-Buc.
[15] *Cf.* § 78, 350, 777 *et* 789.
[16] *Cf.* § 778.
[17] *Cf.* § 779.
[18] Roquefère, Aude, c^{on} Mas-Cabardès.

67. Contra petitionem G. de Rivo Vallis Daniæ[1] dixit quod vidit Bermondum de Villatenent, patrem dicti G. de Rivo, faiditum in guerra vicecomitis, qui vivit adhuc faiditus.

68. Contra[2] petitionem Condors, uxoris Leonis de Rebentino[3], dixit quod vidit dictum Leonem faiditum de omnibus guerris comitis Montis Fortis et vicecomitis, et adhuc vivit faiditus, et prædicta uxor sua decessit, prout ipse audivit.

69. Contra[4] petitionem Marquesiæ, filiæ quondam Arnaudi Raimundi, de Podio Clierico[5], dixit se vidisse R. Ermengaudi, de Barbairano[6], virum dictæ Marquesiæ, faiditum in guerra vicecomitis.

70. Contra[7] petitionem Girmundæ de Rusticanis, dixit se vidisse Guillelmum Sigerii, de Monte Lauro[8], virum dictæ Girmundæ, faiditum temporibus comitis Montis Fortis et domini regis. Item dixit se vidisse Hugonem de Rusticanis, fratrem dictæ Girmondæ, faiditum in guerra vicecomitis.

71. Contra[9] petitionem Fabrissæ, uxoris quondam Bernardi de Villa Nova, dixit quod vidit dictum Bernardum de Villa Nova faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se audivisse quod dicta Fabrissa portavit cruces pro crimine hæresis.

72. Contra[10] petitionem Genc[ianæ], filiæ quondam Bernardi de Monte Regali, de Carcassona, dixit se vidisse dictum Bernardum faiditum et exulem de terra domini regis.

Fol. 6 v°. 73. Contra petitionem Ebrardæ, uxoris Aimerici de Podio, dixit quod manifestum est quod Ysarnus de Braciaco, pater dictæ Ebrardæ, fuit immuratus pro hæresi. Item dixit se vidisse G. de Podio, patrem dicti Aimerici, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

74. Contra petitionem Ermenjardis, filiæ quondam R. de Villa Neria, dixit se vidisse Catalanum de Villa Neria et Pontium Bernardi faiditos tempore comitis Montis Fortis.

75. Contra[11] petitionem Petri Rogerii, de Cabareto, et Jordani, fratrum, dixit quod vidit Jordanum de Cabareto, patrem dictorum agentium, faiditum de omnibus guerris comitum Montis Fortis. Item dixit se vidisse dictum Jordanum, patrem dictorum agentium, habentem duas uxores viventes, videlicet dominam Orbriam et dominam Mabiliam.

76. Contra[12] petitionem Avæ, filiæ quondam Raimundi Arnaudi Barba Bruna, dixit se vidisse P. Berengarium[13], virum dictæ Avæ, faiditum in guerra vicecomitis.

77. Contra[14] petitionem Guillelmæ Rogeriæ, filiæ quondam B. Rogerii, de Monte Regali, dixit quod videtur sibi quod vidit Guillelmum de Tholosa, virum dictæ Guillelmæ, apud Montem Regalem[15] in guerra vicecomitis.

78. Contra[16] petitionem Pontii de Castillione, militis, de Tribus Bonis, dixit se vidisse dictum Pontium faiditum in guerra vicecomitis.

79. Contra[17] petitionem Rixendis, uxoris quondam Raimundi de Taxo, de Limoso, dixit se vidisse P. de Taxo, fratrem dicti Raimundi, faiditum tempore guerræ comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

80. Contra[18] petitionem Bernardæ, filiæ quondam Jordani de Cabareto, dixit se vidisse Berengarium de Petra Pertusa, virum dictæ Bernardæ, faiditum tempore vicecomitis. Item dixit quod dictus Jordanus, pater prædictæ Bernardæ, habebat aliam uxorem viventem, scilicet dominam Orbriam, quando genuit dictam Bernardam a domina Mabilia.

Fol. 7. 81. Contra[19] petitionem Berengariæ, uxoris quondam B. Pelapulli Copada, de Villa Mostaucione[20], dixit quod vidit Raimundum Pelapulli, filium dictæ Berengariæ, faiditum in guerra vicecomititis.

82. Contra[21] petitionem Raimundi Pelapulli et Bernardi fratrum, dixit idem quod in proxima præcedenti.

83. Contra[22] petitionem Pullæ, filiæ quondam Lupati de Podio, dixit se vidisse Lupatum de Podio, patrem dictæ Pullæ, faiditum tempore vicecomitis.

84. Contra petitionem Guillelmæ, uxoris P. de Villario, dixit se vidisse dictum P. de Villario esse faiditum tempore comitis Montis Fortis, et credit ipsum fuisse faiditum in guerra vicecomitis, eo quia adhuc est exheredatus, tamen non vidit ipsum durante dicta guerra. Item dixit quod G. Cat et R. Cat fuerunt faiditi in guerra vicecomitis.

[1] Rieux-en-Val, Aude, c^on la Grasse.
[2] *Cf.* § 781.
[3] Rebenty, Aude, c^on et c^ne Montréal. — *Hic est fort. Leo de Rebentino, cujus testimonia in regesto, fol.* 43-54 (*infra* § 544 *et seq.*), *consignata sunt.*
[4] *Cf.* § 782.
[5] Puichéric, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[6] Barbaira, Aude, c^on Capendu.
[7] *Cf.* § 115, 363, 468 *et* 784.
[8] Montlaur, Aude, c^on la Grasse.
[9] *Cf.* § 785.
[10] *Cf.* § 786.
[11] *Cf.* § 347 *et* 788, *et anni 1262 Sententias* § 42.
[12] *Cf.* § 348.
[13] *Cod.* P. Br.
[14] *Cf.* § 349 *et* 549.
[15] Montréal, Aude, arr. Carcassonne.
[16] *Cf.* § 64, 350, 777 *et* 789.
[17] *Cf.* § 790.
[18] *Cf.* § 351.
[19] *Cf.* § 791.
[20] Villemoustaussou, Aude, c^on Conques.
[21] *Cf.* § 792.
[22] *Cf.* § 793.

A 85. Contra petitionem Alamandæ, uxoris quondam Pontii Bernardi, de Arzincho[1], dixit se vidisse dictam Alamandam apud Montem Regalem tempore guerræ vicecomitis.

86. Contra[2] petitionem Guillelmi Stephani et Raimundi Morlanæ, dixit quod vidit dictos Guillelmum Stephani et Raimundum Morlanam faiditos in guerra vicecomitis, cum aliis hominibus suburbii Carcassonæ.

B 87. Contra[3] petitionem Raimundi Ademarii, qui dicitur Pilus de Estivo, dixit se vidisse ipsum faiditum in guerra vicecomitis, cum aliis hominibus suburbii Carcassonæ. Item dixit quod vidit Petrum Ferrandi et Berengarium Ferrandi, fratres, et Pontium Patulli faiditos in guerra vicecomitis.

88. Contra[4] petitionem Sicardæ, uxoris quondam Raimundi de Caunetis, dixit quod C vidit semper Monachum de Vilarzello faiditum ab adventu primo crucesignatorum quousque decessit.

89. Contra[5] petitionem Audæ, filiæ quondam Lupati de Podio, dixit se vidisse Lupatum de Podio, patrem dictæ Audæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit Ar. de Aragone, patrem Pictavini de Arragone, faiditum tempore comitis Montis D Fortis, et in illo faidimento decessit.

90. Contra[6] petitionem Arnaldæ, viduæ, uxoris quondam Raimundi Calveti, de Conchis[7], dixit se vidisse dictum Raimundum Calveti faiditum tempore comitis Montis Fortis. De guerra vicecomitis dixit quod nescit utrum viveret annon. Fol. 7 v°.

91. Contra[8] petitionem Raimondæ, uxoris quondam Isarni de Pesincho[9], dixit quod E dictus Isarnus fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente. Item dixit se vidisse dictum Isarnum faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse P. de Pradis, patrem dictæ Raimondæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

92. Contra petitionem Endiæ, uxoris quondam G. Silva, de Monte Regali, dixit se vidisse dictum G. Silva faiditum tempore guerræ vicecomitis apud Montem Regalem.

F 93. Contra[10] petitionem Austorgæ, uxoris Amelii de Petriaco, dixit quod vidit G. Petri, patrem dicti Amelii, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit dictum Amelium faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit quod dictus Amelius fuit causa hæresis captus et fregit carcerem domini regis et inde aufugit.

94. Contra[11] petitionem Estouti de Rebentino, dixit quod vidit dictum Estoutum faidi-G tum in guerra vicecomitis.

95. Contra[12] petitionem Donadæ, filiæ quondam Arnaudi de Garda, dixit quod Guillelmus Petri, vir ejus, fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit se vidisse Villam Novam, patrem dicti Guillelmi Petri, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Arnaudum de Garda, patrem dictæ Donadæ, in guerra comitis Montis Fortis.

H 96. Contra petitionem P. de Garda et Berengarii, fratrum, dixit quod Berengarius prædictus decessit, et dictus P. de Garda fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente.

97. Contra[13] petitionem Genc[ianæ] et Simonæ, sororum, filiarum quondam Estouti de Monte Serrato, dixit quod dictus Estoutus et Rogerius, fratres, fuerunt faiditi tempore I comitis Montis Fortis et domini regis, ipso teste vidente.

98. Contra[14] petitionem Guillelmi Ademarii, de Conchis, dixit quod Raimundus Calveti, pater dicti Guillelmi Ademarii, fuit faiditus tempore comitis, ipso teste vidente, et in illo faidimento copulavit sibi Arnaudam, matre[m] dicti agentis. De guerra vicecomitis dubitat utrum viveret necne. Fol. 8.

J 99. Contra[15] petitionem Arnaldi Raimundi, de Molino, filii quondam Raimundi Arnaldi, de Molino, et Rogerii de Podio, filii quondam Arnaldi Raimundi, de Molino, dixit quod Arnaldus Raimundi, de Molino, et Raimundus Arnaldi, de Molino, patres prædictorum agentium, et P. Rogerii, de Cabareto, et [Raimundus] Rogerius, vicecomes Carcassonæ, fuerunt faiditi tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente.

K 100. Contra[16] petitionem dicti Arnaldi Raimundi quam facit de domo senescalli, dixit idem de faidimento dicti Raimundi Arnaldi quod in proxima.

101. Contra[17] petitionem Arnaldi Guillelmi, de Rosolinchis, dixit quod vidit eum faidi-

[1] Arzens, Aude, c^on Montréal.
[2] *Cf.* § 352 *et* 794.
[3] *Cf.* § 192, 421, 537, 651, 795 *et* 864.
[4] *Cf.* § 796.
[5] *Cf.* § 797.
[6] *Cf.* § 798.
[7] Conques, Aude, arr. Carcassonne.
[8] *Cf.* § 799.
[9] Pezens, Aude, c^on Alzonne.
[10] *Cf.* § 210, 353, 668 *et* 800, *necnon Sententiarum anni 1262 cap.* 104.
[11] *Cf.* § 354.
[12] *Cf.* § 355.
[13] *Cf.* § 801.
[14] *Cf.* § 802.
[15] *Cf.* § 100 *et* 803.
[16] *Cf.* § 99 *et* 803.
[17] *Cf.* § 356 *et* 804.

tum in guerra vicecomitis, et ibat cum Hugone de Romegos, faidito de illa guerra, et erat A
de familia sua.

102. Contra[1] petitionem Aladaicis, uxoris Bec. de Conchis, dixit quod Arnaldus Guil-
lelmi, de Aquis Vivis, fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente.

103. Contra[2] petitionem Audæ, uxoris quondam Raimundi Fabri, cambiatoris, dixit se
vidisse Olivarium de Saxiaco[3] faiditum tempore comitis Montis Fortis et exheredatum. Item B
dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis Arnaldum Raimundi, de Podio,
P. Rogerii, de Cabareto, Jordanum de Sancto Felice, Raimundum de Podio, Bertrandum
Gairaudi et Guillelmum Fabri. Item dixit se vidisse faiditos Raimundum de Podio et G.
Fortem, qui fuit filius dicti Arnaldi R., in guerra vicecomitis.

104. Contra[4] petitionem Petri Berengarii, de Tribus Bonis[5], militis, dixit quod vidit eum C
faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

Fol. 8 v°. 105. Contra[6] petitionem Petri Hotonis, de Alairacho[7], dixit quod Estoutus de Monte
Serrato et Rogerius, fratres, fuerunt faiditi tempore comitis Montis Fortis, ipso teste
vidente, et decesserunt faiditi.

106. Contra[8] petitionem Esclarmundæ, filiæ quondam G. Porcelli, de Monte Olivo[9], D
dixit se vidisse faiditum G. de Aragone in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse faiditum
P. de Aragone, patrem dicti G., faiditum in guerra comitis Montis Fortis. Ignorat tamen si
vivebat idem P. tempore guerræ vicecomitis.

107. Contra[10] petitionem Bernardi Raimundi Fontis Grivæ[11], dixit se vidisse dictum Ber-
nardum Raimundi faiditum in guerra vicecomitis, cum aliis hominibus suburbii Carcassonæ. E
Item dixit se vidisse faiditos in dicta guerra omnes istos infra scriptos, scilicet Bertrandum
Bocardi, Raimundum Ferrandi, Arnaldum de Gindra, Graolonum, Raimundum de Con-
gusto, R. Pelapulli, Raimundum de Podio, Rogerium de Aragone, Pilum de Estivo, Bernar-
dum Pelapulli et G. de Podio, et ipsemet testis fuit faiditus in dicta guerra, et omnes præ-
dictos[12] milites vidit faiditos similiter in guerra vicecomitis et se ipsum testem, exceptis[13] F
Raimundo Pelapulli, Raimundo de Congusto, Rogerio de Aragone, qui tunc temporis erant
infantes et non poterant arma defferre. Dixit etiam quod dictus Raimundus Ferrandi et Ar-
naldus de Gindra fuerunt dampnati de hæresi et etiam immurati.

108. Contra petitionem Gaillardæ, uxoris quondam P. de Sancto Ferreolo, dixit se au-
divisse quod dictus P. de Sancto Ferreolo fuit faiditus tempore domini regis postquam G
venit ad Avinionem, et fuit interfeccioni Andreæ Chauleti in nemore de Sentaneria[14].

Fol. 9. 109. Contra[15] petitionem abbatis Sancti Policarpi[16], dixit se vidisse universitatem homi-
num de Limoso in guerra vicecomitis, et dereliquit locum in quo nunc est ædificata villa de
Limoso et reædificavit[17] villam in podio forti ubi antiquitus fuerat; postea, cum dominus
Johannes de Bello Monte venit apud Montem Regalem cum exercitu, dicta universitas H
rediit[18] ad locum in quo nunc est dicta villa; dicit se ignorare qua auctoritate. Item dixit
eamdem universitatem fuisse contra dominum regem in ultima guerra comitis Tholosani.
Item dixit se vidisse quod, quando dominus rex venit ad Avinionem et alia terra fuit sub-
jugata domino regi, dicta universitas fuit faidita et rebellis, et fecit magnam guerram do-
mino regi. I

110. Contra[19] petitionem Aicelenæ, filiæ quondam B. de Mossolincho, dixit quod vidit
P. de Mossolinquo, fratrem dictæ Aicelenæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

111. Contra[20] petitionem Flors, uxoris quondam Raimundi Bruneti, dixit quod vidit
dictum Raimundum Bruneti faiditum in guerra vicecomitis.

112. Contra[21] petitionem Raimundæ, uxoris quondam Raimundi Geraldi, de Cabareto, J
dixit quod vidit dictum Raimundum Geraldi faiditum tempore comitis Montis Fortis.

113. Contra petitionem Flors, uxoris quondam Pontii de Mirato[22], dixit se vidisse dictum
Pontium [faiditum] tempore comitis Montis Fortis.

114. Contra[23] petitionem Caton de Aqua Viva dixit se vidisse faiditos in guerra vice-

[1] *Cf.* § 805.
[2] *Cf.* § 806.
[3] Saissac, Aude, arr. Carcassonne.
[4] *Cf.* § 357 *et* 807.
[5] Trèbes, Aude, c[on] Capendu.
[6] *Cf.* § 808.
[7] Alairac, Aude, c[on] Montréal.
[8] *Vide Sententiarum anni 1262 caput* 87.
[9] Montolieu, Aude, c[on] Alzonne.
[10] *Cf.* § 358 *et* 809.
[11] Fonsegrive, Aude, *prope* Pennautier, arr. Carcassonne, *versus occidentem* (Cassini).
[12] *Cod.* predicti.
[13] *Cod.* exetis.
[14] *Vide supra* § 22.
[15] *Cf.* § 359.
[16] Saint-Polycarpe, Aude, c[on] Saint-Hilaire.
[17] *Cod.* redificavit.
[18] *Cod.* reddiit.
[19] *Cf.* § 463 *et* 810.
[20] *Cf.* § 811 *et Sententiarum anni 1262 caput* 39.
[21] *Cf.* § 57, 773 *et* 812.
[22] *Al.* de Mirabeto; *vide* § 361.
[23] *Cf.* § 362 *et* 466.

A comitis omnes istos milites infra scriptos, videlicet G. de Ponte, Usalgerium de Aqua Viva, Raimundum Rogerium et Arnaldum Guillelmi.

115. Contra[1] petitionem Girmundæ de Alanhano, dixit se vidisse Guillelmum Sigerii, virum Morretæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

116. Contra[2] petitionem Mariæ de Bellaffar, uxoris R. Pontii, dixit se vidisse Raimun- Fol. 9 v°.
B dum Pontii, virum dictæ Mariæ, faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse villam de Monte Olivo esse traditam vicecomiti, et credit quod per dictum R. Pontii et homines ipsius villæ. Item dixit quod dicta Maria fuit filia Petri de Bel Afar, militis, qui fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente, et decessit faiditus et excommunicatus, prout credit. Item dixit se vidisse dictum Raimundum Pontii faiditum tempore comitis
C Montis Fortis. Item dixit quod vidit Arnaldum Feda, patruum dictæ Mariæ, semper faiditum et exheredatum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis, et adhuc est faiditus et exheredatus.

117. Contra[3] petitionem Audæ, uxoris quondam Petri Ferandi, militis, de Tribus Bonis, dixit quod Aimericus de Roca Negada, pater dictæ Audæ, fuit faiditus tempore comitis
D Montis Fortis et exheredatus, ipso teste vidente. Item dixit quod vidit Bertrandum de Roca Negada, fratrem dictæ Audæ, faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse faiditum Petrum Ferrandi prædictum tempore comitis Montis Fortis et etiam in guerra vicecomitis.

118. Contra[4] petitionem Guidonis de Peirola, dixit se vidisse Guillelmum Petri Lupati faiditum in guerra vicecomitis.

E 119. Contra[5] petitionem Bertrandi de Claro Monte[6], dixit se vidisse Sicardum de Claro Monte, patrem ejus, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

120. Contra[7] petitionem Rogerii de Pradis, dixit quod ipse fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit quod P. de Pradis, pater ejus, decessit faiditus quando primo crucesignati venerunt. Item dixit se vidisse dictum Rogerium tenentem domi-
F cilium suum apud Podium Nauterium[8] quando g[u]erra vicecomitis incepit. Item dixit se vidisse P. Rogerii, de Cabareto, et P. de Aragone et R. Arnaldi, de Podio, faiditos tempore comitis Montis Fortis et in g[u]erra vicecomitis, excepto P. Rogerio, qui tempore dictæ guerræ vicecomitis decesserat faiditus.

121. Contra[9] petitionem Raimundi Isarni, de Fano Jovis[10], dixit se vidisse Pontium de Fol. 10.
G Monte Lauro faiditum in guerra vicecomitis, et adhuc vivit et manet apud Fanum Jovis[11].

122. Contra[12] petitionem Rixendis de Rivo Vallis Daniæ[13], dixit se credere quod G. de Rivo, filius ejus, fuit faiditus in guerra vicecomitis.

123. Contra[14] petitionem Bernardi Rogerii, clerici, de Monte Regali, dixit se vidisse Guillelmum de Tholosa, patrem dicti Bernardi Rogerii, faiditum in guerra vicecomitis.

H 124. Contra[15] petitionem Geraldæ de Esculenx, dixit se vidisse G. Raimundum, de Rovenacho[16], filium dictæ Geraldæ, faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se audivisse quod dictus G. Raimundi interfecit capellanum de Rovenacho.

125. Contra[17] petitionem Guillelmi de Sancto Cucufato, dixit quod vidit ipsum Guillelmum faiditum apud Montem Regalem in guerra vicecomitis.

I 126. Contra[18] petitionem Guillelmi de Tholosa, de Monte Regali, dixit quod vidit ipsum Guillelmum faiditum apud Montem Regalem in guerra vicecomitis.

127. Contra[19] petitionem Jordani de Sancto Felice, dixit se vidisse Jordanum, patrem ipsius Jordani petentis, faiditum tempore vicecomitis. Item dixit se vidisse dictum Jordanum petentem faiditum in guerra vicecomitis.

J 128. Contra[20] petitionem heredum Guillelmi Durandi, Raimundi de Mala Spina, B. Raimundi, de Valle, G. Fabri, de Villari Longo[21], dixit quod vidit dictum Raimundum de Mala Spina, B. Raimundi, de Valle, G. Fabri, de Villari Longo, faiditos in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse Jordanum de Cabareto et Petrum Rogerii, fratres, faiditos in dicta guerra. Item dixit se vidisse dictum Jordanum habere et possidere apud Lauranum[22] aliqua bona
K heredi[ta]tis quæ quondam fuit patris sui, set nescit ejus valorem.

[1] *Cf.* § 70, 363, 468 *et* 784.
[2] *Cf.* § 364, 469 *et* 813.
[3] *Cf.* § 365, 470 *et* 814.
[4] *Cf.* § 264, 366, 453, 721, 815 *et* 935.
[5] *Cf.* § 816.
[6] Clermont, Aude, c^on^ Saint-Hilaire.
[7] *Cf.* § 367, 471 *et* 817.
[8] Pennautier, Aude, c^on^ Carcassonne.
[9] *Cf.* § 368, 472 *et* 818, *Sententiarumque anni 1262 caput* 4.
[10] Fanjeaux, Aude, arr. Castelnaudary.
[11] *Cod.* Fanum Jovem.
[12] *Cf.* § 369.
[13] Rieux en-Val, Aude, c^on^ la Grasse.
[14] *Cf.* § 370 *et* 545.
[15] *Cf.* § 546.
[16] Rouvenac, Aude, c^on^ Quillan.
[17] *Cf.* § 547 *et* 819.
[18] *Cf.* § 371 *et* 548.
[19] *Cf.* § 372, 473, 550 *et* 820.
[20] *Cf.* § 474, 552 *et* 821.
[21] Villarlong, Aude, c^on^ Conques, c^ne^ Villarzel-Cabardès.
[22] Laure, Aude, c^on^ Peyriac-Minervois.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Fol. 10 v°. 129. Contra [1] petitionem Bernardi de Duro Forti et Rogerii Durfortis, consanguineorum, A dixit se vidisse Sicardum Durfortem, patrem dicti Bernardi Durfortis, et Petrum de Insula, patrem dicti Rogerii Durfort, faiditos tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Maurinum Picarela faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse P. Rogerii Picarela et Jordanum Picarela faiditos de omnibus guerris.

130. Contra [2] petitionem Girmons, filiæ quondam Usalgerii de Aqua Viva, dixit se vidisse B faiditum dictum Usalgerium in guerra vicecomitis et tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod dictus Usalgerius fuit captus in obsidione Roccæ de Buco [3], et ibi fuit interfectus per Gallicos.

131. Contra [4] petitionem Comdors de Cavanaco, de Carcassona, dixit se vidisse faiditum Ermengaudum de Barbairano tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et decessit C faiditus. Item dixit se vidisse Raimundum Ermengaudi, de Barbairano, et Arnaldum Guillelmi, fratres, faidito[s] tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis. Item dixit quod dictus Raimundus Ermengaudi vivit adhuc exheredatus.

132. Contra [5] petitionem Bertrandi de Gordono, filii quondam Raimundi de Gordono, de Podio Nauterii, dixit quod vidit dictum Raimundum de Gordono faiditum tempore D comitis Montis [Fortis] et in guerra vicecomitis.

133. Contra [6] petitionem consulum de Limoso, dixit quod vidit dictam villam de Limoso cum universitate ipsius esse contra comitem Montis Fortis et contra Ecclesiam, et ob hoc dictus comes fecit villam de podio dirui et mi[t]ti in plano, et hoc fecit in primo adventu Gallicorum. Postea dicta villa cum hominibus ipsius fuit iterum contra dictum comitem E Montis Fortis, et re[æ]dificaverunt eam in fortalicia de podio, quando comes Montis Fortis incepit amittere terram istam, ipso teste vidente, et receperunt comitem Fuxi [7] et Isarnum
Fol. 11. Jordani [8] et alios hostes. Postea, cum dominus rex venisset ad Avinionem ad acquirendum terram istam, dicta villa et universitas ipsius opposuerunt se domino regi et adhæserunt comiti Fuxi et vicecomiti [9] et aliis hostibus, et eos receperunt et guerram domino regi et suis F fecerunt, ipso teste vidente. Postmodum, cum venirent ad misericordiam domini regis et revocarentur ad pacem, villa de Limoso fuit diruta de fortalicia montis et mutata in locum ubi nunc est. Postea vidit quod in guerra vicecomitis villa de Limoso et universitas ipsius villæ opposuerunt se domino regi et adhæserunt dicto vicecomiti et aliis hostibus domini regis et Ecclesiæ. G

134. Contra [10] petitionem Hugeti de Villario, nomine Pontiæ, matris suæ, dixit se vidisse faiditum dictum Hugetum in guerra vicecomitis.

135. Contra [11] petitionem Gaucerandi, filii quondam Raimundi Arnaldi, de Rusticanis [12], et Brun., uxoris ejus, dixit se vidisse dictum Raimundum Arnaldi, patrem agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis. H

136. Contra [13] petitionem Geraldi de Rusticanis, dixit se vidisse Bernardum Arnaldi, de Rusticanis, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

137. Contra [14] petitionem Ferrandæ de Villa Neria dixit se vidisse Catalanum de Villa Neria, patrem prædictæ Ferrandæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et decessit faiditus et exheredatus. I

138. Contra [15] petitionem Novæ, uxoris Bernardi Hotonis, dixit se vidisse Petrum Rogerii, de Cabareto, patrem dictæ Novæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis, antequam illa esset maritata, et auffugit in Rossilionem [16] et decessit faiditus. Item dixit se vidisse dictum Bernardum Hotonem, virum dictæ Novæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

139. Contra [17] petitionem Aladaicis, filiæ quondam Raimundi de Marcelano, dixit quod J vidit dictum Raimundum faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis.

Fol. 11 v°. 140. Contra [18] petitionem Raimundi Ermengaudi, de Barbairano [19], dixit se vidisse dictum Raimundum Ermengaudi faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis. K

[1] *Cf.* § 553 *et Sententiarum anni 1262 caput* 3.
[2] *Cf.* § 374, 475, 554 *et* 822.
[3] Le Buc, Aude, c^on Saint-Hilaire, c^ne Belcastel-et-Buc.
[4] *Cf.* § 375, 476, 555 *et* 823.
[5] *Cf.* § 377, 558 *et* 824.
[6] *Cf.* § 378, 384, 462, 477, 487, 559 *et* 574. *Vide et anni 1262 Sententiam n. 66, necnon instrumentum a D. Vaissète (ed. noviss., VIII, col. 1391) vulgatum, in quo, nomine Petri de Vicinis, propulsantur Limosensium consulum querimoniæ.*
[7] *Rogerium Bernardi.*
[8] *Isarnum Jordani de Insula.*
[9] *Raimundo Trencavelli, Carcassonæ vicecomiti.*
[10] *Cf.* § 379, 478 *et* 562.
[11] *Cf.* § 481, 564 *et* 825.
[12] Rustiques, Aude, c^on Capendu.
[13] *Cf.* § 565 *et* 826.
[14] *Cf.* § 47.
[15] *Cf.* § 482, 567 *et* 827.
[16] Le Roussillon.
[17] *Cf.* § 568.
[18] *Cf.* § 381, 484, 569 *et* 829.
[19] Barbaira, Aude, c^on Capendu.

A 141. Contra[1] petitionem Arnaldi Ferrolli, dixit se vidisse dictum Arnaldum Ferrolli faiditum tempore comitis Montis Fortis.

142. Contra[2] petitionem Rainsanæ, uxoris quondam Isarni de Fano Jovis, dixit se vidisse dictum Isarnum faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod filii dicti Isarni tenent terram modo, set ipse testis nescit ejus valorem.

B 143. Contra[3] petitionem Aladaicis de Sancta Columba et [Petri], fratris ejus, dixit se vidisse dictum Petrum de Sancta Columba faiditum in guerra vicecomitis.

144. Contra petitionem Novæ, uxoris Rogerii de Aragone, dixit quod vidit Hugonem de Conchis, patrem dictæ Novæ, et Bernardum de Conchis, fratrem ipsiusmet Novæ, faiditos tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Bertrandum de Conchis, fratrem dictæ
C Novæ et dicti Bernardi, faiditum tempore domini regis, et decessit apud Cabaretum cum cairello. Item vidit dictum Bernardum de Conchis in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse Rogerium de Aragone, virum dictæ Novæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse dictum Rogerium et Pilum de Estivo, fratrem ejus, faiditos in guerra vicecomitis, et adhuc sunt.

D 145. Contra[4] petitionem dominæ Comdors, uxoris Raimundi Artusii, de Laurano, dixit quod Bertrandus de Villalerio, pater dictæ Comdors, fuit faiditus in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse Raimundum Artusium, patrem Raimundi Artusii, viri prædictæ Comdors, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

146. Contra[5] petitionem Esclarmundæ, uxoris Raimundi de Faveriis, dixit se vidisse Fol. 10.
E dictum Raimundum de Faveriis faiditum tempore comitis Montis Fortis.

147. Contra[6] petitionem Berengarii de Petra Pertusa, filii Guerreriæ, dixit se vidisse Bernardum Sermon, de Albesuno, faiditum tempore comitis Montis Fortis et facientem guerra[m] dicto comiti de castro de Albesuno.

148. Contra[7] petitionem Mabiliæ, filiæ quondam Bernardi Sermon, de Albesuno, dixit
F se vidisse dictum Bernardum Sermon faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit Bernardum Sermon, fratrem dictæ Mabiliæ, faiditum in guerra vicecomitis, et adhuc est faiditus.

149. Contra petitionem R. Faure et B. Faure, de Calavo[8], dixit se vidisse P. Rogerium Picarela faiditum in guerra vicecomitis, et decessit faiditus.

G 150. Contra[9] petitionem Vesiadæ, filiæ quondam Guillelmi de Ruppe, et S. de Mirinhion, mariti ejus, dixit quod dictus Guillelmus de Ruppe fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis.

151. Contra[10] petitionem Guillelmi de Ponte, militis, dixit se vidisse dictum Guillelmum de Ponte faiditum in guerra vicecomitis.

H 152. Contra[11] petitionem Bernardi de Duro Forti, Bernardi de Monte Esquivo et Guillelmi Gorcias, dixit se audivisse dici quod R. Ferrandi et Turcha, uxor sua, fuerunt hæretici vestiti.

153. Contra[12] petitionem Rigaudi de Senesma et Sebeudæ, sororis ejus, dixit se vidisse Pontium de Castellone, patrem dictorum agentium, faiditum tempore comitis Montis Fortis
I et in guerra vicecomitis.

154. Contra[13] petitionem dominæ Guillelmæ, uxoris quondam Arnaldi Amelii, de Carcassonna, dixit se vidisse dictum Arnaldum Amelii, Raimundum de Podio, Pilum de Estivo et Raimundum Arnaldi, de Podio, faiditos tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

J 155. Contra[14] petitionem Bertrandi de Lerida, de Carcassona, dixit se vidisse dictum Fol. 11 v°.
Bertrandum faiditum in guerra vicecomitis.

156. Contra[15] petitionem P. de Roca, militis, dixit se vidisse dictum P. de Roca faiditum in guerra vicecomitis.

157. Contra[16] petitionem Guillelmi Hugonis, filii Falconis de Rosticanis[17] quondam, dixit
K se vidisse dictum Guillelmum Hugonem faiditum in guerra vicecomitis.

158. Contra[18] petitionem Bertrandi Malpuel, militis, dixit se vidisse dictum Bertrandum

[1] *Cf.* § 382 *et* 571.
[2] *Cf.* § 385, 488 *et* 575.
[3] *Cf.* § 578.
[4] *Cf.* § 492, 585 *et* 831.
[5] *Cf.* § 387, 494 *et* 587.
[6] *Cf.* § 496, 589 *et* 832.
[7] *Cf.* § 388, 497, 590 *et* 833. *Vide anni 1262 Sententiarum cap.* 31.
[8] Cailhau, Aude, c^on Alaigne.
[9] *Cf.* § 593.
[10] *Cf.* § 389, 498, 594 *et* 834.
[11] *Cf.* § 390, 499 *et* 595.
[12] *Cf.* § 391, 500, 596 *et* 835.
[13] *Cf.* § 393 *et* 598.
[14] *Cf.* § 394, 501, 599 *et* 836.
[15] *Cf.* § 502.
[16] *Cf.* § 269, 322, 457, 503, 600, 727 *et* 837, *necnon Sententiarum anni 1262 caput* 36.
[17] Rustiques, Aude, c^on Capendu.
[18] *Cf.* § 395, 504, 602 *et* 838.

et Bernardum de Arzincho et Raimundum At., fratres ejus, faiditos in guerra vicecomitis, A
et fecerunt quicquid mali potuerunt.

159. Contra[1] petitionem Bernardi et Guillelmi de Petra Pertusa, dixit se vidisse Guillelmum de Petra Pertusa, patrem dictorum agentium, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis.

160. Contra[2] petitionem Guillelmi Garciæ, dixit se vidisse Raimundum Garciæ, patrem B
dicti Guillelmi, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

161. Contra[3] petitionem Guillamoti de Vilarzello[4], dixit se audivisse quod Gualardus Otonis, pater dicti Guillamoti, fuit interfectioni Fratrum Prædicatorum apud Avinionetum[5]. Quare fuit suspensus apud Tholosam.

162. Contra[6] petitionem Arnaldi Isarni, mercatoris, de Carcassona, dixit quod dictus C
Arnaldus fuit faiditus in guerra vicecomitis cum aliis hominibus burgi Carcassonæ. Item dixit quod omnes isti infra scripti fuerunt faiditi in illa guerra vicecomitis, scilicet Ermengaudus Pelapulli, Raimundus Calveti, Raimundus de Gordono, Usalgerius de Aqua Viva. Item dixit quod Sicardus de Villaneria fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis. Item
dixit quod Raimundus de Congusto, B. Pontius, de Alsona, Arnaldus Guillelmi, de Aqua D
Viva, Raimundus Rogerii, de Aqua Viva, Aimericus de Podio, B. Bocardi fuerunt faiditi in dicta guerra vicecomitis.

163. Contra[7] petitionem Bernardi Mainardi, de Carcassona, dixit se vidisse faiditos Ermengaudum Pelapulli, Isarnum Pelapulli, Guidonem Pelapulli, Pontium Guillelmi, de
Cella Vineria, Bernardum Pelapulli, vicarium, Raimundum Calveti, de Conchis, in guerra E
vicecomitis.

Fol. 13. 164. Contra[8] petitionem Guillelmi Molerati, de Aquis Vivis, dixit se vidisse faiditos dictum Guillelmum petentem et Usalgerium et Guillelmum de Ponte, de Aqua Viva, in guerra vicecomitis.

165. Contra[9] petitionem Guillelmi Vassalli, de Monte Regali, dixit se vidisse faiditum F
dictum Guillelmum petentem in guerra vicecomitis, et fuit exheredatus pro illo faidimento et obiit faiditus et exheredatus.

166. Contra[10] petitionem Ricæ, uxoris Pagani de Rocono, dixit se vidisse dictum Paganum faiditum tempore comitis Montis Fortis.

167. Contra[11] petitionem P. de Villario, militis, de Lauragello[12], dixit se vidisse ipsum G
P. faiditum in guerra vicecomitis.

168. Contra[13] petitionem Bernardi Ferrolli, filii et heredis Bertrandi Ferrolli, dicit quod vidit dictum Bertrandum Ferrolli, patrem dicti agentis, faiditum in guerra vicecomitis.

169. Contra petitionem G. Gaillardi, R. Guarini et Floriani, pro se et hominibus de H
Vilarzello[14], dixit quod consuetudo est generalis in terra ista et in senescallia Carcassonæ quod talliæ fuerunt impositæ gentibus villarum tempore comitis Montis Fortis vel postea, et hoc est observatum tempore comitis Montis Fortis et postquam dominus rex venit ad Avinionem et adquisivit terram istam, et ita est usus generalis hujus terræ.

170. Contra[15] petitionem Bernardi de Castello, filii condam G. de Castello, de Carcas- I
sona, [dixit] quod vidit Pontium Restolli faiditum in guerra vicecomitis, cum aliis hominibus suburbii Carcassonæ. Item dixit quod vidit [faiditos] Petrum de Conchis et Raimundum Calveti et Isarnum de Pesincho in guerra vicecomitis et tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit faiditos in guerra vicecomitis Bernardum de Rocafort et Raimundum,
fratres, in guerra vicecomitis. Item Petrum Rogerium, de Cabareto, P. de Laurano et Hu- J
gonem de Conchis faiditos tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse faiditos Petrum de Conchis et Ademarium de Conchis, fratres, in guerra comitis Montis Fortis, et Petrus dictus de Conchis fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit se vidisse Guillelmum de Villa Nova faiditum in guerra vicecomitis.

Fol. 13 v°. 171. Contra[16] petitionem Grisæ, uxoris quondam Petri Guiraudi, de Riuterio[17], dixit K
quod Petrus Rogerius, de Marapice[18], fuit semper faiditus tempore comitis Montis Fortis

[1] *Cf.* § 505, 603 *et* 839.
[2] *Cf.* § 272, 324, 397, 460, 506, 604, 840 *et* 940.
[3] *Cf.* § 606.
[4] Villarzel-du-Razès, Aude, c[on] Alaigne.
[5] Avignonet, Haute-Garonne, c[on] Villefranche-de-Lauragais. — *Ibi die 28 maii anni 1242 interfecti fuerunt Prædicatores.*
[6] *Cf.* § 398, 607 *et* 841.
[7] *Cf.* § 399, 507, 608 *et* 842.
[8] *Cf.* § 609 *et* 843.
[9] *Cf.* § 401, 509, 611 *et* 844.
[10] *Cf.* § 613 *et Sententiarum anni 1262 caput* 2.
[11] *Cf.* § 511, 614 *et* 682.
[12] Lauraguel, Aude, c[on] Alaigne.
[13] *Cf.* § 617.
[14] Villarzel-Cabardès, Aude, c[on] Conques.
[15] *Cf.* § 402, 513, 619 *et* 845.
[16] *Cf.* § 404, 517, 623 *et* 848.
[17] Routier, Aude, c[on] Alaigne.
[18] Mirepoix, Ariège, arr. Pamiers.

A et domini regis et in guerra vicecomitis, et fuit fautor et deffensor hæreticorum manifeste apud Montem Securum[1].

172. Contra[2] petitionem Rixendis, uxoris quondam Raimundi de Rezas, de Limoso, dixit quod vidit dictum Raimundum de Rezas faiditum in guerra vicecomitis.

173. Contra[3] petitionem Raimundi Rogerii, militis, de Aqua Viva[4], dixit quod vidit
B dictum Raimundum faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit quod in guerra ultima comitis Tholosani interfecit dictus Raimundus Rogerii R. Lobeti, filium B. Lobeti, de Petriacho[5], prope ipsum testem, qui rogabat eundem Raimundum ne eundem prædictum R. Lobeti interficeret, quod facere dictus Raimundus Rogerii non permisit.

174. Contra[6] petitionem P. de Fontazellis[7], dixit quod vidit dictum P. faiditum in guerra
C vicecomitis. Item dixit quod dictus [P.] collegit fogagium in Reddesio[8] pro vicecomite cum G. de Insula, faidito, qui G. postea fuit pro hæresi combustus apud Montem Securum[9].

175. Contra[10] petitionem Petri Bosqueti, filii Raimundi Bosqueti, de Brasillaco[11], dixit quod P. de Fontazellis fuit faiditus, ut in proxima præcedenti.

176. Contra[12] petitionem Galardi Morlanæ, dixit quod vidit Petrum Rogerii et Jordanum
D de Cabareto faiditos tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod dominus Trenquavellus[13] tenet terram in ista senescallia[14] valentem v. c. libras de annuo redditu. Item dixit quod Petrum Rogerii, de Cabareto, qui adhuc vivit [et] tenuit Cabaretum post mortem patris sui, vidit guerram domino regi facientem. Item dixit quod Jordanus de Cabareto, filius quondam Jordani de Cabareto, tenet aliqua bona apud Lauranum[15], quæ fuerunt quondam dicti
E Jordani, patris sui.

177. Contra[16] petitionem Petri Peleti, de Aqua Viva, dixit quod Hualgerius de Aqua Viva fuit faiditus in guerra vicecomitis, postea fuit suspensus per Gallicos apud Rupem de Bucco[17].

178. Contra[18] petitionem Bernardæ, filiæ quondam G. de Conchis, dixit quod Ademarius Fol. 14.
F de Conchis et Petrus de Conchis fuerunt faiditi in guerra comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit dictum Petrum de Conchis in guerra vicecomitis.

179. Contra[19] petitionem Blancæ, filiæ quondam Lobati de Podio, dixit se vidisse dictum Lobatum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse faiditum Guillelmum Petri, filium dicti Lobati, in guerra vicecomitis.

G 180. Contra[20] petitionem Bernardi Algai, de Carcassona, dixit quod Isarnus Jordani et Olivarius de Saxiaco, pater ejus, fuerunt faiditi tempore domini comitis Montis Fortis, et dictus Isarnus Jordani fuit faiditus tempore domini regis, et ambo decesserunt faiditi.

181. Contra[21] petitionem Flors, filiæ quondam Guillelmi Fortis, de Podio Nauterio[22], dixit quod Bertrandus de Roca Tallada, quem dicit virum suum, fuit faiditus in guerra vice-
H comitis, ipso teste vidente, et diu ante tempore domini regis. Item dixit quod dicta Flors habebat Alfaricum virum viventem, quando nupsit dicto Bertrando.

182. Contra[23] petitionem Guilaberti de Rossillis, dixit quod Gilabertus de Rossillis, pater dicti Guilaberti agentis, et Guillelmus de Sancto Felice fuerunt faiditi tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente.

I 183. Contra[24] petitionem capituli Sancti Nazarii Carcassonæ, dixit tantummodo quod vidit Berengarium Ferrandi faiditum in guerra vicecomitis.

184. Contra[25] petitionem Orpais, uxoris quondam Raimundi Ferrandi, de Laurano, dixit quod dictus Raimundus Ferrandi fuit immuratus pro hæresi, et dicta Orpais publice [tulit] cruces simplices pro crimine hæresis, ipso teste vidente.

J 185. Contra[26] petitionem Rogerii de Conilaco[27], dixit quod Bernardus Raimundi, de Conilaco, et Isarnus de Conilaco, fratres dicti Rogerii petentis, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis, ipso teste vidente.

186. Contra[28] petitionem Guillelmi de Alanhano, filii Brasillaci Faure, dixit quod Pontius Fol. 14 v°.

[1] Montségur, Ariège, c[on] Lavelanet.
[2] *Cf.* § 406 *et* 624.
[3] *Cf.* § 407, 625 *et* 849.
[4] Aigues-Vives, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[5] Peyriac-Minervois, Aude, arr. Carcassonne.
[6] *Cf.* § 408, 520 *et* 626.
[7] Fontazelles, Aude, c[ne] Alaigne, c[on] Fenouillet.
[8] Le Razès.
[9] *Anno 1245.*
[10] *Cf.* § 409, 521 *et* 627.
[11] Brézillac, Aude, c[on] Alaigne.
[12] *Cf.* § 522, 628 *et* 850.
[13] *Olim Carcassonensis vicecomes, qui anno 1247 omnibus suis juribus in regis manibus renunciavit.*
[14] *Carcassonensi et Bitterrensi.*
[15] Laure, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[16] *Cf.* § 410, 523, 629 *et* 851.
[17] Le Buc, Aude, c[ne] Saint-Hilaire, c[ne] Belcastel-et-Buc.
[18] *Cf.* § 524, 630 *et* 852.
[19] *Cf.* § 525, 631 *et* 853.
[20] *Cf.* § 412, 526, 633 *et* 854.
[21] *Cf.* § 18, 19, 413, 527, 635, 743, 744 *et* 855.
[22] Pennautier, Aude, c[on] Carcassonne.
[23] *Cf.* § 528, 636 *et* 856.
[24] *Cf.* § 529.
[25] *Cf.* § 415, 530, 639 *et* 857.
[26] *Cf.* § 416, 531, 640 *et* 858.
[27] Conilhac-de-la-Montagne, Aude, c[on] Couiza.
[28] *Cf.* § 417 *et* 641, *necnon Sententiarum anni 1262 caput* 23.

de Mirabeto fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et inimicus Ecclesiæ, et fuit captus A
et suspensus per gentes domini regis.

187. Contra[1] petitionem Ferrandæ, uxoris quondam Raimundi de Villa Traverio, dixit quod Petrus Ferrandi et Berengarius et Pontius Ferrandi, fratres, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis, prout sibi videtur.

188. Contra[2] petitionem Aladaicis, uxoris quondam Bernardi Raimundi, de Alsavo[3], dixit B
quod Petrus Rogerius, de Mirapice[4], Olivarius de Saxiaco, Jordanus de Sancto Felice, P. de Bel Afar, Bernardus de Roca Forti, G. de Roca Forti, Pontius[5] Hugonis, de Rusticanis[6] fuerunt faiditi, et Bernardus de Villa Nova similiter, tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis. Item dixit quod dictus Bernardus de Villa Nova fuit faiditus tempore
guerræ vicecomitis. C

189. Contra[7] petitionem Ermenjardis Gausbertæ, filiæ quondam Bernardæ Mandæ, de Rivo, dixit quod Bernardus de Vilarglino fuit mainaderius, raptor et malefactor cum Lequenhonibus contra comitem Montis Fortis, et fuit de familia P. Rogerii, de Cabareto, ipso teste vidente.

190. Contra[8] petitionem Guillelmi de Gluiano, filii quondam Radulfi de Aqua Viva, dixit D
quod G. Sigerii fuit faiditus semper, tam tempore domini regis quam comitis Montis Fortis, ipso teste vidente, et decessit faiditus. Item dixit quod vidit Monachum de Gluiano, patrem Radulfi de Laurano, patris dicti Guillelmi agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis et in guerra vicecomitis, et post dictam guerram dicti vicecomitis
Radulfus de Blumaco, vicarius Cabardesii[9] pro domino rege, eundem Radulfum cepit, ut E
faiditum et inimicum domini regis, prout audivit dici.

Fol. 15. 191. Contra[10] petitionem Guillelmi Fabri, de Brasillaco[11], dixit se vidisse Petrum de Fontazellis faiditum in guerra vicecomitis.

192. Contra[12] petitionem Pili de Estivo, dixit se vidisse dictum Pilum de Estivo faiditum
in guerra vicecomitis, et adhuc est faiditus et exheredatus pro dicto faidimento. F

193. Contra petitionem P. Vitalis, de Ruppe castri de Conchis[13], dixit quod B. Fabri, de Conchis, fuit captus pro crimine hæresis et combustus.

194. Contra[14] petitionem Bertrandi, Sancti Papuli abbatis[15], dixit quod Guillelmus de Podio, pater dicti Bertrandi, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente.
Item dixit quod dictus Bertrandus est hodie abbas Sancti Papuli. Item dixit quod consue- G
tudo est in terra ista et semper fuit quod, cum pater monacat aliquem[16] de suis liberis vel religioni tradit, alii liberi in seculo remanentes habent in solidum paternam hereditatem et maternam, nec ille qui in religione est in aliquo succedit, quia pro mortua persona habetur. Item dixit quod Aymericus de Podio, filius dicti Guillelmi de Podio et frater prædicti Bertrandi, vivit adhuc et remansit possidens, ut heres cum Arnaldo Raimundo, fratre H
suo, bona paterna, quando fuit prædictus Bertrandus monachatus, usque ad faidimentum ipsius Aimerici pro guerra vicecomitis, in qua fuit faiditus.

195. Contra[17] petitionem Ermenjardis de Riuterio dixit quod Bernardus de Riuterio, pater ejus, fuit fai[di]tus tempore comitis Montis Fortis et captus apud Vaurum[18] et interfectus
per Gallicos. Item dixit quod vidit B. de Riuterio, fratrem dictæ Ermenjardis, faiditum in I
guerra vicecomitis.

196. Contra[19] petitionem Raimundi de Aniorto[20] dixit se vidisse G. Asalit tempore comitis Montis Fortis, et fuit exheredatus et decessit exheredatus. Item dixit quod Auda, soror dictæ Marquesiæ, fuit uxor Pontii Arnaldi, de Castro Verduno[21].

Fol. 15 v°. 197. Contra[22] petitionem dominæ Aladaicis, uxoris quondam Raimundi de Cantesio, J
dixit quod vidit Bernardum de Aniciano[23], patrem dictæ agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et fuit interfectus apud Minerbam[24] per Gallicos.

198. Ad petitionem G. Petri, de Prolano, dixit quod audivit quod dictus G. Petri fuit vir catolicus et fidelis et bonus, et non fuit faiditus et decessit in bono statu.

[1] *Cf.* § 532, 644 *et* 860.
[2] *Cf.* § 419, 534, 647 *et* 861.
[3] Alzau, Aude, c^on^ Alzonne, c^ne^ Pezens.
[4] Mirepoix, Ariège, arr. Pamiers.
[5] Petrus *in* § 419 *dicitur.*
[6] Rustiques, Aude, c^on^ Capendu.
[7] *Cf.* § 862.
[8] *Cf.* § 535 *et* 863.
[9] Le Cabardès, *pars Carcassonensis pagi, cujus caput castellum Cabaretum.*
[10] *Cf.* § 420, 536 *et* 649.
[11] Brézillac, Aude, c^on^ Alaigne.
[12] *Cf.* § 87, 421, 537, 651, 795 *et* 864.
[13] Conques, Aude, arr. Carcassonne.
[14] *Cf.* § 653 *et* 865.
[15] Saint-Papoul, *abbatia ordinis Sancti Benedicti, quam Johannes XXII papa anno 1317 titulo episcopalis civitatis decoravit.*
[16] *Cod.* aliquam.
[17] *Cf.* § 654.
[18] Lavaur, Tarn. *Quam urbem anno 1211 expugnavit Simon, Montis Fortis comes.*
[19] *Cf.* § 538.
[20] Niort, Aude, c^on^ Belcaire.
[21] Châteauverdun, Ariège, c^on^ les Cabannes.
[22] *Cf.* § 866.
[23] Nissan, Hérault, c^on^ Capestang.
[24] Minerve, Hérault, c^on^ Olonzac.

A 199. Contra[1] petitionem Berengarii de Mossio, dixit quod Guillelmus de Gordono fuit
semper faiditus tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente.

200. Contra[2] petitionem Ermengaudi Pelapulli et Isarni, fratrum, dixit quod vidit ipsos
petentes faiditos in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis
Fortis prædictos petentes et Guidonem, fratrem eorum, et Isarnum, patrem eorumdem.

B 201. Contra[3] petitionem Rogerii de Podio, de Carcassona, dixit quod vidit Arnaldum de
Aragone et Rogerium, fratres, faiditos tempore guerræ vicecomitis.

202. Contra[4] petitionem Nigri de Redorta[5], dixit se vidisse Pontium Ferrandi, patrem
Fabrissæ, uxoris dicti Nigri, faiditum tempore comitis Mortis Fortis. Item dixit quod Petrus
Ferrandi et Berengarius Ferrandi, fratres dicti Pontii, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis.

C 203. Contra[6] petitionem dominæ Effantæ, filiæ quondam Bernardi de Pipionibus, dixit
se vidisse Guiraudum de Pipionibus, fratrem dictæ Effantæ, faiditum in guerra vicecomitis,
et fuit interfectus per Gallicos apud Ruppem de Bucco. Item dixit se vidisse dictum Gui-
raudum de Pipionibus captum per fratrem Ferrarium[7] et conde[m]pnatum ad murum pro
crimine hæresis.

D 204. Contra[8] petitionem dominæ Guillelmæ de Cesseratio, dixit quod vidit dictum Petrum
Raimundum, virum ejus, conde[m]pnatum ad murum pro crimine hæresis per fratrem
Ferrarium. Item dixit quod dictus Petrus Raimundus duxit dictam Guillelmam in uxorem
tempore excommunicato, post recessum comitis Montis Fortis.

Idem[9] dixit contra petitionem Bernardi Arnaldi, filii quondam dicti Petri Raimundi.

E 205. Contra petitionem Aladaicis, uxoris quondam Rogerii de Duro Forte, qui vocabatur Fol. 16.
Badaonus de Laurano, dixit quod videtur sibi quod Petrus de Tribus Malis fuit faiditus in
guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse faiditum Homenacium de Tribus Malis tempore
comitis Montis Fortis, et pro illo faidimento fuit exheredatus. Item dixit se vidisse faiditum
dictum Badaonem tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

F 206. Contra[10] petitionem Berengariæ et Orpais, filiarum quondam Berengarii de Pipio-
nibus, dixit quod Guillelmus de Monlag, vir[11] dictæ Berengariæ, fuit faiditus in guerra
vicecomitis et tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente. Item dixit se vidisse Ber-
nardum Bocardi, virum dictæ Orpais, faiditum tempore guerræ vicecomitis et tempore
comitis Montis Fortis.

G 207. Contra[12] petitionem Ermenjardis, uxoris Guillelmi Gausberti, de Caunis[13], dixit quod
dictus Guillelmus Gausberti fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit
se vidisse dictum Guillelmum Gausberti portantem cruces de feutro pro hæresi. Item dixit
quod B. de Vilaiglino, pater dictæ Ermenjardis, fuit faiditus et mainaderius, raptor et
malefactor in societate P. Rogerii, de Cabareto[14], et decessit faiditus. Item dixit se vidisse
H Arnaldum de Turre et Guillelmum, fratres dictæ Ermenjardis, faiditos; non recordatur tamen
de qua guerra.

208. Contra[15] petitionem Guillelmi Gausberti, de Caunis, dixit se vidisse dictum Guil-
lelmum faiditum in guerra vicecomitis. Item vidit ipsum portantem cruces pro crimine hæresis.

209. Contra[16] petitionem Guillelmi de Genestars[17], dixit se vidisse Raimundum Dozeti
I faiditum in guerra vicecomitis, et vivit adhuc faiditus. Item dixit quod Guillelmus Alfarici
fuit condempnatus de hæresi et fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente.

210. Contra[18] petitionem Austorguæ, uxoris Amelii de Petriaco, dixit se vidisse G. Petri, Fol. 16 v°
patrem dicti Amelii, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse dictum
Amelium faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit quod dictus Amelius fuit captus et incar-
J ceratus pro hæresi, et, fracto prædicto carcere, aufugit.

211. Contra[19] petitionem Aisciæ, uxoris quondam Pontii Ermengaudi, dixit se vidisse
Jacobum, patrem dictæ Aisciæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini
regis.

212. Contra[20] petitionem Arnaudæ de castro de Rivo[21], dixit quod Raimundus Gervasius,
K filius dictæ Arnaudæ, fuit faiditus in guerra vicecomitis et adhuc vivit faiditus.

[1] *Cf.* § 26, 423, 539, 750 *et* 867.
[2] *Cf.* § 424, 541, 656 *et* 868.
[3] *Cf.* § 542, 657 *et* 869.
[4] *Cf.* § 543, 658 *et* 870.
[5] La Redorte, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[6] *Cf.* § 425, 662 *et* 871.
[7] *Inquisitorem Carcassonæ ab anno 1237 ad annum 1243, de quo vide C. Molinier,* L'Inquisition dans le midi de la France, p. 167, n. 1.
[8] *Cf.* § 273, 426, 663 *et* 872.
[9] *Cf.* § 275, 665 *et* 874 *necnon Sententiarum anni 1262 caput* 49.
[10] *Cf.* § 276, 428, 666 *et* 875.
[11] *Cod.* virum.
[12] *Cf.* § 277 *et* 876.
[13] Caunes, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[14] Cabaret; *vide supra,* § 17.
[15] *Cf.* § 242, 278, 302, 877 *et* 912.
[16] *Cf.* § 279, 429, 667 *et* 879.
[17] Ginestas, Aude, arr. Narbonne.
[18] *Cf.* § 93, 353, 668 *et* 800.
[19] *Cf.* § 669.
[20] *Cf.* § 880.
[21] Rieux-Minervois, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.

213. Contra[1] petitionem Longæ Brunæ, uxoris quondam P. Raimundi, de Tonenx, dixit A quod dictus P. Raimundus, vir ejus, fuit faiditus et exheredatus de omnibus quæ habebat in senescallia Carcassonæ, a primo adventu crucesignatorum usque nunc, tam tempore comitis Montis Fortis quam tempore domini regis.

214. Contra[2] petitionem Orgulosæ, filiæ quondam Bermondi de Genestariis, dixit quod Bernardus Guillelmi[3], de Mossiano[4], vir dictæ Orgulosæ, fuit captus et immuratus pro hæresi B per fratrem Ferrarium, et fracto carcere aufugit. Item dixit se vidisse eundem Bernardum Guillelmi faiditum in guerra vicecomitis.

215. Contra[5] petitionem Saurimundæ, filiæ quondam Escuræ, dixit quod vidit Ardenam, Bernardum Pontii et Chatmarium, fratres, faiditos in guerra vicecomitis.

216. Contra[6] petitionem Agnetis[7], uxoris quondam Petri Jordani, dixit se vidisse fai- C ditum secundum virum dictæ Agnetis, quando dominus rex venit ad Avinionem et ante et in guerra vicecomitis.

217. Contra[8] petitionem Bermundi de Sirano, dixit se vidisse dictum Bermundum inter faiditos tempore guerræ vicecomitis. Dixit tamen quod idem Bermundus erat tunc minor XVIII annis. D

Fol. 17. 218. Contra[9] petitionem Guillelmæ de Villa Nova, de Rivo, uxoris Bernardi Cadelli, dixit se vidisse faiditum dictum Bernardum Cadelli, tempore guerræ vicecomitis.

219. Contra[10] petitionem Arnaldi Raimundi, militis, de Sirano, dixit quod dictus Arnaldus Raimundi fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente, et fuit in[car]ceratus pro hæresi et captus, et fracto carcere aufugit. E

220. Contra[11] petitionem Avæ, uxoris quondam Guillelmi Pili Fortis, dixit se vidisse B. de Olunzaco, patrem dictæ Avæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Guillelmum Pilum Fortem, virum dictæ Avæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et tempore faidimenti duxit dictam Avam et postea decessit faiditus.

221. Contra[12] petitionem Petri Valrani, nomine filiæ suæ Raimundæ, dixit quod vidit F Cassabovem faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Raimundum Dozeti faiditum in guerra vicecomitis.

222. Contra[13] petitionem Mabiliæ, uxoris quondam Galardi de Fano Jovis, dixit se vidisse dictam Mabiliam cum dicto Galardo, viro suo; postmodum audivit quod dicta Mabilia nupsit de facto P. R. de Ravato, et cum ipso mansit per longum tempus, et ab eodem habuit G infantes.

223. Contra[14] petitionem Garcendis de Villa Sicca, uxoris quondam Pontii Guillelmi, de Villa Sicca, dixit se vidisse dictum Pontium Guillelmi et Rascassium de Cella Vinaria, patrem dicti Pontii Guillelmi, faiditos tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

224. Contra[15] petitionem Orgullosæ, filiæ quondam Chatmarii de Redorta, dixit se vidisse H Arnaldum de Asellano, fratrem dictæ Orgullosæ, faiditum in guerra vicecomitis.

225. Contra[16] petitionem Petri de Redorta, filii et heredis Guillelmi de Redorta, dixit quod Guillelmus de Redorta, pater dicti Petri agentis, fuit faiditus in guerra comitis Montis Fortis, ipso teste vidente. Dixit etiam se vidisse G. de Redorta, fratrem dicti agentis, in guerra vicecomitis. I

Fol. 17 v°. 226. Contra[17] petitionem Gaiæ, filiæ quondam Bernardi Pontii, de Cesseratio[18], dixit quod vidit dictum Bernardum Pontium, patrem agentis, et Hotonem de Monte Bruno, [virum] ejusdem Gaiæ, faiditos in guerra vicecomitis. Item dixit quod prædicti Bernardus Pontius et Hoto de Monte Bruno fuerunt capti per fratrem Ferrarium et incarcerati pro crimine hæresis, et fracto carcere aufugerunt, et prædicta Gaia de novo decessit. J

227. Contra[19] petitionem Ricardis, uxoris quondam Guillelmi Bernardi, de Raissaco, dixit quod ipsa agens decessit, et videtur sibi quod Arnaldus de Raissaco, filius suus, fuit faiditus in guerra vicecomitis.

228. Contra petitionem Sauræ, uxoris quondam Pontii de Vintrono, dixit quod vidit dictum Pontium faiditum tempore comitis Montis Fortis. K

229. Contra[20] petitionem Guillelmi Pelapulli, dixit quod Bertrandus de Maillacho, pater

[1] *Cf.* § 281 *et* 670.
[2] *Cf.* § 282, 430, 671 *et* 881.
[3] *Cod.* G. B. *mendose, hic et infra. Nomen integrum ex aliis locis restituimus, præcipue ex Sententiarum anni 1262 regesto, cap.* 45.
[4] Moussan, Aude, c^on Narbonne.
[5] *Cf.* § 283, 672 *et* 882.
[6] *Cf.* § 431 *et* 883.
[7] *Cod.* Agnes *hic et infra.*
[8] *Cf.* § 884 *et Sententiarum anni 1262 caput* 74.
[9] *Cf.* § 236, 698 *et* 906.
[10] *Cf.* § 886.
[11] *Cf.* § 676 *et* 887.
[12] *Cf.* § 286 *et* 889.
[13] *Cf.* § 678.
[14] *Cf.* § 290, 434, 686 *et* 892.
[15] *Cf.* § 687 *et* 893.
[16] *Cf.* § 688 *et* 895.
[17] *Cf.* § 292, 436, 689 *et* 896.
[18] Cesseras, Hérault, c^on Olonzac.
[19] *Cf.* § 690 *et* 897.
[20] *Cf.* § 293, 691 *et* 899.

A Finæ, uxoris dicti Guillelmi Pelapulli, fuit faiditus in guerra vicecomitis. Item dixit quod fuit idem Bertrandus de Mallaco filius Calvæ, quæ Calva fuit uxor Rogerii de Podio, et, ipso teste vidente, dictus Rogerius habebat dictam Calvam pro uxore, et dicta Calva dictum Rogerium pro viro.

230. Contra[1] petitionem Saurinæ, uxoris quondam Raimundi de Sancto Laurentio, dixit
B se vidisse dictum Raimundum et Arnaldum, fratrem ejus, faiditos in guerra comitis Montis Fortis. De guerra vicecomitis non recordatur.

231. Contra[2] petitionem hominum castri de Redorta[3], dixit se vidisse dictos homines contra dominum regem in guerra vicecomitis.

232. Contra[4] petitionem P. Isarni, de Lavineria, dixit quod B. Arnaldi, de Lavineria, et
C Petrus Raimundus, filius ejus, fuerunt faiditi in tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod dictus Petrus Raimundus fuit captus pro hæresi et incarceratus, et postea combustus apud Carcassonam.

233. Contra[5] petitionem Orgullosæ, uxoris quondam Raimundi [de] Congosto, dixit quod dictus Raimundus fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit se vidisse
D P. Aimerici, patrem Orgullosæ, faiditum tempore guerræ vicecomitis.

234. Contra[6] petitionem Blanchæ, uxoris quondam Petri Gausberti, de Laurano, dixit Fol. 18.
quod vidit Guillelmum Sigarii, de Monte Lauro[7], patrem dictæ petentis, faiditum semper tam tempore comitis Montis Fortis quam tempore domini regis. Item dixit se vidisse faiditum dictum Petrum Gausberti, virum dictæ Blanchæ, in guerra vicecomitis.

E 235. Contra[8] petitionem P. Boverii, de Narbona, dixit quod G. de Sancta Valeria[9] fuit captus pro hæresi, ipso teste vidente et sciente, et incarceratus, et, fracto carcere domini regis, aufugit. Item dixit se vidisse dictum G. faiditum in guerra vicecomitis.

236. Contra[10] petitionem Guillelmæ de Villa Nova, uxoris quondam Bernardi Catelli, de Rivo, dixit se vidisse dictum Bernardum Catelli faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit
F se vidisse dictam Guillelmam portantem cruces de fuitro pro hæresi.

237. Contra[11] petitionem Amati de Redorta, dixit quod dictus Amatus fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente.

238. Contra[12] petitionem Raimundi Duri Fortis et Rogerii, fratrum, dixit quod Rogerius, pater dictorum petentium, qui vocabatur Badaonus, fuit faiditus tempore domini regis et
G comitis Mortis Fortis et in guerra vicecomitis, ipso teste vidente.

239. Contra[13] petitionem Garcendis Aturadæ, dixit quod B. Aturat, pater dictæ Garcendis, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et domini regis, ipso teste vidente.

240. Contra[14] petitionem G. Aturati, dixit quod vidit G. Aturati, patrem dicti G. petentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

H 241. Contra[15] petitionem Arnaldi de Laurano, junioris, dixit quod ipsemet testis[16] est pater dicti Arnaldi petentis et fuit filius dictæ Berrenguariæ, cujus bona petit dictus Arnaldus de Laurano, filius ipsiusmet testis, et dicit se ipsum faiditum fuisse tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, et fuit captus pro hæresi.

242. Contra[17] petitionem Guillelmi Gausberti, de Caunis, dixit quod dictus Guillelmus Fol. 18 v°.
I Gausberti fuit faiditus tempore guerræ vicecomitis, et fuit crucesignatus pro hæresi et portavit cruces de fuitro, ipso teste vidente.

243. Contra[18] petitionem Comdors, uxoris quondam Ermengaudi Pelapulli, dixit se vidisse Petrum de Redorta, patrem dictæ Comdors et Sibiliæ, sororum, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse dictum Ermengaudum Pelapulli et Isarnum,
J fratres, viros dictarum Comdors et Sibiliæ, faiditos tempore comitis Montis Fortis, cum Guidone[19], fratre suo. Item dixit se vidisse dictum Ermengaudum et Isarnum, fratres, faiditos in guerra vicecomitis.

244. Contra[20] petitionem universitatis hominum de Laurano[21], dixit quod villa de Laurano fuit contra comitem Montis Fortis, dum dominus comes erat inclusus apud Carcassonam.
K Item dixit quod, postquam dominus rex venit ad Avinionem, universitas de Laurano solvit

[1] *Cf.* § 294, 692 *et* 900.
[2] *Cf.* § 437 *et* 901, *necnon Sententiarum anni 1262 caput* 47.
[3] La Redorte, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[4] *Cf.* § 295, 438, 693 *et* 902.
[5] *Cf.* § 694 *et* 903.
[6] *Cf.* § 297, 439, 695 *et* 904, *necnon Sententiarum anni 1262 caput* 105.
[7] Montlaur, Aude, c^on la Grasse.
[8] *Cf.* § 298, 440, 697 *et* 905.
[9] Sainte-Valière, Aude, c^on Ginestas.
[10] *Cf.* § 218, 698 *et* 906.
[11] *Cf.* § 699 *et* 907.
[12] *Cf.* § 299, 441, 700 *et* 908.
[13] *Cf.* § 442, 701 *et* 909.
[14] *Cf.* § 300, 701 *et* 910.
[15] *Cf.* § 301, 443, 702 *et* 911.
[16] Arnaldus de Laurano.
[17] *Cf.* § 208, 278, 302, 877 *et* 912.
[18] *Cf.* § 303, 703 *et* 913.
[19] Guido Pelapullus; *vide supra* § 200.
[20] *Cf.* § 444 *et* 704, *necnon anni 1262 Sententias, cap.* 119.
[21] Laure, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

IMPRIMERIE NATIONALE.

domino regi vel alii pro ipso c libras turonensium de annua tallia usque nunc, et in guerra A ultima domini comitis Tholosani fuerunt contra dominum regem cum dicto domino comite Tholosano. Item dixit quod milites qui fuerunt faiditi et capti pro hæresi, scilicet ipsemet testis et Arnaldus de Guindra et R. Ferrandi et multi alii, sunt ibi recepti et manserunt ibi publiçe.

245. Contra[1] petitionem domini Amalrici de Narbona, dixit se vidisse dominum Aime- B ricum de Narbona, patrem ipsius agentis, facientem guerram contra comitem Montis Fortis.

246. Contra[2] petitionem Guillelmi de Redorta, filii Pontii de Redorta, dixit se credere quod dictus Pontius fuit faiditus in guerra vicecomitis. Item dixit quod adhuc vivit dictus Pontius et tenet terram apud Salellam[3] in Narbonesio.

Fol. 19. 247. Contra[4] petitionem abbatis Sancti Pontii de Thomeriis, dixit quod dominus rex C tenet hodie castrum de Petriacho, et vidit dominum Gauterium de Secruno tenere dictum castrum nomine domini regis, et Garinus de Aniolio tenuit dictum castrum pro comite Montis Fortis, et Aragonenses tenuerunt similiter dictum castrum nomine dicti domini comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit semper continue a XL [annis] citra quod tam comes Montis Fortis aut alii pro eo, quam dominus rex aut alius pro eo, habuerunt et tenue- D runt dictum castrum, et inde sunt semper usi sicut de feudo suo, excepto tempore guerræ vicecomitis et exceptis guerris comitis Tholosani. Et nunquam audivit dici quod monasterium Sancti Pontii haberet jus in dicto castro. Item dixit se vidisse Esquivum de Minerba tenentem et possidentem dictum castrum. Item dixit quod dominus rex habuit et tenuit castrum de Cencenone[5], vel alius pro eo, postquam venit ad Avinionem, exceptis guerris vicecomitis et E comitis Tholosani, et dixit quod audivit semper dici quod castrum de Cencenone tenebatur a vicecomite Biter[r]is et erat de feudo ejusdem vicecomitis.

248. Contra petitionem P. Baudeti, clerici, dixit se vidisse G. de Minerba, patrem istius G. de Minerba, qui nunc est, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et vidit eundem G. faiditum pluribus locis et contra prædictum comitem Montis Fortis. F

249. Contra[6] petitionem Arnaldi de Azellano, dixit quod vidit dictum Arnaldum faiditum cum Guillelmo de Minerba apud Asilianum[7] et in Minerbesio[8] et pluribus aliis locis in guerra vicecomitis.

250. Contra[9] petitionem Raimundi Ermengaudi, curatoris Guillelmi Audouini, de Sancto Pontio, dixit se vidisse pluries Geraldum de Pipionibus faiditum et euntem cum faiditis in G Minerbesio et Carcassesio in guerra vicecomitis, et fuit interfectus per Gallicos apud Ruppem de Bucco.

Fol. 19 v°. 251. Contra[10] petitionem Guillelmi Rogerii, de Congosto, dixit se non cognoscere aliquem qui vocetur hoc nomine, tamen dixit quod quidam est apud Lauranum qui vocatur Rogerius de Congusto, qui fuit captivus per longum tempus ultra mare, prout dicitur, et iste Rogerius H et Raimundus de Congusto, frater ejus, fuerunt filii Petri Aimerici, militis, de Laurano, qui fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et manebat et ibat cum militibus faiditis tunc temporis per Minerbesium et aliam terram, ipso teste vidente, et decessit faiditus. Item dixit se vidisse faiditum Raimundum de Congusto prædictum cum Guillelmo de Minerba faidito in guerra vicecomitis, et vidit eundem Raimundum faiditum tunc apud Aguilar[11] et pluribus I aliis locis.

252. Contra[12] petitionem Bernardæ, uxoris Karoli, militis, dixit quod dicta Bernarda fuit uxor Ardenæ, militis, de Caunis[13], qui fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, ipso teste vidente, et fuit interfectus apud Olunzacum[14] per homines dictæ villæ.

253. Contra[15] petitionem sindicorum de Rivo[16], dixit se vidisse homines de Rivo faiditos J et contra dominum regem in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse dictos homines de Rivo contra comitem Montis Fortis, et vidit quod dictus dominus comes Montis Fortis obsedit dictum castrum de Rivo. Item dixit quod consuetudo est generalis in hac terra quod, quando aliqua villa solvit aliquam quantitatem talliæ, si homines augeantur, pro hoc tallia non augetur; eodem modo si minuuntur homines, tallia non minuitur. K

254. Contra[17] petitionem dominæ Mabiliæ de Redorta, uxoris quondam Bernardi de

[1] *Cf.* § 304, 705 *et* 914.

[2] *Cf.* § 305, *et anni 1262 Sententiam* 121.

[3] Sallèles-d'Aude, Aude, c^on Ginestas.

[4] *Cf.* § 915, *et anni 1262 Sententiarum caput* 72.

[5] Cessenon, Hérault, c^on Saint-Chinian.

[6] *Cf.* § 916.

[7] Azille, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[8] Le Minervois, *pagus cui caput* Minerve, Hérault, c^on Olonzac.

[9] *Cf.* § 306, 445 *et* 917, *necnon Sententiarum anni 1262 caput* 67.

[10] *Cf.* § 307, 446 *et* 921.

[11] Aguilar, *castellum hodie destructum :* Aude, arr. Carcassonne, c^on et c^ne Tuchan; *quod castellum, a. 1241, Ludovici regis volantati supposuit Olivarius de Terminis. Vide Mahul,* Cartul. de Carcassonne, IV, 602.

[12] *Cf.* § 308, 447, 707 *et* 923.

[13] Caunes, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[14] Olonzac, Hérault, arr. Saint-Pons.

[15] *Cf.* § 309, 708 *et* 924.

[16] Rieux-Minervois, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[17] *Cf.* § 310, 709 *et* 926.

A Redorta, dixit se nunquam scivisse quod dictus Bernardus de Redorta habuisset aliquem filium; dixit tamen se vidisse dictum Bernardum de Redorta captum pro hæresi et faiditum in guerra vicecomitis, et vidit eum in dicta guerra apud Carcassonam.

255. Contra[1] petitionem Saissiæ de Saxiacho, uxoris quondam Ermengaudi de Monte Lauro, dixit se vidisse dictum Ermengaudum faiditum tempore comitis Montis Fortis.

B 256. Contra[2] petitionem Ricardis, uxoris quondam Arnaldi Guillelmi, de Rosolincho, Fol. 20.
dixit quod vidit Arnaldum Guillelmi, filium dictæ Ricardis, faiditum in guerra vicecomitis, et erat de familia Hugonis de Romegos, tunc faiditi, in illa guerra.

257. Contra[3] petitionem Sauræ, filiæ quondam Nigri de Redorta, dixit quod R. Rogerii, vir dictæ Sauræ, fuit fai[di]tus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit quod
C dictus R. Rogerii interfecit filium B. Lobeti, de Petriaco, tempore guerræ ultimæ comitis Tholosani, qui filius dicti B. Lobeti non erat tunc faiditus, immo se tenebat cum domino rege.

258. Contra[4] petitionem Petri Raimundi, de Alarico[5], dixit se vidisse Bertrandum de Gordono et Guillelmum de Gordono, fratres, faiditos tempore comitis Montis Fortis.

D 259. Contra[6] petitionem Estaciæ, dixit se vidisse Petrum de Conchis, patrem dictæ Estaciæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

260. Contra[7] petitionem Albiæ de Ponciano[8], dixit se vidisse [faiditum] Rogerium de Monte Serrato tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis.

261. Contra[9] petitionem Mabiliæ, uxoris quondam Johannis Montanerii, de Monte Re-
E gali, dixit se vidisse dictum Johannem apud Montem Regalem faiditum in guerra vicecomitis, et decessit apud Broamum[10] faiditus, exclusus de pace domini regis.

262. Contra[11] petitionem universitatis de Conchis[12], dixit se vidisse dictam universitatem faiditam in guerra vicecomitis, et receperunt vicecomitem in dicta guerra et alios hostes domini regis.

F 263. Contra[13] petitionem consulum Montis Regalis, dixit quod universitas Montis Regalis fuit contra dominum regem in guerra vicecomitis, et receperunt hostes domini regis et guerram fecerunt domino regi et fuerunt in obsidione civitatis Carcassonæ, et exercitum domini Johannis de Bello Monte expectaverunt, et castrum Montis Regalis contra dominum regem munierunt. Postmodum, cum dominus Johannes de Bello Monte recepit eos ad volun-
G tatem domini et misericordiam, fecit villam eorum dirui, et eos fecit dividi in tres partes.
Item dixit se vidisse dictam universitatem contra comitem Montis Fortis, et obsederunt Fol. 20 v°.
dominum Alanum de Rossi in castro Montis Regalis, ubi fuit vulneratus et captus[14].

264. Contra[15] petitionem Guidonis de Peirola, dixit se vidisse faiditum Guillelmum Petri Lupati in guerra vicecomitis.

H 265. Contra petitionem hominum de Salcinhano[16], dixit quod dicti homines fuerunt faiditi in guerra vicecomitis, sicut alii homines istius terræ.

266. Contra[17] petitionem Vesiadæ, uxoris quondam Sicardi de Duro Forti, dixit se vidisse Rostagnum de Monte Irato[18], primum virum dictæ Vesiadæ, faiditum in guerra comitis Montis Fortis.

I 267. Contra[19] petitionem Arnaldi Guillelmi, filii quondam Arnaldi Guillelmi, de Barbairano[20], [dixit quod] pater istius agentis fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et domini regis et decessit exheredatus et faiditus.

268. Contra[21] petitionem Berengarii de Podio Terico[22] dixit se vidisse faiditos Bernardum de Petra Blancha et Guillelmum de Sancto Juliano, fratres, in guerra vicecomitis, et fuerunt
J incarcerati et capti pro hæresi, et, fracto carcere, aufugerunt. Postmodum dictus Guillelmus de Sancto Juliano fuit interfectus per Gallicos apud Ruppem de Bucco.

269. Contra[23] petitionem Guillelmi Hugonis, filii[24] quondam Falconis de Rusticanis, dixit se vidisse dictum Falconem faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

[1] *Cf.* § 711 *et* 927.
[2] *Cf.* § 712 *et* 928.
[3] *Cf.* § 311, 448, 713 *et* 929.
[4] *Cf.* § 312, 715 *et* 930.
[5] Alairac, Aude, c[on] Montréal.
[6] *Cf.* § 449, 717 *et* 931.
[7] *Cf.* § 314 *et* 718.
[8] Pieusse, Aude, c[on] Limoux.
[9] *Cf.* § 450 *et* 719. *Vide Sententiarum anni 1262 caput* 6.
[10] Bram, Aude, c[on] Fanjeaux.
[11] *Cf.* § 316, 451 *et* 933.
[12] Conques, Aude, arr. Carcassonne. *Vide Mahul,* Cartul. de Carcassonne, IV, 140.
[13] *Cf.* § 318, 720 *et* 934. *Vide Sententiarum anni 1262 caput* 82.
[14] *Anno 1221. Vide Vaissète, ed. noviss.,* VI, 541, *et infra,* § 551.
[15] *Cf.* § 118, 366, 453, 721, 815 *et* 935.
[16] Salsigne, Aude, c[on] Mas-Cabardès.
[17] *Cf.* § 319 *et* 722.
[18] Montirat, Aude, c[on] Capendu.
[19] *Cf.* § 320, 455, 723 *et* 936.
[20] Barbaira, Aude, c[on] Capendu.
[21] *Cf.* § 321, 456, 726 *et* 938.
[22] Puichéric, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[23] *Cf.* § 157, 322, 457 503, 600, 727 *et* 837.
[24] *Cod.* filius.

270. Contra[1] petitionem Rixendis, filiæ quondam Petri Blachi, de Carcassona, dixit se vidisse dictum Petrum Blachi faiditum apud Carcassonam in guerra vicecomitis. A

271. Contra[2] petitionem Esclarmundæ de Ginolis[3], dixit quod Guillelmus de Aniorto[4], pater dictæ Esclarmundæ, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et Geraldus de Aniorto et Guillelmus Bernardi, fratres dictæ Esclarmundæ, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis, ipso teste vidente. Item dixit quod Bernardus Hoto et Guillelmus de Aniorto, fratres dictæ B Esclarmundæ, fuerunt capti pro hæresi.

Fol. 21. 272. Contra[5] petitionem Guillelmi Garciæ dixit se vidisse Raimundum Garciam, patrem dicti Guillelmi, faiditum in guerra vicecomitis. De faidimento dicti Guillelmi et fratrum suorum, dixit se nichil scire.

II

Fol. 22. [RAIMUNDUS ABAN, TESTIS JURATUS[6].] C

273. Contra[7] petitionem dominæ Guillelmæ de Cesseratio, uxoris quondam Petri Raimundi, de Cella Vinaria, [dixit] quod dictus Petrus Raimundus fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et fuit condempnatus ad murum pro hæresi per fratrem Ferrarium, et vidit ipsum comburi apud Carcassonam.

274. Contra[8] petitionem Bernardi Arnaldi, filii quondam Petri Raimundi, de Çella Vinaria, dixit illud idem quod in proxima præcedenti. D

275. Contra[9] petitionem Aladaicis, uxoris quondam Rogerii de Duro Forti, qui vocabatur Badaonus, dixit se vidisse dictum Badaonem faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

276. Contra[10] petitionem Berengariæ et Alpais, filiarum quondam Berengarii de Pipionibus, dixit se vidisse Guillelmum de Monlag, virum dictæ Berengariæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse faiditum Bernardum Bocardi, virum dictæ Alpais, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. E

277. Contra[11] petitionem Ermenjardis, uxoris Guillelmi Gausberti, de Caunis, dixit se vidisse faiditum dictum Guillelmum Gausberti apud Fenoletum[12] et in guerra vicecomitis. F Item dixit se vidisse faiditum dictum Guillelmum de Turre, fratrem dictæ Ermenjardis, tempore comitis Montis Fortis, et tempore domini regis stetit faiditus cum eodem teste apud Querbucium[13].

278. Contra petitionem Guillelmi Gausberti, de Caunis[14], dixit se vidisse ipsum Guillelmum faiditum apud Fenoletum et in guerra vicecomitis. G

279. Contra[15] petitionem Guillelmi de Genestars, dixit se vidisse Cassabovem et Raimundum Dozeti, fratres, faiditos in Fenoledesio[16] tempore domini regis. Item dixit se vidisse faiditum dictum Raimundum Dozeti in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse Guillelmum Alfarici faiditum in guerra vicecomitis, et fuit condempnatus de hæresi et captus et ductus apud Carcassonam, et fracto carcere [aufugit]. . . . . H

Fol. 22 v°. . . . .

280. Contra petitionem [Aisciæ, filiæ Jacobi. . . . .] dixit se vidisse dictum Jacobum, patrem dictæ Aisciæ, faiditum in guerra co[mitis Montis Fortis].

281. Contra[17] petitionem Longæ Brunæ, dixit quod Raimundus de Tonenx fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et domini regis usque ad obitum suum, et fuit exheredatus I de omnibus quæ habebat in senescallia Carcassonæ.

282. Contra[18] petitionem Orgullosæ, filiæ quondam Bermundi de Genestars, dixit se vidisse Bernardum Guillelmi, de Mossiano, virum dictæ Orgullosæ, faiditum in guerra vicecomitis, et fuit da[m]pnatus de hæresi et captus et immuratus per fratrem Ferrarium et incarceratus apud Carcassonam, et fracto carcere aufugit. J

283. Contra[19] petitionem Saurimundæ, filiæ quondam Escuræ, dixit se vidisse Ardenam

[1] *Cf.* § 458.
[2] *Cf.* § 323, 459 *et* 939.
[3] Ginoles, Aude, c^on Quillan.
[4] Niort, Aude, c^on Belcaire.
[5] *Cf.* § 160, 324, 397, 460, 506, 604, 840 *et* 940.
[6] *Abhinc priores plerorumque codicis foliorum lineæ excidere. — Ex ultimis folii 24 versi lineis constat hunc testem fratrem fuisse cujusdam G. Aban, cui Raimundum nomen fuisse constat; vide Vaissète, noviss. ed.*, VIII, *col.* 1662, 1663 *et* 1665.
[7] *Cf.* § 204, 426, 663 *et* 872.
[8] *Cf.* § 204, 427, 664 *et* 873.
[9] *Cf.* § 205, 665 *et* 874.
[10] *Cf.* § 206, 428, 666 *et* 875.
[11] *Cf.* § 207 *et* 876.
[12] Fenouillet, Aude, c^on Alaigne.
[13] Queribus, *castellum hodie destructum prope Cucugnanum:* Cucugnan, Aude, c^on Tuchan.
[14] Caunes, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[15] *Cf.* § 208, 242, 302, 877 *et* 912.
[16] *Pagus cui caput* Fenouillet.
[17] *Cf.* § 213 *et* 670.
[18] *Cf.* § 214, 430, 671 *et* 881.
[19] *Cf.* § 215, 672 *et* 882.

et Bernardum Pontii et Chatmarium, fratres dictæ Escuræ, faiditos tempore comitis Montis Fortis.

284. Contra[1] petitionem Finæ, uxoris quondam Bertrandi de Arcia, dixit se vidisse dictum Bertrandum faiditum in guerra vicecomitis.

285. Contra petitionem Ermenjardis, uxoris quondam B. de Torrosella[2], dixit se vidisse faiditum dictum B. tempore comitis Montis Fortis.

286. Contra[3] petitionem Petri Valrani, nomine filiæ suæ Raimundæ, dixit quod vidit Cassabovem et Raimundum Dozeti, fratres, faiditos in Fenoledesio tempore comitis Montis Fortis.

287. Contra[4] petitionem Augerii de Ravato, dixit se vidisse dictum Augerium faiditum tempore domini regis et in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse B. de Taxo faiditum tempore domini regis apud Limosum.

. . . .

288. Contra[5] petitionem Aladaicis de Robiano[6], dixit se vidisse faiditum P. de Torrossella Fol. 23.
in guerra vicecomitis.

289. Contra[7] petitionem Audæ, uxoris Pontii de Aviacio[8] quondam, dixit se vidisse faiditum G. Rogerii tempore comitis Montis Fortis, cum Chatberto et Berengario de Monte Lauro.

290. Contra[9] petitionem Garcendis de Villa Sicca, dixit se vidisse faiditum Pontium Guillelmi, de Villa Sicca, maritum dictæ Garcendis, tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

291. Contra[10] petitionem P. Sicredii, dixit se vidisse faiditum Berengarium de Mossano, fratrem dicti P., in guerra vicecomitis, cum G. Alfarico.

292. Contra[11] petitionem Gaiæ, filiæ quondam Bernardi Pontii, de Ceceratio, dixit se vidisse Otonem de Monte Bruno, virum dictæ Gayæ, faiditum in guerra vicecomitis, et fuit condempnatus de hæresi per fratrem Ferrarium, et fuit captus et incarceratus apud Carcassonam, et fracto carcere aufugit.

293. Contra[12] petitionem Guillelmi Pelapulli, dixit se vidisse Bertrandum de Mallaco faiditum apud Cabaretum tempore domini regis et in guerra vicecomitis.

294. Contra[13] petitionem Saurinæ, uxoris quondam Raimundi de Sancto Laurentio, dixit se vidisse faiditos Arnaldum de Sancto Laurencio et B. de Sancto Laurentio, fratres, tempore comitis Montis Fortis in Rossilione, cum R. de Cabare[to].

295. Contra[14] petitionem P. Isarni, de Cella Vinaria, dixit se vidisse B. Arnaldum, de Cella Vinaria, et Petrum Raimundum, filium ejus, faiditos tempore comitis Montis Fortis, et dictus Petrus Raimundus fuit condempnatus de hæresi per fratrem Ferrarium, et fuit combustus apud Carcassonam, ipso teste vidente.

. . . . Fol. 23 v°.

296. Contra petitionem R. [Rigaudi, dixit se vidisse faiditum] dictum R. Rigaudi in [guerra vicecomi]tis.

297. Contra[15] petitionem Blanchæ, uxoris quondam Petri Gausberti, [de] Laurano, dixit se vidisse faiditum Guillelmum Siguarii, patrem ipsius petentis, tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et vidit similiter faiditum dictum Petrum Gausberti in Fenoledesio, qui aufugerat[16] ibi propter hæresim.

298. Contra[17] petitionem Petri Boverii, de Narbona, dixit se vidisse faiditum G. de Sancta Valeria[18] tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, et fuit captus pro hæresi et incarceratus apud Carcassonam, et fracto carcere aufugit.

299. Contra[19] petitionem Raimundi Duri Fortis et Rogerii, fratrum, dixit se vidisse Rogerium Durfortem, patrem eorum, qui alio nomine vocabatur Badaonus, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis.

300. Contra[20] petitionem G. Aturati, dixit se vidisse G. Aturati, patrem dicti G. petentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

301. Contra[21] petitionem Arnaldi de Laurano, dixit se vidisse faiditum Arnaldum de

[1] *Cf.* § 432 *et* 673, *necnon Sententiarum anni 1262 caput* 118.
[2] Tourouzelle, Aude, c[on] Lézignan.
[3] *Cf.* § 221 *et* 889.
[4] *Cf.* § 679.
[5] *Cf.* § 684 *et Sententiarum anni 1262 caput* 55.
[6] Roubia, Aude, c[on] Ginestas.
[7] *Cf.* § 685 *et* 891.
[8] Vias, Hérault, c[on] Agde.
[9] *Cf.* § 223, 434, 686 *et* 892.
[10] *Cf.* § 894.
[11] *Cf.* § 226, 436, 689 *et* 896.
[12] *Cf.* § 229, 691 *et* 899.
[13] *Cf.* § 230, 692 *et* 900.
[14] *Cf.* § 232, 438, 693 *et* 902.
[15] *Cf.* § 234, 439, 695 *et* 904.
[16] *Cod.* affugerat.
[17] *Cf.* § 235, 440, 697 *et* 905.
[18] Sainte-Valière, Aude, c[on] Ginestas.
[19] *Cf.* § 238, 441, 700 *et* 908.
[20] *Cf.* § 240, 701 *et* 910.
[21] *Cf.* § 241, 443, 702 *et* 911.

Laurano, patrem istius agentis, tempore domini regis et in guerra vicecomitis, et fuit captus pro hæresi et condempnatus et incarceratus, et fracto carcere aufugit.

302. Contra[1] petitionem Guillelmi Gausberti, de Caunis, dixit se vidisse dictum Guillelmum faiditum in guerra vicecomitis et ante in Fenoledesio.

303. Contra[2] petitionem Condors, uxoris quondam Ermengaudi Pelapulli, dixit se vidisse dictum Ermengaudum et Isarnum, fratres, faiditos tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis apud Cabaretum, et in guerra vicecomitis.

Fol. 24. ....

304. Contra[3] petitionem domini Amalrici de Narbona, dixit se vidisse faiditum dominum Aimericum, patrem ejus, tempore comitis Montis Fortis, et receptavit apud Narbonam contra dictum comitem Montis Fortis, scilicet dominum Nunonem[4], comitem Impuriarum[5], et alios hostes dicti domini comitis.

305. Contra[6] petitionem Guillelmi de Redorta, filii Pontii de Redorta, dixit se vidisse dictum Pontium de Redorta et Guiraudum de Redorta, fratres, faiditos in guerra vicecomitis, et dixit quod dictus Guiraudus fuit condempnatus de hæresi per fratrem Ferrarium.

306. Contra[7] petitionem Raimundi Ermengaudi, curatoris Guillelmi Audouini, de Sancto Pontio, dixit se vidisse faiditum Geraldum de Pipionibus in guerra vicecomitis, et post dictam guerram fuit captus apud Rupem de Buco in garnisione dicti castri et suspensus per gentes domini regis.

307. Contra[8] petitionem Guillelmi Rogerii, de Congosto, dixit se vidisse Raimundum de Congosto, fratrem dicti petentis, faiditum in guerra vicecomitis.

308. Contra[9] petitionem Bernardæ, uxoris Karoli, militis, dixit se vidisse faiditum Ardenam, primum virum dictæ Bernardæ, tempore comitis Montis Fortis, et fuit interfectus apud Olunzachum per homines dicti castri.

309. Contra[10] petitionem sindic[or]um seu procuratorum de Rivo, dixit quod consuetudo est generalis in ista terra quod, quando aliqua villa solvit aliquam quantitatem talliæ, si homines augentur, pro hoc tallia non augetur, et eodem modo, si minuuntur homines, pro hoc tallia non minuitur.

310. Contra[11] petitionem Mabiliæ de Redorta, uxoris quondam Bernardi de Redorta, dixit quod dictus Bernardus de Redorta fuit faiditus in guerra vicecomitis, et fuit captus et incarceratus et condempnatus de hæresi, et fracto carcere auffugit.

Fol. 24 v°. 311. Contra[12] petitionem S[auræ, filiæ quondam Nigri de Redorta, dixit quod R.] Rogerii, vir dictæ Sauræ, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis [et in] guerra vicecomitis.

312. Contra[13] petitionem Petri Raimundi, de Alarico, dixit se vidisse Guillelmum de Gordono faiditum tempore comitis Montis Fortis.

313. Contra[14] petitionem Flors de Monte Irato[15], dixit se vidisse faiditum G. Rogerii, virum dictæ Flors, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis. Item dixit quod, quando comes Montis Fortis incepit amittere terram istam, castrum de Monte Irato fuit munitum contra dictum comitem, et vidit quod dicta Flors erat tunc in dicto castro et juvabat in quantum poterat in opere munitionis dicti castri.

314. Contra[16] petitionem Albiæ de Piussano, dixit se vidisse faiditum Rogerium de Monte Serrato[17], virum dictæ petentis, tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis.

315. Contra[18] petitionem R. de Callavo[19], dixit se vidisse semper, dum Gallici tenuerunt terram istam, quod tenuerunt molendinum de Ponte, tam tempore comitis Montis Fortis quam tempore domini regis.

316. Contra[20] petitionem universitatis de Conchis, dixit quod dicta universitas fuit contra dominum regem, et receptaverunt faiditos et hostes domini regis in dicta guerra.

317. Contra petitionem præceptoris domus miliciæ Templi de Dozincho[21], dixit quod Arnaldus Versavin fuit faiditus in guerra vicecomitis, et cum post dictam guerram gentes minutæ revocarentur ad pacem domini regis, dictus Arnaldus remansit extra pacem faiditus

[1] *Cf.* § 208, 242, 278, 877 *et* 912.
[2] *Cf.* § 243, 703 *et* 913.
[3] *Cf.* § 245, 705 *et* 914.
[4] *Nuno Sancii, qui postea Rossilionensis comes fuit.*
[5] *Hugo III, Empuriensis comes* (Ampurias *in Catalonia*).
[6] *Cf.* § 246.
[7] *Cf.* § 250, 445 *et* 917.
[8] *Cf.* § 251, 446 *et* 921.
[9] *Cf.* § 252, 447, 707 *et* 923.
[10] *Cf.* § 253, 708 *et* 924.
[11] *Cf.* § 254, 709 *et* 936.
[12] *Cf.* § 257, 448, 713 *et* 929.
[13] *Cf.* § 258, 715 *et* 930.
[14] *Cf.* § 716.
[15] Montirat, Aude, c°ⁿ Capendu.
[16] *Cf.* § 260 *et* 718.
[17] *Cod.* Mont. Serratum.
[18] *Cf.* § 932.
[19] Cailhau, Aude, c°ⁿ Alaigne.
[20] *Cf.* § 262, 451 *et* 933.
[21] Douzens, Aude, c°ⁿ Capendu. *De qua Templi domo vide A. du Bourg,* Hist. du grand prieuré de Toulouse, p. 588.

et ivit ad gentes regis Angliæ in Pictaviensem contra dominum regem[1], et omnia bona remanserunt commissa domino regi, qui ea dedit pro assisia xxx solidorum melgoriensium ipsimet testi et G. Aban, fratri suo, qui dederunt ea ad accapite eidem Arnaldo pro xx solidis censualibus, annuatim sibi præstandis ab eodem Arnaldo.

318. [Contra[2] petitionem consulum Montis Regalis] .... [dixit quod] ..... Fol. 25.
dominus Johannes de Bello Monte... [Item dixit quod] dominus Johannes de Bello Monte, [quando eos recepit ad misericordi]am domini regis, fecit dirui villam eorum [et e]os fecit dividi in tres partes. Dixit etiam quod fuerunt in sequenti guerra contra dominum regem Francorum. Item dixit quod fuerunt contra comitem Montis Fortis, et obsederunt dominum Alanum de Rosseio in castro Montis Regalis, ubi fuit vulneratus et captus.

319. Contra[3] petitionem Vesiadæ, uxoris quondam Sicardi de Duro Forti, dixit se vidisse faiditum dictum Sicardum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Rogerium Ferrolli, patrem dictæ Vesiadæ, faiditum in dicto tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit faiditum Rostagnum de Monte Irato, primum virum dictæ Vesiadæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

320. Contra[4] petitionem Arnaldi Guillelmi, filii quondam Arnaldi Guillelmi, de Barbairano, dixit quod dictus Arnaldus Guillelmi, pater prædicti agentis, fuit faiditus tempore domini regis et exheredatus, et auffugit a patria ista propter timorem[5] inquisitionis hæresis. Item dixit se vidisse faiditum dictum Arnaldum Guillelmi, agentem, in guerra vicecomitis, et rediit apud Barbairanum et occupavit bona quæ fuerunt quondam patris sui apud Albars[6] et aliis locis.

321. Contra[7] petitionem Berengerii de Podio Terico, dixit se vidisse Bernardum de Petra Blanca et Guillelmum de Sancto Juliano, fratres, faiditos in guerra vicecomitis et ante, et dixit quod dictus Bernardus de Petra Blancha fuit captus pro hæresi et condempnatus et incarceratus, et fracto carcere aufugit. Item dixit quod dictus Guillelmus de Sancto Juliano fuit interfectus per gentes domini regis apud Palairachum[8], ipso teste vidente.

322. Contra[9] petitionem Guillelmi Hugonis, de Rusticanis, dixit se vidisse Falconem de Rusticanis, patrem dicti Guillelmi Hugonis agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

.... Fol. 25 v°.

323. Contra[10] petitionem dominæ Esclarmundæ de Ginholis, [dixit se vidisse Geraldum] de Aniorto et Guillelmum Bernardi, de Aniorto, faiditos in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse Bernardum Hotonem et Guillelmum de Aniorto, fratres dictæ Esclarmundæ, faiditos tempore comitis Montis Fortis, et fuerunt capti pro hæresi et incarcerati apud Carcassonam. Item dixit quod G. B., de Albesuno, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

324. Contra[11] petitionem Guillelmi Garciæ, dixit se vidisse faiditum dictum Guillelmum Garciam et Bernardum Mironem, fratrem ejus, tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse faiditum Guillelmum Garciam in guerra vicecomitis.

325. Contra[12] petitionem dominæ Ermenjardis de Podio, dixit se vidisse faiditum dictum R. de Podio, virum dictæ Ermenjardis, in guerra vicecomitis. Item dixit quod Ermengaudus de Vintrono[13] fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis.

326. Contra petitionem magistri miliciæ Templi in Provincia, dixit se vidisse faiditos G. Jordani, de Tribus Bonis[14], et B. de Villari et G. B., milites, tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

[INQUISITIO DE CENCENONE CASTRO, A G. DE MINERBA ANNO 1242 OCCUPATO.]

327. .... usque ad .... in dicto guidagio vel .... G. P. et equitabat cum eo, et fuit præsens in dicto guidagio prædicti Anselli[15], et postea corrigens dictum suum dixit quod ipse testis non ivit tunc cum dicto G. P. quando guidavit dictum Ansellum, sed vidit quando dictus G. P.

[1] *Anno 1242.*
[2] *Cf.* § 263, 720 *et* 934.
[3] *Cf.* § 266 *et* 722.
[4] *Cf.* § 267, 455, 723 *et* 936.
[5] *Cod.* tomorem.
[6] *Fort.* Albas, Aude, c[on] Durban.
[7] *Cf.* § 268, 456, 726 *et* 938.
[8] Palairac, Aude, c[on] Mouthoumet.
[9] *Cf.* § 157, 269, 457, 503, 600, 727 *et* 837.
[10] *Cf.* § 271, 429 *et* 939.
[11] *Cf.* § 160, 272, 397, 460, 506, 604, 840 *et* 940.
[12] *Cf.* § 461.
[13] Le Vintrou, Tarn, c[on] Mazamet.
[14] Trèbes, Aude, c[on] Capendu.
[15] *Ansellus, Cencenonis castellanus:* Cessenon, Hérault, c[on] Saint-Chinian. — *Vide supra,* § 247.

accepit dictum Ansellum in guidagio suo, et vidit dictum G. P., de Vintrono[1], exeuntem A
castrum de Cencenone cum dicto Ansello et aliis qui cum eo erant in garnisione dicti castri.
Interrogatus de personis, dixit quod [cum] dicto G. P. erant duo balistarii G. de Minerba. De
tempore interrogatus, dixit se aliter nescire nisi quod fuit tempore ultimæ guerræ comitis
Tholosani[2]. Item dixit quod, quando dictus G. P. guidavit dictum Ansellum et alios qui
cum eo erant in garnisione dicti castri, G. de Mine[r]ba interfici fecit Tibaldum et quosdam B
alios qui volebant intrare garnisionem dicti castri de Cencenone. Interrogatus quomodo scit
quod dictus Tibaldus et alii qui volebant intrare garnisionem dicti castri essent interfecti,
quando dictus G. P. guidabat dictum Ansellum, dixit se ita audivisse dici, et vidit postea
dictum Tibaldum mortuum cum aliis in gravia. Item dixit quod prædictus Tibaldus et alii
socii sui fuerunt interfecti sine consilio et assensu dicti G. P. Interrogatus quomodo scit quod C
esset factum sine consilio dicti G. P., dixit quod vidit et audivit quod G. prædictus habebat
verba irata cum G. de Minerba, quia interfecerat eos, et audivit dici dicto G. P. quod, si
ipse esset præsens, non essent interfecti. Interrogatus de loco quando dictus G. P. habebat
verba cum dicto G. de Minerba, qui interfecerat dictum Tibaldum et alios, dixit in castro de
Cencenone prope portam prioris. Item dixit se audivisse dici quod dictus G. P. fecit sepeliri D
dictum Tibaldum et socios suos, et vidit eos postea tumulatos, et dixit se nichil aliud scire.

328. B. Faber, de Saurnaco, instans in castro de Muro Veteri[3], testis juratus, dixit quod
ipse testis erat in garnisione castri de Cencenone tempore ultimæ guerræ comitis Tholo-
sani, cum Ansello et Nicholao et Pontio Bosqueto et pluribus aliis, quos pro majori parte
cum deliberatione sciret nominare; et vidit et audivit quod castrum de Cencenone reddidit E
se G. de Minerba, quod G. P. guidavit ipsum testem et alios de dicta garnisione usque ad
Fol. 26 v°. castrum de Maranciano[4], et dixit quod non erant ausi exire de.............. dixit
quod non.........dum dictus G. P. guidavit...........[De tempore] interrogatus,
dixit quod tempore ultimæ guerræ comitis [Tholosani]..... erat dies dominica, post
comestionem. De personis quæ erant in dicto [castro]..... G. de Corleniano et G. Ade- F
marii et quidam alii de quibus non recordatur.

329. P. Fora Villa, de Cencenone, testis juratus, dixit quod G. P., de Vintrono, accepit
in suam custodiam et defensionem Ansellum, tunc ca[s]tellanum de Cencenone pro domino
rege, et alios qui erant cum dicto Ansello in garnisione dicti castri, tempore ultimæ guerræ
comitis Tholosani, quando G. de Minerba intravit castrum de Cencenone cum aliis faiditis. G
Interrogatus qualiter scit quod dictus G. P. guidaverit et receperit in sua custodia et defen-
sione prædictum Ansellum et alios de dicta garnisione, dixit se vidisse, quando dictus
Ansellus exivit de castro de Cencenone, quod G. P. erat cum eo et aliis de dicta garnisione,
et dicebatur publice a gentibus quod dictus G. P. guidabat eos usquequo essent ad locum
securum, et guidavit eos, ut audivit dici, usque ad perale de Maranciano, aliter tamen nescit, H
sed credit pro certo quod ita fuit. De tempore interrogatus, dixit quod sunt xv anni elapsi
vel xvi, ut sibi videtur. Item dixit se vidisse, quando Tibaudus et Folias et quidam alii, qui
erant de familia domini regis, ut credit, fuerunt interfecti in grava de Cencenone, et non
vidit tunc G. P. inter illos qui interficiebant dictum Tibaldum et Folias et alios quorum
nomina ignorat. Interrogatus si cognovit aliquem de interfectoribus dictorum servientum I
domini regis, dixit quod non, nisi quod credit quod G. de Mine[r]ba cum aliis dictos Tibal-
dum et Folias et alios interficiebant. Interrogatus de personis quæ[5] erant cum ipso teste,
dixit se non recordari de aliquo, tanta briga et tumultum erat ibi, sed credit quod omnes
homines dicti castri de Cencenone vel major pars essent præsentes.

330. B. de Vessatz, de Cencenone, testis juratus, dixit idem quod proximus, et plus J
quod ipse erat in grava de Cencenone quando Tibaudus et Folias et alii servientes domini
regis fuerunt interfecti, et vidit quod G. de Minerba percussit Johannem Folia cum tabarello
in capite magnum ictum. Item dictus testis interrogatus de tempore, dixit se non recordari,
nisi quod fuit tempore ultimæ guerræ comitis Tholosani.

Fol. 27. [TERTIUS TESTIS JURATUS.] K

....

331. Contra petitionem Ermengardis, uxoris P. de Qugudiano[6], dixit idem, et de faidimento comitis Montis Fortis idem. Dixit tamen quod fecit pacem post guerram vicecomitis cum domino rege.

[1] Le Vintrou, Tarn, c^on Mazamet.
[2] *Anno 1242.*
[3] Murviel, Hérault, arr. Béziers.
[4] Maraussan, Hérault, c^on Béziers.
[5] *Cod.* qui.
[6] Cucugnan, Aude, c^on Tuchan. — *Cf.* § 2 *et* 728.

A 332. Contra petitionem Fais[1]. De faidimento Pauqueti de Bello Castro[2] et Huzalgerii,
fratris ejus, dixit se vidisse ipsos faiditos tempore domini comitis Montis Fortis, cum ipso
teste et aliis.

333. Contra[3] Geraldum de Petra Pertusa. De faidimento Ramundi de Petra Pertusa
dixit se vidisse ipsum faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item de faidimento B. Pela-
B pulli, de tempore comitis Montis Fortis et de tempore domini regis et de guerra vicecomitis,
vidit ipsum similiter faiditum. Item dixit quod dominus comes Montis Fortis accepit per vim
castrum Montis Gallardi[4]. Item dixit se vidisse quod R. de Petra Pertusa duxit Gascham,
uxorem suam, tempore faidimenti et tempore excommunicato, et fuit filia Vasconis de Sal-
vazano[5], [qui fuit] faiditus et interfectus per Gallicos.....

C 334. Contra petitionem Blanchæ[6]. De faidimento Raimundi de Gordono dixit se vidisse
ipsum faiditum de guerra comitis Montis Fortis, et fractor stratarum[7], et decessit tempore
excommunicacionis post recessum comitis Montis Fortis.

335. Contra petitionem Fabrissæ. Item de faidimento P. Berengarii, de Vezola[8], dixit
se vidisse ipsum faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis cum vice-
D comite et aliis faiditis.

336. Item[9] contra petitionem Ermengardis de Palairaco. De faidimento Berengarii de
Bello Forti, mariti[10] dictæ Ermengardis, dixit se vidisse ipsum faiditum, cum ipso teste, in
guerra vicecomitis.

337. Item[11] contra petitionem Garsendis, uxoris G. de Cadro, dixit se vidisse G. de
E Cadro faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis et tempore vice-
comitis.

338. Item contra petitionem Ermenssendis[12], uxoris Arnaldi de Guindra, dixit se vidisse
Arnaldum de Guindra faiditum contra dominum regem in guerra vicecomitis.

339. Item[13] contra petitionem Orpais, uxoris Bernardi Bocardi, dixit se vidisse Bernar-
F dum Bocardum faiditum de guerra comitis Montis Fortis.

.... Fol. 27 v°.

340. Item[14] contra petitionem Guiraudi de Pipionibus, dixit se vidisse ipsum faiditum in
guerra vicecomitis in pluribus locis.

341. Item[15] contra petitionem dominæ Adalaicis de Minerba, dixit se vidisse tempore
G guerræ domini comitis Montis Fortis Esquivum de Minerba faiditum, et dum erat faiditus
conjugavit Comdors, filiam suam, P. de Minerba, et ipse testis interfuit præsens quando
contraxit matrimonium.

342 Item contra petitionem Audæ, filiæ quondam R. Mercerii, quod R. de Reddis, vir
ejus, fuit faiditus de guerra comitis Montis Fortis et faciebat malum.

H 343. Item[16] contra petitionem dominæ Garsendis, uxoris Raimundi Ermengaudi, dixit se
vidisse dictum Raimundum Ermengaudi faiditum tempore guerræ domini comitis Montis
Fortis et tempore domini regis et tempore vicecomitis. Tamen non faciebat malum, quia
non poterat et erat gibosus.

344. Item[17] contra petitionem Pelfortæ, filiæ quondam Pilforti de Cirano, dixit quod
I dictus Bertrandus de Roca Neguada duxit dictam Pelfortam in uxorem tempore excommu-
nicacionis, post recessum comitis, ante adventum domini regis ad Avinionem, et vidit ipsum
faiditum in guerra vicecomitis quando intravit Carcassonam.

345. Item[18] contra petitionem Ermenssendis, uxoris quondam Gaucerandi de Capitis
Stagno, dixit quod Stephanus de Cerviano fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et
J captus per vim apud Cervianum, sicut audivit dici a gentibus qui dicebant hoc communiter.

346. Item[19] contra petitionem Adalaicis de Riuterio, dixit se vidisse R. de Marciliano,
fratrem dictæ Adalaicis, faiditum apud Montem Securum[20] et alibi, et fuit combustus cum
aliis hæreticis ibi, ut audivit dici.

.... Fol. 28.

K 347. Item[21] contra petitionem Petri Rotgerii, de Cabareto, et Jordani, fratris ejus, dixit se
vidisse Jordanum de Cabareto, patrem eorum, faiditum tempore guerræ comitis Montis

[1] *Cf.* § 729.
[2] Belcastel-et-Buc, Aude, c^on Saint-Hilaire.
[3] *Cf.* § 3 *et* 730.
[4] Montgaillard, Aude, c^on Tuchan. — *Anno 1217, ut conjicimus.*
[5] Salvaza, Aude, c^on Carcassonne.
[6] *Uxoris Raimundi de Gordone.* — *Cf.* § 4 *et* 731.
[7] *Subaudi* erat.
[8] La Bezole, Aude, c^on Limoux.
[9] *Cf.* § 5.
[10] *Cod.* maritus.
[11] *Cf.* § 6 et 732.
[12] *Alibi* Ermenjardis *dictæ. Vide* § 7 *et* 733.
[13] *Cf.* § 8 *et* 734.
[14] *Cf.* § 10 *et* 736.
[15] *Cf.* § 11 *et* 737.
[16] *Cf.* § 12 *et* 738.
[17] *Cf.* § 13 *et* 739.
[18] *Cf.* § 14 *et* 740.
[19] *Cf.* § 15.
[20] Montségur, Ariège, c^on Lavelanet.
[21] *Cf.* § 75 *et* 788.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Fortis et postea tempore guerræ domini regis apud Cabaretum. Item dixit se vidisse Petrum A Rotgerii, prædictum agentem, faiditum in guerra vicecomitis quondam Biterrensis. Item dixit se vidisse dictum Jordanum tenentem dominam Orbriam, uxorem suam, in domo sua, de qua habuit prædictos agentes. Postmodum, dicta Orbria vivente, nupsit cum Mabilia, secunda uxore sua, de qua habuit filiam unam. Item dixit se audivisse dici quod dictus Jordanus fecit pacem cum domino rege, pro qua pace fuit captus et detentus in carcerem B comitis Tholosani[1], in quo carcere mortuus fuit, sicut audivit dici.

348. Item[2] contra petitionem Avæ, filiæ quondam Raimundi Arnaudi Barba Bruna, dixit se vidisse P. Berenguarium, virum ejus, faiditum in guerra vicecomitis quondam Biterrensis contra dominum regem.

349. Item[3] contra petitionem Guillelmæ Rotgeriæ, filiæ quondam B. Rotgerii, de Monte C Regali, dixit se vidisse Guillelmum de Tholosa, maritum ejus, faiditum tempore guerræ vicecomitis Biterrensis, et quando homines Montis Regalis fecerunt pacem cum domino rege, dictus Guillelmus fuit ejectus de pace et fuit extra pacem et exivit villam Montis Regualis cum uxore sua prædicta, et adhuc est faiditus et exheredatus.

350. Item[4] contra petitionem Pontii de Castilione, filii Miræ, dixit se vidisse Pontium D de Castilione faiditum tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem in burgo Carcassonæ. Tamen audivit dici quod coactus intravit guerram, quia Olivarius de Terminis dixit vicecomiti quod mitteret pro ipso et faceret ipsum adduci, et factum fuit sic, sicut audivit dici.

351. Item[5] contra petitionem Bernardæ, filiæ quondam Jordani de Cabareto, dixit se E vidisse Berenguarium de Petra Pertusa faiditum tempore vicecomitis contra dominum regem. Item dixit se vidisse quod Jordanus de Cabareto, pater dictæ Bernardæ, habebat aliam uxorem tempore quo duxit Mabiliam, matrem dictæ Bernardæ, scilicet Orbriam, de qua habuerat duos filios.

352. Item[6] contra petitionem Guillelmi Stephani et Raimundi Morlana, dixit se vidisse F ipsos faiditos tempore guerræ vicecomitis quondam Biterrensis, cum aliis hominibus burgi Carcassonæ, contra dominum regem.

Fol. 28 v°. . . . .

353. Contra[7] petitionem Austorguæ, uxoris Amelii de Petriaco, dixit se vidisse dictum Amelium faiditum tempore guerræ vicecomitis, et primo fuerat immuratus pro facto hæresis G et fregerat carcerem.

354. Item[8] contra petitionem Estoti de Rebentino, dixit se vidisse dictum Estotum faiditum in guerra vicecomitis quondam Biterrensis; et quando fecerunt pacem homines Montis Regualis, ipse remansit extra pacem et fuit expulsus de Monte Regali.

355. Item[9] contra petitionem Donadæ, filiæ quondam Arnaudi de Garda, dixit se vidisse H Guillelmum Petri, maritum dictæ Donadæ, faiditum tempore vicecomitis quondam Biterrensis contra dominum regem.

356. Item[10] contra petitionem Arnaudi Guillelmi, de Rozolencs, dixit se vidisse Arnaudum Guillelmum faiditum prædictum tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem.

357. Item[11] contra petitionem Petri Berenguarii, de Tribus Bonis, militis, dixit se vidisse I dictum Petrum Berenguarium faiditum tempore vicecomitis quondam Biterrensis contra dominum regem.

358. Item[12] contra petitionem Bernardi Raimundi, Fontis Grivæ, dixit se vidisse dictum Bernardum Raimundi faiditum tempore vicecomitis Biterrensis contra dominum regem. Item dixit se vidisse Arnaudum de Laurano, Raimundum Ferrandi, Arnaudum de Guindra, J Raimundum de Congosto, Raimundum de Podio, Rotgerium de Aragone, Pilum de Stivo, Bernardum Pelapulli et G. de Podio faiditos tempore guerræ vicecomitis quondam Biterrensis.

359. Item[13] contra petitionem abbatis Sancti Policarpi, dixit se vidisse ante adventum domini regis ad Avinionem et postea semper usque nunc quod domini de Terminis acci- K piebant pasqueria in toto Termenesio[14] sine contradictione alicujus, et nunquam vidit contrarium toto tempore supradicto. Item dixit se vidisse quod villa de Limoso et homines ejusdem villæ, semper ex quo venit ad Avinionem, fuerunt semper contra ipsum.

[1] *Raimundi VII.*
[2] *Cf.* § 76.
[3] *Cf.* § 77 *et* 549.
[4] *Cf.* § 64, 78, 777 *et* 789.
[5] *Cf.* § 80.
[6] *Cf.* § 86 *et* 794.
[7] *Cf.* § 93, 210, 668 *et* 800.
[8] *Cf.* § 94.
[9] *Cf.* § 95.
[10] *Cf.* § 101 *et* 804.
[11] *Cf.* § 104 *et* 807.
[12] *Cf.* § 107 *et* 809.
[13] *Cf.* § 109.
[14] *Pars Carcassonensis pagi cujus caput* Termes, Aude, c^ne Mouthoumet. *Terminensium dominorum seriem vide apud Mahul,* Cartul. de Carcassonne, III, 441.

A 360. .... de feudo domini .... Fol. 29.
Bello Forti, patrem .... regem et Berenguarium .....
..... quorum dicta Berenguaria ami[t]tit terram suam, et ipsa terra fuerat matris dictæ
Berenguariæ.

361. Item contra petitionem Flors, sponsæ quondam Pontii de Mirabeto[1], dixit se
B vidisse Pontium de Mirabeto faiditum tempore comitis Montis Fortis, et fuit captus de
guerra, et audivit dici quod fuit suspensus.

362. Item[2] contra petitionem Catoni de Aqua Viva, dixit quod homines de Aqua Viva
fuerunt faiditi tempore vicecomitis Biterrensis contra dominum regem. Item dixit se vidisse
G. de Ponte, Uzalgerium de Aqua Viva et Raimundum Rotgerii faiditos tempore dicti vice-
C comitis quondam Biterrensis.

363. Item[3] contra petitionem Girmundæ de Alagnano, dixit se vidisse Guillelmum
Siguarii, maritum Morretæ, faiditum tempore guerræ comitis Montis Fortis, et postea
tempore vicecomitis Trencavelli quondam, qui dictus Guillelmus Siguarii habebat medie-
tatem in bonis dictæ Girmuns. Item dixit se vidisse P. Morreti, G. Morreti et Alainannum,
D fratres dictæ Girmuns, qui fuerunt faiditi contra dominum regem; et P. Morreti ibat cum
Guir[audo] de Aniorto faidito, et alii duo cum Jatberto de Barbairano; et P. Morreti et Ala-
gnanus decesserunt faiditi, qui habebant partem in hereditate.

364. Item[4] contra petitionem Mariæ de Bel Afar, dixit se vidisse Arnaudum Feda fai-
ditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis, et semper fuit faiditus et
E adhuc est exheredatus et amittit terram suam quam habet sub jurisdictione domini regis.

365. Item[5] contra petitionem Audæ, uxoris quondam Petri Ferrandi, militis, de Tribus
Bonis, dixit se vidisse Amerricum de Roca Neguada faiditum in faidimento comitis Montis
Fortis, et decessit faiditus et exheredatus. Et tempore dicti faidimenti et excommunicacionis
dicta Auda duxit Petrum Ferrandum, qui fuerat faiditus in guerra comitis Montis Fortis,
F ut audivit dici. Item dixit se vidisse dictum Petrum Ferrandum faiditum tempore guerræ
vicecomitis quondam Biterrensis, cum ipsa Auda. Item dixit se audivisse dici, et communiter
dicebatur a gentibus, quod Gallarda, mater dictæ Audæ, fuerat uxor P. de Rupe, de Azinco,
et vivente nupsit cum Aimerrico de Roca Neguada, cujus Aimerici dicta Auda fuit filia.

366. Item[6] contra petitionem Guidonis de Peirola, dixit se vidisse Guillelmum Petri
G Boca de Lup faiditum tempore guerræ vicecomitis quondam Biterrensis, cum ipso teste et
aliis faiditis.

.... Fol. 29 v°.

367. Item[7] contra petitionem Rotgerii de Pradis, dixit se vidisse Rotgerium de Pradis
faiditum tempore guerræ vicecomitis quondam Biterrensis, et tempore incœptæ guerræ vidit
H dictum Rotgerium tenentem hospitium suum apud Podium Nauterium, et ipse testis jacuit
tunc in domo sua apud Podium Nauterium. Item dixit se vidisse Petrum Rotgerii, de Caba-
reto, et P. de Aragone et Raimundum Arnaudi, de Podio, faiditos tempore comitis Montis
Fortis et postea tempore domini regis in guerra vicecomitis quondam Biterrensis contra do-
minum regem, excepto Petro Rotgerio qui erat mortuus.

I 368. Item[8] contra petitionem Ramundi Isarni, dixit se vidisse Pontium de Monte Lauro,
maritum Berenguariæ, faiditum tempore guerræ Trencavelli, quondam vicecomitis Biterrensis.

369. Item[9] contra petitionem Rixendis de Rivo Vallis Daniæ, dixit se audivisse dici quod
Raimundus Arnaudi, de Scarcaffes, pater dictæ Rixendis, fuit faiditus tempore comitis Montis
Fortis, et mortuus fuit in illo faidimento. Item dixit se audivisse dici, et fama est, quod dicta
J Rixendis fecit interfici Arnaudum de Namic, de Graffa, maritum suum, juxta se de nocte in
lecto. Item dixit se audivisse dici, et fama est, quod dicta Rixendis commisit adulterium
cum Richardo, capellano de Rivo.

370. Item[10] contra petitionem Bernardi Rotgerii, clerici, dixit se vidisse Guillelmum de
Tholosa faiditum in guerra vicecomitis quondam Biterrensis apud Montem Regalem, et non
K fuit in pace facta per homines Montis Regalis receptus, immo fuit de dicta villa per gentes
domini regis expulsus et exheredatus, et adhuc est.

371. Item[11] contra petitionem Guillelmi de Tholosa, de Monte Regali, dixit idem quod
contra præcedentem petitionem Bernardi Rotgerii.

372. Item[12] contra petitionem Jordani de Sancto Felice, dixit se vidisse Jordanum de

[1] *Al.* de Mirato; *vide supra* § 113.
[2] *Cf.* § 114 *et* 466.
[3] *Cf.* § 70, 115, 363 *et* 468.
[4] *Cf.* § 116, 469 *et* 813.
[5] *Cf.* § 117, 470 *et* 814.
[6] *Cf.* § 118, 264, 453, 721, 815 *et* 935.
[7] *Cf.* § 120, 471 *et* 817.
[8] *Cf.* § 121, 472 *et* 818.
[9] *Cf.* § 122.
[10] *Cf.* § 123 *et* 545.
[11] *Cf.* § 126 *et* 548.
[12] *Cf.* § 127, 473, 550 *et* 820.

Sancto Felice exheredatum in Rossilione tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse ipsum Jordanum faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem in burgo Carcassonæ.

Fol. 30. 373. [Item[1] contra petitionem Jordani de Cabareto] dixit se vidisse . . . . vicecomitis Biterrensis contra dominum regem, cum ipso teste et aliis faiditis. Item dixit quod Jordanus de Cabareto tenet apud Lauranum hereditatem.

374. Item[2] contra petitionem Girmuns, filiæ quondam Uzalgerii de Aqua Viva, dixit se vidisse Uzalgerium prædictum faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

375. Item[3] contra petitionem Condors de Cavanaco, dixit se vidisse Ermengaudum de Barbairano faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et decessit exheredatus. Item dixit se vidisse Ramundum Ermengaudi et Arnaudum Guillelmi, fratres, faiditos in guerra comitis Montis Fortis et in guerra domini regis, et dictus Ramundus Ermengaudi adhuc vivit faiditus et exheredatus, et alii mortui sunt faiditi.

376. Item[4] contra petitionem Arnaudi Dava, dixit se vidisse Ermengaudum de Cavanaco faiditum in guerra comitis Montis Fortis et in guerra domini regis, post ejus adventum ad Avinionem, et postea tempore vicecomitis quondam Biterrensis, cum ipso teste et aliis faiditis.

377. Item[5] contra petitionem Bertrandi de Gordono, dixit se vidisse Ramundum de Gordono faiditum tempore guerræ comitis Montis Fortis. In guerra vicecomitis non vidit ipsum, quod recordetur.

378. Item[6] contra petitionem hominum de Limoso, dixit idem quod jacet in exceptione, excepto quod nichil scit de tallia nec de prædiis in quibus sita est villa, nec scit quare fuit eis imposita.

379. Item[7] contra petitionem Hugueti de Vilario dixit se vidisse dictum Huguetum faiditum in guerra vicecomitis quondam Biterrensis, cum ipso teste et aliis faiditis.

380. Item[8] contra petitionem Comdoris, uxoris Sicardi de Marciliano, dixit se vidisse Guillelmum Ferriolli, patrem dictæ agentis, faiditum in guerra comitis Montis Fortis, et postea in guerra vicecomitis contra dominum regem. Item dixit se audivisse dici a Guiraudo de Roca Forti, milite, quadam die, quod uxor sua duxerat virum, tamen non nominavit illum.

Fol. 30 v°. . . . .

381. Item[9] contra petitionem Ramundi Ermengaudi, [de Barbairano], dixit se vidisse dictum Ramundum Ermengaudum faiditum in guerra comitis Montis Fortis et in guerra domini regis ad Avinionem, et postea in guerra vicecomitis erat inter faiditos apud Podium Chairicum[10] infirmus, et quando venit su[c]cursus[11], exivit de terra et ivit apud Narbonam, et audivit dici ab hominibus castri de Blumaco[12] quod ipse occupaverat et ceperat decimam, scilicet bladum de [villa] de Blumaco.

382. Item[13] contra petitionem Arnaudi Ferreoli, dixit se vidisse ipsum Arnaudum Ferreolum faiditum tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem, cum aliis hominibus burgi Carcassonæ, et vidit Arnaudum Ferreolum, patrem agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et decessit faiditus.

383. Item[14] contra petitionem Almindæ, uxoris quondam Gaucelmi de Cane Suspenso[15], dixit se vidisse dictum Gaucelmum faiditum tempore comitis Montis Fortis et postea tempore vicecomitis Biterrensis contra dominum regem. Item dixit se vidisse G. Gaucelmi, filium dictæ Almindæ, faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

384. Item[16] contra petitionem consulum de Limoso, dixit idem quod supra in alia excepcione.

385. Item[17] contra petitionem Raussanæ, uxoris quondam Isarni de Fano Jovis, dixit se vidisse dictum Isarnum faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod filii dictæ Raussanæ et dicti Isarni tenent terram ex dono regis pro patre suo, valentem L libras per annum, ut sibi videtur[18], et a comite Fuxensi tenent alias L libratas terræ, ut sibi videtur et credit.

386. Item[19] contra petitionem Novæ, uxoris Raimundi[20] Rotgerii, de Aragone, dixit se

[1] *Vide* § 32 *et* 760.
[2] *Cf.* § 130, 475, 554 *et* 822.
[3] *Cf.* § 131, 476, 555 *et* 823.
[4] *Cf.* § 556.
[5] *Cf.* § 132, 558 *et* 824.
[6] *Cf.* § 133, 384, 462, 477, 487, 559 *et* 574.
[7] *Cf.* § 134, 478 *et* 562.
[8] *Cf.* § 480 *et* 563.
[9] *Cf.* § 140, 484, 569 *et* 829.
[10] Puichéric, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[11] *Id est anno 1240, cum venit Johannes de Bello Monte, a rege Ludovico IX missus.*
[12] Blomac, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[13] *Cf.* § 141 *et* 571.
[14] *Cf.* § 572.
[15] Capendu, Aude, arr. Carcassonne.
[16] *Cf.* § 133, 378, 462, 477, 487, 559 *et* 574.
[17] *Cf.* § 142, 488 *et* 575.
[18] *Apud D. Vaissète* (*ed. noviss.*, VIII, 1189) *videndum est instrumentum de terra quæ, jubente rege Ludovico, paulo post anni 1246 mensem januarium, filiis Isarni de Fano Jovis fuit assignata.*
[19] *Cf.* § 144, 491, 584 *et* 830.
[20] *Fort. delenda est vox* Raimundi.

A vidisse Bernardum de Conchis faiditum in guerra vicecomitis quondam contra dominum regem. Item dixit se vidisse Rotgerium de Aragone faiditum et exheredatum tempore guerræ comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Rotgerium de Aragone et Pilum de Stivo, fratres, faiditos tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem.

387. Item[1] contra petitionem Esclarmundæ, uxoris Raimundi de Faveriis, dixit se vidisse
B dictum Raimundum de Faveriis faiditum tempore vicecomitis Biterrensis, ita quod veniebat in burgo Carcassonæ et dabat talliis, tamen non vidit ibi ipsum cum armis, tamen inter faiditos conversabatur, dum impugnabatur civitas Carcassonæ.

. . . . Fol. 31.

388. Item[2] contra petitionem Mabiliæ, filiæ quondam Bernardi Sermon, de Albeduno,
C dixit se vidisse Bernardum Sermon, de Albeduno, faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis et in guerra vicecomitis, et Bermundus Sermo, frater dictæ Mabiliæ, est adhuc hodie faiditus.

389. Item[3] contra petitionem Guillelmi de Ponte, dixit se vidisse Guillelmum de Ponte faiditum tempore vicecomitis in guerra contra dominum regem in burgo Carcassonæ.

D 390. Item[4] contra petitionem Bernardi de Duro Forti [et] Bernardi de Monte Esquivo, dixit se vidisse Guillelmum Garciam prædictum faiditum tempore vicecomitis Biterrensis.

391. Item[5] contra petitionem Rigaudi de Senesme, dixit se vidisse Pontium de Castilione, patrem Rigaudi, faiditum tempore guerræ comitis Montis Fortis et tempore vicecomitis Biterrensis quondam contra dominum regem. Item dixit se vidisse dictum Rigaudum inter
E faiditos apud Montem Regalem, tamen non faciebat malum nec facere posset, quia non erat ætatis XIIII annorum, sed erat ibi cum patre et matre.

392. Item[6] contra petitionem Mathæi Creviti, de Callavo[7], nichil dixit.

393. Item[8] contra petitionem dominæ Guillelmæ, uxoris quondam Arnaudi Amelii, dixit se vidisse dictum Arnaudum Amelium faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item contra
F petitionem ipsam, dixit se vidisse Raimundum de Podio et Pilum de Stivo et Ramundum Arnaudi, de Podio, faiditos in guerra vicecomitis Biterrensis.

394. Item[9] contra petitionem Bertrandi de Lerida, de Carcassona, dixit se vidisse dictum Bertrandum faiditum in guerra vicecomitis quondam Carcassonæ, cum aliis hominibus burgi Carcassonæ. Item dixit se vidisse Petrum Ferrandi et Guillelmum Chatberti faiditos in guerra
G vicecomitis contra dominum regem.

395. Item[10] contra petitionem Bertrandi Malpuel, militis, dixit se vidisse Bertrandum Malpuel et Bernardum de Arzenchis et Raimundum Ath., fratres, faiditos in guerra vicecomitis quondam Biterrensis contra dominum regem, faciendo totum malum quod facere poterant. Item dixit se vidisse Pontium de Rebentino faiditum in guerra dicti vicecomitis
H contra dominum regem.

. . . . Fol. 31 v°.

396. [Item[11] contra petitionem dominæ Adalaicis, uxoris quondam Guillelmi de Petra Pertusa, de Cane Suspenso, dixit]. . . . . de Petra Pertusa tempore faidimenti; tamen ipse testis non interfuit quando duxit ipsam; sed postea tempore faidimenti vidit pluries ipsam
I in domo dicti Guillelmi de Petra Pertusa. Item dixit quod dicta Adalaicis fuit citata pro facto hæresis, et ipse testis vidit ipsam euntem coram inquisitoribus pro facto hæresis. Item dixit se vidisse Bernardum Raimundum, de Cane Suspenso, exheredatum tempore comitis Montis Fortis.

397. Item[12] contra petitionem Guillelmi Garcias, de Fano Jovis, dixit se vidisse ipsum
J faiditum in guerra vicecomitis Carcassonæ contra dominum regem.

398. Item[13] contra petitionem Arnaudi Isarni, mercatoris, dixit se vidisse dictum Arnaudum Isarni faiditum, cum aliis hominibus burgi Carcassonæ contra dominum regem. Item dixit se vidisse Ermengaudum Pelapulli, Raimundum de Gordono, Uzalgerium de Aqua Viva et Raimundum Rotgerium, de Aqua Viva, et Aimericum de Podio faiditos omni tem-
K pore guerræ vicecomitis Carcassonæ quondam contra dominum regem, excepto Raimundo de Gordono, quem vidit faiditum tempore comitis Montis Fortis.

399. Item[14] contra petitionem Bernardi Mainardi, de Carcassona, [dixit] se vidisse Ermengaudum Pelapulli, Isarnum Pelapulli et Bernardum Pelapulli, vicarium, faiditos in guerra vicecomitis Carcassonæ contra dominum regem.

[1] *Cf.* § 146, 494 *et* 587.
[2] *Cf.* § 148, 497, 590 *et* 833.
[3] *Cf.* § 151, 498, 594 *et* 834.
[4] *Cf.* § 152, 499 *et* 595.
[5] *Cf.* § 153, 500, 596 *et* 835.
[6] *Cf.* § 597.
[7] Cailhau, Aude, c^on Alaigne.
[8] *Cf.* § 154 *et* 598.
[9] *Cf.* § 155, 501, 599 *et* 836.
[10] *Cf.* § 158, 504, 602 *et* 838.
[11] *Cf.* § 9 *et* 735.
[12] *Cf.* § 160, 272, 324, 460, 506, 604, 840 *et* 940.
[13] *Cf.* § 162, 607 *et* 841.
[14] *Cf.* § 163, 507, 608 *et* 842.

400. Item[1] contra petitionem Bernardi de Viladeguerto, dixit se vidisse dictum Bernardum de Vilardeguerto (*sic*) et Guillelmum Berenguarii, fratres, faiditos in guerra vicecomitis contra dominum regem, et fuerunt in stabilita castri de Fano[2] contra dominum regem et capti ibi.

401. Item[3] contra petitionem Guillelmi Vassalli, de Monte Reguali, dixit idem quod supra dixit contra aliam petitionem, videlicet quod, quando vicecomes quondam Trencavellus voluit intrare apud Montem Regalem, non potuit, quia Guillelmus Vassalli erat ibi, et ita fuit ibi testis quod non potuit intrare, et tunc fuit tractatum inter faiditos quod B. de Villa Nova mitteret pro ipso et caperet ipsum, et factum fuit sic, et statim ipso capto per B. de Villa Nova, dictus vicecomes intravit. Postea tamen vidit ipsum apud Montem Regualem cum aliis faiditis, et remansit ibi timore infantum suorum, ne interficerentur, ut credit.

Fol. 32. . . . .

402. Item[4] contra petitionem Bernardi [de C]astilione[5], de Carcassona, dixit se vidisse Isarnum de Pesincho faiditum tempore guerræ vicecomitis quondam Biterrensis contra dominum regem. Item dixit se vidisse Bernardum de Roca Forti et Raimundum, fratres, faiditos in guerra quondam vicecomitis Biterrensis contra dominum regem.

403. Item[6] contra petitionem Bernardi Grossi[7], de Monte Regali, dixit quod omnes homines de Monte Regali fuerunt faiditi tempore vicecomitis quondam Biterrensis. Item dixit se vidisse dominum Guiraudum de Aniorto faiditum tempore Trencavelli.

404. Item[8] contra petitionem Grisæ, uxoris quondam Petri Guiraudi, de Riuterio, dixit se vidisse dictum Petrum Rotgerium faiditum tempore comitis Montis Fortis et postea tempore domini regis, et exheredatus et postea defensor et fautor hæreticorum.

405. Item[9] contra petitionem Rigaldi de Sancto Martino, dixit se vidisse Pontium de Rebentino faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

406. Item[10] contra petitionem Rixendis, uxoris quondam Raimundi de Rezas, dixit se vidisse Arnaudum de Reddas, patrem Raimundi de Reddis, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Raimundum de Reddis prædictum faiditum in guerra vicecomitis quondam Trencavelli contra dominum regem.

407. Item[11] contra petitionem Raimundi Rotgerii, militis, de Aqua Viva, dixit se vidisse Raimundum Rotgerii prædictum faiditum in guerra quondam vicecomitis Trencavelli contra dominum regem.

408. Item[12] contra petitionem P. de Fontazellis, dixit se vidisse dictum P. de Fontazellis faiditum in guerra vicecomitis quondam contra dominum regem.

409. Item[13] contra petitionem Petri Bosqueti, filii Raimundi Bosqueti, de Brasillaco, dixit se vidisse Petrum de Fontazellis faiditum in guerra vicecomitis quondam contra dominum regem.

410. Item[14] contra petitionem Petri Peleti, de Aqua Viva, dixit se vidisse Uzalgerium de Aqua Viva faiditum tempore vicecomitis Biterrensis quondam et contra dominum regem.

411. Item[15] contra petitionem Adalaicis, sororis quondam Raimundi de Marciliano, dixit se vidisse dictum Raimundum de Marciliano faiditum tempore vicecomitis quondam Biterrensis et in guerra domini regis, post ejus adventum ad Avinionem, et postea fuit combustus pro hæretico apud Montem Securum[16].

Fol. 32 v°. . . . .

412. Item[17] contra petitionem Bernardi Algai, [de Carcassona], dixit se vidisse Isarnum Jordani faiditum tempore comitis Montis Fortis et postea tempore domini regis ad Avinionem, et faiditus decessit.

413. Item[18] contra petitionem Flors, filiæ quondam Guillelmi Fortis, militis, dixit se vidisse Bertrandum de Roca Tallada faiditum contra dominum regem et exheredatum ante guerram vicecomitis, et postea fuit faiditus in guerra vicecomitis contra dominum regem, cum ipso teste et aliis faiditis, et post ejus faidimentum duxit dictam Flors; tamen ipse testis non vidit quando duxit ipsam, sed pro certo scit quia ante faidimentum non habebat ipsam, immo habebat alium virum ipsa, Alfaricum, qui etiam adhuc vivit.

414. Item[19] contra petitionem capituli Sancti Nazarii[20], dixit se audivisse dici, XXX anni

[1] *Cf.* § 508 *et* 610.
[2] La Roque-de-Fa, Aude, c^on Mouthoumet.
[3] *Cf.* § 165, 509, 611 *et* 844.
[4] *Cf.* § 170, 513, 619 *et* 845.
[5] *Alias* de Castello *dictus*.
[6] *Cf.* § 514, 620 *et* 846.
[7] *Alibi* Grassus *dictus*.
[8] *Cf.* § 171, 517, 623 *et* 848.
[9] *Cf.* § 518.
[10] *Cf.* § 172 *et* 624.
[11] *Cf.* § 173, 625 *et* 849.
[12] *Cf.* § 174, 520 *et* 626.
[13] *Cf.* § 175, 521 *et* 627.
[14] *Cf.* § 177, 523, 629 *et* 851.
[15] *Cf.* § 483 *et* 828.
[16] *Anno 1245.* — Montségur, Ariège, c^on Lavelanet.
[17] *Cf.* § 180, 526, 633 *et* 854.
[18] *Cf.* § 18, 19, 181, 527, 635, 743, 744 *et* 855.
[19] *Cf.* § 638.
[20] *Carcassonensis*.

A sunt, quod castrum Montis Clari[1] erat de feudo vicecomitis, et domini dictæ villæ tenebant eam a vicecomite, ut dicebatur, et tempore comitis Montis Fortis tenebatur ab ipso, ut audivit dici, et postea ex quo dominus rex venit ad Avenionem, domini de Monte Claro tenuerunt ab eodem domino rege dictum castrum et adhuc tenent, et nunquam audivit usque modo quod castrum Montis Clari teneretur ab ipsis.

B 415. Item[2] contra petitionem Orpais, uxoris quondam Raimundi Ferrandi, de Laurano, dixit se vidisse Raimundum Ferrandi faiditum et immuratum pro hæresi, [et[3] vidit dictam Orpais portantem cruces pro facto hæresis; tamen nescit si erant simplices vel duplices].

416. Item[4] contra petitionem Rotgerii de Conillaco, dixit se vidisse dictum Rotgerium, Isarnum et Bernardum Raimundi, fratres, faiditos in guerra vicecomitis quondam Biterrensis C contra dominum regem.

417. Item[5] contra petitionem Guillelmi de Alagnano, filii[6] Brasillachi, dixit se vidisse Pontium de Mirabeto faiditum in guerra de Limoso contra dominum regem post ejus adventum ad Avinionem, et postea, ut audivit dici, fuit captus per Gallicos et suspensus.

418. Item[7] contra petitionem Brasillachi Fabri, dixit idem quod contra petitionem Guil- D lelmi de Alignano proxime dicti.

. . . . Fol. 33.

419. Item[8] contra petitionem Adalaicis, uxoris quondam Bernardi Raimundi, de Alsavo, dixit se vidisse Petrum Ugonem[9], de Rosticans, faiditum, et Bernardum de Villa Nova faiditum in guerra vicecomitis Biterrensis quondam contra dominum regem in burgo Carcassonæ.

E 420. Item[10] contra petitionem Guillelmi Fabri, de Brasillaco, dixit se vidisse Petrum de Fontazellis faiditum in guerra vicecomitis quondam Biterrensis contra dominum regem, cum ipso teste, tunc faidito, et aliis faiditis.

421. Item[11] contra petitionem Pili de Stivo, dixit se vidisse ipsum Pilum de Stivo faiditum tempore vicecomitis quondam Biterrensis contra dominum regem, et adhuc est F exheredatus pro dicto faidimento.

422. Item contra universitatem hominum de Monte Cornerio, dixit se vidisse homines de Monte Cornerio faiditos contra dominum regem in guerra vicecomitis.

423. Item[12] contra petitionem Berenguarii de Mossio[13], dixit se vidisse Guillelmum de Gordono faiditum tempore comitis Montis Fortis cum ipso et aliis faiditis.

G 424. Item[14] contra petitionem Ermengaudi Pelapulli et Isarni, fratris ejus, dixit se vidisse dictos agentes faiditos in guerra vicecomitis Biterrensis contra dominum regem, cum ipso teste et aliis faiditis.

425. Item[15] contra petitionem Efantæ, filiæ quondam Berenguarii de Pipionibus, dixit se vidisse Guiraudum de Pipionibus, fratrem dictæ Efantæ, faiditum et exheredatum et de H hæresi condempnatum ante guerram vicecomitis in Fenolledesio. Item dixit se vidisse dictum Guiraudum de Pipionibus, fratrem dictæ Efantæ, in guerra vicecomitis, et recuperavit in illa guerra bona sua quæ amiserat. Postea fuit captus apud Rocam de Buco et combustus ibi per gentes domini regis.

426. Item[16] contra petitionem dominæ Guillelmæ de Cesseracio, uxoris quondam Petri I Raimundi, de Cella Vinaria, dixit se vidisse Guillelmum de Cesseracio, patrem dictæ Guillelmæ, faiditum et exheredatum in Rossilione tempore domini comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Petrum Raimundum, de Cella Vinaria, maritum dictæ Guillelmæ, faiditum et pro hæresi captum apud Carcassonam et combustum pro hæretico.

427. Item[17] contra petitionem Bernardi Arnaudi, filii Petri Raimundi, de Lavinaria, J quondam, et Guillelmæ, ejus uxoris, dixit idem quod in præcedenti excepcione contra Guillelmam, matrem suam.

. . . . Fol. 33 v°.

428. Item[18] contra petitionem Berenguariæ et Orpais, filiarum[19] quondam Berenguarii de Pipionibus, dixit se vidisse Guillelmum de Monlag, maritum dictæ Berenguariæ, faiditum K in guerra vicecomitis contra dominum regem, cum ipso teste et aliis faiditis.

429. Item[20] contra petitionem Guillelmi de Ginestars, dixit se vidisse Cassabueu[21], filium

[1] Montclar, Aude, c[on] Montréal. — *Vide Mahul*, Cartul. de Carcassonne, III, 234.
[2] *Cf.* § 184, 530, 639 *et* 857.
[3] *Quæ uncis inclusimus ea in codice deleta sunt.*
[4] *Cf.* § 185, 531, 640 *et* 858.
[5] *Cf.* § 186 *et* 641.
[6] *Cod.* filius.
[7] *Cf.* § 642.
[8] *Cf.* § 188, 534, 647 *et* 861.
[9] Pontium Hugonis *supra* § 188 *dictum.*
[10] *Cf.* § 191, 536 *et* 649.
[11] *Cf.* § 87, 192, 537, 651, 795 *et* 864.
[12] *Cf.* § 26, 199, 539, 750 *et* 867.
[13] *Alibi* Bertrandus (§ 26) *et* Bermundus (§ 532) *dicitur.*
[14] *Cf.* § 200, 541, 656 *et* 868.
[15] *Cf.* § 203, 662 *et* 871.
[16] *Cf.* § 204, 273, 663 *et* 872.
[17] *Cf.* § 204, 274, 664 *et* 873.
[18] *Cf.* § 206, 276, 666 *et* 875.
[19] *Cod.* filiabus.
[20] *Cf.* § 209, 279, 667 *et* 879.
[21] *Al.* Cassabovem, *gallice* Chasseboeuf.

Guarsendis de Sirano, faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem, et decessit A faiditus. Item dixit se vidisse Guillelmum Alfarici condempnatum de hæresi et faiditum in guerra vicecomitis Biterrensis.

430. Item[1] contra petitionem Orgollosæ, filiæ quondam Bermundi de Ginestars, dixit se vidisse Bernardum Guillelmi, de Mossano, maritum dictæ Orgollosæ, in guerra vicecomitis quondam Carcassonæ. B

431. Item[2] contra petitionem Agnetis, uxoris quondam Petri Jordani, dixit se vidisse Bernardum Pontium faiditum in guerra domini regis, post ejus adventum ad Avinionem, et postea fecit pacem cum Gallicis et fuit contra Cabaretum et guerreiabat Cabaretum pro domino rege.

432. Item[3] contra petitionem Finæ, uxoris quondam Bertrandi de Arcia, dixit se vidisse C dictum Bertrandum faiditum in guerra Trencavelli quondam vicecomitis contra dominum regem, cum ipso teste et aliis faiditis.

433. Item[4] contra petitionem Guarsendis, uxoris quondam Bernardi de Torrozella, dixit se vidisse dictum Bernardum de Torrozella faiditum tempore guerræ domini regis post adventum ejus ad Avinionem contra dominum regem, apud Terminis[5]. D

434. Item[6] contra petitionem Guarsendis de Villa Sicca, dixit se vidisse Pontium Guillelmum faiditum, maritum dictæ Guarsendis, in guerra de Terminis contra dominum regem, et semper fuit exheredatus ex quo dominus rex venit ad Avinionem.

Fol. 34. 435. .... Redorta.................. .....ante guerram ca... erat .... fecit præconizari per villam E de Redorta, ex parte sui, quod omnes exirent versus Caunas[7].

436. Item[8] contra petitionem Gaiæ, filiæ quondam Bernardi Pontii, de Cesseracio, dixit se vidisse Othonem de Monte Bruno faiditum tempore guerræ vicecomitis apud Aguilar[9] et alibi contra dominum regem.

437. Item[10] contra petitionem hominum castri de Redorta, dixit quod homines de Re- F dorta fuerunt faiditi tempore guerræ vicecomitis cum omnibus aliis hominibus Minerbesii[11], exceptis hominibus de Caunis et de Minerba.

438. Item[12] contra petitionem P. Isarni, de Lavinaria, dixit se vidisse P. Raimundi, de Lavinaria, captum pro hæresi et combustum apud Carcassonam.

439. Item[13] contra petitionem Blanchæ, uxoris Petri Gausberti, de Laurano, dixit se vidisse G Guillelmum Siguarium, patrem dictæ Blanchæ, faiditum in guerra contra comitem Montis Fortis et in guerra vicecomitis contra dominum regem. Item dictus Petrus Gausberti fuit faiditus tempore vicecomitis contra dominum regem et aufugit in Fenolledesio, et fuit hæreticus, ut audivit dici.

440. Item[14] contra petitionem Petri Boerii, de Narbona, dixit se vidisse G. de Sancta H Val[eria] faiditum in guerra vicecomitis, et fuit captus pro hæresi, ut audivit dici, et fregit carcerem domini regis et aufugit.

441. Item[15] contra petitionem Raimundi Duri Fortis et Rotgerii, fratrum, dixit se vidisse Rotgerium Badaoni, patrem agentium, faiditum tempore comitis Montis Fortis, ita quod videbat ipsum manentem in Catalonia[16] exheredatum. Item vidit ipsum faiditum in guerra I vicecomitis contra dominum regem.

442. Item[17] contra petitionem Guarsendis Aturadæ, dixit se vidisse N. Ermengaudi, maritum ejus, faiditum in guerra vicecomitis, et aufugit de terra pro hæresi.

443. Item[18] contra petitionem Arnaudi de Laurano, junioris, dixit se vidisse Arnaudum de Laurano faiditum tempore guerræ vicecomitis. J

Fol. 34 v°. ....

444. Item[19] contra petitionem universitatis hominum de Laurano, dixit se vidisse universitatem de Laurano, scilicet homines de Laurano, faiditos tempore comitis Montis Fortis et postea tempore domini regis in guerra vicecomitis, et tunc homines de Laurano receperunt milites qui erant de hæresi cońde[m]pnati, scilicet Arnaudum de Laurano, Arnaudum K de Guindra, R. Ferrandi, qui etiam recuperaverunt bona sua et quandiu guerra duravit tenuerunt.

[1] *Cf.* § 214, 282, 671 *et* 881.
[2] *Cf.* § 216 *et* 883.
[3] *Cf.* § 284 *et* 673.
[4] *Cf.* § 674, 745 *et* 885.
[5] *Sic in cod.* — Termes, Aude, c^on Mouthoumet.
[6] *Cf.* § 223, 290, 686 *et* 892.
[7] La Redorte *et* Caunes, Aude, c^ons Peyriac-Minervois.
[8] *Cf.* § 226, 292, 689 *et* 896.
[9] Aguilar, Aude, c^ne et c^on Tuchan.
[10] *Cf.* § 231 *et* 901.
[11] Le Minervois, *pagi Narbonensis regio cui caput Minerba* : Minerve, Hérault, c^on Olonzac.
[12] *Cf.* § 232, 295, 693 *et* 902.
[13] *Cf.* § 234, 297, 695 *et* 904.
[14] *Cf.* § 235, 298, 697 *et* 905.
[15] *Cf.* § 238, 299, 700 *et* 908.
[16] La Catalogne.
[17] *Cf.* § 239, 701 *et* 909.
[18] *Cf.* § 241, 301, 702 *et* 911.
[19] *Cf.* § 244 *et* 704.

A 445. Item[1] contra petitionem Raimundi Ermengaudi, curatoris Guillelmi Audoini, dixit se vidisse Guiraudetum de Pipionibus faiditum tempore guerræ vicecomitis Biterrensis contra dominum regem.

446. Item[2] contra petitionem Guillelmi Rotgerii, de Congosto, dixit se vidisse Raimundum de Congosto faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

B 447. Item[3] contra petitionem Bernardæ, uxoris Karoli, militis, dixit se vidisse Ardenam, maritum dictæ Bernardæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et postea, ut audivit dici, fuit interfectus apud Olonziacum.

448. Item[4] contra petitionem Sauræ, filiæ quondam Nigri de Redorta, dixit se vidisse R. Rotgerii, maritum dictæ Sauræ, faiditum in guerra vicecomitis Biterrensis.

C 449. Item[5] contra petitionem Estaciæ, dixit se vidisse Petrum de Conchis, patrem ipsius Estaciæ, faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

450. Item[6] contra petitionem Mabiliæ, uxoris quondam Johannis Montanerii, de Monte Reguali, dixit se vidisse Johannem Montanerii prædictum tempore guerræ vicecomitis, et remansit extra pacem, quando alii homines Montis Regualis fecerunt pacem.

D 451. Item[7] contra petitionem universitatis de Conchis, dixit se vidisse quod homines de Conchis receperunt cum gaudio vicecomitem tempore guerræ, antequam recuperasset Carcassonam, et fuerunt faiditi de ipsa guerra.

452. .... Fol. 35.
.....et aufugit, et ivit apud Pictavum et contra gentes domini regis se opposuit in guerra
E Pictavensi[8].

453. Item[9] contra petitionem Guidonis de Peirola, dixit se vidisse Guillelmum Petri Boca de Lop faiditum in guerra vicecomitis Biterrensis contra dominum regem.

454. Item contra petitionem Guiraudi de Faveriis, dixit se vidisse Arnaudum de Faveriis faiditum tempore vicecomitis Biterrensis, qui Arnaudus erat frater dicti Guiraudi.

F 455. Item[10] contra petitionem Arnaudi Guillelmi, dixit se vidisse Arnaudum Guillelmi faiditum tempore domini regis ante guerram vicecomitis, et amittebat terram suam.

456. Item[11] contra petitionem Berenguarii de Podio Terrico, dixit se vidisse Bernardum de Petra Blanca et Guillelmum de Sancto Juliano, fratres, faiditos tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem. Item dixit se vidisse Hugonem Amelii, militem, faiditum
G tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem.

457. Item[12] contra petitionem Guillelmi Hugonis, filii quondam Falconis de Rosticans, dixit se vidisse Falconem de Rosticanis, patrem agentis, faiditum tempore vicecomitis Biterrensis.

458. Item[13] contra petitionem Rixendis, filiæ quondam Petri Blanchi, dixit se vidisse
H Petrum Blancum faiditum tempore vicecomitis Biterrensis contra dominum [regem], et non vidit ipsum redire quando alii homines burgi redierunt.

459. Item[14] contra petitionem Esclarmundæ de Ginnolis, dixit se vidisse Guillelmum de Aniorto et Guiraudum de Aniorto et Guillelmum Bernardi, fratres dictæ Esclarmundæ, faiditos in guerra vicecomitis. Dixit etiam se vidisse Bernardum Othonem et Guillelmum de
I Aniorto, fratres, captos pro crimine hæresis. [Item[15] dixit se vidisse G[uillelmum] B[ernardum], de Albesuno, faiditum tempore guerræ vicecomitis.]

460. Item[16] contra petitionem Guillelmi Garciæ, dixit se vidisse Guillelmum Guarciam prædictum faiditum tempore guerræ vicecomitis. Dixit etiam se vidisse Bernardum Mironem, fratrem dicti Guillelmi, in guerra de Limoso cum domino rege.

J 461. Item[17] contra petitionem dominæ Ermengardis, uxoris quondam R. de Podio, dixit se vidisse R. de Podio faiditum tempore guerræ vicecomitis.

[QUARTUS TESTIS JURATUS.] Fol. 36.

462. [Contra[18] petitionem universitatis de Lymoso]..... antiquitus fuerat. Postea..... ....Montem Regalem cum exercitu...... universitas reddiit ad locum in quo
K nunc est dicta villa, et [constr]uxit ibi dictam villam, nescit tamen an auctoritate propria, an

[1] *Cf.* § 250, 306 *et* 917.
[2] *Cf.* § 251, 307 *et* 921.
[3] *Cf.* § 252, 308, 707 *et* 923.
[4] *Cf.* § 257, 311, 713 *et* 929.
[5] *Cf.* § 259, 717 *et* 931.
[6] *Cf.* § 261 *et* 719.
[7] *Cf.* § 262, 316 *et* 933.
[8] *Anno 1242.*
[9] *Cf.* § 118, 264, 366, 721, 815 *et* 935.
[10] *Cf.* § 267, 320, 723 *et* 936.
[11] *Cf.* § 268, 321, 726 *et* 938.
[12] *Cf.* § 157, 269, 322, 503, 600, 727 *et* 837.
[13] *Cf.* § 270.
[14] *Cf.* § 271, 323 *et* 939.
[15] *Uncis hic inclusa in cod. deleta sunt.*
[16] *Cf.* § 160, 272, 324, 397, 506, 604, 840 *et* 940.
[17] *Cf.* § 325.
[18] *Cf.* § 133, 378, 384, 477, 487, 559 *et* 574.

IMPRIMERIE NATIONALE.

auctoritate [domini] regis. Dixit etiam quod homines dictæ villæ fuerunt contra dominum A
regem in guerra comitis Tholosani et faiditi et hostes ejus, ipso teste vidente. Item dixit
quod vidit quod, quando dominus rex venit apud Avinionem et tota alia terra ista fuit sub-
jugata domino regi, dicta universitas de Limoso fuit rebellis et faidita et hostis et fecit
magnam guerram domino regi.

463. Item[1] contra petitionem Aicelenæ, filiæ quondam B. de Mossolincho, dixit quod B
vidit P. de Mossolincho, fratrem dictæ Aicelenæ, manere cum domino R. de Savarduno, et
nunquam vidit illum faiditum in ulla guerra.

464. Contra petitionem Brunæ de Monte Olivo, dixit quod Pontius de Villari, vir ejus,
qui vivit nunc, fuit faiditus in guerra vicecomitis, et vidit Pontium de Villari, patrem istius
Pontii prædicti, faiditum tempore comitis Montis Fortis. C

465. Contra petitionem Alamandæ, filiæ quondam Sicardi de Villaneria, dixit quod
Hugo de Villaneria, frater dictæ Alamandæ, fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste
vidente.

Fol. 36 v°. ....

466. Item[2] contra petitionem Caton de Aqua Viva, dixit se vidisse faiditos [in guerra D
vicecomitis] Raimundum Rogerii, G. de Ponte, Husalgerium mil[item de] Aqua Viva. Dixit
etiam quod postmodum dictus Husalgerius fuit ca[ptus] per gentes domini regis et suspensus
apud Rupem de Buco.

467. Contra petitionem Flors, uxoris B. de Lupiano, dixit se vidisse faiditum dictum
B. de Lupiano apud Limosum post adventum domini regis ad Avinionem et in guerra vice- E
comitis.

468. Contra[3] petitionem Girmu[n]dæ de Alanhano, dixit se vidisse faiditum Guillelmum
Siguerii, virum Morretæ, tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. Item dixit
se vidisse faiditos P. Morreti, G. Morreti et Alanhanum in guerra vicecomitis, et dictus
P. Morreti et Alanhanus[4] decesserunt faiditi, et dictus G. Morreti vivit adhuc faiditus. F

469. Item[5] contra petitionem Mariæ de Bel Affar, dixit se vidisse Arnaudum Feda fai-
ditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, et adhuc est faiditus.

470. Item[6] contra petitionem Audæ, uxoris quondam Petri Ferrandi, de Tribus Bonis,
dixit se vidisse Aimericum de Roca Negada faiditum tempore comitis Montis Fortis, et dixit
quod dicta Auda fuit copulata[7] dicto Petro Ferrandi tempore excommunicationis et tempore G
faidimenti. Item dixit se vidisse Bertrandum de Roca Negada faiditum in guerra vicecomitis.
Item dixit se vidisse faiditum Petrum Ferrandi, maritum dictæ Audæ, tempore comitis
Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

Fol. 37. ....

471. Contra[8] petitionem Rogerii de Pradis, dixit se vidisse Petrum Rogerii, de Caba- H
reto, et P. de Aragone et Raimundum Arnaudum, de Podio, faiditos tempore comitis
Montis Fortis. Item dixit se vidisse faiditos prædictos Raimundum Arnaudum et P. de Ara-
gone in guerra vicecomitis.

472. Contra[9] petitionem Raimundi Isarni, de Fano Jovis, dixit se vidisse Pontium de
Monte Lauro faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. I

473. Contra[10] petitionem Jordani de Sancto Felice, dixit se vidisse patrem dicti Jordani
faiditum in Rossilione tempore comitis Montis Fortis.

474. Contra[11] petitionem heredum Guillelmi Durandi, etc., dixit se vidisse B. R., de
Valle, et Jordanum de Cabareto et Petrum Rogerii, fratres, faiditos in guerra vicecomitis.

475. Contra[12] petitionem Girmuns, filiæ Usalgerii de Aqua Viva, dixit quod vidit dictum J
Husalgerium faiditum in guerra vicecomitis, et dixit quod dictus Husalgerius fuit captus et
suspensus apud Rupem de Bucco per gentes domini regis.

476. Contra[13] petitionem Comdors de Cavanaco, dixit quod vidit Ermengaudum de Bar-
bairano faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et decessit faiditus. Item
dixit se vidisse Raimundum Ermengaudi, de Barbairano, et Arnaudum Guillelmi, fratres K
dicti Ermengaudi, faiditos, ipso teste vidente, tempore comitis Montis Fortis et domini regis
et in guerra vicecomitis.

Fol. 37 v°. 477. [Contra[14] petitionem universitatis de Limoso]........................
...........dictus comes [fecit] dirui dictam villam de podio, et misit eam in plano.

[1] *Cf.* § 110 *et* 810.
[2] *Cf.* § 114 *et* 362.
[3] *Cf.* § 70, 115, 363 *et* 784.
[4] *Cod.* Alanhanum.
[5] *Cf.* § 116, 364 *et* 813.
[6] *Cf.* § 117, 365 *et* 814.
[7] *Cod.* capulata.
[8] *Cf.* § 120, 367 *et* 817.
[9] *Cf.* § 121, 368 *et* 818.
[10] *Cf.* § 127, 372, 550 *et* 820.
[11] *Cf.* § 128, 552 *et* 821.
[12] *Cf.* § 130, 374, 554 *et* 822.
[13] *Cf.* § 131, 375, 555 *et* 823.
[14] *Cf.* § 133, 378, 384, 462, 487, 559 *et* 574.

A Postea dicta villa cum hominibus suis fuit iterum contra dictum comitem Montis Fortis, et
re[æ]dificaverunt villa[m et] fortalicia podii, quando comes incepit amittere terram istam[1],
et receperunt comitem Fuxi[2] et alios hostes dicti comitis. Postea vero, cum dominus rex
venit apud Avinionem ad acquirendam terram istam, dicta villa et universitas ipsius oppo-
suerunt[3] se domino regi et adhæserunt comiti Fuxi et vicecomiti et aliis hostibus domini
B regis, recipientes eos et guerram domino regi et suis inde fecerunt, et cum venirent ad
misericordiam domini regis et revocarentur ad pacem, villa de Limoso fuit diruta de podio
et mutata in planum. Postea, in guerra vicecomitis, dicta villa de Limoso et universitas dictæ
villæ opposuerunt se domino regi et adhæserunt dicto vicecomiti et aliis hostibus domini regis
et Ecclesiæ.

C 478. Contra[4] petitionem Hugeti de Villario, dixit se vidisse dictum Hugetum faiditum
in guerra vicecomitis.

479. Contra petitionem Garcendis, filiæ[5] quondam Arnaudi de Piusano, dixit se vidisse
faiditum B. de Villa Nova tempore comitis Montis Fortis.

480. Contra[6] petitionem Comdors, uxoris quondam Sicardi de Marcelano, dixit se vi-
D disse dictum Sicardum faiditum tempore comitis Montis Fortis.

481. Contra[7] petitionem Gaucerandi, filii Raimundi Arnaudi, de Rusticanis, dixit se
vidisse dictum Raimundum Arnaudum faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit
quod postmodum fuit combustus ut hæreticus dictus Raimundus Arnaudus.

482. [Contra[8] petitionem Novæ, uxoris Bernardi Hotonis, dixit se vidisse Petrum Rogerii, Fol. 38.
E de Cabareto, patrem dictæ Novæ, faiditum] tempore comitis Montis Fortis. Vidit iterum
[faiditum] dictum [Bernardum] Hotonem tempore dicti comitis, et dixit quod [supra]dicta
Nova nupsit [dict]o Bernardo Hotoni tempore prædicti faidimenti.

483. Contra[9] petitionem Aladaicis, sororis Raimundi de Marcillano, dixit quod dictus
Raimundus fuit faiditus [tempore] comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vice-
F comitis, et [fuit ut] hæreticus combustus apud Montem Securum, ipso teste vidente.

484. Contra[10] petitionem R. Ermenguavi, de Barbairano, dixit se vidisse faiditum dictum
R. Ermengaudi tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis.

485. Contra petitionem Alamandæ, uxoris Gaucelmi de Cane Suspenso, dixit se vidisse
dictum Gaucelmum faiditum cum G. de Petra Pertusa tempore comitis Montis [Fortis] et
G in guerra vicecomitis.

486. Contra[11] petitionem Berenguariæ, uxoris quondam Bernardi de Malveriis, de Piu-
sano, dixit se vidisse dictum Bernardum de Malveriis faiditum tempore comitis Montis Fortis
et in guerra vicecomitis.

487. Contra[12] petitionem consulum de Limoso, dixit idem quod supra contra aliam peti-
H tionem eorumdem.

488. Contra[13] petitionem Ransanæ, uxoris quondam Isarni de Fano Jovis, dixit se vi-
disse dictum Isarnum faiditum tempore comitis Montis Fortis et apud Limosum tempore
domini regis.

. . . . Fol. 38 v°.

I 489. Contra[14] petitionem Vesiadæ de Marcelano, dixit se vidisse Sicardum de Marcelano
faiditum tempore comitis Montis Fortis.

490. Contra petitionem Stephani Mercerii, filii quondam Berenguarii Mercerii, dixit
se vidisse Sicardum de Marcelano faiditum tempore comitis Montis Fortis et decessit fai-
ditus.

J 491. Contra[15] petitionem Novæ, uxoris Rogerii de Aragone, dixit se vidisse faiditos Ber-
nardum de Conchis et Bertrandum de Conchis, fratres, tempore comitis Montis Fortis, et
dictus Bertrandus fuit interfectus apud Cabaretum[16] cum quarrello faiditus tempore domini
regis. Item dixit se vidisse faiditum dictum Bernardum de Conchis in guerra vicecomitis.
Item dixit se vidisse Rogerium de Aragone faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item
K dixit se vidisse faiditos dictum Rogerium de Aragone et Pilum de Estivo, fratrem ejus, in
guerra vicecomitis.

492. Contra[17] petitionem Comdors, uxoris Raimundi Artusii, de Laurano, dixit se

[1] *Anno circiter 1220.*
[2] *Rogerium Bernardi.*
[3] *Cod.* oppusuerunt.
[4] *Cf.* § 134, 379 *et* 562.
[5] *Cod.* filia.
[6] *Cf.* § 380 *et* 563.
[7] *Cf.* § 135, 564 *et* 825.
[8] *Cf.* § 138, 567 *et* 827.
[9] *Cf.* § 411 *et* 828.
[10] *Cf.* § 140, 381, 569 *et* 829.
[11] *Cf.* § 573.
[12] *Cf.* § 133, 378, 384, 462, 477, 559 *et* 574.
[13] *Cf.* § 142, 385 *et* 575.
[14] *Cf.* § 582. *Ejusdem Vesiadæ nomen occurrit in Sententiis anni 1262, cap.* 81.
[15] *Cf.* § 144, 386, 584 *et* 830.
[16] *Anno 1227. Vide Vaissète, noviss. ed.*, VI, 625.
[17] *Cf.* § 145, 585 *et* 831.

vidisse Raimundum Artusii, patre indicti Raimundi Artusii, faiditum tempore comitis Montis Fortis. A

493. Contra[1] petitionem Pontii de Paulinhano, nomine uxoris suæ Raimundæ, dixit quod dictus Pontius fuit faiditus in guerra vicecomitis, ipso teste vidente.

Fol. 39. 494. [Contra[2] petitionem Esclarmundæ, uxoris Raimundi de Faveriis, dixit] quod, quando dictus vir ejus ivit ad obsidionem Carcassonæ[3], ipsa remansit in domo sua apud Faviers[4]. B Dixit tamen quod dicti conjuges tenebant terram suam ante guerram vicecomitis. Item dixit se vidisse dictum Raimundum faiditum tempore comitis Montis Fortis.

495. Contra[5] petitionem Florianæ, uxoris quondam Raimundi de Romegos, dixit se vidisse faiditum dictum Raimundum de Romegos tempore comitis Montis Fortis.

496. Contra[6] petitionem Berengarii de Petra Pertusa, filii Guerreriæ, dixit se vidisse C faiditos Guillelmum Bernardum, de Albesuno, et Bernardum Sermon, de Albesuno, tempore comitis Montis Fortis, et faciebant ei guerram de castro de Albesuno. Item dixit se vidisse faiditum dictum Berengarium de Petra Pertusa faiditum in guerra vicecomitis.

497. Contra[7] petitionem Mabiliæ, filiæ Bernardi Sermon, de Albesuno, dixit se vidisse faiditum dictum Bernardum tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vice- D comitis. Item dixit se vidisse faiditum Bernardum Sermon, fratrem dictæ Mabiliæ, filium prædicti Bernardi Sermon, faiditum in guerra vicecomtis.

498. Contra[8] petitionem Guillelmi de Ponte, de Aqua Viva, dixit se vidisse dictum Guillelmum de Ponte faiditum in guerra vicecomitis.

499. Contra[9] petitionem Bernardi de Duro Forti, Bernardi de Monte Esquivo et Guil- E lelmi Garciæ, dixit se vidisse dictum Guillelmum Garciam faiditum apud Carcassonam in guerra vicecomitis.

500. Contra[10] petitionem Rigaudi de Senesma et Cebeudæ, sororis ejus, dixit se vidisse Pontium de Castellone, patrem eorum, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. F

Fol. 39 v°. . . . .

501. Contra[11] petitionem [Bertrandi de Lerida, dixit se vidisse Petrum Ferrandi] et Guillelmum Cha[tberti faiditos] in guerra vicecomitis. [Item Bertrandus] de Lerida prædictus fuit faiditus in guerra vicecomitis, cum [aliis] hominibus suburbii Carcassonæ.

502. Contra[12] petitionem P. de Roca, militis, dixit se vidisse dictum P. de Rocha faidi- G tum in guerra vicecomitis.

503. Contra[13] petitionem Guillelmi Hugonis, de Rusticanis, dixit se vidisse Falconem de Rusticanis, patrem dicti agentis, in guerra vicecomitis.

504. Contra[14] petitionem Bertrandi Malpuelli, dixit se vidisse faiditum dictum Bertrandum et Raimundum Hat. et Bernardum de Arzincho, fratres ejus, in guerra vicecomitis, H et fecerunt quicquid mali potuerunt. Item dixit quod dictus Bertrandus tenet terram quæ fuit Isarni de Villa Traverio, qui Isarnus fuit faiditus in guerra villæ de Limoso, ipso teste vidente.

505. Contra[15] petitionem Bernardi et Guillelmi de Petra Pertusa, dixit se vidisse Guillelmum de Petra Pertusa, patrem agentium, faiditum tempore comitis Montis Fortis et do- I mini regis et in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse B. Ramundi, de Cane Suspenso, avum maternum dictorum agentium, tempore comitis Montis Fortis.

506. Contra[16] petitionem Guillelmi Garcias, dixit se vidisse dictum Guillelmum Garciam et Bernardum Mir, fratres, et Raimundum Garciam, patrem eorum, [faiditos] tempore comitis Montis [Fortis]. Item dixit se vidisse dictum Guillelmum Garciam in guerra vice- J comitis.

Fol. 40. . . . .

507. Contra[17] petitionem Bernardi Mainardi, de Carcassona, dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Ermengaudum Pelapulli, Isarnum Pelapulli, Guidonem Pelapulli, fratres, et Bernardum Pelapulli vicarium, et Raimundum Calveti, de Conchis. K

508. Contra[18] petitionem Bernardi de Viladeguerto, dixit se vidisse dictum Bernardum et Guillelmum Berengarium, fratres : fuerunt faiditi in guerra vicecomitis et fuerunt in

[1] *Cf.* § 586.
[2] *Cf.* § 146, 387 *et* 587.
[3] *Anno 1240.*
[4] Faviès, Aude, c^on la Grasse, c^ne Arquettes.
[5] *Cf.* § 588.
[6] *Cf.* § 147, 589 *et* 832.
[7] *Cf.* § 148, 388, 590 *et* 833.
[8] *Cf.* § 151, 389, 594 *et* 834.
[9] *Cf.* § 152, 390 *et* 595.
[10] *Cf.* § 153, 391, 59 *et* 835.
[11] *Cf.* § 155, 394, 599 *et* 836.
[12] *Cf.* § 156.
[13] *Cf.* § 157, 269, 322, 457, 600, 727 *et* 837.
[14] *Cf.* § 158, 395, 602 *et* 838.
[15] *Cf.* § 159, 603 *et* 839.
[16] *Cf.* § 160, 272, 324, 397, 460, 604, 840 *et* 940.
[17] *Cf.* § 163, 399, 608 *et* 842.
[18] *Cf.* § 400 *et* 610.

A stabilita castri de Ruppe de Fano[1] cum Olivario de Terminis contra gentes domini regis, et ibi fuerunt capti[2] per dominum Johannem de Bello Monte.

509. Contra[3] petitionem Guillelmi Vassalli, de Monte Regali, dixit se vidisse dictum Guillelmum faiditum in guerra vicecomitis, et pro illa guerra fuit exul et exheredatus[4] per dominum Johannem de Bello Monte.

B 510. Contra[5] petitionem Condors, filiæ quondam Guillelmi de Blancafort, dixit se vidisse dictum Guillelmum de Blanchafor faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et decessit faiditus et exheredatus.

511. Contra[6] petitionem P. de Vilario, de Lauragello, dixit se vidisse dictum P. faiditum in guerra vicecomitis.

C 512. Contra petitionem Peregrini de Brenacho et Arnaudi, fratrum, dixit se vidisse faiditum Matellam de Aniorto tempore comitis Montis Fortis, et semper cum Geraldo de Aniorto. Fol. 40 v°.

. . . .

513. Contra[7] petitionem [Bernardi de Castello] dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis
D [Raimundum Cal]veti, Isarnum de Pesincho, etiam tempore comitis Montis Fortis similiter. Item dixit se vidisse faiditos Bernardum de Ruppe Forti et Raimundum, fratres, in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse faiditos Petrum Rogerium, de Cabareto, et P. de Laurano tempore comitis Montis Fortis et domini regis. Item dixit se vidisse faiditos Guillelmum de Villa Nova et Isarnum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

E 514. Contra[8] petitionem Bernardi Gras, de Monte Regali, dixit se vidisse dictum Bernardum et Geraldum de Aniorto faiditos in guerra vicecomitis.

515. Contra[9] petitionem Raimundi Stephani, filii quondam R. Stephani, de Carcassona, dixit se vidisse faiditos Raimundum Calveti et P. de Conchis tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, ut pluries dictum est.

F 516. Contra[10] petitionem Aladaicis, filiæ quondam Amelii de Villalerio, dixit se vidisse G. Amelii, fratrem dictæ Aladaicis, faiditum in guerra vicecomitis, et fuit captus apud Ruppem de Fano et decessit in carcere domini regis apud Carcassonam.

517. Contra[11] petitionem Grisæ, uxoris quondam Petri Guiraudi, de Riuterio, dixit se vidisse dictum Petrum Guiraudum faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis,
G et in guerra vicecomitis, et decessit faiditus. Item dixit se vidisse faiditum Petrum Rogerii, de Mira Pisce, tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et fuit fautor et deffensor publice hæreticorum apud Montem Securum.

518. Contra[12] petitionem Rigaudi de Sancto Martino, dixit se vidisse Pontium de Rebentino faiditum in guerra vicecomitis.

H . . . . Fol. 41.

519. Contra petitionem Gauzion, filiæ quondam G. de Pino, dixit quod R. de Pino, frater ejus, fuit immuratus pro hæresi apud Narbonam.

520. Contra[13] petitionem P. de Fontazellis, dixit se vidisse dictum P. faiditum in guerra vicecomitis.

I 521. Contra[14] petitionem Petri Bosqueti, filii Raimundi Bosqueti, dixit se vidisse Petrum de Fontazellis faiditum in guerra vicecomitis.

522. Contra[15] petitionem Galardi Morlanæ, dixit se vidisse faiditum Jordanum de Cabareto tempore comitis Montis Fortis et domini regis. Item dixit se vidisse Petrum Rogerii, filium alterius Petri Rogerii, de Cabareto, faiditum tempore domini regis, dum tenebat Cabaretum.

J 523. Contra[16] petitionem Petri Peleti, de Aqua Viva, dixit se vidisse faiditum Usalgerium de Aqua Viva in guerra vicecomitis, et fuit suspensus apud Ruppem de Bucco per Gallicos.

524. Contra[17] petitionem Bernardæ, filiæ quondam G. de Conchis, dixit se vidisse Petrum de Conchis, fratrem dictæ Bernardæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

K 525. Contra[18] petitionem Blanchæ, filiæ quondam Lobati de Podio, dixit se vidisse dictum Lobatum faiditum in guerra comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Guillelmum Petri, fratrem dictæ Blanchæ, faiditum in guerra vicecomitis.

[1] La Roque-de-Fa, Aude, c^on Mouthoumet.
[2] *Anno 1240, mense novembri.*
[3] *Cf.* § 165, 401, 611 *et* 844.
[4] *Cod.* et h'rdatus.
[5] *Cf.* § 611.
[6] *Cf.* § 167, 614 *et* 682.
[7] *Cf.* § 170, 402, 619 *et* 845.
[8] *Cf.* § 403, 620 *et* 846.
[9] *Cf.* § 621 *et* 847.
[10] *Cf.* § 622.
[11] *Cf.* § 171, 404, 623 *et* 848.
[12] *Cf.* § 405.
[13] *Cf.* § 174, 408 *et* 626.
[14] *Cf.* § 175, 409 *et* 627.
[15] *Cf.* § 176, 628 *et* 850.
[16] *Cf.* § 177, 410, 629 *et* 851.
[17] *Cf.* § 178, 630 *et* 852.
[18] *Cf.* § 179, 631 *et* 853.

526. Contra[1] petitionem Bernardi Algay, de Carcassona, dixit se vidisse Isarnum Jordani A faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

Fol. 41 v°. . . . .

527. Contra[2] petitionem Flors, filiæ Guillelmi Fortis, de Pod[io, dixit se vidisse] faiditum Bertrandum de Roca Tallada in guerra vicecomitis et. . . . . . . dominus rex habuit terram istam, et decessit faiditus. Item dixit se vidisse G. Assallit, patrem dicti Bertrandi, faiditum B tempore domini comitis Montis Fortis, et decessit faiditus et exheredatus. Item dixit quod dicta Flors habebat Alfaricum virum viventem, quando nupsit de facto dicto Bertrando.

528. Contra[3] petitionem Guilaberti de Rossillis, dixit se vidisse faiditum Guillelmum de Sancto Felice tempore comitis Montis Fortis.

529. Contra[4] petitionem capituli Sancti Nazarii[5], dixit se vidisse Berengarium Ferrandi C faiditum in guerra comitis Montis Fortis et domini regis et vicecomitis.

530. Contra[6] petitionem Orpais, uxoris quondam Raimundi Ferrandi, de Laurano, dixit quod dictus Raimundus Ferrandi fuit immuratus pro hæresi.

531. Contra[7] petitionem Rogerii de Conillaco, dixit se vidisse dictum Rogerium et Isarnum et Bernardum Raimundi, fratres ejus, fuerunt faiditi[8] in guerra vicecomitis. Item dixit D se vidisse dictum Rogerium apud Aniortum contra dominum regem, in guerra de Roca Folio[9], et ipse testis tunc erat ibi. Item dixit quod dictus Isarnus fuit in munitione castri de Roca Folio contra dominum regem, tempore quo dictum castrum fuit obsessum[10] per gentes domini regis. Item dixit se vidisse Rogerium de Conilaco, patrem dictorum fratrum, faiditum in guerra comitis Montis Fortis. E

Fol. 42. . . . .

532. Contra[11] petitionem Ferrandæ, uxoris quondam R. de Villa Neira, dixit se vidisse faiditum Petrum de Arzincho, et Petrum Ferrandi et Berengarium et Pontium Ferrandi faiditos in guerra vicecomitis, et tempore comitis Montis Fortis omnes fuerunt faiditi, excepto dicto Petro de Arzincho. F

533. Contra petitionem Ferrandæ de Carcassesio, dixit quod dicta Ferranda fuit faidita in guerra vicecomitis. Requisitus qualiter scit, dixit quod ipsa erat apud Carcass[es]ium quando castrum de Carcassesio fuit captum per gentes domini regis, eo tempore quo dominus Johannes de Bello Monte erat in obsidione ante Ruppem de Fano[12].

534. Contra[13] petitionem Aladaicis, uxoris quondam Bernardi Raimundi, de Alsavo, et G Aladaiciæ, uxoris quondam G. Borrelli, dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis omnes istos infra scriptos, scilicet Petrum Rogerii, de Mira Pisce, Jordanum de Sancto Felice, P. de Bel Affar, Bernardum de Rupe Forti, Pontium Hugonem, de Rusticanis, et Bernardum de Villa Nova, de Monte Regali.

Fol. 42 v°. 535. Contra[14] petitionem Guillelmi de Gluiano, dixit se vidisse faiditum Radulfum Ro- H gerii, de Aqua Viva, tempore guerræ vicecomitis.

536. Contra[15] petitionem Guillelmi Fabri, de Brasillaco, dixit se vidisse Petrum de Fontanis[16] faiditum in guerra vicecomitis.

537. Contra[17] petitionem Pili de Estivo, dixit se vidisse dictum Pilum de Estivo faiditum in guerra vicecomitis, et adhuc est faiditus et exheredatus pro dicto faidimento. I

. . . .

538. Contra[18] petitionem Raimundi de Aniorto, dixit se vidisse P. Rogerium, de Mira Pice, semper faiditum et exheredatum, et adhuc est faiditus et exheredatus, et fuit fautor et deffensor et receptator hæreticorum apud Montem Securum. Item dixit se vidisse Guillelmum Asallit faiditum in guerra comitis Montis Fortis. J

539. Contra petitionem Bermundi[19] de Mossio, dixit se vidisse faiditum G. de Gordono faiditum tempore comitis Montis Fortis.

540. Contra[20] petitionem Bertrandi de Ravenaco, dixit se vidisse faiditum dictum Bertrandum in guerra vicecomitis.

541. Contra[21] petitionem Ermengaudi Pelapulli et Isarni, fratrum, dixit se vidisse dictos K fratres faiditos in guerra vicecomitis.

[1] *Cf.* § 180, 412, 633 *et* 854.
[2] *Cf.* § 18, 19, 181, 413, 635, 743, 744 *et* 855.
[3] *Cf.* § 182, 636 *et* 856.
[4] *Cf.* § 183.
[5] *Carcassonensis.*
[6] *Cf.* § 184, 415, 639 *et* 857.
[7] *Cf.* § 185, 416, 640 *et* 858.
[8] *Ita codex.*
[9] Roquefeuil, Aude, c^on Belcaire.
[10] *Cod.* obcessum.
[11] *Cf.* § 187, 644 *et* 860.
[12] *Anno 1240, mense novembri.*
[13] *Cf.* § 188, 419, 647 *et* 861.
[14] *Cf.* § 190 *et* 863.
[15] *Cf.* § 191, 420 *et* 649.
[16] *Alibi* de Fontazellis *dictus.*
[17] *Cf.* § 87, 192, 421, 651, 795 *et* 864.
[18] *Cf.* § 196.
[19] *Melius* Berengarii, *ut conjicimus. Cf.* § 26, 199, 428, 750 *et* 867.
[20] *Cf.* § 655.
[21] *Cf.* § 200, 424, 656 *et* 868.

A 542. Contra[1] petitionem Rogerii de Podio, de Carcassona, dixit se vidisse Arnaudum
de Aragone et Rogerium, fratres, faiditos in guerra vicecomitis, et dictus Arnaudus de
Aragone fuit vulneratus cum quairello in dicta guerra ante barbacanam Carcassonæ, de quo
vulnere decessit.

543. Contra[2] petitionem Nigri de Redorta, dixit se vidisse Pontium Ferrandi, socerum
B dicti Nigri, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse dictum Pontium
Ferrandi et Petrum Ferrandi et Berengarium Ferrandi, fratres, faiditos in guerra vice-
comitis.

LEO[3] DE REBENTINO. Fol. 43.

544. Item[4] contra petitionem Guillelmi de....., dixit se vidisse Bermundum de Villa
C Tenen, patrem dicti Guillelmi, et ipsum Guillelmum, faiditum tempore vicecomitis contra
dominum regem, cum ipso teste et aliis faiditis.

545. Item[5] contra petitionem Bernardi Rotgerii, dixit se vidisse Bernardum Rotgerium,
avum paternum dicti Bernardi, faiditum tempore vicecomitis Biterrensis apud Montem Re-
gualem, et in ipsa guerra recessit de Monte Reguali et aufugit, et audivit dici quod ivit
D in Lombardiam. Item Guillelmus de Tholosa, pater dicti Bernardi agentis, fuit faiditus in
guerra vicecomitis et remansit extra pacem, quando homines Montis Regalis fecerunt pacem,
et exheredatus. Item G. Hugo, avunculus dicti agentis, fuit faiditus in guerra Montis Regalis
cum aliis de Monte Regali.

546. Item[6] contra petitionem Geraldæ d'Esculencs, dixit se vidisse Garrigam de Rove-
E naco et dictam Geraldam, ejus uxorem, faiditos tempore comitis Montis Fortis, faciendo
guerram domino comiti de Roca de Aniorto[7]. Item dixit se vidisse G. Ramundum et P. de
Rovenacho, filios dictæ Guiraudæ, faiditos in guerra vicecomitis contra dominum regem.
Item dixit se audivisse dici quod dicti G. Ramundus et P. de Rovenaco, fratres, interfece-
runt capellanum d'Escullens, eo quia dicebatur quod habebat rem cum matre eorum, et
F de hoc fecerunt pænitentiam et iverunt pro pænitentia ad dominum papam. Item dixit se
vidisse Guillelmum Ramundum, d'Esculencs, et Arnaudum Guillelmum, fratres dictæ Ge-
raldæ, faiditos tempore guerræ comitis Montis Fortis, et faiditi decesserunt, qui fuerunt
heredes Arnaudi Guillelmi, d'Esculencs, avi eorum, et Garriguæ, patris eorum.

547. Item[8] contra petitionem Guillelmi de Sancto Cucufato, dixit se vidisse dictum Guil-
G lelmum faiditum tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem, et, quando villa
Montis Regualis fecit pacem, ipse remansit extra pacem, et fuit exul factus et remansit
exheredatus.

548. Item[9] contra petitionem Guillelmi de Tholosa, dixit se vidisse dictum Guillelmum
faiditum tempore vicecomitis cum hominibus de Monte Regali, et, quando fecerunt pacem,
H remansit extra pacem et exul factus fuit de Monte Reguali et exheredatus, bonis suis om-
nibus confiscatis.

549. Item[10] contra petitionem Guillelmæ, uxoris Guillelmi de Tholosa, dixit se vidisse Fol. 4 v°
dictum Guillelmum faiditum in guerra contra dominum regem apud Montem Regualem,
et remansit extra pacem, sicut dictum est. Item dixit quod B. Rotgerius et Adalais de Villa
I Lesca, parentes dictæ Guillelmæ, fuerunt hæretici induti, et ipse testis vidit ipsam indutam
hæreticam et hæreticum ipsum similiter, et postea exiverunt de secta illa, et habuerunt
ipsam Guillelmam. Postea dictus B. Rotgerius exivit de terra et aufugit in Lombardiam, ut
dictum est.

550. Item contra petitionem Jordani de Sancto Felice, dixit se vidisse dictum Jordanum
J faiditum tempore comitis Montis Fortis, et Jordanum, patrem ejus, similiter. Vidit etiam
dictum Jordanum, filium, faiditum tempore vicecomitis Biterrensis.

551. Item contra petitionem Vincencii Riparia, de Monte Regali, dixit se vidisse B. de
Villa Traverio et Guillelmum Bernardi, fratres, faiditos contra comitem Montis Fortis, qui
dictus Guillelmus Bernardi decessit in illo faidimento. Item dictus B., facta pace cum dicto
K comite, fuit postea contra dictum comitem, quando Alanus[11], miles dicti comitis, exivit
de Monte Reguali vulneratus. Item dixit se vidisse quod dictus B. de Villa Traverio tenuit in
domo sua hæreticos usque ad obitum, et post obitum dicti B. venerunt dicti hæretici ad

[1] *Cf.* § 201, 657 *et* 869.
[2] *Cf.* § 202, 658 *et* 870.
[3] *Desideratur quaternio unus, duodecim foliis constans, quo continebantur priores hujus Leonis depositiones seu, ut notarii verbo utamur, Exceptiones.*
[4] *Articulus in cod. cancellatus.*
[5] *Cf.* § 123 *et* 370.
[6] *Cf.* § 124.
[7] Niort, Aude, c[on] Belcaire.
[8] *Cf.* § 125 *et* 819.
[9] *Cf.* § 126 *et* 371.
[10] *Cf.* § 77 *et* 349.
[11] *Alanus de Rociaco, qui anno 1221 Montem Regalem linquere coactus est. Vide supra,* § 263.

domum Cotilli, ubi diu manserunt. Item dixit quod dictus B. dimisit equum suum hæreticis; A tamen ipse testis non fuit præsens, quando dimisit ipsum eis, nec quando fuit hæreticatus; tamen bene vidit quod dicti hæretici habuerunt dictum equum et vendiderunt ipsum. Item dixit se vidisse Gallardum de Rebentino et P. Raimundi, fratres, habentes et tenentes terram dictam quæ fuerat B. de Villa Traverio et Guillelmi Bernardi, fratris ejus, usque ad guerram vicecomitis, in qua guerra dicti Gallardus et frater ejus P. Ramundi fuerunt faiditi et re- B manserunt extra pacem. Item dixit se vidisse G. Beatricem, avum maternum dicti Vincentii, et Bernardam, matrem ejusdem Vincentii, hæreticos, et hæretici decesserunt. Item dictus Vincentius fuit faiditus in guerra vicecomitis, sed fuit in pace cum hominibus Montis Regalis.

Fol. 54. 552. Item[1] contra petitionem heredum Guillelmi Durandi et Raimundi de Malespina, C B. Raimundi, de Valle, G. Fabri, de Villari Longo, obicitur se vidisse Jordanum de Cabareto et Petrum Rotgerium, fratres, et Orbriam, matrem eorum, faiditos in guerra vicecomitis contra dominum regem, capiendo bona quæ primo ante guerram amiserant et propria auctoritate usurpando. Item dixit quod dicti fratres habent terram apud Lauranum[2] ex parte patris et tenent hodie. Tamen nescit valorem reddituum. D

553. Item[3] contra petitionem Bernardi de Duro Forti et Rotgerii de Duro Forti, dixit se vidisse Sicardum et Petrum de Insula, fratres, faiditos tempore comitis Montis Fortis. Item vidit in guerra dicti comitis Montis Fortis Maurinum Picarella faiditum. Item dixit se vidisse P. Rotgerii Picarella et Jordanum faiditos de omnibus guerris contra dominum regem et contra comitem Montis Fortis. E

554. Item[4] contra petitionem Girmons, filiæ quondam Uzalguerii de Aqua Viva, dixit se vidisse dictum Uzalgerium faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, et decessit faiditus, et Saurina, mater dictæ Girmons, dum erat faidita decessit, scilicet post mortem mariti post guerram vicecomitis. Item dixit quod Petrus de Tribus Malis, avus dictæ Girmuns, decessit faiditus tempore comitis Montis Fortis. F

555. Item[5] contra petitionem Comdors de Cavanaco, de Carcassona, dixit se vidisse Ermengaudum de Barbairano et Raimundum Ermengaudum, de Barbairano, et Arnaudum Guillelmi, fratres dictæ Comdors, faiditos tempore toto comitis Montis Fortis et exheredatos, et postea tempore domini regis, et postea in guerra vicecomitis, et semper ex quo comes venit fuerunt exheredati, et Arnaudus Guillelmi et Ermengaudus mortui sunt faiditi G et exheredati, et Raimundus Ermengaudi adhuc vivit exheredatus.

556. Item[6] contra petitionem Arnaudi Dava, de Carcassona, dixit se vidisse Ermengaudum de Cavanaco faiditum tempore guerræ vicecomitis et domini regis primo, et similiter vidit ipsum faiditum tempore comitis Montis Fortis.

557. Item contra petitionem Floris, filiæ quondam G. Martelli, de Brugairolis[7] quondam, H dixit se vidisse dictum G. Martelli faiditum in guerra vicecomitis et ante in guerra de Limoso contra dominum regem. Item dixit se vidisse Mathæum, maritum dictæ Flor[i]s, faiditum in guerra vicecomitis.

Fol. 44 v°. 558. Item[8] contra petitionem Bertrandi de Gordono, filii quondam Raimundi de Gordono, de Podio Nauterio[9], dixit se vidisse dictum Raimundum de Gordono faiditum in I guerra contra comitem Montis Fortis, et postea vidit ipsum faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

559. Item[10] contra petitionem consulum de Limoso, dixit se vidisse dictam villam cum universitate contra comitem Montis Fortis, et dictus comes fecit dictam villam mitti in plano. Postea vidit quod homines de Limoso ascenderunt in podium et opposuerunt se J iterum contra dominum comitem Montis Fortis et receperunt faiditos dicti comitis, scilicet illos qui erant contra ipsum, et receperunt ibi hæreticos plures qui manebant ibi publice in domibus propriis. Item dixit se vidisse dictos homines et universitatem totam contra dominum regem post ejus adventum ad Avinionem. Super facto talliæ interrogatus, dixit se nichil scire, quia tempore vicecomitis non consueverant dare talliam. De solo in quo villa est sita, K dixit se nichil scire. Item dixit se vidisse villam de Limoso contra dominum regem in guerra vicecomitis et postea in guerra comitis Tholosani.

560. Item contra petitionem Pennæ Vairæ, uxoris quondam Arnaudi de Rovenaco, dixit se vidisse Arnaudum de Rovenaco prædictum faiditum tempore comitis Montis Fortis, et ipsa cum ipso. Item dixit se vidisse dictum Arnaudum et ipsam similiter faiditos tempore guerræ L

[1] *Cf.* § 128, 474 *et* 821.
[2] Laure, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[3] *Cf.* § 129.
[4] *Cf.* § 130, 374, 475 *et* 822.
[5] *Cf.* § 131, 375, 476 *et* 823.
[6] *Cf.* § 376.
[7] Brugairolles, Aude, c[on] Alaigne.
[8] *Cf.* § 132, 377 *et* 824.
[9] Pennautier, Aude, c[on] Carcassonne.
[10] *Cf.* § 133, 378, 384, 462, 477, 487 *et* 574.

A vicecomitis contra dominum regem, et filium eorum similiter vidit faiditum, et credit quod
vocaretur P. de Milglos.

561. Item[1] contra petitionem Bernardi Rotgerii, de Lediniano, dixit se vidisse Bernardum
de Besseto, patrem dicti Bernardi, faiditum tempore comitis Montis Fortis et postea in
guerra vicecomitis.

B 562. Item[2] contra petitionem Hugueti de Vilario, nomine Pontiæ, matris suæ, dixit se
vidisse dictum Huguetum et Isarnum et Jordanum, fratres, filios dictæ Pontiæ, faiditos in
guerra vicecomitis contra dominum regem.

563. Item[3] contra petitionem Comdoris, uxoris quondam Sicardi de Marciliano, dixit se
vidisse Sicardum de Marciliano, maritum dictæ Comdors, faiditum in guerra comitis Montis
C Fortis. Item dixit quod dicta Comdors erat faidita in guerra vicecomitis, capiendo bona sua,
ut audivit dici, quæ primo ante guerram amiserat. Item dixit quod Sicardus, pater dicti
Sicardi, fuit combustus apud Tholosam pro hæretico, et ipse testis, quando fuit combustus,
erat apud Tolosam, sed noluit videre combustionem, sed bene scit pro certo quod com-
bustus fuit. Item dixit quod, tempore quo dicta Comdors duxit dictum Sicardum in virum
D de facto, dicta Comdors habebat alium virum, scilicet Guiraudum de Rupe Forti, quo vi-
vente duxit dictum Sicardum, et ipse testis vidit quod dictus Guiraudus tenebat dictam
Comdors in uxorem, et postea, ipso vivente, vidit quod dictus Sicardus tenebat ipsam ut
uxorem.

564. Item[4] contra petitionem Gaucerandi, filii quondam Raimundi Arnaudi, dixit se Fol. 45.
E vidisse Raimundum Arnaudi prædictum faiditum tempore comitis Montis Fortis, et postea
fuit combustus pro hæretico, ut audivit dici, apud Lauranum.

565. Item[5] contra petitionem Geraldi de Rosticans, pro se et aliis consortibus suis, dixit
se vidisse Bernardum Arnaudi faiditum tempore comitis Montis Fortis, et fuit interfectus
postea tempore domini regis per gentes domini regis.

F 566. Item contra petitionem Ferrandi de Villaneria, dixit se vidisse Cathalanum de Villa-
neria faiditum de omnibus guerris contra comitem Montis Fortis, et decessit tempore fai-
dimenti.

567. Item[6] contra petitionem Novæ, uxoris Bernardi Othonis, dixit se vidisse Petrum
Rotgerii, de Cabareto, patrem dictæ Novæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis, in quo
G faidimento dictus Petrus Rotgerii dedit dictam Novam in uxorem Bernardo Othoni, tunc
faidito.

568. Item[7] contra petitionem Adalaicis, filiæ quondam Raimundi de Marcellano, dixit
se vidisse dictum Raimundum de Marcellano faiditum in guerra comitis Montis Fortis et
domini regis et postea in guerra vicecomitis, et postea fuit combustus, ut audivit, apud
H Montem Securum[8] cum aliis hæreticis.

569. Item[9] contra petitionem R. Ermengaudi, de Barbairano, dixit se vidisse dictum
R. Ermengaudi faiditum tempore comitis Montis Fortis et postea in guerra vicecomitis.

570. Item[10] contra petitionem Mathelion, filiæ quondam Nielli de Rosticans, dixit se vi-
disse Niellum et Bernardum Arnaudum, fratres dictæ Mathelion, filios dicti Nielli, faiditos
I in guerra vicecomitis Biterrensis.

571. Item[11] contra petitionem Arnaudi Ferrolli, dixit se vidisse dictum Arnaudum Fer-
rollum faiditum in guerra vicecomitis Biterrensis.

572. Item[12] contra petitionem Almindæ, uxoris quondam Gaucelmi de Cane Suspenso,
dixit se vidisse dictum Gaucelmum faiditum tempore comitis Montis Fortis.

J 573. Item[13] contra petitionem Berenguariæ, uxoris quondam Bernardi de Malveriis,
militis, de Piuciano, dixit se vidisse dictum Bernardum faiditum tempore comitis Montis
Fortis, et tempore faidimenti, ut credit, duxit dictam Berenguariam. Item dixit se vidisse
dictum Bernardum faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem, et dictam Beren-
guariam cum ipso.

K 574. Item[14] contra petitionem consulum de Limoso, dixit idem quod contra aliam peti- Fol. 45v°.
tionem ipsorum, quæ est in eodem caterno.

575. Item[15] contra petitionem Ransanæ, uxoris quondam Isarni de Fano Jovis, dixit se
vidisse dictum Isarnum de Fano Jovis faiditum tempore comitis Montis Fortis, et tempore

[1] *Vide Sententiarum anni 1262 caput* 50.
[2] *Cf.* § 134, 379 *et* 478.
[3] *Cf.* § 380 *et* 480.
[4] *Cf.* § 135, 481 *et* 825.
[5] *Cf.* § 136 *et* 826.
[6] *Cf.* § 138, 482 *et* 827.
[7] *Cf.* § 139.
[8] *Anno 1245.*
[9] *Cf.* § 140, 381, 484, 569 *et* 829.
[10] *Vide Sententiarum anni 1262 caput* 70.
[11] *Cf.* § 141 *et* 382.
[12] *Articulus in cod. cancellatus.* — *Cf.* § 383.
[13] *Cf.* § 486.
[14] *Cf.* § 133, 378, 384, 462, 477, 487 *et* 559.
[15] *Cf.* § 142, 385 *et* 575.

IMPRIMERIE NATIONALE.

faidimenti duxit dictus Isarnus dictam Ransanam in uxorem. Item dixit quod P. Rotgerii et A
Isarnus de Fano Jovis, filii dicti Isarni et dictæ Ransanæ, tenent terram paternam, valentem
quolibet anno c libras melgoriensium.

576. Item contra petitionem B. Petri, de Flaciano, et Raimundi Joglaris, de Limoso,
dixit se vidisse ipsos faiditos in guerra de Limoso contra dominum regem, post ejus adven-
tum ad Avinionem. Item vidit ipsos faiditos in guerra vicecomitis, qui actores fuerunt extra B
pacem de Limoso, ita quod non fuerunt admissi ad pacem. De Raimundo Joculatore scit
pro certo quod non fuit admissus ad pacem. De alio audivit dici et credit.

577. Item contra petitionem Geraldæ de Couizano[1], dixit se vidisse Raimundum de
Turre, maritum dictæ Geraldæ, faiditum contra comitem Montis Fortis de omnibus guerris,
et tempore faidimenti et excommunicationis dicta Geralda duxit dictum Raimundum de C
Turre in virum. Item dixit se vidisse dictum Raimundum faiditum in guerra vicecomitis
contra dominum regem.

578. Item[2] contra petitionem Adalaicis de Sancta Columba et fratris ejus Petri de Sancta
Columba, dixit se vidisse dictum Petrum de Sancta Columba faiditum in guerra vicecomitis,
et adhuc est et exheredatus. Item dixit quod dicta Adalais agens, vivente Pontio de Casti- D
lione, primo marito suo, nupsit Raimundo de Turribus in Catalonia et dimisit Pontium, et
ipse vidit ipsam manere cum ambobus, et quilibet tenebat ipsam pro uxore, et vivente dicto
Pontio vidit ipsam manentem cum dicto Raimundo. Item dixit se vidisse Pontium de Casti-
lione, primum maritum dictæ Adalaicis, faiditum contra comitem Montis Fortis et contra
dominum regem in guerra vicecomitis, et adhuc est faiditus et exheredatus, et dominus rex E
tenet ejus bona vel alius pro ipso.

579. Item contra petitionem Comdoris et Gauziæ, filiarum Raimundi de Reddis, dixit
se vidisse dictum Raimundum faiditum tempore comitis Montis Fortis.

580. Item contra petitionem Serenæ Navarræ et G. de Duno, sororum, dixit se vidisse
R. de Salas, patrem dictarum agentium, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra F
vicecomitis contra dominum regem.

Fol. 46. 581. Item contra petitionem abbatis Sancti Jacobi Jocundensis[3], dixit se vidisse dictum
B. de Albezuno faiditum tempore comitis Montis Fortis, et postea, tempore domini regis,
post ejus adventum ad Avinionem, fuit contra dominum regem.

582. Item[4] contra petitionem Veziadæ de Marcellano, dixit se vidisse Gallardum de Mar- G
ciliano, fratrem agentis, faiditum in guerra contra comitem Montis Fortis. Item dixit se
vidisse Sicardum de Marciliano, patrem agentis, faiditum in guerra contra comitem Montis
Fortis, qui etiam postea fuit combustus apud Tholosam pro hæretico, et ipse testis erat
apud Tholosam quando fuit combustus.

583. Item contra petitionem Mathæi Mercerii, dixit idem quod supra dixit in proxima H
contra Sicardum de Marciliano.

584. Item[5] contra petitionem Novæ, uxoris Rotgerii de Aragone, dixit se vidisse Bernar-
dum de Conchis et Bertrandum, fratres dictæ Novæ, faiditos tempore comitis Montis Fortis.
Item dixit se vidisse dictum Bertrandum faiditum in guerra de Cabareto[6] contra dominum
regem, in qua guerra fuit interfectus cum cairello. Item dixit se vidisse dictum Bernardum I
faiditum tempore vicecomitis Biterrensis et misit dictum vicecomitem in castro de Conchis[7]
contra dominum regem. Item dixit se vidisse dictum Rotgerium faiditum tempore comitis
Montis Fortis et exheredatum, et fuit postea hæreticus condempnatus. Item dixit se vidisse
Rotgerium et Pilum de Stivo, fratres, filios Eleazari, faiditos tempore vicecomitis Biterrensis.

585. Item[8] contra petitionem dominæ Comdoris, uxoris Raimundi Artusii, dixit se J
vidisse Bertrandum de Vilallerio, patrem dictæ Comdors, et Raimundum Artusii, maritum
dictæ Comdors, faiditos in guerra vicecomitis Biterrensis contra dominum regem, cum ipso
teste et aliis faiditis. Item dixit se vidisse Raimundum Artusium, patrem dicti Raimundi
Artusii, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

586. Item[9] contra petitionem Pontii de Pauliniano, dixit se vidisse Othonem de Ollis K
Fractis, primum virum Raimundæ, uxoris dicti Pontii, faiditum tempore comitis Montis
Fortis et postea tempore domini regis post ejus adventum ad Avinionem.

587. Item[10] contra petitionem Esclarmundæ, uxoris Raimundi de Faveriis, dixit se vidisse
Petrum Hugonem, patrem dictæ Esclarmundæ, faiditum in guerra comitis Montis Fortis

[1] Couiza, Aude, arr. Limoux.
[2] *Cf.* § 143.
[3] *Monasterium ordinis Sancti Benedicti, Narbonensis diœcesis, inde ab anno 1317 Electensis. Hodie* Joucou, Aude, c^on Belcaire.
[4] *Cf.* § 489.
[5] *Cf.* § 144, 386, 491 *et* 830.
[6] *Anno 1227.*
[7] Conques, Aude, arr. Carcassonne.
[8] *Cf.* § 145, 492 *et* 831.
[9] *Cf.* § 493.
[10] *Cf.* § 146, 387 *et* 494.

A cum uxore sua Geralda, et, cum dicta Esclarmunda et Adalmurs, filiabus suis, aufugit apud Albezunum tempore guerræ et apud Calms. Item dixit se vidisse Raimundum de Faveriis, maritum dictæ Esclarmundæ, faiditum tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem, cum dicta Esclarmunda, uxore sua.

588. Item[1] contra petitionem Florianæ, uxoris quondam Raimundi de Romegos, militis, Fol. 46 v°. B dixit se vidisse dictam Florianam immuratam apud Pamiar.[2] pro facto hæresis. Item dixit se vidisse dictum Raimundum de Romegos, maritum ejus, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et postea in guerra vicecomitis contra dominum regem, et audivit dici quod dictus vir ejus fuit hæreticatus in morte.

589. Item[3] contra petitionem Berengarii de Petra Pertusa, filii Guerreriæ, dixit se vidisse C ipsum Berengarium faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem. Item dixit se vidisse Guillelmum Bernardum, de Albeduno, et Bernardum Sermo, de Albeduno, faiditos toto tempore comitis Montis Fortis, facientes ei guerram de Albeduno. Item dixit se vidisse dictum Guillelmum Bernardum faiditum in guerra vicecomitis.

590. Item[4] contra petitionem Mabiliæ, filiæ quondam Bernardi Sermo, dixit se vidisse D dictum Bernardum Sermo, patrem agentis, faiditum toto tempore comitis Montis Fortis et exheredatum, et postea, tempore domini regis et in guerra vicecomitis, similiter fuit faiditus, et est hodie Bernardus Sermon, frater dictæ Mabiliæ, et ipse testis vidit ipsum faiditum in dicta guerra.

591. Item[5] contra petitionem R. Faure et B. Faure, dixit se vidisse P. Rotgerium Pica- E rellam faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis, et decessit faiditus.

592. Item contra petitionem Arnaudi Isarni, qui vocatur Arnaudus Aurioli, de Monte Regali, dixit se vidisse dictum Arnaudum faiditum in guerra vicecomitis cum aliis hominibus de Monte Regali.

593. Item[6] contra petitionem Veziadæ, filiæ quondam Guillelmi de Rupe, et S. de Mi- F rianis, dicit se vidisse Guillelmum de Rupe, patrem agentis, [faiditum] tempore comitis Montis Fortis.

594. Item[7] contra petitionem Guillelmi de Ponte, militis, dixit se vidisse dictum Guillelmum de Ponte prædictum faiditum in guerra vicecomitis.

595. Item[8] contra petitionem Bernardi de Duro Forti et Bernardi de Monte Esquivo et G Guillelmi Garsiæ, dixit se vidisse Raimundum Ferrandi et Turcham Genser, socrum[9] dictorum agentium, hæreticos manifestos, et publice manebant apud Fanum Jovis[10] cum aliis hæreticis. Postea vidit ipsos manere apud Caunas, et abbas[11] faciebat eis bonum ut conversis. Item dixit quod dicti Bernardus de Duro Forti et Bernardus de Monte Esquivo fecerunt matrimonium dictum post guerram. Et dictus Guillelmus Guarcias fuit in guerra vicecomitis, H ut audivit dici et credit.

596. Item[12] contra petitionem Rigaudi de Senesme et Sibeudæ, sororis ejus, dixit se Fol. 47. vidisse Pontium de Castilione, patrem eorum, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra domini regis tempore vicecomitis. Item dixit se vidisse Petrum Rigaudi, patrem dictæ Veziadæ, hæreticum indutum pro quadam infirmitate quam habuit, et post convalescentiam I ipsius infirmitatis exivit de secta illa, et misit se apud Vaurem[13] contra comitem Montis Fortis, ubi interfectus fuit per Gallicos cum sociis suis.

597. Item[14] contra petitionem Mathæi Crevit, de Callavo, dixit se vidisse R. Boteti, patrem Paganæ, uxoris dicti Mathæi, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et tempore faidimenti dictus R. Boteti maritavit dictam filiam suam dicto Mathæo.

J 598. Item[15] contra petitionem dominæ Guillelmæ, uxoris quondam Arnaudi Amelii, dixit se vidisse dictum Arnaudum Amelii, Raimundum de Podio, Pilum de Stivo, Raimundum Arnaudum, de Podio, faiditos in guerra vicecomitis contra dominum regem.

599. Item[16] contra petitionem Bertrandi de Lerida, de Carcassona, dixit se vidisse Petrum Ferrandi et Guillelmum Chatberti faiditos in guerra vicecomitis contra dominum regem. Item K dictus agens fuit faiditus in eadem guerra.

600. Item[17] contra petitionem Guillelmi Hugonis, filii quondam Falconis de Rosticans,

[1] *Cf.* § 495.
[2] Pamiers, Ariège.
[3] *Cf.* § 147, 496 *et* 832.
[4] *Cf.* § 148, 388, 497 *et* 833.
[5] *Cf.* § 149
[6] *Cf.* § 150.
[7] *Cf.* § 151, 389, 498 *et* 834.
[8] *Cf.* § 152, 390 *et* 499.
[9] *Cod.* socrus.
[10] Fanjeaux, Aude, arr. Castelnaudary.
[11] *Caunensis abbas.* — Caunes, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[12] *Cf.* § 153, 391, 500 *et* 835.
[13] Lavaur, Tarn. — *Castrum anno 1211 a Simone, Montis Fortis comite, expugnatum. Vide Vaissète, noviss. edit.*, VI, 351 *et* 356.
[14] *Cf.* § 392.
[15] *Cf.* § 154 *et* 393.
[16] *Cf.* § 155, 394, 501 *et* 836.
[17] *Cf.* § 157, 269, 322, 457, 503, 727 *et* 837.

dixit se vidisse G. Falconem, de Rosticans, patrem agentis, et Berengariam, matrem agentis, A
cum eo faiditos in guerra vicecomitis, et faiditi decesserunt.

601. Item contra petitionem Petri de Fontanis, de Monte Regali, dixit se vidisse Petrum
de Fontanis, de Monte Regali, faiditum tempore guerræ vicecomitis, cum aliis hominibus
de Monte Regali. Tamen non exivit villam, immo remansit cum aliis in pace.

602. Item[1] contra petitionem Bertrandi Malpuel, dixit se vidisse Bertrandum Malpuel B
faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem, faciendo ei malum. Item dixit se
vidisse Isarnum de Villa Traverio faiditum tempore guerræ domini regis et postea in guerra
vicecomitis contra dominum regem. Item dixit quod terra quam tenet dictus Bertrandus fuit
P. Raimundi, patris dicti Isarni.

603. Item[2] contra petitionem Bernardi et Guillelmi de Petra Pertusa, dixit se vidisse C
Guillelmum de Petra Pertusa, patrem agentium, faiditum tempore comitis Montis Fortis
et postea tempore domini regis et in guerra vicecomitis, et dictus Guillelmus duxit Ada-
laicim, uxorem suam, tempore faidimenti, quæ erat filia B. Ramundi, de Cane Suspenso,
qui fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis.

Fol. 47 v°. 604. Item[3] contra petitionem Guillelmi Gua[r]ciæ, dixit se vidisse Guillelmum Guarciam D
et Bernardum Mir, fratrem ejus, et Raimundum Garciam, patrem eorum, faiditos in guerra
comitis Montis Fortis. Item dixit quod Guillelmus Guarcias fuit faiditus in guerra viceco-
mitis, ut audivit dici, et credit quod interesset, et occupavit, ut audivit dici, res quas petit
propria auctoritate in dicta guerra.

605. Item contra petitionem Motæ de Riuterio, pro Guallarda, matre sua, dixit se vidisse E
Estotum de Riuterio, patrem agentis, faiditum in guerra comitis Montis Fortis. Item dixit
se vidisse dictum Estotum, et Motam et Rotgerium et R. de Riuterio, filios ejus, faiditos in
guerra vicecomitis contra dominum regem.

606. Item[4] contra petitionem Guillelmoti de Vilarzello, dixit se vidisse Jordanum Oth,
fratrem dicti Guillelmothi, et Gallardum, fratrem ejus, faiditos in guerra vicecomitis, et F
dictus Guallard Oti fuit suspensus apud Tholosam, quia dicebatur quod interfuit apud Avi-
nionetum quando fratres inquisitores fuerunt interfecti[5].

607. Item[6] contra petitionem Arnaudi Isarni, dixit se vidisse dictum Arnaudum faiditum
et G. Arnaudum Millossa in guerra vicecomitis, cum aliis hominibus suburbii Carcassonæ.
Item dixit se vidisse Ermengaudum Pelapulli, Raimundum Calveti, Raimundum de Gordono G
et Raimundum de Congosto et B. Pontium, de Alsona, et Arnaudum Guillelmi, filium Ra-
mundi Arnaudi, de Aqua Viva, et Raimundum Rotgerii, de Aqua Viva, et Aimericum de
Podio et B. Bocardi et R. Mercerii faiditos in guerra vicecomitis contra dominum regem.

608. Item[7] contra petitionem Bernardi Mainardi, dixit se vidisse dictum Bernardum
Mainardi faiditum in guerra vicecomitis, et vidit etiam faiditos in eadem guerra Ermen- H
gaudum Pelapulli et Isarnum Pelapulli et Guidonem Pelapulli et Pontium Guillelmi, de
Cella Vinaria, et Bernardum Pelapulli, vicarium, et Raimundum Calveti.

609. Item[8] contra petitionem Guillelmi Mollerati, dixit se vidisse Uzalgerium et Guil-
lelmum de Ponte faiditos in guerra vicecomitis contra dominum regem.

610. Item[9] contra petitionem Bernardi de Vilardeguerto et Guillelmi Berengarii, fra- I
trum, [dixit] se vidisse dictos agentes faiditos in guerra vicecomitis, et fuerunt postea capti
in stabilita Rupis de Fano.

611. Item[10] contra petitionem Guillelmi Vassalli, dixit se vidisse Guillelmum Vassalli
prædictum faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem, cum aliis hominibus Montis
Regalis, et, quando homines Montis Regalis fecerunt pacem, ipse remansit extra pacem ex- J
heredatus. Item dixit se vidisse dictum Guellelmum Vassalli euntem per Redesium[11] cum
B. Hugone, de Festa[12], colligentes questam castrorum pro vicecomite.

Fol. 48. 612. Item[13] contra petitionem Comdoris, filiæ quondam Guillelmi de Blancafort[14], dixit
se vidisse dictum Guillelmum de Blancafort faiditum et exheredatum tempore comitis Montis
Fortis, et postea tempore domini regis contra dominum regem, et decessit faiditus et exhe- K
redatus.

613. Item[15] contra petitionem Richæ, uxoris quondam Guillelmi Pagani, de Rocono,
dixit se vidisse dictum Guillelmum Paganum faiditum in guerra comitis Montis Fortis.

[1] *Cf.* § 158, 395, 504 *et* 838.
[2] *Cf.* § 159, 505 *et* 839.
[3] *Cf.* § 160, 272, 324, 397, 460, 506, 840 *et* 940.
[4] *Cf.* § 161.
[5] *Anno 1242; vide Vaissète, noviss. edit.*, VI, 739.
[6] *Cf.* § 162, 398 *et* 841.
[7] *Cf.* § 163, 399, 507 *et* 842.
[8] *Cf.* § 164 *et* 843.
[9] *Cf.* § 400 *et* 508.
[10] *Cf.* § 165, 410, 509 *et* 844.
[11] Le Razès, *regio cui caput Limosium, hodie* Limoux, Aude.
[12] Festes-et-Saint-André, Aude, c^on Limoux.
[13] *Cf.* § 510.
[14] *Cod.* Bauchafort, *et infra* Blaigafort.
[15] *Cf.* § 166.

A 614. Item[1] contra petitionem P. de Vilario, dixit se vidisse dictum P. faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

615. Item contra petitionem Vitalis Faure, de Mosselenchis[2], dixit quod ipse testis vidit quendam mercatorem qui erat de Narbona, ut dicebatur, qui fuerat inventus prope castrum de Mosselens in quodam rego mortuum, et dicebatur quod dictus Vitalis, timore curiæ, ne
B posset capi, aufugit, et dicebatur quod ipse Vitalis et Arnaudus Maleti, sororius ejus, interfecerant ipsum; quare pro dicta fuga curia occupavit omnia bona dicti Vitalis.

616. Item contra petitionem G. Porte et G. B. et R. de Faverio dixit se vidisse dictum R. de Faverio faiditum in guerra vicecomitis.

617. Item[3] contra petitionem Bernardi Ferrolli, filii et heredis Bertrandi Ferrolli, dixit
C se vidisse dictum Bernardum et Bertrandum, patrem ejus, faiditos in guerra vicecomitis Biterrensis, qui Bertrandus, pater Bernardi, dicti, fuit vulneratus in dicta guerra, pro quo vulnere mortuus fuit in ipsa guerra, et fuit vulneratus apud Tresbes[4].

618. Item contra petitionem Guillelmæ, filiæ quondam G. Petri, de Mossolinco, dixit se vidisse P. de Mossolincho, filium quondam B. de Mossolincho, faiditum in guerra comitis
D Montis Fortis, qui P. remanserat heres Bernardi, patris sui. Item dixit se vidisse Arnaudum Cabos, maritum Aicelinæ, faiditum in guerra vicecomitis.

619. Item[5] contra petitionem Bernardi de Castello, filii quondam G. de Castello, dixit se vidisse prædictum B. et G., patrem ejus, faiditos tempore guerræ vicecomitis, cum aliis hominibus suburbii Carcassonæ. Item dixit se vidisse Petrum de Conchis, Raimundum
E Calveti et Isarnum de Pesincho et Bernardum de Rupe Forti et Raimundum, fratrem ejus, faiditos in guerra vicecomitis. Item vidit Petrum Rotgerii, de Cabareto, P. de Laurano et Hugonem de Conchis faiditos in guerra domini regis post ejus adventum ad Avinionem. Item dixit se vidisse Petrum de Conchis faiditum in guerra vicecomitis.

620. Item[6] contra petitionem Bernardi Grassi, de Monte Regali, dixit se vidisse dictum Fol. 48 v°.
F Bernardum faiditum tempore guerræ vicecomitis, cum aliis hominibus Montis Regualis. Item dixit se vidisse Guillelmum[7] de Aniorto faiditum in guerra vicecomitis et etiam diu ante.

621. Item[8] contra petitionem Raimundi Stephani, filii quondam R. Stephani, dixit se vidisse dictum R. Stephani, agentem, et patrem ejus et R. Isarni, de Monte Reguali, faiditos in guerra vicecomitis, cum aliis hominibus Carcassonæ. Vidit etiam Raimundum Calveti
G et P. de Conchis faiditos tempore comitis Montis Fortis et postea tempore domini regis in guerra vicecomitis.

622. Item[9] contra petitionem Adalaicis, filiæ quondam Amelii de Vilallerio, dixit se vidisse G. Amelii et Bernardum et R., fratres dictæ Adalaicis, faiditos tempore comitis Montis Fortis, et postea tempore domini regis. Vidit etiam G. Amelii prædictum, qui decessit captus
H in carcere domini regis et faiditus, et R. Amelii dictus decessit similiter faiditus.

623. Item[10] contra petitionem Grisæ, uxoris quondam Petri Guiraudi, de Riuterio, dixit se vidisse R. de Marceliano et Sicardum faiditos in guerra comitis Montis Fortis[11]. Postea dixit quod dictus R. fuit cum comite et fuit interfectus per faiditos. Item dixit se vidisse quod dicta Grisa habebat in virum P. de Villari et habuit ab ipso infantes. Quo vivente, dicta
I Grisa duxit Petrum Guiraudi, de Riuterio, in virum, de quo habuit infantes. Tamen ipse testis non vidit quando duxit ipsam, sed pluries fuit in domo dicti Petri Guiraudi, et vidit quod tenebat ipsam Grisam ut uxorem. Qui Petrus Guiraudi fuit faiditus in guerra comitis Montis Fortis, et exheredatus et faiditus decessit. Item dictus P. de Vilari fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod Petrus Rotgerii, de Mira Pice, fuit faiditus semper et
J defensor hæreticorum.

624. Item[12] contra petitionem Rixendis, uxoris Raimundi de Reddis, dixit se vidisse Arnaudum de Reddis, patrem dicti Ramundi, faiditum in guerra comitis Montis Fortis. Postea vidit dictum Raimundum de Reddis, maritum agentis, faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem, et vidit semper ex quo dominus rex venit ad Avinionem quod
K dictus Raimundus fuit exheredatus et amittebat terram quam habebat in jurisdictione regis.

625. Item[13] contra petitionem Raimundi Rotgerii, militis, de Aqua Viva, dixit se vidisse dictum Raimundum faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

626. Item[14] contra petitionem P. de Fontazellis, dixit se vidisse dictum P. de Fontazellis Fol. 49.
faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

[1] *Cf.* § 167, 511 *et* 682.
[2] Moussoulens, Aude, c^on Alzonne.
[3] *Cf.* § 168.
[4] Trèbes, Aude, c^on Capendu.
[5] *Cf.* § 170, 402, 513 *et* 845.
[6] *Cf.* § 403, 514 *et* 846.
[7] *Corrig.* Geraldum.
[8] *Cf.* § 515 *et* 847.
[9] *Cf.* § 516.
[10] *Cf.* § 171, 404, 517 *et* 848.
[11] *Cod.* comitis Fortis.
[12] *Cf.* § 172 *et* 406.
[13] *Cf.* § 173, 407 *et* 849.
[14] *Cf.* § 174, 408 *et* 520.

627. Item[1] contra petitionem Petri Bosqueti, filii Raimundi Bosqueti, de Brasillaco, A
dixit se vidisse Petrum de Fontazellis faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.
Item dixit quod terra quam dictus Petrus de Fontazellis habebat apud Brazillacum erat
feudum militare.

628. Item[2] contra petitionem Gualardi Morlanæ, de Carcassona, dixit se vidisse dictum
Guallardum faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem. Item dixit se vidisse B
Raimundum Rotgerium, quondam vicecomitem[3], patrem istius Trencavelli, faiditum contra
comitem Montis Fortis, et faiditus decessit. Item dixit se vidisse Petrum Rotgerium, de Ca-
bareto, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et Jordanum similiter, qui Jordanus postea
fecit pacem cum domino rege, ut audivit dici, pro qua pace fuit captus et ductus per pararios[4]
suos apud Tholosam, et tradiderunt eum comiti Tholosano, in capcione cujus mortuus C
fuit, ut audivit dici et fama est generalis. Item dixit se vidisse Trencavellum, filium
quondam Raimundi Rotgerii vicecomitis, occupantem et accipientem terram paternam, et
eam tenuit pro parte, donec J[ohannes] de Bello Monte venit pro domino rege. Item dixit
quod Trencavellus tenet terram valentem quingentas libras et plus annuatim[5]. Item dixit se
vidisse Petrum Rotgerium, filium dicti Petri Rotgerii, post mortem patris habentem et te- D
nentem et possidentem terram paternam, ut heredem patris, apud Cabaretum, et ipse testis
comedit pluries apud Cabaretum cum dicto Petro Rotgerio, in domo quæ fuit Petri Rotgerii
patris. Item dixit quod dictus Petrus Rotgerii tenet terram, scilicet castrum Sancti Leofarii
et alibi. Item dixit quod Jordanus de Cabareto, filius dicti Jordani, tenet terram quam pater
suus habebat apud Lauranum, ut audivit dici. E

629. Item[6] contra petitionem Petri Peleti, de Aqua Viva, dixit se vidisse Uzalgerium
de Aqua Viva faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem, et postea fuit captus
apud Rocam de Buco per Gallicos et interfectus.

630. Item[7] contra petitionem Bernardæ, filiæ quondam G. de Conchis, dixit se vidisse
G. de Conchis, patrem agentis, et Ademarum et Petrum de Conchis, fratres, faiditos contra F
comitem Montis Fortis, et dictus G. et Ademarus, ejus filius, decesserunt faiditi. Item Petrum
de Conchis vidit faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

631. Item[8] contra petitionem Blanchæ, filiæ quondam Lupati de Podio, dixit se vidisse
dictum Lupatum faiditum contra comitem Montis Fortis, et vidit Guillelmum Petri Boca
de Lop, fratrem dictæ agentis, in guerra vicecomitis contra dominum regem. G

Fol. 49 v°. 632. Item contra petitionem Fabrissæ, uxoris quondam Philippi... de Azellano[9], dixit
se vidisse Sicardum de Roca, patrem dictæ Fabrissæ, faiditum in guerra comitis Montis
Fortis, et vidit etiam dictum Philippum, maritum Fabrissæ, faiditum in guerra vicecomitis.

633. Item[10] contra petitionem Bernardi Algai, de Carcassona, dixit se vidisse dictum Ber-
nardum Algai faiditum in guerra vicecomitis, cum aliis hominibus suburbii Carcassonæ, H
contra dominum regem. Item dixit se vidisse Olivarium de Saissaco et Isarnum Jordani,
fratres, faiditos tempore comitis Montis Fortis, et postea vidit dictum Isarnum faiditum
tempore domini regis. Et ambo, tam Olivarius quam Isarnus, decesserunt faiditi.

634. Item contra petitionem G. P., de Tiella, dixit se vidisse dictum agentem faiditum
tempore comitis Montis Fortis, et dixit quod dictus G. P. habebat quendam fratrem P. de I
Tiella, capellanum, qui fuit hæreticus.

635. Item[11] contra petitionem Flors, filiæ condam Guillelmi Fortis, de Podio Nauterio,
dixit se vidisse Bertrandum de Roca Taillada faiditum tempore domini regis, antequam
vicecomes intraret terram, et erat exheredatus, et postea vidit similiter ipsum faiditum in
guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse, quando dictus Bertrandus duxit dictam Flors in J
uxorem apud Fanum Jovis, qui Bertrandus erat tunc exheredatus et faiditus de tota terra
domini regis. Item dixit quod dicta Flors habebat tunc alium virum, scilicet Alfaricum, quem
duxit apud Podium Nauterium, ipso teste vidente, et tunc ipse testis obligavit se pro dicto
Guillelmo Forti, patre dictæ Flors, dicto Alfarico in quadam summa peccuniæ quam dare
promisit dictus Guillelmus Fortis dicto Alfarico cum dicta Flors in dotem, sed non recor- K
datur bene de summa, sed bene recordatur quod fuit summa de ducentis libris et plus.

636. Item[12] contra petitionem Guilaberti[13] de Rossellis, dixit se vidisse Guilabertum de
Rossellis, patrem agentis, faiditum contra comitem Montis Fortis. Item dixit se vidisse Guil-

[1] *Cf.* § 175, 409 *et* 521.

[2] *Cf.* § 176, 522 *et* 850.

[3] *Carcassonensis et Biterrensis vicecomes, anno 1209 mortuus.*

[4] *Vox incerta. Cod.* parios *vel* pirios *habere videtur.*

[5] *Hanc terram Trencavello annis 1247 et 1255 rex Ludovicus dederat; vide D. Vaissète, noviss. edit.*, VIII, 1213 *et* 1396.

[6] *Cf.* § 177, 410, 523 *et* 851.

[7] *Cf.* § 178, 524 *et* 852.

[8] *Cf.* § 179, 525 *et* 853.

[9] Azille, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.

[10] *Cf.* § 180, 412, 526 *et* 854.

[11] *Cf.* § 18, 19, 181, 413, 527, 743, 744 *et* 855.

[12] *Cf.* § 182, 528 *et* 856.

[13] *Fort. suppl.* et Gallardi.

A lelmum de Sancto Felice, patrem Constanciæ, matris agentium, faiditum tempore comitis
Montis Fortis. Item dixit quod, quando dicta Constancia duxit dictum Guilabertum, dictus
Guilabertus erat faiditus, scilicet tempore excommunicato post recessum comitis vel ante
recessum. Item dixit quod Sicardus Guilaberti, frater dictorum agencium, aufugit de terra
propter hæresim, et nunquam postea inventus fuit. Item dixit se vidisse dictum Guilabertum
B et Gallardum, fratres, faiditos in guerra vicecomitis Biterrensis.

637. Item contra petitionem universitatis hominum de Brugairolis[1] dixit se vidisse quod Fol. 50.
R. Ferrandi et Sicardus, filius ejus, tenebant apud Brugairolas redditus bladi, et ipse comedit
pluries cum prædictis apud Brugairolas in domo eorum, et audivit tunc dici prædictis quod
ipsi capiebant bladum ibi, sed nescit quare.

C 638. Item[2] contra petitionem capituli Sancti Nazarii, dixit se vidisse et semper audivisse
dici, ex quo habuit recognitionem, quod domini de Monte Claro tenebant castrum Montis
Clari a vicecomite Biterrensi et postea a comite Montis Fortis, et post ipsos a domino rege,
et nunquam vidit vel audivit dici quod capitulum Sancti Nazarii haberet aliquid in castro de
Monte Claro racione dominacionis. Et sunt bene L anni quod ipse habet recognitionem.

D 639. Item[3] contra petitionem Orpais, uxoris condam Raimundi Ferrandi, dixit se vidisse
dictum Raimundum Ferrandi faiditum et immuratum pro hæresi apud Narbonam.

640. Item[4] contra petitionem Rotgerii de Conillaco, dixit se vidisse dictum Rotgerium,
Isarnum et Bernardum Raimundi, fratres, faiditos in guerra vicecomitis quondam Biterrensis.
Vidit etiam dictum Rotgerium faiditum contra dominum regem in guerra de Roca Folio[5].
E Item dixit se vidisse Rotgerium, patrem dictorum fratrum, faiditum tempore comitis Montis
Fortis.

641. Item[6] contra petitionem Guillelmi de Alignano, filii Brazillachi, dixit se vidisse
Pontium de Mirabet faiditum tempore comitis Montis Fortis, et semper, donec fuit captus
per Gallicos et suspensus, quare omnia bona sua fuerunt confiscata, et dominus rex vel
F alius pro ipso adhuc tenet bona dicti Pontii, et tenuit, xxx anni sunt elapsi.

642. Item[7] contra petitionem Brazillachi Fabri, dixit idem quod dictum est supra contra
peticionem Guillelmi de Alagnano.

643. Item[8] contra petitionem Mathæi Guit, dixit se vidisse Petrum Rotgerii faiditum
tempore comitis Montis Fortis, et postea, facta pace cum dicto comite, faidivit se cum Gui-
G done Capite Porci, quem captum duxit in Rossilionem, nec postea restitutus fuit, immo
semper exheredatus, et exheredatus decessit.

644. Item[9] contra petitionem Ferrandæ, uxoris quondam Raimundi de Villa Traverio,
dixit quod Guillelma, soror ejus, habuit duos filios a B. de Arzincho, viro suo, scilicet
Guillelmum et Petrum de Arzincho, fratres, qui Guillelmus et Petrus supervixerunt dictæ
H Guillelmæ, matri eorum. Qui Guillelmus de Arzincho et Petrus, frater ejus, fuerunt faiditi
in guerra vicecomitis contra dominum regem, ipso teste vidente, faciendo malum. Item dixit
se vidisse Petrum Ferrandum et Berengarium et Pontium, fratres, faiditos tempore comitis
Montis Fortis, qui erant fratres dictæ Guillelmæ.

645. Item contra petitionem R. de Sperazano[10] et Adalmurs et Finæ, sororum ejus, Fol. 50 v°.
I dixit se vidisse Arnaudum Guillelmi, de Sperazano, patrem agencium, faiditum in guerra
comitis Montis Fortis et exheredatum. Item dixit se vidisse dictum R. et Petrum, fratrem
ejus, faiditos contra dominum regem cum illis de Aniorto[11] et exheredatos, et nunquam
tenuerun terram tempore comitis Montis Fortis nec postea tempore regis. Item dixit quod
dictus Raimundus adhuc vivit faiditus.

J 646. Item contra petitionem Adalaicis, uxoris quondam Michaelis Macellarii, dixit se
vidisse dictum Michaelem faiditum in guerra vicecomitis in burgo Carcassonæ, et audivit
etiam dici quod dictus Michael interfuit interfectioni capellanorum[12].

647. Item[13] contra petitionem Adalaicis, uxoris quondam Bernardi Raimundi, de Alsano,
dixit se vidisse Bernardum Raimundi et Guillelmum Borrelli, de Carcassona, cum uxoribus,
K faiditos tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem, cum aliis hominibus suburbii
Carcassonæ. Item dixit se vidisse Petrum Rotgerium, de Mirapice, Olivarium de Saissaco,
Jordanum de Sancto Felice, P. de Bel Afar, Bernardum de Rupe Forti, G. de Rupe Forti
faiditos tempore comitis Montis Fortis, et Bernardum de Villa Nova similiter.

[1] Brugairolles, Aude, c^on Alaigne. *Vide Sententiarum anni 1262 caput* 25.

[2] *Cf.* § 414.

[3] *Cf.* § 184, 415, 530 *et* 857.

[4] *Cf.* § 185, 416, 531 *et* 858.

[5] Roquefeuil, *castellum destructum, in territorio Alsonis :* Alzon, Gard, arr. le Vigan.

[6] *Cf.* § 186 *et* 417.

[7] *Cf.* § 418.

[8] *Cf.* § 859.

[9] *Cf.* § 187, 532 *et* 860.

[10] Esperaza, Aude, c^on Quillan.

[11] Niort, Aude, c^on Belcaire.

[12] *Qui in Carcassonensi suburbio anno 1240 a faiditis interfecti sunt.*

[13] *Cf.* § 188, 419, 534 *et* 861.

648. Item contra petitionem Guarsendis Gausbertæ, filiæ quondam B. Mandeti, dixit se vidisse B. de Villarglino faiditum et mainaderium contra comitem Montis Fortis, et fuit de familia P. Rotgerii, de Cabareto.

649. Item[1] contra petitionem Guillelmi Fabri, de Brazillaco, dixit se vidisse dictum Guillelmum Fabrum et Petrum de Fontazellis faiditos tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem.

650. Item[2] contra petitionem Raimundæ de Faris, uxoris Pontii de Pauliniano, dixit se vidisse Othonem de Ollis Fractis, primum maritum dictæ Raimundæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Interrogatus de faidimento dicti Pontii, dixit se vidisse dictum Pontium faiditum tempore guerræ comitis Montis Fortis.

651. Item[3] contra petitionem Pili de Stivo, dixit se vidisse dictum Pilum de Stivo faiditum tempore vicecomitis Biterrensis contra dominum regem in burgo Carcassonæ.

652. Item contra petitionem Raimundi Johannis, de Porta Regia, dixit se vidisse Isarnum Picorella faiditum et exheredatum tempore comitis Montis Fortis, et faiditus decessit et exheredatus de terra quam habebat sub jurisdictione domini regis. Item dixit quod dictus Isarnus dimisit terram suam Lupo de Fuxo[4] et Rotgerio Isarni, ipso teste vidente.

Fol. 51. 653. Item[5] contra petitionem Bertrandi, abbatis Sancti [Papuli], dixit se vidisse Guillelmum de Podio, patrem agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis, pro cujus faidimento dominus comes Fuxensis hodie habet et tenet tallias a domino rege omnium hominum de Podio[6]. Item dixit quod XXX anni sunt elapsi quod dictus Bertrandus est monachus dicti loci. Item dixit quod Aimericus de Podio, frater dicti abbatis, adhuc vivit faiditus et exheredatus, qui tempore faidimenti tenebat terram petitam ut heres dicti Guillelmi de Podio, scilicet tempore guerræ Trencavelli, et habuerat et tenuerat a morte patris sui citra. Nichil dictus Bertrandus tenebat de dicta terra petita, nec est consuetudo in terra ista quod aliquis qui intraverit religionem, vivente patre, et ibi remanserit, petat seu possit petere aliquid in terra paterna seu materna, si alius filius remanserit in seculo, immo semper terra remanet illi qui remanet in seculo, et sic vidit uti a tempore recognicionis suæ citra, et sunt L anni elapsi quod ipse habet recognicionem.

654. Item[7] contra petitionem dominæ Ermengardis de Riuterio, uxoris condam B. de Pomars[8], dixit se audivisse dici quod dicta Ermengardis fuit immurata pro hæresi. Item dixit se vidisse Bernardum de Riuterio, patrem dictæ Ermengardis, et B., fratrem ejusdem Ermengardis, faiditos tempore comitis Montis Fortis, et dictus Bernardus pater fuit interfectus per Gallicos in guarnisione de Vaure[9], ubi se miserat contra comitem Montis Fortis. Item interrogatus super facto dominæ Cavaiers, si fuit hæretica, dixit quod non, immo dixit magnum mendacium ille qui dixit, sed fuit bona et catholica et fuit monacha Pruliani[10], ubi cum habitu moniali decessit ut bona domina.

655. Item[11] contra petitionem Bertrandi de Rovenaco, dixit se vidisse dictum Bertrandum faiditum tempore guerræ vicecomitis Biterrensis.

656. Item[12] contra petitionem Ermengaudi Pelapulli et Isarni, fratris ejus, filiorum[13] quondam Isarni Pelapulli, dixit se vidisse dictos agentes faiditos in guerra vicecomitis Carcassonæ contra dominum regem. Vidit etiam dictos agentes et Guidonem, fratrem eorum, faiditos in guerra comitis Montis Fortis.

657. Item[14] contra petitionem Rotgerii de Podio, de Carcassona, dixit se vidisse Ar[naldum] de Aragone et Rotgerium, fratres, faiditos in guerra vicecomitis Biterrensis, et dictus Ar[naldus] fuit ibi interfectus cum cairello, et audivit dici quod fuit hæreticatus.

658. Item[15] contra petitionem Nigri de Redorta, dixit se vidisse Pontium Ferrandi, patrem Fabrissæ, uxoris condam dicti Nigri, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Petrum Ferrandi et Berengarium, fratres, faiditos in guerra vicecomitis, qui erant fratres dicti Pontii Ferrandi.

Fol. 51 v°. 659. Item contra petitionem R. Duranti, de Saisaco[16], dixit se vidisse Pontium Ath. faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

660. Item contra petitionem Ulixis, filii condam Ar. Po., de Callavo[17], dixit se vidisse

[1] *Cf.* § 191, 420 *et* 536.
[2] *Cf. anni 1262 Sententiarum caput* 85.
[3] *Cf.* § 192, 421, 537 *et* 864.
[4] *Comitis Fuxensis adulterino fratri.*
[5] *Cf.* § 194 *et* 865.
[6] Pennautier, Aude, c^on Carcassonne.
[7] *Cf.* § 195.
[8] Pomas, Aude, c^on Saint-Hilaire.
[9] Lavaur, Tarn.
[10] Prouille, Aude, c^ne et c^on Fanjeaux. *Ibi feminarum prioratus, ordinis Prædicatorum.*
[11] *Cf.* § 540.
[12] *Cf.* § 200, 424, 541 *et* 868.
[13] *Cod.* filii.
[14] *Cf.* § 201, 542 *et* 869.
[15] *Cf.* § 202, 543 *et* 870.
[16] Saissac, Aude, arr. Carcassonne.
[17] Cailhau, Aude, c^on Alaigne.

A dictum Ulixem et fratrem ejus, cujus nomen ignorat, faiditum in guerra de Limoso contra dominum regem in societate Lupi de Fuxo.

661. Item contra petitionem Guillelmi Estacapol, de Monte Reguali, [dixit] se vidisse Guarsendim, matrem Pagani de Rocono, hæreticam indutam, et tenebat, ipso teste vidente et publice, alios hæreticos in domo sua apud Montem Regualem, quæ Guarsendis laborabat
B tunc quandam vineam suam, scilicet quæ fuerat sua antequam hæreticaretur, vidente dicto Pagano de Roco[no], pro hæreticacione cujus Alanus de Roci[1] cepit dictam vineam et tenuit eam quandiu tenuit castrum Montis Regualis. Quo castro amisso, dictus Paganus de Roco[no] cepit dictam vineam et dedit eam ad acapitum dicto Guillelmo Estacapol, qui habuit ipsam donec dominus rex venit ad Avinionem, et tunc ballivi domini regis dictam vineam petitam
C recuperaverunt, et adhuc dominus rex ipsam tenet, ita quod dictus Guillelmus dat medietatem fructuum domino regi.

662. Item[2] contra petitionem Effantæ, dixit se vidisse Guiraudum de Pipionibus faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem : misit se in garnisione Rupis de Buco, ubi fuit interfectus, et primo fuerat, ut audivit dici, citatus pro hæresi.

D 663. Item[3] contra petitionem Guillelmæ de Cesseracio, uxoris quondam P. Raimundi, de Cella Vinaria, dixit se vidisse Guillelmum de Cesseracio, patrem dictæ Guillelmæ, et Petrum Raimundum, de Cella Vinaria, maritum ejus, faiditos in guerra comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Petrum Raimundum, de Lavinaria, captum pro hæresi, et audivit dici quod fuit combustus, et verum est, tamen ipse testis non vidit. Item dixit quod dictus Petrus
E Raimundi, de Cella Vinaria, quando duxit dictam Guillelmam, erat faiditus; tamen, antequam duceret ipsam, dicta Guillelma habebat alium virum, scilicet Guiraudum Pelfort, quo vivente duxit dictum Petrum Raimundum in virum, et ipse testis vidit ipsam cum dicto Guiraudo, qui tenebat ipsam ut uxorem, et postea vidit similiter ipsam cum Petro Raimundo, qui tenebat ipsam ut uxorem, vivente dicto Guiraudo.

F 664. Item[4] contra petitionem Bernardi Arnaudi, filii quondam Petri Raimundi, de Lavi- Fol. 52.
naria, dixit sicut supra proxime dixit contra peticionem matris suæ.

665. Item[5] contra petitionem dominæ Adalaicis, uxoris quondam Rotgerii de Duro Forti, dixit se vidisse H. Monacium, de Tribus Malis, patrem dictæ Adalaicis, faiditum tempore comitis Montis Fortis et contra dominum comitem et exheredatum. Item dixit se
G vidisse dictum Rotgerium, qui alio nomine vocatur Badon, maritum dictæ Adalaicis, faiditum tempore guerræ comitis Montis Fortis, et postea in guerra vicecomitis contra dominum regem. Item dixit se vidisse Petrum de Tribus Malis, fratrem dictæ Adalaicis, faiditum tempore vicecomitis contra dominum regem.

666. Item[6] contra petitionem Berenguariæ et Alpais, sororum, filiarum Berenguarii de
H Pipionibus, dixit se vidisse Guillelmum de Montlag, maritum dictæ Berenguariæ, et Bernardum Bocardi, maritum dictæ Alpais, faiditos in guerra comitis Montis Fortis, et postea in guerra vicecomitis contra dominum regem.

667. Item[7] contra petitionem Guillelmi de Ginestars, dixit se vidisse Cassabueu faiditum in guerra comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Guillelmum Alfarici faiditum in guerra
I vicecomitis et comitis Montis Fortis et pro facto hæresis citatum et judicatum.

668. Item[8] contra petitionem Austorguæ de Petriaco, uxoris Amelii de Petriaco, dixit se vidisse dictum Amelium faiditum tempore vicecomitis Biterrensis. Vidit etiam G. P., de Petriaco, patrem dicti Amelii, faiditum in guerra comitis Montis Fortis.

669. Item[9] contra petitionem Aiciæ, uxoris condam Poncii Ermengaudi, de Azillano, dixit
J se vidisse Jacobum, patrem dictæ Aiciæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et decessit faiditus.

670. Item[10] contra petitionem Longuæ Brunæ, uxoris condam P. Raimundi, de Tonencs, dixit se vidisse dictum P. Raimundum, de Tonenchis, faiditum et exheredatum de omnibus quæ habebat in senescallia Carcassonæ tempore comitis Montis Fortis, et faiditus et exhe-
K redatus decessit.

671. Item[11] contra petitionem Orgollosæ, filiæ quondam Bermundi de Ginestars, dixit se vidisse Bernardum Guillelmi, de Mociano, maritum dictæ Orgollosæ, faiditum in guerra vicecomitis, et fuit captus per fratrem Ferrarium apud Caunas[12] cum aliis militibus, et fregit

[1] *Miles comitis Montis Fortis, qui Montem Regalem castrum in feudum tenuit usque ad annum 1221; vide Vaissète, noviss. edit.*, t. VI, p. 541.
[2] *Cf.* § 203, 425 *et* 871.
[3] *Cf.* § 204, 273, 426 *et* 872.
[4] *Cf.* § 204, 274, 427 *et* 873.
[5] *Cf.* § 205, 275 *et* 874.
[6] *Cf.* § 206, 276, 428 *et* 875.
[7] *Cf.* § 209, 279, 429 *et* 879.
[8] *Cf.* § 93, 210, 353 *et* 800.
[9] *Cf.* § 211.
[10] *Cf.* § 213 *et* 281.
[11] *Cf.* § 214, 282, 430 *et* 881.
[12] Caunes, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

IMPRIMERIE NATIONALE.

carcerem. Item dixit se vidisse Adalaicim, matrem Orgollosæ prædictæ, hæreticam indutam, A
et fuit ducta ad ignem, sed conversa. Idem dixit de agente sicut de matre.

Fol. 52 v°. 672. Item[1] contra petitionem Saurimundæ filiæ Escuræ, dixit se vidisse Ardenam, Bernardum Pontii et Chatmarium, fratres dictæ Escuræ, faiditos in guerra comitis Montis Fortis et exheredatos, tam tempore comitis Montis Fortis quam domini regis.

673. Item[2] contra petitionem Finæ, uxoris quondam Bertrandi de Arcia, dixit se vidisse B
dictum Bertrandum faiditum in guerra vicecomitis contra dominum regem.

674. Item[3] contra petitionem Guarsendis, uxoris quondam Bernardi de Torrozella, dixit se vidisse dictum Bernardum faiditum tempore comitis Montis Fortis, antequam duxisset dictam Guarsendim in uxorem.

675. Item contra petitionem Finæ, uxoris quondam Arnaudi de Sancto Amancio, dixit C
se vidisse A. de S. Amancio et Pullum, fratrem ejus, faiditos in guerra comitis Montis Fortis.

676. Item[4] contra petitionem Avæ, uxoris quondam Guillelmi Pili Fortis, dixit se vidisse B. de Olonziaco, patrem dictæ Avæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse dictum Guillelmum Pili Fortis faiditum in guerra comitis Montis Fortis et domini regis et tempore faidimenti duxit dictam Avam. D

677. Item[5] contra petitionem Bernardi Gaschi, quondam filii Bernardi Gaschi, militis, de Redorta, dixit se vidisse dictum Bernardum, patrem, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et faiditus decessit.

678. Item[6] contra petitionem Mabiliæ, uxoris quondam Guallardi de Fano Jovis, dixit quod dicta Mabilia, vivente dicto Gallardo, primo viro suo, nupsit de facto P. Raimundo, de E
Ravato[7], a quo habuit filios et filias.

679. Item[8] contra petitionem Augerii de Ravato, nomine nepotum suorum, dixit se vidisse dictum Augerium faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis, in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse P. de Roca, patrem Hugonis de Roca et Sibiliæ, faiditum in guerra vicecomitis, qui adhuc vivit faiditus. F

680. Item[9] contra petitionem Guarsendis, filiæ Guillelmi de Sancto Felice quondam, dixit se vidisse dictum Guillelmum de Sancto Felice faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis et in guerra vicecomitis et exheredatum semper.

681. Item[10] contra petitionem Marquesiæ de Raissaco, dixit se vidisse B. de Raissaco faiditum tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis et exheredatum semper. G

682. Item[11] contra petitionem P. de Villario dixit se vidisse dictum P. faiditum tempore guerræ vicecomitis contra dominum regem.

Fol. 53. 682 *bis*. Item contra petitionem P. Guillelmi de Raissaco dixit se vidisse ipsum P. Guillelmi faiditum tempore guerræ vicecomitis.

683. Item[12] contra petitionem P. Guillelmi, dixit se vidisse G. Bernardi, patrem agentis, H
faiditum in guerra comitis Montis Fortis.

684. Item[13] contra petitionem Adelaicis de Robiano, dixit se vidisse P. de Torrozella faiditum in guerra vicecomitis.

685. Item[14] contra petitionem Audæ, uxoris quondam Pontii de Aviacio, dixit se vidisse Bernardum Pontii, fratrem dictæ Audæ, faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse I
Ar[naudum] de Capite Stagno faiditum tempore comitis Montis Fortis.

686. Item[15] contra petitionem Guarsendis de Villa Sicca, uxoris quondam Pontii Guillelmi, dixit se vidisse dictum Pontium Guillelmi, de Villa Sicca[16], faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et exheredatus decessit.

687. Item[17] contra petitionem Orgollosæ, filiæ quondam Chatmar de Redorta, dixit se J
vidisse Ar[naudum] de Azellano faiditum tempore vicecomitis contra dominum regem de ultima guerra.

688. Item[18] contra petitionem Petri de Redorta, dixit se vidisse Guillelmum de Redorta, patrem agentis, faiditum in guerra comitis Montis Fortis.

689. Item[19] contra petitionem Gaiæ, filiæ quondam Bernardi Pontii, de Cesseracio, dixit K
se vidisse dictum Bernardum Pontium et Othonem de Monte Bruno faiditos in guerra vicecomitis contra dominum regem.

[1] *Cf.* § 215, 283 *et* 882.
[2] *Cf.* § 284 *et* 432.
[3] *Cf.* § 433, 745 *et* 885.
[4] *Cf.* § 220 *et* 887.
[5] *Cf.* § 888 *et Sententiarum anni 1262 caput* 52.
[6] *Cf.* § 222.
[7] Rabat, Ariège, c^on^ Tarascon-sur-Ariège.
[8] *Cf.* § 287.
[9] *Cf.* § 890.
[10] *Clausula in cod. cancellata.*
[11] *Cf.* § 167, 511 *et* 614.
[12] *Vide Sententiarum anni 1262 caput* 65.
[13] *Cf.* § 288.
[14] *Cf.* § 289 *et* 891.
[15] *Cf.* § 223, 290, 434 *et* 892.
[16] Villesèque, Gard, c^on^ Sauve, c^ne^ Saint-Jean-de-Crieulon.
[17] *Cf.* § 224 *et* 893.
[18] *Cf.* § 225 *et* 895.
[19] *Cf.* § 226, 292, 436 *et* 896.

A 690. Item contra petitionem Ricardis, uxoris quondam Guillelmi Bernardi, de Azellano[1],
dixit se vidisse A. de Raissaco, filium dictæ Ricardis, faiditum tempore guerræ vicecomitis.

691. Item[2] contra petitionem Guillelmi Pelapulli, dixit se vidisse Bertrandum de Mal-
laco, patrem uxoris Guillelmi Pelapulli, faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit quod
Calva, mater Bertrandi de Mallacho, fuit uxor Rotgerii de Podio, et postea fuit uxor Ber-
B trandi de Mallaco, ut audivit dici, quem duxit in virum vivente dicto Rotgerio.

692. Item[3] contra petitionem Saurinæ, uxoris quondam Raimundi de Sancto Laurencio,
dixit se vidisse Arnaudum de Sancto Laurencio et Raimundum, fratrem ejus, faiditos tem-
pore comitis Montis Fortis, et vidit etiam B. de Sancto Laurencio, fratrem eorum, faiditum
similiter in prædictis guerris.

C 693. Item[4] contra petitionem P. Isarni, de Lavinaria, dixit se vidisse B. Arnaldi, de Lavi-
naria, et Petrum Raimundi, de Lavinaria, filium ejus, faiditos in guerra comitis Montis Fortis,
et dictus P. Ysarni, de Lavinaria, fuit captus pro hæresi et combustus, ut audivit dici.

694. Item[5] contra petitionem Orgollosæ, uxoris quondam Raimundi de Congosto, de Fol. 53 v°.
Laurano, dixit se vidisse Raimundum de Congosto faiditum in guerra vicecomitis, et ante,
D cum domino Guillelmo de Minerba. Item dixit se vidisse P. Aimerici faiditum tempore comitis
Montis Fortis.

695. Item[6] contra petitionem Blanchæ, uxoris quondam Gausberti de Laurano, dixit se
vidisse dictum Gausbertum faiditum tempore comitis Montis Fortis, et postea tempore
domini regis, post ejus adventum ad Avinionem, et in guerra vicecomitis contra dominum
E regem.

696. Item contra petitionem Berenguarii de Saurniaco, militis, dixit se vidisse B. Guil-
lelmum de Saurniaco, patrem agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis, et postea
fuit captus per gentes ejusdem comitis et suspensus.

697. Item[7] contra petitionem Petri Boer, de Narbona, dixit se vidisse G. de Sancta
F Valeria faiditum tempore domini regis, qui etiam fuit captus propter hæresim, et fracto
carcere aufugit; postea vidit ipsum faiditum in guerra vicecomitis contra regem.

698. Item[8] contra petitionem Guillelmæ de Villa Nova, dixit se vidisse Bernardum Ca-
telle, maritum ejus, faiditum in guerra comitis Montis Fortis et postea in guerra vicecomitis
contra dominum regem.

G 699. Item[9] contra petitionem Amati de Redorta, dixit se vidisse dictum Amatum faiditum
contra dominum regem, in guerra vicecomitis quondam Biterrensis.

700. Item[10] contra petitionem Raimundi Duri Fortis et Rotgerii, fratrum, dixit se vidisse
Badaonum, patrem eorum, faiditum in guerra comitis Montis Fortis, et postea in guerra
vicecomitis similiter vidit ipsum faiditum contra regem.

H 701. Item[11] contra petitionem Guarsendis Aturadæ, dixit se vidisse Guillelmum Aturadi,
maritum dictæ Guarsendis, faiditum in guerra comitis Montis Fortis, et vidit etiam R. Er-
mengaudi, ultimum maritum ejusdem Guarsendis, faiditum in guerra vicecomitis, et ante
fuit captus propter hæresim in terra comitis Tholosani.

Ista[12] quæ hic dicuntur debent dici super peticione G. Aturati.

I 702. Item[13] contra petitionem Ar[naudi] de Laurano, junioris, dixit se vidisse Ar[naudum]
de Laurano, patrem agentis, qui fuit filius Berenguariæ, faiditum in guerra comitis Montis
Fortis et postea tempore guerræ vicecomitis, propter quæ faidimenta dictus Ar[naudus] fuit
exheredatus et adhuc vivit exheredatus, et fuit captus pro hæresi et immuratus.

703. Item[14] contra petitionem Comdoris, uxoris quondam Ermengaudi Pelapulli, pro se
J et liberis Sibiliæ, sororis dictæ Comdoris, dixit se vidisse Petrum de Redorta, patrem dictæ
Comdoris, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Ermengaudum
Pelapulli et Isarnum, fratrem ejus, maritos dictarum Comdors et Sibiliæ, faiditos tempore
comitis Montis Fortis et postea tempore domini regis in guerra vicecomitis. Item vidit Gui-
donem, fratrem eorum, faiditum in guerra comitis Montis Fortis.

K 704. Item[15] contra universitatem de Laurano, dixit se vidisse quod villa de Laurano fuit Fol. 54.
contra comitem Montis Fortis tempore suo; postea vidit ipsam villam et universitatem faiditas
in guerra vicecomitis contra dominum regem, adhærendo vicecomiti et aliis hostibus domini
regis; postea similiter fuerunt faiditi in guerra comitis Tholosani. De tailla nichil scit.

[1] *Alibi* (§ 227 *et* 897) Guillelmus Bernardi, de Raissaco, *dicitur*.
[2] *Cf.* § 229, 293 *et* 899.
[3] *Cf.* § 230, 294 *et* 900.
[4] *Cf.* § 232, 295, 438 *et* 902.
[5] *Cf.* § 233 *et* 903.
[6] *Cf.* § 234, 297, 439 *et* 904.
[7] *Cf.* § 235, 298, 440 *et* 905.
[8] *Cf.* § 218, 236 *et* 906.
[9] *Cf.* § 237 *et* 907.
[10] *Cf.* § 238, 299, 441 *et* 908.
[11] *Cf.* § 239, 442 *et* 909.
[12] *Cf.* § 240, 300 *et* 910.
[13] *Cf.* § 241, 301, 443 *et* 911.
[14] *Cf.* § 243, 303 et 913.
[15] *Cf.* § 244 *et* 444.

705. Item[1] contra petitionem domini Amalrici de Narbona, dixit se vidisse dominum A
Aimericum de Narbona faiditum tempore comitis Montis Fortis, receptando comitem Impu-
riarum et comitem Nunonem[2], et alios inimicos dicti comitis, et ipse testis interfuit cum
comite Montis Fortis in insultu facto apud Narbonam per comitem Montis Fortis.

706. Item contra petitionem Let Baudeti, nomine patris sui et consort[i]um suorum,
dixit se vidisse G. de Minerba, patrem, faiditum tempore comitis Montis Fortis, qui recep- B
tabat publice hæreticos in castro suo, et decessit faiditus.

707. Item[3] contra petitionem Bernardæ, uxoris Karoli, militis, dixit se vidisse Ardenam
quondam, maritum suum, faiditum in guerra comitis Montis Fortis, et fuit interfectus apud
Olonziacum.

708. Item[4] contra petitionem sindic[or]um de Rivo, dixit se vidisse homines de Rivo, C
universitatem totam, contra comitem Montis Fortis, qui comes obsedit castrum et ibi stetit
diu. Item dixit se vidisse castrum de Rivo, scilicet homines ipsius castri, faiditos in guerra
vicecomitis et postea in guerra comitis Tholosani.

709. Item[5] contra petitionem Mabiliæ de Redorta, dixit se vidisse Bernardum de Re-
dorta, maritum ejus, faiditum in guerra vicecomitis, et R. de Redorta fuit filius ejus. D

710. Item contra petitionem R. Ariberti, militis, dixit se vidisse dictum R. Ariberti fai-
ditum tempore comitis Montis Fortis.

711. Item[6] contra petitionem Saissæ de Saxiaco, uxoris quondam Ermengaudi de Monte
Lauro, dixit se vidisse Ar[naudum] d'Esselegar, militem, patrem agentis, faiditum tempore
comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse Ermengaudum de Monte Lauro, maritum dictæ E
Saissæ, faiditum in guerra comitis Montis Fortis, in quo faidimento duxit ipsam, ut credit.

712. Item[7] contra petitionem Richardis, uxoris quondam Ar[naldi] Guillelmi, de Roso-
linch[is], [dixit] se vidisse Ar[naldum] Guillelmi, filium dicti Ar[naldi] Guillelmi, faiditum
in guerra vicecomitis contra dominum regem.

713. Item[8] contra petitionem Sauræ, filiæ quondam Nigri de Redorta, dixit se vidisse F
R. Rotgerii, maritum dictæ Sauræ, faiditum in guerra comitis Montis Fortis, et postea in
guerra vicecomitis.

714. Item contra petitionem Floris, uxoris quondam Bertrandi Gairaldi, dixit se vidisse
dictum Bertrandum faiditum tempore comitis Montis Fortis et exheredatum.

Fol. 54 v°. 715. Item[9] contra petitionem Petri Raimundi, de Alarico, dixit se vidisse Bertrandum G
de Gordono et Guillelmum de Gordono faiditos tempore comitis Montis Fortis.

716. Item[10] contra petitionem Floris de Monte Irato, dixit se vidisse G. Rotgerii, ma-
ritum dictæ Floris, faiditum in guerra comitis Montis Fortis, et tempore faidimenti [credit]
quod duxit ipsam.

717. Item[11] contra petitionem Estaciæ, dixit se vidisse Petrum de Conchis faiditum in H
guerra comitis Montis Fortis et postea in guerra domini regis, qui decessit faiditus et exhe-
redatus.

718. Item[12] contra petitionem Albiæ de Piuciano, dixit se vidisse Rotgerium de Monte
Serrato, maritum dictæ Albiæ, faiditum in guerra comitis Montis Fortis, et postea tem-
pore domini regis et in guerra vicecomitis contra regem. I

719. Item[13] contra petitionem Mabiliæ, uxoris quondam Johannis Montanerii, dixit se
vidisse dictum Johannem Montanerium faiditum in guerra vicecomitis, apud Montem Rega-
lem; et quando fecerunt pacem homines Montis Regualis, ipse fuit exclusus de pace et re-
mansit exheredatus, et ipsa exivit cum ipso de Monte Regali.

720. Item[14] contra petitionem consulum Montis Regalis, dixit quod homines Montis J
Regalis fuerunt, ipso teste vidente, contra dominum regem, et dominus J. de Bello Monte
obsedit dictum castrum pro domino rege; postea fecerunt pacem cum ipso domino Johanne,
nescit quomodo facta fuit. Item dixit se vidisse per L annos et plus quod communitas Montis
Regalis habebat et percipiebat leudam villæ Montis Regalis, quam modo accipit dominus
rex, et accepit ex quo dominus Johannes de Bello Monte venit. K

721. Item[15] contra petitionem Guidonis de Peirola, dixit se vidisse dictum Guidonem
faiditum in guerra vicecomitis. Item vidit etiam faiditum in ipsa guerra Guillelmum Petri
Boca de Lop.

[1] *Cf.* § 245, 304 *et* 914.
[2] *Hugo III, Empuriensis comes, et Nuno Sancii, qui postea Rossilionis comes fuit.*
[3] *Cf.* § 252, 308, 447 *et* 923.
[4] *Cf.* § 253, 309 *et* 924.
[5] *Cf.* § 254, 310 *et* 926.
[6] *Cf.* § 255 *et* 927.
[7] *Cf.* § 256 *et* 928.
[8] *Cf.* § 257, 311, 448 *et* 929.
[9] *Cf.* § 258, 312 *et* 930.
[10] *Cf.* § 313.
[11] *Cf.* § 259, 449 *et* 931.
[12] *Cf.* § 260 *et* 314.
[13] *Cf.* § 261 *et* 450.
[14] *Cf.* § 263, 318 *et* 934.
[15] *Cf.* § 118, 264, 366, 453, 815 *et* 935.

A 722. Item[1] contra petitionem Vesiadæ, uxoris quondam Sicardi de Duro Forti, dixit se
vidisse dictum Sicardum faiditum in guerra comitis Montis Fortis, et postea in guerra vice-
comitis contra dominum regem. Item dixit se vidisse Rostagnum de Monte Irato, primum
virum dictæ Vesiadæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

723. Item[2] contra petitionem Ar[naldi] Guillelmi, filii quondam Ar[naldi] Guillelmi, de
B Barbairano, dixit se vidisse Ar[naldum] Guillelmi, patrem agentis, faiditum tempore comitis
Montis Fortis et tempore domini regis, et decessit faiditus et exheredatus. Item dixit se
vidisse Ar[naldum] Guillelmi, agentem, faiditum in guerra vicecomitis.

724. Item contra petitionem hominum de Gradano[3], dixit se vidisse villam de Gradano
et homines villæ contra dominum regem tempore guerræ vicecomitis et in guerra comitis
C Tholosani.

725. Item[4] contra universitatem hominum de Rosticans[5], dixit se vidisse ipsos contra
dominum regem in guerra vicecomitis.

726. Item[6] contra petitionem Berengarii de Podio Therico, dixit se vidisse Bernardum
de Petra Blanca et Guillelmum de Sancto Juliano, fratres, faiditos in guerra vicecomitis et
D ante contra dominum regem.

727. Item[7] contra petitionem Guillelmi Hugonis, dixit se vidisse Falconem de Rosticanis,
patrem agentis, faiditum in guerra vicecomitis.

[B. DE PETRA] BLANQUA [DE] RIVO, TESTIS, DEPOSUIT UT INFERIUS CONTINETUR. Fol. 55.

728. Contra petitionem Ermenjardis, filiæ quondam Arnaldi de Solagio, *etc.*[8], dixit quod
E ipse vidit faiditum in guerra vicecomitis P. de Cuguniano[9], cui vicecomes tunc dederat cas-
trum de Banholis[10].

729. Contra[11] petitionem Fais, filiæ quondam Pauqueti de Pulcro Castro[12], *etc.*, dixit
quod ipse vidit Guillelmum de Taxo, virum dictæ Fais, et ipsam Fays faiditos in guerra vice-
comitis quondam Carcassonæ, nomine Trencavelli.

F 730. Contra[13] petitionem Guiraudi de Petra Pertusa, filii quondam Raimundi de Petra
Pertusa, *etc.*, dixit quod vidit Raimundum de Petra Pertusa multociens stantem apud Nar-
bonam exheredatum, et credit quod fuisset faiditus. Dixit etiam se vidisse Jusianam, uxo-
rem quondam B. Pelapulli, stantem apud Fanum Jovem in guerra comitis Tholosani, et
credit quod esset faidita.

G 731. Contra[14] petitionem Blanquæ, uxoris quondam Raimundi de Gordone, de Podio
Nauterio, *etc.*, dixit se vidisse dictum Raimundum de Gordone faiditum tempore comitis
Montis Fortis et in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse Arnaldum de Guindra, patrem
dictæ Blanquæ, faiditum ante guerram vicecomitis et in guerra ejusdem vicecomitis.

732. Contra[15] petitionem Garsendis, uxoris G. de Cadro, de Sirano[16], *etc.*, dixit quod
H ipse vidit prædictam Garsendim crucesignatam de feutro, crimine hæresis. Item dixit se
vidisse quod prædictus G. de Cadro fuit captus apud Caunas, crimine hæresis, per fratrem
Ferrarium cum quibusdam aliis militibus et incarceratus apud Carcassonam cum illis aliis
militibus, inter quos ipse testis similiter fuit captus. Item dixit quod ipse vidit faiditum dic-
tum G. de Cadro in guerra vicecomitis.

I 733. Contra[17] petitionem dominæ Ermenjardis, uxoris Arnaldi de Guindra, *etc.*, dixit
quod ipse vidit prædictum Arnaldum de Guindra incarceratum apud Carcassonam crimine
hæresis. Item dixit quod vidit ipsum Arnaldum de Guindra faiditum ante guerram vice-
comitis et in illa guerra ejusdem vicecomitis Carcassonæ. Dixit etiam quod tempore comitis
Montis Fortis vidit quod P. Mir, de Fano Jovis, erat cum gentibus dicti comitis Montis Fortis,
J et fuit per aliquod tempus, cum quo P. Mirone dictus Arnaldus de Guindra manebat et
equitabat, [sed[18] postea vidit dictum P. Mironem contra dictum comitem Montis Fortis,
et credit quod dictus Arnaldus de Guindra esset tunc cum dicto P. Mirone contra comitem
Montis Fortis].

734. Contra[19] petitionem dominæ Orpays, uxoris quondam Bernardi Bocardi, de Ul- Fol. 55 v°

[1] *Cf.* § 266 *et* 319.
[2] *Cf.* § 267, 320, 455 *et* 936.
[3] Grèzes, Aude, c^on^ et c^on^ Carcassonne.
[4] *Cf.* § 937.
[5] Rustiques, Aude, c^on^ Capendu.
[6] *Cf.* § 268, 321, 456 *et* 938.
[7] *Cf.* § 157, 269, 322, 457, 503, 600 *et* 837.
[8] *Notam etc. hic et infra codex exhibet.*
[9] *Is P. de Cuguniano Ermenjardem uxorem duxerat. Vide* § 2 et 331.
[10] Bagnoles, Aude, c^on^ Conques.
[11] *Cf.* § 332.
[12] Belcastel-et-Buc, Aude, c^on^ Saint-Hilaire.
[13] *Cf.* § 3 *et* 333.
[14] *Cf.* § 4 *et* 334.
[15] *Cf.* § 6 *et* 337.
[16] Siran, Hérault, c^on^ Olonzac.
[17] *Cf.* § 7 *et* 338.
[18] *Quæ uncis includi curavimus, ea in cod. deleta sunt.*
[19] *Cf.* § 8 *et* 339.

mis, *etc.*, dixit quod ipse vidit Bernardum Bocardi prædictum faiditum tempore comitis A
Montis Fortis et domini regis, et erat faiditus tempore comitis Montis Fortis, antequam
duxisset uxorem.

735. Contra[1] petitionem dominæ Aladaiscis, uxoris quondam Guillelmi de Petra Pertusa, de Cane Suspenso, dixit quod Guillelmus de Petra Pertusa, vir ejus, fuit faiditus
tempore comitis Montis Fortis, et tempore domini regis et in guerra vicecomitis. B

736. Contra[2] petitionem Geraldi de Pipionibus, militis, dixit quod ipse vidit Geraldum de Pipionibus faiditum in guerra vicecomitis.

737. Contra[3] petitionem dominæ Aladaiscis de Minerba et Brunessendis, filiæ quondam P. de Minerba, *etc.*, dixit quod dominus Esquivus de Minerba fuit faiditus toto tempore
comitis Montis Fortis. C

738. Contra[4] petitionem dominæ Garsendis, uxoris quondam Raimundi Ermengaudi, de Laurano, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Raimundum Ermengaudi faiditum tempore guerræ vicecomitis et stantem cum Chatberto de Barbairano.

739. Contra[5] petitionem Pelfortæ, filiæ quondam Pelforti de Sirano, *etc.*, dixit quod
ipse vidit Pelum Fortem, patrem dictæ Pelfortæ, cum domino comite Montis Fortis, et D
nunquam vidit eum faiditum. Dixit tamen quod Pilus Fortis, filius quondam prædicti Pili Fortis, fuit faiditus in guerra vicecomitis, et ipse vidit eum faiditum in ipsa guerra, prout dicit.

740. Contra[6] petitionem Ermensendis, uxoris quondam Gauserandi de Capite Stagni, *etc.*,
dixit quod Stephanus de Serviano fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et in capcione E
dicti comitis decessit, qui Stephanus de Serviano fuit pater dictæ agentis.

741. Contra petitionem Saurinæ de Asclano, *etc.*, dixit quod ipse vidit Petrum Bernardi, patrem dictæ agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis, antequam duxisset uxorem.

742. Contra petitionem Raimundi Dozeti, de Sirano, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos F
tempore domini regis Francorum et contra ipsum dominum regem Cassabueu de Sirano et Raimundum Dozeti, fratrem ejus, agentem. Item dixit quod vidit eos faiditos in guerra vicecomitis.

Fol. 56. 743. Contra[7] petitionem Flors, filiæ Guillelmi Fortis, de Podio Nauterii, uxoris quondam Alfarici, *etc.*, dixit quod ipse vidit Guillelmum Alfaricum, patrem istius Alfarici qui G
vivit, captum et condempnatum de hæresi per fratrem Ferrarium apud Caunas et incarceratum apud Carcassonam, dicens quod ipsemet testis[8] fuit captus tunc cum dicto Guillelmo Alfarici et quibusdam aliis. Item dixit quod vidit faiditum dictum Guillelmum Alfarici ante guerram vicecomitis et in guerra vicecomitis, et audivit dici et credit quod dictus Guillelmus
Alfarici fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, quia comes Montis Fortis vel alii pro H
ipso tenebant terram dicti Guillelmi Alfarici, sicut de aliis faiditis. Item dixit se vidisse faiditum Guillelmum Fortem, patrem dictæ Flors, tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

744. Contra[9] petitionem Flors, filiæ quondam Guillelmi Fortis, de Podio Nauterio, *etc.*,
dixit quod Bertrandus de Roqua Talada, quando copulavit sibi dictam agentem post guer- I
ram vicecomitis, erat exheredatus et ante bene per tres annos et amplius, et credit quod erat faiditus dictus Bertrandus. Dixit etiam quod dicta Flors habebat tunc alium maritum vivum, scilicet Alfaricum, filium quondam Guillelmi Alfarici, qui adhuc vivit.

745. Contra[10] petitionem Garsendis, uxoris quondam Bernardi de Torrozella, *etc.*, dixit
quod ipse vidit Bernardum de Torrozella, antequam haberet dictam Garsendim in uxorem, J
faiditum tempore comitis Montis Fortis.

746. Contra[11] petitionem Raimundæ, uxoris quondam Bernardi de Fraicheneda, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum tempore comitis Montis Fortis, in obsidione de Rivo, contra dictum comitem Montis Fortis, Bernardum de Fraicheneda. Nescit tamen si tunc habebat
uxorem vel non. K

747. Contra[12] petitionem Audæ, uxoris quondam Bernardi de Cella Vinaria, *etc.*, dixit quod ipse vidit Bernardum de Cella Vinaria faiditum tempore comitis Montis Fortis et contra ipsum comitem, sed postea fecit pacem dictus Bernardus de Cella Vinaria cum dicto comite, et misit se cum ipso comite apud Carcassonam, et fuit valitor ejus; et post recessum comitis

[1] *Cf.* § 9 *et* 396.
[2] *Cf.* § 10 *et* 340.
[3] *Cf.* § 11 *et* 341.
[4] *Cf.* § 12 *et* 343.
[5] *Cf.* § 13 *et* 344.
[6] *Cf.* § 14 *et* 345.
[7] *Cf.* § 18, 19, 181, 413, 527, 635, 744 *et* 855.
[8] *B. de Petra Blanca de Rivo.*
[9] *Cf.* § 18, 19, 181, 413, 527, 635, 743 *et* 855.
[10] *Cf.* § 433, 674 *et* 885.
[11] *Cf.* § 20.
[12] *Cf.* § 21.

A Montis Fortis, quando fuit expulsus de terra ista per vim hostium, dictus Bernardus de
Cella Vinaria misit se cum vicecomite Carcassonæ apud Carcassonam, et fuit contra dominum regem semper post adventum suum apud Avinionem cum vicecomite antedicto. Item dixit quod vidit eundem Bernardum de Cella Vinaria faiditum in guerra vicecomitis.

748. Contra[1] petitionem Guillelmi et Pelforti de Cesseracio, *etc.*, dixit quod Garsendis, Fol. 56 v°.
B mater eorum, fuit semper faidita et exheredata tempore comitis Montis Fortis et domini regis. Item dixit quod vidit Bernardum Arnaldi, filium quondam Nielli de Rosticanis, faiditum apud Cabaretum contra dominum regem. Item dixit quod vidit prædictos agentes faiditos in guerra vicecomitis, et adhuc sunt.

749. Contra[2] petitionem Gayæ, filiæ quondam Aladaiscis de Aragone, *etc.*, dixit quod
C ipse vidit Guillelmum de Aselano, maritum quondam Aladaiscis de Aragone, faiditum in guerra vicecomitis et ante illam guerram, dicens quod prædictus Guillelmus de Aselano aufugit de terra ista, quando ipse testis et alii milites fuerunt capti apud Caunas per fratrem Ferrarium, et postea dictus Guillelmus de Aselano non fuit ausus stare in terra ista aperte, nisi in guerris quas[3] comes Tholosanus et vicecomes Carcassonæ fecerunt contra
D dominum regem. Item dixit quod prædictus Guillelmus de Aselano fuit combustus apud Narbonam de novo pro hæretico. Item dixit se vidisse Ar[naldum] de Aragone et Rogerium de Aragone, fratres dictæ Aladaiscis, faiditos tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis. Item dixit quod prædicti Ar[naldus] de Aragone et Rogerius maritaverunt dictam Aladaiscem, sororem suam, dicto Guillelmo de Aselano.

E 750. Contra[4] petitionem Berengarii de Moscio, *etc.*, dixit quod ipse vidit Guillelmum de Gordono faiditum toto tempore comitis Montis Fortis, ex quo Gallici primo venerunt.

751. Contra[5] petitionem Grossæ, filiæ quondam P. de Podio, *etc.*, dixit quod dictus P. de Podio fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et post adventum domini regis ad Avinionem remansit extra pacem, ita quod tota terra ejus remansit domino regi, quam te-
F nuit postea dominus comes Fuxensis[6] ex dono domini regis[7], ut ipse testis audivit dici; sed postea dictus comes reddidit terram illam dicto P. de Podio, ut audivit dici. Item dixit quod ipse vidit Hugonem Ermengaudi, maritum dictæ Grossæ, quondam faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis similiter. Item dixit quod Bernardus Sermon, qui modo est maritus dictæ Grossæ, fuit exheredatus semper postquam dominus rex habuit
G terram istam, et faiditus.

752. Contra petitionem Guillelmi Sigarii et Remegii, fratrum, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum dictum Remegium in guerra vicecomitis.

753. Contra[8] petitionem dominæ Marquesiæ, filiæ quondam Aimerici de Claro Monte, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum P. de Laurano, maritum dictæ Marquesiæ, tempore co-
H mitis Montis Fortis et tempore domini regis. Item dixit quod ipse vidit Aimericum de Claro Monte, fratrem dictæ Marquesiæ, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

754. Contra[9] petitionem Petri Rogerii, filii quondam P. de Laurano, *etc.*, dixit quod Fol. 57.
ipse vidit dictum P. de Laurano faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et decessit faiditus.

I 755. Contra[10] petitionem Sebeudæ, uxoris quondam Amelii de Sancto Saturnino, de Laurano, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos in guerra vicecomitis Hugonem Ermengaudi et Bermundum, fratres quondam Petri de Pipionibus. Dixit tamen quod P. de Pipionibus, frater prædictorum, erat deffunctus per longum tempus ante guerram vicecomitis.

756. Contra petitionem Guiraudi Bocardi, de Ulmis[11], *etc.*, dixit quod ipse vidit Ber-
J nardum Bocardi, patrem dicti Geraldi, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

757. Contra petitionem P. de Ulmis, dixit quod ipse vidit faiditos tempore comitis Montis Fortis Bernardum de Sancto Laurencio et Arnaldum de Sancto Laurencio, fratrem ejus.

K 758. Contra[12] petitionem Petri Raimundi, de Argiens, *etc.*, dixit quod Petrus Raimundi, de Argiens, pater dicti agentis, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod dictus Petrus Raimundi pater fuit cum domino rege Francorum et in servicio ejus post adventum suum apud Avinionem, et in servicio domini regis obiit, quia fuit vulneratus per occulum cum quarrello. Interrogatus qualiter sciebat, dixit quod bene sciebat, set non
L interfuit morti ejus. Dixit etiam quod multum doluit ipse testis de morte illius.

[1] *Cf.* § 23.
[2] *Cf.* § 25.
[3] *Cod.* que.
[4] *Cf.* § 26, 199, 423, 539 *et* 867.
[5] *Cf.* § 27.
[6] *Rogerius Bernardi II.*
[7] *Vide Vaissète, noviss. edit.*, VIII, 906.
[8] *Cf.* § 28.
[9] *Cf.* § 29.
[10] *Cf.* § 30.
[11] Homps, Aude, c^on Lézignan.
[12] *Cf.* § 48 *et* 770.

759. Contra[1] petitionem P. de Villis Passantibus, *etc.*, dixit quod ipse vidit Eleazarium A de Grava, socerum dicti P. de Villis Passantibus, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. Item dixit quod vidit eum captum apud Caunas crimine hæresis et incarceratum apud Carcassonam, cum quibusdam aliis militibus, inter quos dictus testis fuit captus eodem crimine.

760. Contra[2] petitionem Jordani de Cabareto, filii quondam Jordani de Cabareto, *etc.*, B dixit quod ipse vidit Jordanum de Cabareto, patrem dicti agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis; tamen dixit quod, quando dominus rex venit apud Avinionem et fuit dominus istius terræ, dictus Jordanus fecit pacem cum dicto domino rege, prout ipse testis audivit dici, et audivit dici quod propter hoc fuit captus dictus Jordanus de Cabareto, quia fecerat pacem cum domino rege, ab Isarno Jordano, inimico domini regis, qui eundem Jor- C danum de Cabareto tradidit captum comiti Tholosano.

Fol. 57 v°. 761. Contra[3] petitionem Eleazarii et sororum ejus, Marquesiæ, Audæ et Ermenjardis, liberorum quondam Eleazarii de Grava, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Eleazarium de Grava faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

762. Contra[4] petitionem Raimundæ, filiæ quondam Guillelmi Sigerii, de Monte Lauro[5], D uxoris quondam Radulfi de Aqua Viva, *etc.*, dixit quod Guillelmus Sigerii, de Monte Lauro, semper fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et decessit faiditus. Item dixit se audivisse dici quod Radulfus de Aqua Viva prædictus fuit captus a quodam francigena, et quod redemit se a capcione illa.

763. Contra[6] petitionem Pili Fortis, de Cesseratio, et Guillelmi, fratris ejus, *etc.*, dixit E quod ipse vidit prædictos fratres et Bernardum, fratrem eorum[7], faiditos in guerra vicecomitis.

764. Contra[8] petitionem Guillelmi Petri, de Petriaco, filii quondam Bernardi de Fraicheneda, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum tempore comitis Montis Fortis in obsidione de Rivo Bernardum de Fraicheneda antedictum. Item dixit quod vidit eum captum apud F Caunas per fratrem Ferrarium crimine hæresis et incarceratum apud Carcassonam.

765. Contra[9] petitionem Gausion, uxoris Guillelmi de Ponte, militis, de Aqua Viva, *etc.*, dixit quod Guillelmus de Ponte fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. Dixit tamen se audivisse dici a dicto Guillelmo de Ponte quod ipse præsentaverat se garnisioni Carcassonæ in princi[pi]o guerræ vicecomitis et quod volebat intrare infra G dictam civitatem Carcassonæ ad servicium domini regis faciendum.

766. Contra[10] petitionem Mabiliæ, uxoris quondam Jordani de Cabareto, *etc.*, dixit quod ipse vidit quod Jordanus de Cabareto fuit maritus dominæ Orbriæ, et postea dictus Jordanus, vivente dicta Orbria, habuit in uxorem vel tenuit tanquam uxorem dominam Mabiliam, quæ fuit filia, ut ipse audivit dici, Arnaldi de Aragone. Item dixit quod dicta Mabilia fuit H faidita tempore guerræ vicecomitis et manebat ipsa apud Montem Joy[11] post illam guerram. Item dixit quod dictus Jordanus de Cabareto nupsit cum dicta Mabilia, tempore quo erat faiditus contra Montis Fortis comitem ipse Jordanus.

767. Contra[12] petitionem Guillelmi de Castellone et Hugonis et Pontii, fratrum, de Monte Regali, *etc.*, dixit quod ipse vidit Guillelmum de Castilione, patrem dictorum agen- I cium, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis et in guerra vicecomitis. Item dixit quod dictus Guillelmus de Castilione duxit uxorem, nomine Gordonam, tempore quo erat faiditus ipse Guillelmus de Castilione, dum terra ista erat excommunicata post recessum comitis Montis Fortis.

Fol. 58. 768. Contra[13] petitionem Pelapullæ, filiæ quondam Lupati de Podio, *etc.*, dixit quod J dictus Lupatus fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et Guillelmus Petri, filius dicti Lupati, fuit faiditus in guerra vicecomitis.

769. Contra[14] petitionem Sauræ, filiæ quondam Amelii de Morterio, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos toto tempore comitis Montis Fortis Jordanum de Sancto Felice, patrem, et Jordanum et Bertrandum et Guillelmum Jordani, filios dicti Jordani de Sancto Felice, K patris, et dictus Bertrandus fuit faiditus apud Cabaretum post adventum domini regis apud Avinionem. Item dixit quod dictus Jordanus de Sancto Felice, maritus dictæ Sauræ, fuit faiditus in guerra vicecomitis, et post illud faidimentum duxit dictam Sauram in uxorem faiditus.

[1] *Cf.* § 31.
[2] *Cf.* § 32. *Vide etiam* § 373.
[3] *Cf.* § 33.
[4] *Cf.* § 35.
[5] Montlaur, Aude, c[on] la Grasse.
[6] *Cf.* § 37.
[7] *Cod.* ejus.
[8] *Cf.* § 38.
[9] *Cf.* § 42.
[10] *Cf.* § 43.
[11] Montjoi, Aude, c[on] Mouthoumet.
[12] *Cf.* § 44.
[13] *Cf.* § 45.
[14] *Cf.* § 46.

A 770. Contra[1] petitionem Petri Raimundi, de Argiens, et B. de Podio, fratrum, *etc.*, dixit
quod ipse vidit Petrum Raimundi, de Argiens, patrem dicti Petri Raimundi, faiditum tem-
pore comitis Montis Fortis. Item dixit quod postea, post adventum domini regis ad Avi-
nionem, quando fuit dominus istius terræ, fecit pacem cum ipso domino rege dictus
Petrus Raimundi, de Argiens, pater, prout ipse audivit dici, et quod fuit interfectus in
B servicio domini regis cum quarrello apud Mansum de Cabardesio[2]. Item dixit quod G. de
Podio fuit faiditus in guerra vicecomitis.

771. Contra[3] petitionem Geraldæ, uxoris Guillelmi Fortis, *etc.*, dixit quod Guillelmus
Fortis, maritus dictæ Geraldæ, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et in guerra
vicecomitis, et adhuc vivit faiditus et exheredatus.

C 772. Contra[4] petitionem Bonæ Feminæ, de Monte Regali, uxoris quondam Guillelmi
de Vicco, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum tempore comitis Montis Fortis Guillelmum
de Vicco, maritum dictæ agentis. Item dixit quod dictus Guillelmus de Vicco duxit dictam
Bonam Feminam in uxorem tempore faidimenti. [Item dixit quod Bernardus de Villa Tra-
verio, pater dictæ Bonæ Feminæ, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis[5].] Item dixit
D quod dictus Guillelmus de Vicco et prædicta uxor ejus fuerunt faiditi in guerra vicecomitis.

773. Contra[6] petitionem Raimundæ, uxoris quondam Raimundi Guiraudi, de Caba-
reto, *etc.*, dixit quod ipse vidit Raimundum Guiraudi antedictum faiditum tempore comitis
Montis Fortis.

774. Contra[7] petitionem Orpais, uxoris quondam Petri Raimundi, de Drula, *etc.*, dixit Fol. 58 v°.
E quod ipse vidit faiditum tempore comitis Montis Fortis Raimundum Sicredii, fratrem dictæ
Orpais.

775. Contra[8] petitionem Philippæ, uxoris Guillelmi Vassalli, de Monte Regali, *etc.*, dixit
quod prædicti vir et uxor decesserunt faiditi et exheredati de guerra vicecomitis quondam
Carcassonæ.

F 776. Contra[9] petitionem Aisciæ, uxoris quondam Bernardi Romeui, de Petriaco, *etc.*,
dixit quod ipse vidit prædictum Bernardum Romeui faiditum tempore comitis Montis Fortis.

777. Contra[10] petitionem Pontii de Castilione, *etc.*, dixit quod ipse vidit Pontium de
Castilione, de Tribus Bonis, qui adhuc vivit, faiditum in guerra vicecomitis, et adhuc vivit
faiditus et exheredatus.

G 778. Contra[11] petitionem Petri Berengarii, filii condam Arnaldi Guillelmi, de Aquis
Vivis, *etc.*, dixit quod Arnaldus Guillelmi antedictus fuit faiditus in guerra vicecomitis, et
decessit faiditus de illa guerra.

779. Contra[12] petitionem Morretæ de Monte Regali, uxoris Guillelmi Sigarii, de Roqua
Fera[13], *etc.*, dixit quod ipse vidit Guillelmum Sigarii antedictum et Raimundum Atfredii,
H fratrem ejus, faiditos ex omnibus guerris, scilicet tempore comitis Montis Fortis et domini
regis et in guerra vicecomitis.

780. Contra petitionem Riquæ de Alsona, uxoris quondam Raimundi Atfredi, de Roqua
Fera, *etc.*, dixit quod vidit faiditos in guerra vicecomitis prædictos Raimundum Atfredi et
Riquam, uxorem ejus.

I 781. Contra[14] petitionem Comdors, uxoris Leonis de Rebentino, *etc.*, dixit quod dicta
Comdors jam decessit, et vir ejus prædictus adhuc vivit, et fuit faiditus de guerra comitis
Montis Fortis et vicecomitis.

782. Contra[15] petitionem Marquesiæ, filiæ quondam Arnaldi Raimundi, de Podio Te-
rico, *etc.*, dixit quod Arnaldus Raimundi, pater dictæ Marquesiæ, fuit faiditus tempore co-
J mitis Montis Fortis, et dicta Marquesia et Raimundus Ermengaudi, vir suus, fuerunt faiditi
in guerra vicecomitis.

783. Contra petitionem Guillelmæ de Pradis, uxoris quondam Esquivi de Issalabra[16],
militis, *etc.*, dixit quod ipse vidit prædictam Guillelmam stare apud Fenoletum[17] ante guer-
ram vicecomitis, et credit quod faidita erat, quia ipsa Guillelma dixit eidem testi quod
K exheredata erat, ut ipse dicit.

784. Contra[18] petitionem Germundæ de Rosticanis, *etc.*, dixit quod Hugo de Rosticanis, Fol. 5
pater dictæ Germundæ, et Guillelmus Sigarii, de Monte Lauro, vir dictæ Germundæ quon-

[1] *Cf.* § 48 *et* 758.
[2] Mas-Cabardès, Aude, arr. Carcassonne.
[3] *Cf.* § 55.
[4] *Cf.* § 56.
[5] *Deleta sunt in cod. ea quæ hic uncis inclusimus.*
[6] *Cf.* § 57, 112 *et* 812.
[7] *Cf.* § 59.
[8] *Cf.* § 60.
[9] *Cf.* § 62.
[10] *Cf.* § 64, 78, 350 *et* 789.
[11] *Cf.* § 65.
[12] *Cf.* § 66.
[13] Roquefère, Aude, c^{on} Mas-Cabardès.
[14] *Cf.* § 68.
[15] *Cf.* § 69.
[16] Chalabre, Aude, arr. Limoux.
[17] Fenouillet, Aude, c^{on} Alaigne.
[18] *Cf.* § 70, 115, 363 *et* 468.

IMPRIMERIE NATIONALE.

dam, fuerunt faiditi temporibus comitum Montis Fortis et domini regis. Item dixit quod A dicta Girmunda et filii sui fuerunt faiditi in guerra vicecomitis, et adhuc sunt faiditi et manent apud Yschel[1]. Item dixit quod Pontius Hugo, de Rusticanis, filius fuit dicti Hugonis de Rosticanis et frater dictæ Girmundæ, et fuit faiditus in guerra vicecomitis.

785. Contra[2] petitionem Fabrissæ, uxoris quondam Bernardi de Villa Nova, *etc.*, dixit quod ipse vidit Bernardum de Villa Nova antedictum faiditum in guerra vicecomitis. B

786. Contra[3] petitionem Genc[ianæ], filiæ quondam Bernardi de Monte Regali, de Carcassona, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Bernardum de Monte Regali manentem apud Avinionem in Provincia post guerram vicecomitis, dicens quod dictus Bernardus de Monte Regali fuit ejectus de terra ista per gentes domini regis, ut credit, et dixit quod dictus Bernardus non erat ausus permanere in terra ista. C

787. Contra petitionem Braidæ, uxoris Aimerici de Podio, *etc.*, dixit quod Isarnus de Brassiaco[4], pater dictæ Braidæ, fuit immuratus pro hæresi apud Castras. Item dixit quod G. de Podio, pater quondam dicti Aimerici de Podio, fuit faiditus de omnibus guerris comitum Montis Fortis.

788. Contra[5] petitionem Petri Rogerii, de Cabareto, et Jordani, fratrum, *etc.*, dixit quod D ipse vidit Jordanum de Cabareto, patrem dictorum agencium, faiditum de omnibus guerris comitum Montis Fortis, et quod dictus Jordanus sustinebat hæreticos apud Cabaretum, ita quod manebant publice apud Cabaretum, quando dictus Jordanus tenebat Cabaretum. Item dixit quod dictus Petrus Rogerii et domina Orbria, mater dicti Petri Rogerii, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis. Item dixit quod ipse vidit quod dictus Jordanus habebat duas uxores E de facto, simul viventes, videlicet dominam Mabiliam et dominam Orbriam. Item dixit quod dicta domina Orbria fuit copulata tempore faidimenti patri agencium.

789. Contra[6] petitionem Pontii de Castilione, de Tribus Bonis, *etc.*, dixit quod ipse vidit eum faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

790. Contra[7] petitionem Ricxendis, uxoris quondam Raimundi de Taxo, de Limoso, *etc.*, F dixit quod P. de Taxo fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

Fol. 59 v°. 791. Contra[8] petitionem Berengariæ, uxoris quondam B. Pelapulli Copada, de Villa Mostancione[9], *etc.*, dixit quod ipse vidit dictam Berengariam et Raimundum Pelapulli et Bernardum, filios ejus, faiditos in guerra vicecomitis, et fuerunt inter faiditos apud Villam G Mostancionem, et idem fecerunt in secunda guerra sequenti, et adhuc sunt exheredati pro illo faidimento, ut asserit dictus testis.

792. Contra[10] petitionem Raimundi Pelapulli et Bernardi, fratrum, dixit idem quod in præcedenti testimonio.

793. Contra[11] petitionem Pullæ, filiæ quondam Lupati de Podio, *etc.*, dixit quod dictus H Lupatus fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis.

794. Contra[12] petitionem Guillelmi Stephani et Raimundi Morlanæ, *etc.*, dixit quod ipse vidit eos faiditos in guerra vicecomitis, cum aliis de burgo Carcassonæ.

795. Contra[13] petitionem Raimundi Asemarii, qui dicitur Pilus de Estivo, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Pilum de Estivo faiditum in guerra vicecomitis, cum aliis hominibus sub- I urbii Carcassonæ. Item dixit quod ipse vidit faiditos in dicta guerra Petrum Ferrandi et Berengarium Ferrandi et Pontium Patolli, de Tribus Bonis.

796. Contra[14] petitionem Sicardæ, uxoris quondam Raimundi de Caunetis[15], *etc.*, dixit quod ipse vidit Monachum de Vilarzello faiditum semper a primo adventu crucesignatorum citra, dum vixit. J

797. Contra[16] petitionem Audæ, filiæ quondam Lupati de Podio, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum dictum Lupatum tempore comitis Montis Fortis, et dixit quod decessit faiditus et audivit dici quod maritavit dictam Audam tempore faidimenti.

798. Contra[17] petitionem Arnaldæ, viduæ, uxoris quondam Raimundi Calveti, de Conchis, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos in guerra vicecomitis prædictam agentem, et prædic- K tum Raimundum Calveti, maritum ejus.

799. Contra[18] petitionem Raimundæ, uxoris quondam Isarni de Pesincho, *etc.*, dixit

[1] Issel, Aude, c^on Castelnaudary.
[2] *Cf.* § 71.
[3] *Cf.* § 72.
[4] Brassac, Tarn, arr. Castres.
[5] *Cf.* § 75 *et* 347.
[6] *Cf.* § 64, 78, 350 *et* 777.
[7] *Cf.* § 79.
[8] *Cf.* § 81.
[9] Villemoustaussou, Aude, c^on Conques.
[10] *Cf.* § 82.
[11] *Cf.* § 83.
[12] *Cf.* § 86 *et* 352.
[13] *Cf.* § 87, 192, 421, 537, 651 *et* 864.
[14] *Cf.* § 88.
[15] Caunettes, Aude, c^on la Grasse.
[16] *Cf.* § 89.
[17] *Cf.* § 90.
[18] *Cf.* § 91.

quod ipse vidit faiditum dictum Isarnum de Pesincho tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis similiter.

800. Contra[1] petitionem Austorguæ, uxoris Amelii de Petriacho, *etc.*, dixit quod ipse vidit Guillelmum Petri, de Petriaco, patrem dicti Amelii, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod ipse vidit dictum Amelium captum et incarceratum pro hæresi apud Carcassonam, et, fracto carcere in quo erat, vidit eundem Amelium faiditum in guerra vicecomitis, et adhuc est. Fol. 60.

801. Contra[2] petitionem Genc[ianæ] et Simonæ, sororum, filiarum quondam Estouti de Monte Serrato, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos tempore comitis Montis Fortis et domini regis dictum Estoutum de Monte Serrato et Rogerium de Monte Serrato, fratrem suum, et dixit quod Rogerius de Monte Serrato decessit faiditus.

802. Contra[3] petitionem Guillelmi Asemarii, de Conchis, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum et exheredatum Raimundum Calveti, patrem dicti agentis. Item dixit quod vidit prædictum Raimundum Calveti faiditum in guerra vicecomitis.

803. Contra[4] petitionem Arnaldi Raimundi, de Molino, filii quondam Raimundi Arnaldi, de Molino, *etc.*, dixit quod ipse vidit Rogerium[5] de Biterri, quondam vicecomitem, et Petrum Rogerii, de Cabareto, faiditos tempore comitis Montis Fortis.

804. Contra[6] petitionem Arnaldi Guillelmi, de Rosolenx, *etc.*, dixit quod ipse vidit eum faiditum in guerra vicecomitis, et portabat balistam dictus Arnaldus Guillelmi in illa guerra.

805. Contra[7] petitionem Aladaiscis, uxoris quondam Bec de Conchis, *etc.*, dixit quod Arnaldus Guillelmi, de Aqua Viva, fuit faiditus in guerra vicecomitis et decessit faiditus.

806. Contra[8] petitionem Audæ, uxoris quondam Raimundi Fabri, cambiatoris, *etc.*, dixit quod ipse vidit Olivarium de Saxiaco faiditum semper tempore comitis Montis Fortis. — Item dixit dictus testis, contra aliam peticionem dictæ Audæ, quod G. de Podio, et Oliverius de Saxiaco, et Arnaldus Raimundi, de Podio, et P. Rogerii, de Cabareto, et Jordanus de Sancto Felice, et Arnaldus Raimundi, de Podio, et Raimundus de Podio fuerunt faiditi tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

807. Contra[9] petitionem Petri Berengarii, de Tribus Bonis, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Petrum Berengarium faiditum in guerra vicecomitis. Fol. 60 v°.

808. Contra[10] petitionem Petri Hotonis, de Alairaco[11], *etc.*, dixit quod Estoutus et Rogerius de Monte Serrato, fratres, fuerunt faiditi tempore comitis Montis Fortis, et Rogerius prædictus decessit faiditus.

809. Contra[12] petitionem Bernardi Raimundi Fontis Grivæ, *etc.*, dixit quod G. de Podio, Arnaldus de Laurano, Bertrandus Bocardi, Raimundus Ferrandi, Arnaldus de Guindra, Raimundus de Podio, Bernardus Pelapulli fuerunt faiditi tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. Item dixit quod Graolonus et Raimundus de Congosto et Raimundus Pelapulli et Rogerius de Aragone et Pilus de Estivo fuerunt faiditi in guerra vicecomitis.

810. Contra[13] petitionem Aiscelenæ, filiæ quondam B. de Mossolenx[14], *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum P. de Mossolenx[15] faiditum tempore comitis Montis Fortis.

811. Contra[16] petitionem Flors, uxoris quodam Raimundi Bruneti, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum dictum Raimundum Bruneti tempore comitis Montis Fortis.

812. Contra[17] petitionem Raimundæ, uxoris quondam Raimundi Guiraudi, de Cabareto, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum dictum Raimundum Guiraudi tempore comitis Montis Fortis.

813. Contra[18] petitionem Mariæ de Bel Afar, uxoris Raimundi Pontii, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictam Mariam et Raimundum Pontii, maritum ejus, faiditos in guerra vicecomitis. Interrogatus si dicta Maria fuit filia Petri de Bel Afar, dixit quod audivit dici quod sic, et ipse credit quod fuisset filia ejus. Item dixit quod ipse vidit dictum Petrum de Bel Afar faiditum tempore comitis Montis Fortis, et decessit faiditus, ut dixit dictus testis. Item dixit se vidisse Arnaldum Feda faiditum toto tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et adhuc est faiditus et exheredatus de hoc quod habebat in Carcassesio.

814. Contra[19] petitionem Audæ, uxoris quondam Petri Ferrandi, militis, de Tribus

[1] *Cf.* § 93, 210, 353 *et* 668.
[2] *Cf.* § 97.
[3] *Cf.* § 98.
[4] *Cf.* § 99 *et* 100.
[5] *Corr.* Raimundum Rogerii.
[6] *Cf.* § 101 *et* 356.
[7] *Cf.* § 102.
[8] *Cf.* § 103.
[9] *Cf.* § 104 *et* 357.
[10] *Cf.* § 105.
[11] Alairac, Aude, c[on] Montréal.
[12] *Cf.* § 107 *et* 358.
[13] *Cf.* § 110 *et* 463.
[14] Moussoulens, Aude, c[on] Alzonne.
[15] *Ita in cod. Pro* dictum P. de Mossolenx, *conjicimus legendum* P. de Mossolenx, fratrem dictæ Aiscelenæ.
[16] *Clausula in cod. cancellata.* — *Cf.* § 111.
[17] *Cf.* § 57, 112 *et* 773.
[18] *Cf.* § 116, 364 *et* 469.
[19] *Cf.* § 117, 365 *et* 470.

Bonis, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Petrum Ferrandi faiditum tempore comitis Montis A
Fortis.

Fol. 61. 815. Contra[1] petitionem Guidonis de Perrola, *etc.*, dixit quod ipse vidit Guillelmum Petri Lupati faiditum in guerra vicecomitis.

816. Contra[2] petitionem Bertrandi de Claro Monte, *etc.*, dixit quod ipse vidit Sicardum de Claro Monte, patrem dicti agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit B
quod dictus Bertrandus et domina Mabilia, mater ejus, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis.

817. Contra[3] petitionem Rogerii de Pradis, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos tempore comitis Montis Fortis Petrum Rogerii, de Cabareto, et Raimundum Arnaldi, de Podio. Item dixit se vidisse faiditum in guerra vicecomitis Raimundum Arnaldi, de Podio, antedictum.

818. Contra[4] petitionem Raimundi Isarni, de Fano Jovis, *etc.*, dixit quod ipse vidit Pon- C
tium de Monte Lauro faiditum in guerra vicecomitis et tempore comitis Montis Fortis, et adhuc vivit dictus Pontius et manet apud Fanum Jovem vel apud Insulam, ut dixit prædictus testis.

819. Contra[5] petitionem Guillelmi de Sancto Cucuffato, de Monte Regali, dixit quod ipse vidit dictum Guillelmum de Sancto Cucuffato faiditum in guerra vicecomitis. Item D
dixit quod ipse audivit dici multociens ab eodem Guillelmo de Sancto Cucuffato et ab aliis quod, quando homines de Monte Regali fecerunt pacem cum gentibus domini regis, ipse Guillelmus remansit extra pacem et fuit exul et ejectus de terra domini regis et exheredatus, et adhuc est exheredatus, quamvis permaneat modo apud Montem Regalem.

820. Contra[6] petitionem Jordani de Sancto Felice, militis, *etc.*, dixit quod ipse vidit E
Jordanum prædictum et patrem ejus faiditos tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit prædictum Jordanum, qui nunc vivit, faiditum in guerra vicecomitis.

821. Contra[7] petitionem heredum Guillelmi Duranti et Raimundi de Mala Spina, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos in guerra vicecomitis dominam Orbriam, uxorem quondam Jordani de Cabareto, et Jordanum et Petrum Rogerii, filios ejus. F

822. Contra[8] petitionem Girmons, filiæ quondam Hualgerii de Aqua Viva, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Hualgerium faiditum in guerra vicecomitis.

Fol. 61 v°. 823. Contra[9] petitionem Comdors de Cavanaco, *etc.*, dixit quod ipse vidit Ermengaudum de Barbairano faiditum toto tempore comitis Montis Fortis et domini regis, et decessit faiditus. Item dixit quod Raimundus Ermengaudi, de Barbairano, et Arnaldus Guillelmi, fra- G
tres, fuerunt similiter faiditi tempore comitis Montis Fortis, prout dicit dictus testis. Item dixit quod vidit prædictos tres fratres faiditos in guerra vicecomitis.

824. Contra[10] petitionem Bertrandi de Gordono, filii quondam Raimundi de Gordono, *etc.*, dixit quod ipse vidit prædictum Raimundum de Gordono faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis. H

825. Contra[11] petitionem Gauserandi, filii quondam Raimundi Arnaldi, de Rusticanis, *etc.*, dixit quod ipse vidit prædictum Raimundum Arnaldi, de Rusticanis, captum et incarceratum crimine hæresis, et fracto carcere vidit eum faiditum, et audivit dici quod postea fuit combustus apud Lauranum[12].

826. Contra[13] petitionem Geraldi de Rosticanis, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum tem- I
pore comitis Montis Fortis et domini regis Bernardum Arnaldi, de Rosticanis. Dixit etiam quod dictus Bernardus Arnaldi fuit interfectus per gentes domini regis in guerra de Cabareto.

827. Contra[14] petitionem Novæ, uxoris Bernardi Hotonis, *etc.*, dixit quod Petrus Rogerii, de Cabareto, pater dictæ Novæ, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et aufugit in Rossilionem et decessit faiditus. J

828. Contra[15] petitionem Aladaiscis, sororis[16] quondam Raimundi de Marcelano, *etc.*, dixit quod ipse vidit Raimundum de Marcelano faiditum tempore domini regis et in guerra vicecomitis, et postea audivit dici dictus testis quod dictus Raimundus de Marcelano fuit combustus apud Montem Securum cum aliis hæreticis.

Fol. 62. 829. Contra[17] petitionem Raimundi Ermengaudi, de Barbairano, *etc.*, dixit quod ipse K
vidit dictum agentem faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

830. Contra[18] petitionem Novæ, uxoris Rogerii de Aragone, *etc.*, dixit quod ipse vidit

[1] *Cf.* § 118, 264, 366, 453, 721 *et* 935.
[2] *Cf.* § 119.
[3] *Cf.* § 120, 367 *et* 471.
[4] *Cf.* § 121, 368 *et* 472.
[5] *Cf.* § 125 *et* 547.
[6] *Cf.* § 127, 372, 473 *et* 550.
[7] *Cf.* § 128, 474 *et* 552.
[8] *Cf.* § 130, 374, 475 *et* 554.
[9] *Cf.* § 131, 375, 476 *et* 555.
[10] *Cf.* § 132, 377 *et* 558.
[11] *Cf.* § 135, 481 *et* 564.
[12] *Deletæ sunt voces* apud Lauranum.
[13] *Cf.* § 136 *et* 565.
[14] *Cf.* § 138, 482 *et* 567.
[15] *Cf.* § 139, 411, 483 *et* 568.
[16] *Voci* sororis *vox* filie *inter lineas substituta est.*
[17] *Cf.* § 140, 381, 484 *et* 569.
[18] *Cf.* § 144, 386, 491 *et* 584.

A faiditos tempore comitis Montis Fortis Hugonem de Conchis et Bernardum de Conchis et Bertrandum, fratres et filios dicti Hugonis. Item dixit quod dictus Bertrandus decessit faiditus, quando dominus rex venit apud Cabaretum, et ibi fuit vulneratus dictus Bertrandus cum quarrello, prout dictus testis audivit dici. Item dixit quod vidit faiditum Bernardum de Conchis prædictum in guerra vicecomitis.

B 831. Contra[1] petitionem dominæ Comdors, uxoris Raimundi Artusii, de Laurano, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum tempore comitis Montis Fortis Raimundum Artusii, patrem istius Raimundi Artusii, mariti dictæ Comdors.

832. Contra[2] petitionem Berengarii de Petra Pertusa, *etc.*, dixit quod ipse vidit Bernardum Sermonem, patrem istius qui nunc est, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item
C dixit quod vidit ipsum et Bernardum Sermonem filium, qui nunc vivit, faiditos tempore domini regis.

833. Contra[3] petitionem Mabiliæ, filiæ Bernardi Sermon, de Albesuno, *etc.*, dixit quod ipse vidit Bernardum Sermonem, patrem istius Bernardi Sermon qui nunc vivit, faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit quod vidit eos ambos faiditos tempore regis et
D in guerra vicecomitis.

834. Contra[4] petitionem Guillelmi de Ponte, militis, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Guillelmum de Ponte faiditum de guerra vicecomitis, et post illam guerram vidit eum stantem faiditum apud Fanum Jovem.

835. Contra[5] petitionem Rigaudi de Senesme et Sebeudæ, sororis ejus, *etc.*, dixit quod
E ipse vidit faiditum tempore comitis Montis Fortis Pontium de Castilione, patrem dicti Rigaudi. Item dixit quod vidit faiditos eosdem faiditos, scilicet dictum Pontium et Rigaldum, filium suum, in guerra vicecomitis. Interrogatus ubi vidit eos faiditos, dixit quod in Tholosano cum aliis faiditis.

836. Contra[6] petitionem Bertrandi de Lerida, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos in guerra
F vicecomitis Petrum Ferrandi, de Tribus Bonis, et Guillelmum Chatberti, et adhuc [est] faiditus Guillelmus Chatberti prædictus et manet apud Narbonam.

837. Contra[7] petitionem Guillelmi Hugonis, filii quondam Falconis de Rosticanis, *etc.*, Fol. 62 v°.
dixit quod Falco de Rosticanis et Berengaria, uxor ejus, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis, dicens quod ipse vidit eos faiditos et post illam guerram stantes in terra comitis Tho-
G losani, apud Campum Bonum[8]. Item dixit quod dictus Falco decessit faiditus.

838. Contra[9] petitionem Bertrandi Malpuel, militis, *etc.*, dixit se vidisse dictum Bertrandum faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse faiditos et contra dominum regem Bernardum de Arzinco et Raimundum Hat, fratres dicti Bertrandi, in ipsa guerra. Interrogatus ubi vidit eos faiditos, dixit quod vidit eos euntes et manentes et perseverantes
H in Minerbesio cum aliis faiditis, et post dictam guerram vidit eos manentes faiditos apud Castrum Novum d'Arri[10] et exheredatos.

839. Contra[11] petitionem Bernardi et Guillelmi de Petra Pertusa, *etc.*, dixit quod ipse vidit Guillelmum de Petra Pertusa, patrem dictorum agencium, faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis et tempore domini regis.

I 840. Contra[12] petitionem Guillelmi Garsiæ, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditum dictum Guillelmum Garsiam in guerra vicecomitis apud Carcassonam cum aliis faiditis.

841. Contra[13] petitionem Arnaldi Isarni, mercatoris Carcassonæ, *etc.*, dixit quod ipse vidit faiditos tempore comitis Montis Fortis Raimundum Calveti, de Conchis, et Raimundum de Gordono, de Podio Nauterii. Item dixit quod vidit eos faiditos, et Ermengaudum Pela-
J pulli, de Villa Mostancione, et dominam Orbriam, uxorem quondam Jordani de Cabareto, et Hualguerium de Aqua Viva, in guerra vicecomitis contra dominum regem Francorum. Item dixit quod vidit faiditos in dicta guerra vicecomitis Raimundum de Congosto, de Laurano, et Raimundum Rogerii, de Aqua Viva, et Aimericum de Podio et Bernardum Bocardi. Item dixit se audivisse dici quod dictus Hualgerius fuit suspensus apud Rupem de Buco de
K illa guerra per gentes domini regis. Item audivit dici quod prædictus Raimundus de Congosto, de Laurano, fuit interfectus in illa guerra cum telo.

842. Contra[14] petitionem Bernardi Mainardi, de Carcassona, *etc.*, dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis istos infra scriptos, scilicet Ermengaudum Pelapulli, Isarnum Pelapulli,

[1] *Cf.* § 145, 492 *et* 585.
[2] *Cf.* § 147, 496 *et* 589.
[3] *Cf.* § 148, 388, 497 *et* 590.
[4] *Cf.* § 151, 389, 498 *et* 594.
[5] *Cf.* § 153, 391, 500 *et* 596.
[6] *Cf.* § 155, 394, 501 *et* 599.
[7] *Cf.* § 157, 269, 322, 457, 503, 600 *et* 727.
[8] Cambon, Tarn, c^on Cuq-Toulza.
[9] *Cf.* § 158, 395, 504 *et* 602.
[10] Castelnaudary, Aude.
[11] *Cf.* § 159, 505 *et* 603.
[12] *Cf.* § 160, 272, 324, 397, 460, 506, 604 *et* 940.
[13] *Cf.* § 162, 398 *et* 607.
[14] *Cf.* § 163, 399, 507 *et* 608.

Guido[nem] Pelapulli, de Villa Mostancione, et Pontium Guillelmi, de Cella Vinaria, et Ber- A
nardum Pelapulli, vicarium, et Raimundum Calveti, de Conchis, milites.

Fol. 63. 843. Contra[1] petitionem Guillelmi Molerati, de Aquis Vivis, *etc.*, dixit quod ipse vidit
faiditos per guerram vicecomitis Guillelmum de Ponte et Hualgerium de Aqua Viva, milites.

844. Contra[2] petitionem Guillelmi Vassalli, de Monte Regali, *etc.*, dixit quod ipse vidit
faiditum Guillelmum Vassalli antedictum in guerra vicecomitis, et post illam guerram vidit B
eundem Guillelmum Vassalli, manentem apud Brom[3], faiditum et exheredatum.

845. Contra[4] petitionem Bernardi de Castello, *etc.*, dixit se vidisse faiditos tempore
comitis Montis Fortis Raimundum Calveti et Isarnum de Pesenx, et in guerra vicecomitis.
Item dixit quod vidit faiditos in guerra vicecomitis P. de Conchis, Bernardum de Rocafort
et Raimundum de Roqua Forti, fratrem ejus. Item dixit se vidisse faiditos tempore comitis C
Montis Fortis et domini regis Petrum Rogerii, de Cabareto, et P. de Laurano. Item dixit quod
Hugo de Conchis fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse faiditum
per guerram vicecomitis Petrum de Conchis. Item dixit quod vidit faiditum Guillelmum de
Villa Nova, de Piussano[5], in guerra vicecomitis.

846. Contra[6] petitionem Bernardi Gras, de Monte Regali, *etc.*, dixit se vidisse Geral- D
dum de Aniorto faiditum apud Calms[7] ante guerram vicecomitis, et in eadem guerra vidit
eundem Geraldum faiditum apud Carcassonam cum vicecomite in burgo.

847. Contra[8] petitionem Raimundi Stephani, filii quondam Raimundi Stephani, de
Carcassona, *etc.*, dixit quod ipse vidit Raimundum Calveti, de Conchis, militem, faiditum
tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse eundem Raimundum Calveti et Petrum E
de Conchis faiditos in guerra vicecomitis.

848. Contra[9] petitionem Grisæ, uxoris quondam Petri Guiraudi, de Riuterio, *etc.*, dixit
se vidisse Petrum Rogerii, de Mirapisce, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini
regis, et audivit dici quod tenebat hæreticos publice apud Montem Securum.

849. Contra[10] petitionem Raimundi Rogerii, militis, de Aqua Viva, *etc.*, dixit se vidisse F
dictum Raimundum Rogerii faiditum in guerra vicecomitis.

Fol. 63 v°. 850. Contra[11] petitionem Galardi Morlanæ, de Carcassona, *etc.*, dixit se vidisse dominum
Raimundum Rogerium, quondam vicecomitem Carcassonæ, faiditum et exheredatum post
adventum crucesignatorum, et dixit quod decessit dictus dominus Raimundus Rogerii
apud Carcassonam, qui captus erat in posse comitis Montis Fortis[12]. Item dixit se vidisse G
faiditos eodem tempore Petrum Rogerii, de Cabareto, et Jordanum de Cabareto, scilicet tem-
pore comitis Montis Fortis et domini regis. Item dixit quod dominus Trencavellus, quondam
vicecomes Carcassonæ, habet et tenet terram in partibus istis, scilicet Cesseracium et quæ-
dam alia castra ex dono domini regis, prout audivit dici, dicens se audivisse dici quod do-
minus rex dederat sibi terram illam pro emenda et quia diffinierat ipsi domino regi aliam H
terram quæ debebat esse sua. Item dixit se audivisse dici quod illa terra quam[13] tenet modo
dominus Trencavelli valet v^{c} libras melgoriensium de redditu annuo[14]. Item dixit quod Petrus
Rogerii, de Cabareto, qui modo vivit, tenuit castrum de Cabareto post mortem patris sui,
ipso teste vidente, et inde faciebat guerram dictus Petrus Rogerii domino regi vel suis.

851. Contra[15] petitionem Petri Peleti, de Aqua Viva, *etc.*, dixit se vidisse faiditum in I
guerra vicecomitis Hualgerium de Aqua Viva.

852. Contra[16] petitionem Bernardæ, filiæ quondam G. de Conchis, *etc.*, dixit se vidisse
faiditum in guerra vicecomitis Petrum de Conchis, militem.

853. Contra[17] petitionem Blanquæ, filiæ quondam Lobati de Podio, *etc.*, dixit se vidisse
dictum Lobatum faiditum tempore comitis Montis Fortis, et Guillelmum Petri, filium ejus, J
in guerra vicecomitis.

854. Contra[18] petitionem Bernardi Algay, de Carcassona, *etc.*, dixit se vidisse faiditos
tempore comitis Montis Fortis Isarnum Jordani et Olivarium de Saxiaco, patrem ejus, et
dictum Isarnum vidit faiditum tempore domini regis, et ambo decesserunt faiditi, prout
dixit dictus testis. K

855. Contra[19] petitionem Flors, filiæ Guillelmi Fortis, *etc.*, dixit se vidisse faiditum in

[1] *Cf.* § 164 *et* 609.
[2] *Cf.* § 165, 401, 509 *et* 611.
[3] Bram, Aude, c^{on} Fanjeaux.
[4] *Cf.* § 170, 402, 513, 619 *et* 845.
[5] Pieusse, Aude, c^{on} Limoux.
[6] *Cf.* § 403, 514 *et* 620.
[7] Saint-Pierre-des-Champs, Aude, c^{on} la Gr
[8] *Cf.* § 515 *et* 621.
[9] *Cf.* § 171, 404, 517 *et* 623.
[10] *Cf.* § 173, 407 *et* 625.
[11] *Cf.* § 176, 522 *et* 628.
[12] *Anno 1209, mense novembri.*
[13] *Cod.* quem.
[14] *De terris Trencavello assignatis, vide Vaissète, noviss. edit.*, VIII, 1206 *et* 1397.
[15] *Cf.* § 177, 410, 523 *et* 629.
[16] *Cf.* § 178, 524 *et* 630.
[17] *Cf.* § 179, 525 *et* 631.
[18] *Cf.* § 180, 412, 526 *et* 633.
[19] *Cf.* § 18, 19, 181, 413, 527, 635, 743 *et* 744.

A guerra vicecomitis, et diu ante illam guerram, Bertrandum de Roqua Talada, et audivit dici quod decessit faiditus dictus Bertrandus apud Amiliavum[1].

856. Contra[2] petitionem Guilaberti de Rossillis, *etc.*, dixit se audivisse dici a Guilaberto de Rossillis, patre dicti agentis, quod ipse fuit faiditus contra comitem Montis Fortis.

857. Contra[3] petitionem Orpais, uxoris quondam Raimundi Ferrandi, de Laurano, *etc.*, Fol. 64.
B dixit se vidisse dictum Raimundum Ferrandi antedictum immuratum apud Narbonam crimine hæresis.

Item dixit se vidisse quod dicta Orpais portavit cruces de feutro crimine hæresis.

858. Contra[4] petitionem Rogerii de Conilaco, *etc.*, dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Isarnum de Conilaco et Bernardum Raimundi, fratrem ejus.

C 859. Contra[5] petitionem Mathæi Guit, *etc.*, dixit se vidisse faiditum Petrum Rogerii, de Cabareto, in guerris contra comitem Montis Fortis, et dixit quod dictus Petrus Rogerii et alii faiditi qui fuerant in terra ista contra comitem Montis Fortis erant excommunicati, quando dictus comes recessit a terra ista, expulsus per vim hostium[6]. Item dixit quod dictus Petrus Rogerii tenebat castrum de Cabareto, quando dictus comes recessit a terra ista modo
D quod supra, et totam aliam terram tenebat et recuperaverat quæ fuerat patris sui.

860. Contra[7] petitionem Ferrandæ, uxoris quondam Raimundi de Villa Traverio, *etc.*, dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis Petrum Ferrandi et Pontium Ferrandi, de Tribus Bonis[8], fratres. Item dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Petrum Ferrandi et Berengarium Ferrandi, fratrem ejus quondam.

E 861. Contra[9] petitionem Aladaiscis, uxoris quondam Bernardi Raimundi, de Alsavo, *etc.*, dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis omnes milites infrascriptos, scilicet Petrum Rogerii, de Mirapisce, Olivarium de Saxiacho, Jordanum de Sancto Felice, P. de Bel Afar, Bernardum de Roquafort et G. de Roquafort, et Pontium Hugonis, de Rosticanis[10], et Bernardum de Villa Nova, de Monte Regali.

F 862. Contra[11] petitionem Ermenjardis Gausbertæ, filiæ[12] quondam Bernardæ Mandæ, de Rivo[13], *etc.*, dixit se vidisse faiditum Bernardum de Vilaiglino[14], maritum dictæ Bernardæ Mandæ, cum Petro Rogerio, de Cabareto, contra comitem Montis Fortis, et portabat balistam dictus Bernardus de Vilaiglino, sed postea vidit dictus testis, prout dicit, quod dictus Bernardus de Vilaiglino erat cum comite Montis Fortis, et in servicio ejusdem comitis vidit
G eum cum gentibus ejusdem comitis. Item dixit se vidisse Guillelmum de Turre et Arnaldum de Turre, fratres dictæ agentis, faiditos de guerra de Cabareto tempore domini regis et in guerra vicecomitis.

863. Contra petitionem Guillelmi de Gluiano, filii quondam Radulphi de . . ranis, *etc.*, Fol. 64 v°.
dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis dictum Radulfum et Raimundum Rogerium,
H fratrem dicti Radulfi.

864. Contra[15] petitionem Pili de Estivo, *etc.*, dixit se vidisse faiditum in guerra vicecomitis dictum Pilum de Estivo, et adhuc vivit exheredatus pro illo faidimento.

865. Contra[16] petitionem Bertrandi, Sancti Papuli abbatis, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis Guillelmum de Podio, patrem dicti agentis. Item dixit se
I vidisse Aimericum de Podio, fratrem dicti agentis, faiditum in guerra vicecomitis. Dixit etiam quod dictus Aimericus vivit adhuc exheredatus.

866. Contra[17] petitionem dominæ Aladaiscis, uxoris quondam Raimundi de Cantesio, *etc.*, dixit se vidisse Bernardum de Aniciano[18], patrem dictæ agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis apud Ventagionem[19], et postea audivit dici quod Bernardus de Aniciano præ-
J dictus fuit vulneratus apud Minerbam[20] per gentes dicti comitis et ibi pro vulnere decessit, dicens quod castrum de Minerba erat tunc contra dictum comitem.

867. Contra[21] petitionem Berengarii de Moscio, *etc.*, dixit se vidisse Guillelmum de Gordono, de Podio, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

868. Contra[22] petitionem Ermengaudi Pelapulli et Isarni, fratrum, filiorum quondam

[1] Millau, Aveyron.
[2] *Cf.* § 182, 528 *et* 636.
[3] *Cf.* § 184, 415, 530 *et* 639.
[4] *Cf.* § 185, 416, 531 *et* 640.
[5] *Cf.* § 643.
[6] *Anno 1224.*
[7] *Cf.* § 187, 532 *et* 644.
[8] Trèbes, Aude, c^on^ Capendu.
[9] *Cf.* § 188, 419, 534 *et* 647.
[10] Rustiques, Aude, c^on^ Capendu.
[11] *Cf.* § 189.
[12] *Cod.* filio.
[13] Rieux-Minervois, Aude, c^on^ Peyriac-Minervois.
[14] Villegly, Aude, c^on^ Conques.
[15] *Cf.* § 87, 192, 421, 537, 651 *et* 795.
[16] *Cf.* § 194 *et* 653.
[17] *Cf.* § 197.
[18] Nissan, Hérault, c^on^ Capestang.
[19] Ventajou, Hérault, c^on^ Olonzac, c^ne^ Félines-Hautpoul.
[20] Minerve, Hérault, c^on^ Olonzac. — *Minerva anno 1210, mense junio, obsessa fuit.*
[21] *Cf.* § 26, 199, 423, 539 *et* 750.
[22] *Cf.* § 200, 424, 541 *et* 756.

Isarni Pelapulli, *etc.*, dixit se vidisse prædictos agentes et Guidonem, fratrem eorumdem, A [faiditos] in guerra vicecomitis.

869. Contra[1] petitionem Rogerii de Podio, de Carcassona, dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Arnaldum de Aragone et Rogerium, fratrem ejus, dicens quod dictus Arnaldus de Aragone fuit vulneratus in illa guerra apud Carcassonam, pro quo vulnere decessit, prout audivit dici et credit. B

870. Contra[2] petitionem Nigri de Redorta, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis Pontium Ferrandi, de Tribus Bonis. Item dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Petrum Ferrandi et Berengarium Ferrandi, fratres dicti Pontii Ferrandi.

Fol. 65. 871. Contra[3] [petitionem Effantæ], filiæ quondam Bernardi de Pipionibus, *etc.*, dixit quod ipse vidit Geraldum de Pipionibus, fratrem dictæ Effantæ, captum apud Caunas, et C incarceratum apud Carcassonam crimine hæresis in carcere domini regis, et fracto carcere domini regis aufugit, dicens quod ipse testis fuit captus cum eo et incarceratus tunc eodem crimine. Item dixit quod postea vidit eum faiditum ante guerram vicecomitis et in dicta guerra. Item dixit se audivisse dici quod dictus Geraldus fuit captus apud Rupem de Buco et interfectus per gentes domini regis. D

872. Contra[4] petitionem dominæ Guillelmæ de Cesseracio, uxoris quondam Petri Raimundi, de Cella Vinaria, *etc.*, dixit se vidisse faiditum et exheredatum tempore comitis Montis Fortis Guillelmum de Cesseracio, patrem dictæ Guillelmæ, et Petrum Raimundum, de Cella Vinaria, similiter. Item dixit quod dictus Petrus Raimundi, de Cella Vinaria, fuit captus apud Caunas per fratrem Ferrarium crimine hæresis, et condempnatus per eundem E fratrem Ferrarium in barbacana de Carcassona, qui Petrus Raimundi postea fuit combustus, ut ipse testis audivit dici, dicens etiam prædictus testis quod ipse erat præsens quando dictus Petrus Raimundi fuit captus apud Caunas et quando fuit conde[m]pnatus apud Carcassonam.

873. Contra[5] petitionem Bernardi Arnaldi, filii quondam Petri Raimundi, de Cella Vi- F naria, *etc.*, dixit idem quod supra de Guillelmo de Cesseracio, et de Petro Raimundo, de Cella Vinaria.

874. Contra[6] petitionem dominæ Aladaiscis, uxoris quondam Rogerii de Duro Forti, qui vocabatur Badaonus de Laurano, *etc.*, dixit se vidisse Petrum de Tribus Malis, fratrem dictæ Aladaiscis, faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit quod vidit faiditum dictum G Badaonem contra comitem Montis Fortis apud Rivum. Item dixit se vidisse dictum Badaonem faiditum tempore domini regis cum Olivario de Terminis.

875. Contra[7] petitionem Berengariæ et Orpais, filiarum quondam Berengarii de Pipionibus, *etc.*, dixit se vidisse Guillelmum de Montlag et dictam Berengariam, uxorem ejus, et Bernardum Bocardi, maritum dictæ Orpais, faiditos in guerra vicecomitis. Item dixit se H vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis dictum Guillelmum de Montlag et Bernardum Bocardi antedictos.

Fol. 65 v°. 876. Contra[8] petitionem Ermenjardis, uxoris Guillelmi Gausberti, de Caunis, *etc.*, dixit se vidisse dictum Guillelmum Gausberti faiditum in guerra vicecomitis, et vidit quod portavit cruces de feutro crimine hæresis. Item dixit se vidisse dictum B. de Vilaiglino faiditum I cum Petro Rogerio, de Cabareto, tempore comitis Montis Fortis, sed dixit quod postea fecit pacem dictus B. de Vilaiglino cum dicto comite, prout dictus testis audivit dici, et dixit quod vidit eum postea cum comite antedicto et societate sua cum armis suis. Item dixit se vidisse faiditos tempore domini regis apud Cabaretum Arnaldum de Turre et Guillelmum de Turre, fratres dictæ Ermenjardis. J

877. Contra[9] petitionem Guillelmi Gausberti, *etc.*, dixit idem de Guillelmo Gausberto quod supra.

878. Contra petitionem Guillelmi Bernardi[10], de Stabulo, *etc.*, dixit se vidisse Frotardum de Olonziaco[11] faiditum de guerra vicecomitis, qui Frotardus mansit faiditus post dictam guerram in quodam castro quod vocatur Podis[12] in Tholosano, et ipse testis vidit eum ibi K faiditum, ut dixit, quod castrum dicit esse abbatis Soricinensis[13], et stabat ibi cum dicto abbate.

879. Contra petitionem Guillelmi de Genestars, *etc.*, dixit se vidisse faiditos apud Cabaretum tempore domini regis Cassabovem et Raimundum Dozeti, fratrem ejus, qui fuerunt

[1] *Cf.* § 201, 542 *et* 657.
[2] *Cf.* § 202, 543 *et* 658.
[3] *Cf.* § 203, 425 *et* 662.
[4] *Cf.* § 204, 273, 426 *et* 663.
[5] *Cf.* § 204, 274, 427 *et* 664.
[6] *Cf.* § 205, 275 *et* 665.
[7] *Cf.* § 206, 276, 428 *et* 666.
[8] *Cf.* § 207 *et* 277.
[9] *Cf.* § 208, 242, 278, 302 *et* 912.
[10] *Cf.* § 898.
[11] Olonzac, Hérault, arr. Saint-Pons.
[12] Poudis, Tarn, c[on] Puy-Laurens.
[13] Sorèze, Tarn, c[on] Dourgne. — *De Soriciniensi monasterio vide* Gall. christ., XIII, 354.

A filii Garsendis de Sirano, et dixit quod dictus Cassabueu decessit faiditus apud Fenoletum[1], dicens quod ipse testis vidit eum mori et servivit ei in morte, et dixit quod Raimundus Dozeti vivit adhuc, ut sibi videtur. Item dixit se vidisse Guillelmum Alfarici faiditum in guerra vicecomitis, et vidit et audivit quando fuit captus apud Caunas de mandato fratris Ferrarii, et quando dictus frater Ferrarius condempnavit eum in barbacana palacii Carcas-
B sonæ pro hæretico. Item dixit se vidisse dictum Raimundum Dozeti faiditum in guerra vicecomitis.

880. Contra[2] peticionem Arnaldæ, de castro de Rivo, *etc.*, dixit se vidisse faiditum in guerra vicecomitis Raimundum Gervasii, filium dictæ Arnaldæ et Geraldi de Brolio. Item dixit quod Geraldus de Brolio antedictus erat generosus ex parte matris, et dixit quod nun-
C quam vidit eum faiditum neque exheredatum. Item dixit se vidisse faiditum dictum Raimundum Gervasii, tempore domini regis, apud Cabaretum.

881. Contra[3] peticionem Orgoillosæ, filiæ quondam Bermundi de Genestars, *etc.*, dixit Fol. 66.
quod Bernardus Guillelmi, de Mosciano, maritus dictæ Orgoillosæ, fuit captus apud Caunas crimine hæresis de mandato fratris Ferrarii, et fuit condempnatus per eundem fratrem
D Ferrarium apud Carcassonam. Item dixit quod fuit incarceratus apud Carcassonam crimine supradicto, et fracto illo carcere aufugit. Interrogatus qualiter sciebat, dixit quod ipse fuit præsens ad omnia prædicta et captus cum eodem Bernardo Guillelmo. Item dixit se vidisse faiditum dictum Bernardum Guillelmi in guerra vicecomitis et ante guerram illam.

882. Contra[4] peticionem Saurimundæ, filiæ quondam Escuræ, *etc.*, dixit se vidisse faidi-
E tos tempore comitis Montis Fortis Ardenam et Bernardum Pontii et Chatmarium, fratres dictæ Escuræ, et exheredatos. Item dixit se vidisse faiditos tempore domini regis apud Cabaretum prædictos Bernardum Poncii et Chatmarium, et audivit dici dictus testis quod Bernardus Pontii fecit postea pacem cum domino rege vel gentibus suis, et dixit quod ipse vidit eum ire et equitare cum Raimundo de Savarduno, qui erat de societate et gentibus domini
F regis, et faciebat guerram contra illos de Cabareto dictus Bernardus Pontii.

883. Contra[5] peticionem Agnetis, uxoris quondam Petri Jordani, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore domini regis et in guerra vicecomitis Bernardum Pontii, de Roqua Fera[6], et tempore comitis Montis Fortis.

884. Contra[7] peticionem Bermundi de Sirano, *etc.*, dixit se vidisse faiditum in guerra
G vicecomitis dictum agentem, et adhuc est exheredatus pro faidimento, ut dicit.

885. Contra[8] peticionem Garsendis, uxoris quondam Bernardi de Torrozella, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis.

886. Contra[9] peticionem Arnaldi Raimundi, militis, de Sirano, *etc.*, dixit se vidisse faiditum dictum agentem in guerra vicecomitis et ante, et stabat faiditus apud Fenoletum
H in principio dictæ guerræ, dicens prædictus quod dictus Arnaldus Raimundi fuit captus apud Caunas pro hæresi cum quibusdam aliis militibus et condempnatus per fratrem Ferrarium, et fuit incarceratus apud Carcassonam, et idem testis[10] similiter cum ipso et aliis eodem crimine, et fracto carcere domini regis aufugit dictus Arnaldus Raimundi et fuit faiditus, sicut est supradictum.

I 887. Contra[11] peticionem Avæ, uxoris quondam Guillelmi Pilifortis, *etc.*, dixit quod [dicta] Fol. 66 v°.
Ava jam decessit. Item dixit se vidisse faiditum tempore domini regis apud Cabaretum prædictum Guillelmum Pilum Forti. Item dixit quod nunquam tenuit terram dictus Guillelmus Pilus Fortis, quod ipse sciat, immo decessit faiditus, prout dixit dictus testis. Item dixit quod prædictus Guillelmus Pilus Fortis contraxit matrimonium cum dicta Ava tempore
J faidimenti.

888. Contra[12] peticionem Bernardi Gasc, filii quondam Bernardi Gaschi, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis Bernardum Gaschum, de Redorta[13], patrem agentis. Item dixit quod prædictus Bernardus Gaschus, pater agentis, decessit antequam dominus [rex] veniret apud Avinionem.

K 889. Contra[14] peticionem Petri Valrani, nomine filiæ suæ, Raimundæ, *etc.*, dixit se vidisse faiditos apud Cabaretum tempore domini regis Cassabovem et Guillelmum de Sirano et Raimundum Dozeti, fratres, de Sirano. Item dixit se credere quod Raimundus Dozeti prædictus esset faiditus in guerra vicecomitis, quia est exheredatus. Item dixit quod

[1] Fenouillet, Aude, c[on] Alaigne.
[2] *Cf.* § 212.
[3] *Cf.* § 214, 282, 430 *et* 671.
[4] *Cf.* § 215, 283 *et* 672.
[5] *Cf.* § 216 *et* 431.
[6] Roquefère, Aude, c[on] Mas-Cabardès.
[7] *Cf.* § 217.
[8] *Cf.* § 433, 674 *et* 745.
[9] *Cf.* § 219.
[10] *Bernardus de Petra Blanqua, de Rivo, miles.*
[11] *Cf.* § 220 *et* 676.
[12] *Cf.* § 677.
[13] La Redorte, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[14] *Cf.* § 221 *et* 286.

IMPRIMERIE NATIONALE.

prædictus Cassabueu decessit faiditus apud Fenoletum, dicens ipse testis quod ipse vidit A
eum mori et servivit ei in infirmitate qua decessit ante guerram vicecomitis.

890. Contra[1] peticionem Garsendis, filiæ Guillelmi de Sancto Felice, *etc.*, dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis Guillelmum de Sancto Felice, de Tribus Bonis, et Jordanum et Guillelmum Jordanum, filios ejus, et tempore domini regis apud Cabaretum. Item dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Jordanum de Sancto Felice et Guillelmum B
Jordani antedictos et Bertrandum de Sancto Felice, fratrem eorum.

Fol. 67. 891. Contra[2] peticionem Audæ, uxoris quondam Pontii de Aviaz, *etc.*, dixit se vidisse faiditum contra comitem Montis Fortis Arnaldum de Capite Stagno[3], fratrem dictæ Audæ, et vidit ipsum dictus testis, prout dicit, in garnisione castri de Rivo contra dictum comitem, et ibi faciebat cordas balistarum, quamvis esset generosus. Item dixit quod G. Rogerius et C
Rogerius et Bernardus Pontii fuerunt fratres dictæ Audæ. Item dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Rogerium et Bernardum Pontii antedictos. Item dixit quod Guillelmus Rogerii antedictus decesserat, antequam milites essent capti apud Caunas per fratrem Ferrarium.

892. Contra[4] peticionem Garsendis de Villa Sicca, uxoris quondam Pontii Guillelmi, *etc.*, D
dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis Rascascium de Cella Vinaria et Pontium Guillelmi, filium ejus, maritum dictæ Garsendis.

893. [Contra[5] peticionem Orgoillosæ, filiæ] quondam Chatmarii, *etc.*, dixit se vidisse faiditum in guerra vicecomitis Arnaldum de Aselano, fratrem dictæ Orgoillosæ, qui tunc ibat cum Guillelmo de Minerba. E

894. Contra[6] peticionem P. Sicredi, *etc.*, dixit se vidisse faiditum cum Guillelmo Alfarici in guerra vicecomitis Berengarium de Mosciano[7], fratrem dicti agentis.

895. Contra[8] peticionem Petri de Redorta, *etc.*, dixit se vidisse Guillelmum de Redorta, patrem dicti agentis, faiditum et guerrerium contra comitem Montis Fortis.

896. Contra[9] peticionem Gayæ, filiæ quondam Bernardi Pontii, de Cesseracio, *etc.*, dixit F
se vidisse faiditum in guerra vicecomitis Hotonem de Monte Bruno, maritum dictæ Gayæ. Item dixit se vidisse quod prædicti Bernardus Pontii, pater dictæ agentis, et Hoto, vir ejus, fuerunt capti apud Caunas cum aliis militibus crimine hæresis et incarcerati apud Carcassonam, *etc.*

897. Contra[10] peticionem Ricardæ, uxoris quondam Guillelmi Bernardi, de Raissaco, *etc.*, G
dixit se vidisse faiditum in guerra vicecomitis Arnaldum de Raissaco, filium dictæ agentis. Item dixit se vidisse quod dicta agens portavit cruces de feutro crimine hæresis. Item dixit quod prædicta agens jam decessit.

898. Contra[11] peticionem Guillelmi Bernardi, de Stabulo, *etc.*, dixit se vidisse Frotardum de Olonsiaco faiditum in guerra vicecomitis, et vidit eum stantem post illam guerra[m] in H
Tholosano apud Podis exheredatum. Item dixit se vidisse faiditum apud Cabaretum tempore domini regis Amalricum de Olonziaco. Item dixit quod vidit eum faiditum in guerra vicecomitis, qui Amalricus adhuc vivit.

899. Contra[12] peticionem Guillelmi Pelapulli, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore domini regis apud Cabaretum Bertrandum de Malaco, patrem uxoris Guillelmi Pelapulli. I

900. Contra[13] peticionem Saurinæ, uxoris quondam Raimundi de Sancto Laurencio, *etc.*, dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis et domini regis Arnaldum de Sancto Laurencio et Bernardum de Sancto Laurencio et Bertrandum de Sancto Laurencio, fratres dicti Raimundi de Sancto Laurencio.

901. Contra[14] peticionem hominum de Redorta, *etc.*, dixit quod homines de Redorta J
fuerunt in guerra vicecomitis contra dominum regem.

Fol. 67 v°. 902. Contra[15] peticionem [P. Isarni, de Cella Vinaria, dixit se vidisse B. Arnaudum, de Cella Vinaria, et] .... Petrum Raimundi, de Lavinaria, filium ejus, [faiditos tempore comitis Montis Fortis, et vidit] quod Petrus Raimundi fuit captus apud Caunas crimine hæresis de mandato fratris Ferrarii et incarceratus apud Carcassonam, et postea audivit dici K
quod fuit combustus dictus Petrus Raimundi.

903. Contra[16] peticionem Orgoillosæ, uxoris quondam Raimundi de Congosto, de Laurano, *etc.*, dixit se vidisse faiditum cum Guillelmo de Minerba dictum Raimundum de Con-

[1] *Cf.* § 680.
[2] *Cf.* § 289 *et* 685.
[3] Capestang, Hérault, arr. Béziers.
[4] *Cf.* § 223, 290, 434 *et* 686.
[5] *Cf.* § 224 *et* 687.
[6] *Cf.* § 291.
[7] Moussan, Aude, c^on Narbonne.
[8] *Cf.* § 225 *et* 688.
[9] *Cf.* § 226, 292, 436 *et* 689.
[10] *Cf.* § 227 *et* 690.
[11] *Cf.* § 878.
[12] *Cf.* § 229, 293 *et* 691.
[13] *Cf.* § 230, 294 *et* 692.
[14] *Cf.* § 231 *et* 437.
[15] *Cf.* § 232, 295, 438 *et* 693.
[16] *Cf.* § 233 *et* 694.

A gosto ante guerram vicecomitis, et in illa guerra. Item dixit quod dictus Raimundus de Congosto fuit vulneratus cum telo in brachio in illa guerra, de quo vulnere obiit dictus Raimundus.

904. Contra[1] peticionem Blanquæ, uxoris quondam Petri Gausberti, de Laurano, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis apud Cabaretum et
B in aliis locis Guillelmum Sigarii, de Monte Lauro, patrem dictæ Blanchæ. Item dixit se vidisse Petrum Gausberti, maritum dictæ Blanquæ, immuratum apud Narbonam crimine hæresis.

905. Contra[2] peticionem Petri Boverii, de Narbona, *etc.*, dixit se vidisse quod G. de Sancta Valeria fuit captus apud Caunas cum aliis quibusdam militibus pro hæresi, et fuit
C condempnatus et incarceratus cum eodem teste apud Carcassonam et cum aliis, et fracto carcere aufugit, et postea vidit eundem G. faiditum in guerra vicecomitis et ante.

906. Contra[3] peticionem Guillelmæ de Villa Nova, de Rivo, *etc.*, dixit se vidisse quod Bernardus Catelli, de Rivo, erat nobilis homo et fuit faiditus contra comitem Montis Fortis, sicut alii nobiles et homines de Rivo.

D 907. Contra[4] peticionem Amati de Redorta, *etc.*, dixit se vidisse dictum Amatum faiditum in guerra vicecomitis.

908. Contra[5] peticionem Raimundi Durfortis et Rogerii, fratrum, filiorum quondam Rogerii Durfortis, de Laurano, *etc.*, dixit se vidisse dictum Rogerium, qui vocabatur Badaonus, faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis.

E 909. Contra[6] peticionem Garsendis Aturadæ, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis et domini regis Bernardum Aturati, fratrem Geraldi Bermundi et Guillelmi Aturati. Idem dixit de dicto Geraldo Bermundi. Item dixit quod vidit faiditum tempore comitis Montis Fortis dictum Guillelmum Aturati.

910. [Contra[7] peticionem G. Aturati, dixit se] vidisse Guillelmum Aturati, patrem ejus- Fol. 68.
F dem agentis, faiditum tempore comitis Montis Fortis.

911. Contra[8] peticionem Arnaldi de Laurano, junior[is], *etc.*, dixit quod mater Arnaldi de Laurano, patris dicti agentis, vocabatur Berengaria. Item dixit se vidisse Faiditum prædictum Arnaldum de Laurano, patrem dicti agentis, tempore comitis Montis Fortis apud Cabaretum. Item dixit quod vidit eum faiditum ante guerram vicecomitis et in ipsa guerra.
G Item dixit quod prædictus Arnaldus de Laurano, pater, adhuc vivit. Item dixit se vidisse quod dictus Arnaldus de Laurano, pater, fuit captus apud Caunas pro hæresi et incarceratus apud Carcassonam, et fracto carcere aufugit.

912. Contra[9] peticionem Guillelmi Gausberti, de Caunis, *etc.*, dixit quod ipse vidit dictum Guillelmum Gausberti faiditum in guerra vicecomitis. Item dixit se vidisse quod
H prædictus Guillelmus Gausberti portavit cruces de feutro crimine hæresis.

913. Contra[10] peticionem Comdors, uxoris quondam Ermengaudi Pelapulli, *etc.*, dixit quod prædicta Comdors et Sibilia, soror ejus, fuerunt filiæ Petri de Redorta, ut ipse credit et dicebatur. Item dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis dictum Petrum de Redorta, patrem dictæ agentis. Item dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Ermen-
I gaudum Pelapulli, maritum quondam dictæ Comdors, et Isarnum et Guidonem, fratres ejus.

914. Contra[11] peticionem domini Amalrici de Narbona, *etc.*, dixit se vidisse quod dominus Aimericus de Narbona, pater dicti agentis, erat guerrerius contra comitem Montis Fortis. Item dixit se vidisse quod dictus comes Montis Fortis et dominus Guillelmus de Barra cum multis aliis equitaverunt quadam die usque ad portas de Narbona contra dictum domi-
J num Aimericum, et tunc audivit dici dictus testis quod tunc erant apud Narbonam cum ipso domino Aimerico contra dictum comitem Montis Fortis comes Nino, et comes Impuriarum[12], et Esquivus[13], et multi alii inimici dicti comitis.

915. Contra[14] peticionem abbatis et monasterii Sancti Pontii de Thomeriis, *etc.*, dixit se vidisse, tempore comitis Montis Fortis, quod Garinus de Amolio et P. Aragonés tenue-
K runt castrum de Petriaco pro eodem comite et ex dono ipsius comitis, sicut ipse testis audivit dici.

916. Contra[15] peticionem Arnaldi de Aselano, *etc.*, dixit se vidisse dictum Arnaldum de Aselano faiditum in guerra vicecomitis cum Guillelmo de Minerba.

[1] *Cf.* § 234, 297, 439 *et* 695.
[2] *Cf.* § 235, 298, 440 *et* 697.
[3] *Cf.* § 218, 236 *et* 698.
[4] *Cf.* § 237 *et* 699.
[5] *Cf.* § 238, 299, 441 *et* 700.
[6] *Cf.* § 239, 442 *et* 701.
[7] *Cf.* § 240, 300 *et* 701.
[8] *Cf.* § 241, 301, 443 *et* 702.
[9] *Cf.* § 208, 242, 278, 302 *et* 877.
[10] *Cf.* § 243, 303 *et* 703.
[11] *Cf.* § 245, 304 *et* 705.
[12] *Nino Sancii, qui postea Rossilionensis comes fuit. — Hugo III, Empuriensis comes.*
[13] *Esquivus de Minerva.*
[14] *Cf.* § 247.
[15] *Cf.* § 249.

917. Contra[1] peticionem Raimundi Ermengaudi, curatoris Guillelmi Audoini, de Sancto A Pontio, *etc.*, dixit se vidisse Geraldum de Pipionibus faiditum in guerra vicecomitis et ante guerram illam. Item dixit se vidisse quod dictus Geraldus fuit captus apud Caunas pro hæresi de mandato fratris Ferrarii et incarceratus apud Carcassonam. Item dixit se audivisse dici quod prædictus Geraldus fuit suspensus per gentes domini regis apud Rupem de Buco.

Fol. 68 v°. 918. Contra peticionem Raimundi de Auriaco, de Rivo [*etc.*, dixit quod dictus Raimundus fuit] faiditus de terra ista, ita quod non est ausus [intrare terram] domini regis, quia B fuit [accusa]tus quod fuerat ad mortem cujus[dam] mulieris, nomine Geraldæ, quæ fuit de nocte interfecta apud Rivum[2] in lecto suo, et propter hoc fuit captus dictus Pontius de Auriaco[3] et incarceratus apud Carcassonam in carcere domini regis, et non confessus fuit dictus Pontius quod ipse fuisset ad occidendam dictam mulierem, nec fuit probatum contra C ipsum. Verumptamen audivit dici dictus testis quod propter hoc fuit exul de terra domini regis dictus Pontius, et possessiones ejus fuerunt occupatæ propter illud crimen ad manum domini regis, quas possessiones tenet nunc dominus P. de Vicinis.

919. Contra peticionem Ermengaudi Jacobi, de Rivo, et Petri Jacobi, fratrum, *etc.*, dixit se vidisse hæreticos vestitos Petrum Jacobi et Ermengavam[4], patrem et matrem dictorum D agencium, apud Rivum. Item dixit quod hoc vidit antequam matrimonium esset contractum inter ipsos Petrum Jacobi et Ermengavam, sed postea exiverunt de illa secta hæreticorum et fuit contractum matrimonium inter eosdem, et stantibus illis in dicto matrimonio, habuerunt infantes, scilicet prædictos agentes, et postea non audivit dici quod prædicti Petrus Jacobi et Ermengava hæreticarentur. E

920. Contra peticionem Sicardi Durfort et Geraldi, fratris ejus, de Rivo, *etc.*, dixit quod ipse vidit hæreticam vestitam Dias, sororem Pontii de Rivo, patris quondam dictorum petencium. Item dixit quod prædicta Dias decessit hæretica apud Rivum.

921. Contra[5] peticionem Guillelmi Rogerii de Congosto, de Laurano, *etc.*, dixit se vidisse Raimundum de Congosto faiditum in guerra vicecomitis cum Guillelmo de Minerba, et F credit quod dictus Raimundus de Congosto et prædictus agens fuissent filii Petri Aimerici, militis, de Laurano.

922. Contra peticionem Poncii Vitalis, de Rivo, *etc.*, dixit se vidisse Arnaldum Amalrici, de Rivo, hæreticum vestitum, et postea vidit ipsum reconciliatum[6] et convertitum[7], ut dicebatur. G

923. Contra[8] peticionem Bernardæ, uxoris Karoli, militis, *etc.*, dixit quod prædicta Bernarda fuit uxor Ardenæ, militis, de Caunis, ut dicebatur, et ipse vidit quod dictus Ardena tenebat eam sicut uxorem suam. Item dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis dictum Ardenam. Item dixit se audivisse dici quod homines de Olonziaco interfecerunt eum cum armis, quia equitaverat contra ipsos tanquam raptor. H

Fol. 69. 924. [Contra[9] peticionem habit]atorum castri de Rivo, *etc.*, dixit se vidisse quod homines de Rivo fuerunt contra dominum regem Francorum in guerra vicecomitis. Item dixit quod prædicti homines de Rivo solvunt pro tallia quolibet anno domino de Rivo, et solverunt, postquam dominus rex venit apud Avinionem, L libras melgoriensium. Interrogatus quomodo scit, dixit quod ipse vidit bene per X annos, et credit quod sic fecissent quolibet anno post I prædictum adventum domini regis. Item dixit se vidisse quod tempore comitis Montis Fortis, quando primo habuit terram istam, dicti homines de Rivo dabant eidem vel suis DCC solidos melgoriensium pro tallia tantum, set postea accidit ita quod dictus comes Montis Fortis dedit dictum castrum de Rivo Theobaldo de Novila, cui prædicti homines de Rivo dederunt pro saumerio et vaccis et aliis rebus per unum annum III^c solidos melgoriensium, et postea J in anno sequenti baiuli dicti Theobaldi pecierunt a dictis hominibus de Rivo L libras pro tallia. Et cum dicti homines de Rivo deffendissent tunc quod non tenebantur dare pro tallia nisi septingentos solidos tantum, et quod non darent plus quam consueverant, baiuli dicti Theobaldi, scilicet Raimundus Ermengaudi de Rivo et quidam alius franciscus, fecerunt claudere portas castri de Rivo ne inde exirent homines dicti castri nec bestiarium suum, K donec solverent L libras pro tallia, et dixit quod sic tenuerunt clausas portas dicti castri bene per IIII dies, et tantum donec solverunt L libras pro tallia vel concesserunt dare, et tunc et de cetero solverunt pro tallia quolibet anno, tempore dicti comitis et domini regis, L libras. Verumptamen dixit quod homines de Rivo tenent se pergravatos de III^c solidis augtis[10], et quia solvunt nisi DCC solidos tantum. — Item dixit prædictus testis quod ipse vidit homines L

[1] *Cf.* § 250, 306 *et* 445.
[2] Rieux-Minervois, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[3] Auriac, Aude, c^on Mouthoumet.
[4] *Cod.* Ermengava pater et mater.
[5] *Cf.* § 251, 307 *et* 446.
[6] *Cod.* reconsiliatum.
[7] *Pro* conversum.
[8] *Cf.* § 252, 308, 447 et 707.
[9] *Cf.* § 253, 309 *et* 708.
[10] *Pro* auctis.

A de Rivo contra comitem Montis Fortis, ita quod oportuit quod obsideret dictum castrum et homines dicti castri bis. Item dixit quod usus est in terra ista quod, quando aliqua villa solvit aliquam quantitatem talliæ, si homines illius villæ augeantur, pro hoc tallia non augetur, et eodem modo, si minuuntur homines, tallia non minuitur.

925. Contra peticionem Aladaiscis, uxoris quondam Engilberti de Cesseracio, *etc.*, dixit
B se vidisse prædictum Engilbertum, maritum ejus, crucesignatum de feutro pro hæresi. Interrogatus si vidit faiditum P. Jordani, dixit se audivisse dici quod Jordanus de Laurano, qui vocabatur Gauseta, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et interfectus apud Lesinianum[1] per gentes domini regis, tamen ipse non vidit a gentibus terræ.

926. Contra[2] peticionem dominæ Mabiliæ [de Redorta, *etc.*, dixit quod Bernardus] Fol. 69 v°.
C de Redorta fuit captus apud Caunas de mandato fratris Ferrarii crimine hæresis, et fuit condempnatus et incarceratus apud Carcassonam, et fracto carcere aufugit. Hæc omnia prædicta vidit prædictus testis, quia erat præsens cum dicto Bernardo de Redorta. Item dixit quod postea vidit prædictum Bernardum de Redorta faiditum in guerra vicecomitis et ante guerram illam.

D 927. Contra[3] peticionem Sasiæ de Saxiaco, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis Ermengaudum de Monte Lauro, fratrem Guillelmi Sigerii, de Monte Lauro.

928. Contra[4] peticionem Ricardis, uxoris quondam Arnaldi Guillelmi de Rosolincho, *etc.*, dixit se vidisse Arnaldum Guillelmi de Rosolincho, qui modo vivit, faiditum in guerra vicecomitis.

E 929. Contra[5] peticionem Sauræ, filiæ quondam Nigri de Redorta, *etc.*, dixit se vidisse[6] faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis.

930. Contra[7] peticionem Petri Raimundi, de Alairaco[8], *etc.*, dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis Guillelmum de Gordono et Bertrandum de Gordono et Raimundum de Gordono, fratres.

F 931. Contra[8] peticionem Estaciæ, *etc.*, dixit se vidisse faiditum tempore comitis Montis Fortis et in guerra vicecomitis Petrum de Conchis, fratrem[9] dictæ Estaciæ.

932. Contra[10] peticionem Raimundæ de Calavo, *etc.*, dixit se audivisse dici quod, quando comes Montis Fortis adquisivit terram istam et recepit civitatem Carcassonæ, homines qui erant infra dictam civitatem recesserunt inde in camisiis et braccis, et feminæ in solis cami-
G siis, et amiserunt quicquid habebant[11], et omnia bona, quæ habebant illi qui erant tunc in civitate contra comitem Montis Fortis, remanserunt dicto comiti.

933. Contra[12] peticionem universitatis de Conchis, *etc.*, dixit se vidisse quod homines de Conchis in guerra vicecomitis fuerunt contra dominum regem, et ipse vidit tunc dictum vicecomitem, scilicet Trencavellum, apud Conchas infra villam, et multos alios cum ipso qui
H erant contra dominum regem.

934. Contra[13] peticionem [universitatis de Monte Regali], *etc.*, dixit se vidisse quod Fol. 70.
universitas sive homines Montis Regalis fuerunt contra dominum regem in guerra vicecomitis, recipiendo hostes ejusdem domini regis, dicens quod ipse testis fuit præsens apud Montem Regalem, quando receperunt in principio dictæ guerræ vicecomitem Trencavellum
I et Geraldum de Aniorto et multos alios inimicos domini regis, in crastinum illius recepcionis vel tercia die post recepcionem ejusdem vicecomitis, et ibi vidit dictum vicecomitem et Geraldum de Aniorto et multos alios inimicos domini regis.

935. Contra[14] peticionem Guidonis de Peirola, *etc.*, dixit se vidisse faiditum in guerra vicecomitis Guillelmum Petri Lupatum, de Podio.

J 936. Contra[15] peticionem Arnaldi Guillelmi, filii quondam Arnaldi Guillelmi, de Barbairano, *etc.*, dixit se vidisse faiditos tempore comitis Montis Fortis et domini regis et exheredatos Arnaldum Guillelmi, patrem dicti agentis, et dictum agentem. Item dixit quod ambo decesserunt faiditi apud Perpinianum. Interrogatus quomodo sciebat, dixit quod ipse audivit dici apud Perpinianum, ubi prædictus agens et pater ejus morabantur.

K 937. Contra[16] peticionem universitatis de Rosticanis[17], *etc.*, dixit quod homines de Rosticanis fuerunt in guerra vicecomitis contra dominum regem. Interrogatus qualiter sciebat, dixit se audivisse dici a multis gentibus.

[1] Lézignan, Aude, arr. Narbonne.
[2] *Cf.* § 254, 310 *et* 709.
[3] *Cf.* § 255 *et* 711.
[4] *Cf.* § 256 *et* 712.
[5] *Cf.* § 257, 311, 448 *et* 713.
[6] *Suppl.* R. Rogerii.
[7] *Cf.* § 258, 312 *et* 715.
[8] *Cf.* § 259, 449 *et* 717.
[9] *Ant* patrem, *ut supra*, § 259 *et* 449, *dicitur*.
[10] *Cf.* § 315.
[11] *Vid. Petri, Vallium Sarnaii abbatis, Historiam, tomo nostro* XIX, p. 21.
[12] *Cf.* § 262, 316 *et* 451.
[13] *Cf.* § 263, 318 *et* 720.
[14] *Cf.* § 118, 264, 366, 453, 721 *et* 815.
[15] *Cf.* § 267, 320, 455 *et* 723.
[16] *Cf.* § 725.
[17] Rustiques, Aude, c^on Capendu.

938. Contra[1] peticionem Berengarii de Podio Terico, *etc.*, dixit prædictus Bernardus de Petra Blanca testis, quod ipsemet et Guillelmus de Sancto Juliano, frater ejus, fuerunt faiditi in guerra vicecomitis et ante dictam guerram. A

939. Contra[2] peticionem dominæ Esclarmundæ de Ginholis, *etc.*, dixit se vidisse Guillelmum de Aniorto faiditum tempore comitis Montis Fortis. Item dixit se vidisse faiditos in guerra vicecomitis Geraldum de Aniorto et Guillelmum Bernardi, fratrem ejus. Item dixit se audivisse dici quod Bernardus Hoto et G. de Aniorto, fratres, fuerunt capti pro hæresi et incarcerati apud Carcassonam. B

940. Contra[3] peticionem Guillelmi Garsiæ, *etc.*, dixit se vidisse quod Guillelmus Garsias prædictus fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et in guerra vicecomitis vidit eum faiditum apud Carcassonam, apud Villam Mostancionem[4] et in aliis locis. C

INDICULUS

HÆRETICORUM FAIDITORUMVE IN EXCEPTIONUM REGESTO MEMORATORUM.

[1] *Cf.* § 268, 321, 456 *et* 726.
[2] *Cf.* § 271, 323 *et* 459.
[3] *Cf.* § 160, 272, 324, 397, 460, 506, 604 *et* 840.
[4] Villemoustaussou, Aude, c^on Conques.

IMPRIMERIE NATIONALE.

SENTENTIÆ A REGIIS NUNCIIS IN CARCASSONENSI SENESCALLIA ANNO 1262 PROLATÆ.

MONITUM.

Anno 1258 vel circiter, tribus regiæ curiæ magistris, Henrico de Virziliaco, Nicolao de Catalaunis et Petro de Vicinis, clericis, a rege Ludovico cura commissa fuit « examinandi quæstiones illorum qui in Carcassonæ et Belliquadri balliviis aliqua de bonis suis minus juste a regiis officialibus asserebant occupata. » Qualiter in tam gravi negotio procedendum erat determinatum est regiis litteris, anno 1259, mense aprili, datis, quibus litteris temperata sunt ea quæ, in regni primordiis, ad refrenandum hæreticorum impetum, durius, ut fatetur ipse rex, edicta fuerant.

Regii nuncii, qui jam anno 1259 Carcassonensium et Bellicadrensium querimonias discutiebant, ineunte anno quem 1262 computamus, non paucas protulerunt sententias quibus aut admissæ aut repulsæ sunt conquerentium petitiones. Inter documenta quæ præ manibus habebant, notanda sunt et Exceptionum regestum, cujus tenor supra (p. 545-614) typis mandatus est, et alterum regestum cui alluditur cum in sententia 65 commemoratur « inquisitio quæ est in minori registro », quod minus regestum, ut pleraque ad res Albigensium attinentia, usque ad nos pervenisse non videtur.

Sententias quæ ad Carcassonensem senescalliam spectabant exsequi jussus est senescallus Petrus de Autolio, qui hujus exsecutionis curam magistro Bartholomæo de Podio, Carcassonensi judici, et magistro Petro Amiot[1], ipsius senescalli clerico, delegavit.

Regiorum nunciorum sententias instrumentaque ad exsequendas easdem sententias pertinentia, præcipiente Guillelmo de Cohardone, inde ab anno 1266 Carcassonensi senescallo, superintendente vero jam dicto Bartholomæo de Podio, collecta, « ut sciretur quæ restitutiones et quibus et de quibus rebus sint factæ, liqueretque quibus sint denegatæ », manu Guillelmi Cerdani, de Podio Nauterio, publici notarii, in quodam regesto transcripta sunt.

Authenticum regestum quo continebantur anni 1262 et sententiæ et exsecutoria instrumenta, Lutetiam in Colbertinam bibliothecam anno 1683 vel circiter delatum, archivo Cameræ computorum Montis Pessulani anno 1701 restitutum est[2]; ejus vestigia nostram usque ad ætatem sequi frustra tentatum est. Felici casu, tam pretiosum documentum, dum in Colbertina bibliotheca repositum esset, curante

[1] *In apographis quæ ad nos pervenerunt* Petrus Aniot *dicitur, mendose, ut conjicimus.* — [2] *Histoire générale de Languedoc,* éd. Privat, t. XIV, col. 1410 et 1534.

Stephano Baluzio, bis transcriptum fuit duoque apographa, in Bibliotheca Maxima Parisiensi asservata, inter latinos codices numeris 5954 A et 6193 distincta sunt.

Quæ subsequitur editio præcipue ad fidem nitidioris apographi, n° 5954 A, parata est. Omissis formulis quibusdam, quæ in omnibus fere sententiis occurrunt, neglecto etiam codicum ordine, sententiæ cuique, ut fieri potuit, subjungenda censuimus exsecutoria instrumenta, ut uno oculi ictu comprehendi possint quæcumque ad idem negotium spectant.

In Appendice tria reperiet lector documenta, quibus non parum illustrantur regiarum restitutionum negotia, cum ex eis quomodo tum a Guidone Fulcodii, tum a magistro Henrico de Virziliaco ejusque collegis, processum fuerit intelligatur.

Excerpta e Sententiarum regesto jam in novissima operis d. Vaissète editione (*Histoire générale de Languedoc,* t. VII, part. II, col. 197-330) ab Augusto Molinier, anno 1879, vulgata sunt.

A Serenissimus dominus Ludovicus, Dei gratia rex Francorum illustris, pia miseratione disposuit facere inquiri de quæstionibus illorum qui in Carcassonæ et Belliquadri balliviis aliqua de bonis suis minus juste ab officialibus ejus asserebant occupata, ad quod opus delegavit dominum Guidonem Fulcodii[1] et quosdam ejus collegas, viros justos et prudentes; reque requirente ut idem dominus rex legitime defenderetur, a quo multa injuste petebantur, ad B tanti operis sarcinam magister Bartholomæus de Podio[2], judex Carcassonæ, fuit deputatus. P. 1.

Tandem, super deffensionibus a dicto judice propositis inquisita veritate per virum Deo amabilem magistrum Philippum de Caturco[3], clericum ejusdem domini regis, et collegas suos, dictæ quæstiones fuerunt determinatæ per magistrum Henricum de Virziliacho et collegas suos, sapientiæ et justitiæ virtutibus decoratos. His peractis, idem magister Bartholomæus, C qui fuerat deffensor domini regis, et magister P. Aniot, clericus, ad exequendas dictas determinationes fuerunt ordinati.

Omnibus itaque consummatis, visum est expedire nobili viro domino G[uillelmo] de Cohardone, senescallo Carcassonæ et Biterris, ut hæc omnia de senescallia Carcassonæ et Biterris in hoc registrum recolligantur, tam de literis inquisitorum quam de literis domini regis, per D prædictum magistrum Bartholomæum de Podio, hæc ordinantem et dictantem, ut sciatur quæ restitutiones, et quibus, et de quibus rebus sunt factæ, liqueatque quibus sunt denegatæ. Oportet enim hoc esse in memoria æterna, ne illi quibus est satisfactum vel qui juste sunt repulsi, iterum id petentes ex oblivione admittantur.

Ludovicus[4], Dei gratia Francorum rex, dilectis suis magistris Henrico de Virzilliacho, P. 2.
E Nicolao de Cathalaunis[5], et Petro de Vicinis, inquisitoribus restitutionum et emendarum suarum in Carcassonæ et Belliquadri balliviis, salutem et dilectionem. Cum ex nostro mandato diversas examinaveritis quæstiones, illorum videlicet qui in Carcassonæ et Belliquadri balliviis aliqua de bonis suis minus juste a nostris officialibus asseruerunt occupata, et in dicta examinacione dubitationes variæ vobis occurrerint, quas sine nostro consilio et assensu F dirimere noluistis; nos, volentes laudabiliter cœptum negocium laudabilius terminari, consultacionibus vestris taliter duximus respondendum.

I. Proposuistis siquidem quod qui partem nostram coram vobis deffenderunt obiciunt aliquibus petitoribus eis non esse restituenda quæ petunt, quia vel favendo vel receptando vel modis aliis extitisse probantur hæreticæ pravitatis labe respersi. Nos autem, licet in regni nos- G tri primordio ad terrorem durius scripserimus contra tales in quibusdam literis nostris, quæ

[1] *Qui anno 1265, in papam electus, nomen Clementis IV accepit.*

[2] *Vide supra, p.* 541.

[3] *Qui postea Ebroicensis episcopus fuit.*

[4] *Has litteras contulimus cum apographo quod in Thesauri regiarum cartarum regesto* XXX.A. *fol.* 198, *exstat.* — *Quæ litteræ non semel editæ fuerunt; vide* Ordonnances des rois de France, I, 62, *et* Hist. générale de Languedoc, *noviss. ed.*, VIII, 1440.

[5] *Codd.* 5954 A *et* 6193 : Nic. de Catherio.

incipiunt : *Cupientes*[1]; nolumus tamen aliquem ex hac causa solummodo a sua peticione A repelli, nisi vel metu inquisicionis aufugerit, vel citatus in contumacia perseveraverit, vel in domo ejus hæreticus fuerit deprehensus vel ad murum fuerit condempnatus vel relictus curiæ seculari. Nec propter virorum culpam uxores eorum bonis suis privari volumus, nisi et ipsæ in tantum deliquerint, ut propter culpam propriam sint privandæ juxta formam proxime prætaxatam. B

II. Eis autem qui hæretici fuerant, et, ante citationem religionem ingressi, vitam suam laudabiliter ibidem finierunt, hanc gratiam facimus ut eorum heredibus bona reddantur, si aliud non obsistat.

III. Eos sane qui ante crucesignatorum adventum[2] hæreticis publice in terra morantibus possessiones suas habitandas vel excolendas tradidisse seu locasse dicuntur, ob hoc solum C nolumus possessiones quas petunt amittere, nisi consuetudo terræ aliud teneat approbata, vel constitutio de hoc specialiter facta fuerit contra tales.

IV. Quia vero quæsistis quid vobis de creditoribus hæreticorum, qui credita sua repetunt, vel eorum uxoribus, dotem vel dotalicium repetentibus, sit tenendum, vobis taliter respondemus : quod, licet de consuetudine Gallicana aliter observetur, quia tamen terra illa regi D consuevit, ut dicitur, et adhuc regitur jure scripto, volumus creditoribus et uxoribus satisfieri, qui cum eis antequam essent hæretici contraxerunt, usque ad valorem bonorum, si culpa propria non obsistat. Eos vero vel eas qui cum eis postquam fuerunt hæretici contraxerunt, repelli volumus ab agendo, si cum hæreticis manifestis vel pro hæresi jam citatis vel de ea notatis vel publice infamatis contrahere præsumpserunt. Si vero, hiis cessanti- E bus, bona fide cum talibus contraxerunt, eos audiri volumus, nisi, prout nobis suggeritur, inveniatur per interpretacionem summi pontificis declaratum quod personis hujusmodi a tempore commissi criminis sit rerum alienacio et obligatio interdicta.

V. Verum de hiis contra quos pendet inquisitio, dicimus quod, si vobis per ipsos inquisitores vel acta inquisicionis vel aliter constiterit quod in ea sint causa ut saltem ad murum F debeant condempnari, si vivunt, vel jam mortui, si viverent, debuissent, bona non reddatis eorum. Si vero nichil tale contra eos inventum fuerit, eos vel eorum heredes in suis petitionibus audiatis. Si tamen aliqua vos movet suspicio contra ipsos et aliquid eis reddendum fuerit, recipiatis ab eis ydoneam caucionem, si eam præstare potuerint, de bonis quæ receperint nobis reddendis, si infra quinquennium inventum fuerit super prædicto crimine G aliquid contra ipsos, propter quod bona sua amittere debuissent, et interim auctoritate nostra interdicatis eisdem bonorum prædictorum alienacionem; si vero dictam præstare non potuerint caucionem, possitis eam remittere personaliter, personarum et negocii qualitate pensata.

VI. Quia vero, ut dicitis, de diversis faidimentis excipitur coram vobis ad repellendos H agentes, et quæritis quid super hiis tenere debeatis, vobis breviter respondemus quod illi qui eo tempore quo bonæ memoriæ karissimus[3] genitor noster venit[4] ad terram illam adhæserunt eidem et in suis possessionibus remanserunt, sive super pace litteras habent sive non, ob hoc solum repellendi non sunt quod antea in guerra fuerant contra comitem Montis Fortis, vel ad eum repellendum de terra consilium dederant seu juvamen. I

Si tamen aliqua bona vobis petunt quæ dictus comes in suo adventu occupaverat vel postea super rebelles suos acquisierat et possederat, ea nolumus eis reddi, nisi ostenderent sibi factam fuisse super hiis a genitore nostro vel nobis, vel a prædicto comite, restitucionem seu specialem gratiam et expressam, vel nisi ea post adventum patris nostri per viginti annos continue possedissent. J

VII. Illos autem, qui se nobis opposuerunt in guerra Trancavelli[5] vel comitis Tolosani[6], ad petitionem illorum bonorum admitti nolumus quæ non possidebant tempore motæ guerræ, sed prius a nostris gentibus fuerant occupata, nisi ostenderent super hoc gratiam specialem. Qui vero tempore dictæ guerræ Trancavelli vel comitis Tolosani guerram personaliter non fecerunt, sed tamen in villis vel castris a nostris hostibus occupatis promiscue K cum ipsis hostibus remanserunt, a peticione bonorum quæ tempore motæ guerræ non tenebant repelli volumus, nisi essent minores decem et octo annis, vel decrepiti, vel mente capti, vel gravi infirmitate aut alio justo impedimento detenti, vel inviti retenti ab hostibus, vel etiam mulieres quæ cum hostibus remanserunt, nisi aliter eorum prodicioni, facto vel dicto, consensisse probentur. L

[1] *Statutum de hæreticis et excommunicatis, cujus prima vox est* Cupientes, *nomine Ludovici IX, die 13 vel 14 aprilis anni 1229*(n. st.) *promulgatum est, ut a D. Vaissète, noviss. edit.*, VII, 73, *comprobatum est. Hujus statuti textum habes in* Ordonnances, I, 50.

[2] *Id est ante annum 1209.*

[3] *Codd.* 5954 A *et* 6193 : christianissimus.

[4] *Anno 1226.*

[5] *Anno 1240.*

[6] *Anno 1242.*

A VIII. Creditoribus autem faiditorum vel uxoribus eorumdem, qui vel quæ cum eis a tempore commissi criminis contraxerunt, nolumus quicquam solvi, aliis autem usque ad valorem bonorum quæ ab ipsis habuimus satisfiat.

IX. Sane super possessionibus hominum Carcassonæ, quas eis, ut dicitur, reddi jussimus, eas scilicet quas tenebant tempore motæ guerræ, volumus quod eisdem, si aliter non
B commiserant, compensacionem ydoneam faciatis, juxta tenorem litteræ quam misimus Johanni de Cranis, tunc temporis senescallo. De ortis autem qui sunt circa civitatem, stari volumus dictis testium coram vobis super hoc productorum.

X. Cæterum, quia multa petuntur a nobis, quæ data sunt aliis in assisia, et quædam ex hiis a personis ecclesiasticis, quædam a laicis repetuntur, vobis duximus respondendum,
C quod, cum ecclesiarum bona aliis dare nec voluerimus nec potuerimus, agant ecclesiæ contra possessores rerum ipsarum, et volumus et mandamus maturam eis et expeditam justiciam exhiberi, et idem dicimus de laicis petitoribus, nisi constet ex littera assisiæ quod vel bona ipsorum nominatim dederimus in assisia, vel aliter probari possit quod senescallus noster, cum dedit assisiam, bona illa expresse in assisia computavit, quamvis in littera assisiæ
D nichil de hoc inveniatur expressum; in quibus duobus casibus audiri volumus petitores, et si aliud non obsistat componi cum possessore vel cum petitore, prout commodius poterit expediri, nec eis noceat præscripcio quadriennii, quæ de jure scripto tales repellere consuevit.

XI. His vero qui redditus nostros alicubi ad certam summam turonensium vel melgo-
E riensium emerant, et aliquæ monetæ quæ currebant cum turonensibus et melgoriensibus tempore empcionis de terra postea infra solutionis terminum sunt expulsæ, vobis dicimus quod nichil hac occasione reddatis eisdem.

XII. De servientibus vero et aliis qui in burgo novo Carcassonæ, ædificato inter civitatem et flumen [1], domos ædificaverunt, quas noster postea diruit senescallus [2], volumus quod
F aliqua recompensatio competens eis fiat.

XIII. Porro de talliis a comitibus Montis Fortis impositis et postmodum, quandiu terram tenuimus in pace, levatis, volumus quod in eo statu in quo fuerunt impositæ perseverent, et si quid est superadditum resecetur. Si vero, prout dicitur, in locis aliquibus magna pars possessionum ad nos ex confiscacione pervenit, volumus talliam diminui pro rata, donec
G dictæ possessiones ad alios venerint qui conferre possint in tallia sicut veteres possessores.

XIV [3]. [De talliis vero Calvicionis [4] et aliorum locorum circa Nemausum, dicimus quod vel componatis cum eis, vel secundum ea quæ acta sunt coram vobis, quod justum fuerit faciatis, et idem dicimus de plateis ad manum nostram redactis, quæ antea publicis usibus serviebant.]

H XV. Demum de allodiis, quæ, ut dicitur, a possessoribus eorumdem vendi libere consueverunt, et ballivi nostri vendi non permittunt, nisi census aliquis nobis retineatur in eis et insuper pecunia pro laudimio eis detur, volumus quod census impositi revocentur et similia in posterum non attemptent.

XVI. Ea vero quæ a nobis tenentur in feudum, particulariter, vendi ballivi nostri sine
I nostro non permittant assensu, nisi contraria consuetudo probetur, quæ si probata fuerit, probationes super hoc productæ ad nostrum refferantur examen.

XVII. Verum super facto Berengarii de Cautio [5], vobis taliter respondemus quod, si ei aliud non obsistat, nisi quod fidejussisse dicitur pro Emmenone de Fontesio, qui contra suam promissionem se nobis opposuit, eumdem Berengarium ob hoc solum a sua peticione
J repelli nolumus, tum quia, prout dicitis, non probatur quod fidejusserit pro eodem sub suorum commissione bonorum, tum quia terra dicti Emmenonis ad nos ex confiscatione pervenit.

XVIII. De filiis præterea faiditorum, tenere vos volumus quod jure scripto in illis partibus observatur.

K XIX. Hæc autem omnia a ballivis nostris vel aliis terrarum dominis ex hac ordinatione ad juris auctoritatem trahi nolumus, cum ea non animo jus constituendi ordinaverimus, sed ut in dubiis, temperato juris rigore, animæ nostræ saluti viam possimus eligere tuciorem, et in hiis omnibus mutandi et corrigendi retinemus nobis liberam potestatem. Actum apud Vicenas, anno Domini M° CC° quinquagesimo nono, mense aprili [6].

[1] Atacem, *gallice* l'Aude.
[2] *Codd.* 5954 A *et* 6193 : marescallus.
[3] *Hic articulus in codd.* 5954 A *et* 6193 *desideratur.*
[4] Calvisson, Gard, c°ⁿ Sommières.
[5] *Vide infra, p.* 674, *cap.* 93.
[6] *Reg.* XXX. A : mense julio.

1. HOMINES DE SENESMES, *etc.*

A
P. 13. Nobili viro domino Petro de Autolio, militi, Carcassonæ et Biterris senescallo, magistri
Henricus de Virziliacho, Nicolaus de Cathalaunis et Petrus de Vicinis, clerici, inquisitores
deputati ab illustrissimo domino rege Franciæ in partibus Albigesii super injuriis et emendis
ipsius domini regis, salutem. Homines de Senesme petebant remitti vel saltem allevari onus
impositum dictæ villæ de questa annua centum solidorum, cum dicta villa ab adventu do- B
mini Johannis de Bello Monte[1] citra sit quasi destructa et desolata. Cum igitur magna pars
possessionum illius villæ ad dominum regem ex confiscatione pervenerit, authoritate do-
mini regis nobis in hac parte commissa, mandamus dictam talliam seu questam diminui
pro rata, donec dictæ possessiones ad alios venerint qui conferre possint in tallia, sicut ve-
teres possessores, et etiam alios qui laborant in dicto territorio possessiones, pro quibus C
olim possessores conferebant in tallia, prout de jure cogendos inveneritis, similiter conferre
cogatis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii.
P. 281. Inquirendum est de rata terrarum quas dominus rex tenet apud Senesme, ut pro rata
fiat diminutio talliæ, donec ad alios venerint qui conferant in tallia. Item qui sunt illi qui
laborant ibi possessiones, pro quibus olim possessores conferebant in tallia, ut cogantur con- D
ferre, causa cognita ordinare, *etc.*
In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi præsentem paginam in-
specturi quod nos magister Bartholomæus de Podio, judex curiæ Carcassonæ domini regis
Franciæ, et magister P., clericus domini Petri de Autolio, senescalli Carcassonæ et Biterris,
ab eodem domino senescallo deputati executores sententiarum et mandatorum dominorum E
inquisitorum ejusdem domini regis, literas pendentes eorumdem, non vitiatas, non cancel-
latas nec in aliqua sui parte abolitas, cum sigillis ipsorum trium sigillatas, recepimus in hæc
verba : « Nobili viro, *etc., ut supra primo.* » Cujus authoritate mandati, nos magister Bartho-
lomæus de Podio, judex Carcassonæ, et magister P., clericus domini Petri de Autolio, se-
nescalli Carcassonæ et Biterris, ab eodem domino senescallo deputati executores senten- F
tiarum et mandatorum dominorum inquisitorum ejusdem domini regis, facta æstimatione
per bonos viros juratos de valore terrarum Arnaudi Marroc et Arnaudi Fornerii, de Senesme,
quas dominus rex possidet, secundum ratam ipsarum possessionum, de dicta tallia annua
centum solidorum malgoriensium removemus decem solidos malgoriensium quamdiu dictæ
terræ fuerint in manu domini regis, et donec ad alios possessores pervenerint qui in dicta G
tallia possint conferre sicut veteres possessores. Et ego Raymundus Tria, procurator vel
sindicus universitatis hominum de Senesme, pro me et dicta universitate, a domino rege et
a suis me inde habeo pro paccato. Actum Carcassonæ, in testimonio Pontii Arnaudi Fus-
terii, Guilhelmi de Lauro, Raymundi Boxedoni, Raymundi Rogerii, omnium de Carcas-
sona, et mei Petri de Parisius, de Podio Nauterio, notarii publici domini regis, qui hæc H
scripsi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, idus octobris, regnante
Ludovico, rege Franciæ, et signavi.

2. RICHA, UXOR QUONDAM GUILLELMI PAGANI, DE ROCONE.

P. 14. Nobili viro, *etc., ut supra.* Richa[2], uxor quondam Guilhelmi Pagani, de Rochone, petebat
sibi restitui bona et jura quæ fuerunt dicti mariti sui in castro Sancti Martini Veteris[3] et in I
ejus terminiis, et de feudo de Monte Conillo[4], obligata sibi pro duobus millibus solidis mal-
goriensium dotis suæ, et pro mille solidis augmenti dotis, vel dictam summam sibi reddi.
Bona vero de Sancto Martino Veteri fuerunt occupata per ballivos domini regis in adventu
suo apud Avinionem, et ea tenet abbas Villæ Longæ[5] ex dono domini regis, et bona de
Monte Conillo fuerunt occupata tempore guerræ vicecomitis, quæ bona tenet dominus rex. J
Nos autem, visa petitione hujusmodi, præfatam Richam ad bona sibi obligata pro dote et
dotis augmento, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendam. Unde
vobis mandamus, quatenus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, dicta bona
pro dote obligata et ejus augmento, si rex tenet, restituatis eidem, vel pro rata bonorum
quæ tenet pecuniam persolvatis. De illis vero quæ rex non tenet, eam ad possessores duxi- K
mus remittendam, mandantes sibi de quibuscumque possessoribus maturam justitiam exhi-
beri, quoties voluerit contra ipsos et de jure poterit experiri, hoc salvo quod, si inveneritis

[1] *Anno 1240.*
[2] *De hujus Richæ petitione, vide Exceptionum articulos* 166 *et* 613.
[3] Saint-Martin-le-Vieil, Aude, c^on Alzonne.
[4] Montconil, *hodie* Rocreuse, c^on Saint-Martin-le-Vieil. *Vide Mahul,* Cartulaire de Carcassonne, I, 210-218.
[5] Villelongue, Aude, c^on Limoux. *De monasterio Villæ Longæ vide* Gall. christ., VI, 1017.

A aliqua de prædictis fuisse data a domino rege alicui sive aliquibus in assisiam, cum possessore seu possessoribus vel cum dicta Richa, prout melius poteritis, componatis pro rata bonorum quæ fuerunt data in assisiam nominatim vel etiam computata. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii.

In nomine, *etc.* Noverint, *etc.*, quod nos magister Bartholomæus de Podio, *etc.*, et ma- P. 284.
B gister P., *etc.*, literas pendentes eorumdem, *etc.*, recepimus in hæc verba : « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato prædicti domini senescalli, prædictæ Richæ tradimus possessionem vel quasi medietatis bonorum et jurium subscriptorum, quæ dominus rex tenet, quæ medietas quondam fuit Guilhelmi Pagani, de Rocone, habenda et possidenda ab ipsa jure pignoris, donec de dicta pecunia sibi
C fuerit satisfactum juxta determinationem dominorum inquisitorum prædictorum, sicut de dictis bonis nobis fuit facta fides et de eorum æstimationibus per G. de Carlipaco[1], Arnaldum Chatberti et Pelegrinum Malol, testes juratos; alteram medietatem, quæ fuit Pontii de Rebentino, ad manum domini regis pro faidimento ejus retinentes, quæ non fuit obligata. Et ego Richa prædicta de prædictis a domino rege et a suis me teneo pro paccata,
D quantum ad ea quæ ipse tenebat, salvo michi jure meo quantum ad alios possessores.

Bona autem et jura prædicta sunt ista. Certum est quod dominus Guillelmus Pagani, de Roco, miles, et Pontius de Rebentino, nepos ejus, habebant et possidebant in redditibus feudi de Monte Conillo et ejus terminiis tres partes, cum totum feudum de Monte Conillo et dominium ipsius divisum fuerit per octo partes, quarum octo partium quinque partes
E sunt B. de Sancto Martino et Aymerici, fratrum, et tres residuæ partes erant Guillelmi Pagani et Pontii de Rebentino prædictorum, quas tres partes dominus rex Franciæ tenet ad manum suam, exceptis sex petiis terrarum quæ sunt in decimario de Monte Conillo, quas dedit dominus rex monachis Sanctæ Mariæ de Villa Longa pro emenda reddituum de Carlipaco quos dominus Lambertus[2] tenet, quarum una est in decimario de Monte Conillo, in
F loco vocato ad Recum de Bosco Freserio, in qua sunt octo sestariatæ terræ, *etc.;* secunda est in dicto decimario ad Coloma, in qua sunt quinque sestariatæ terræ, *etc.;* tertia est ad Bozies, in qua sunt sex sestariatæ, *etc.;* quarta est ad casale de Monte Conillo, in qua sunt duæ sestariatæ et eminata, *etc.;* sexta est ad Podium Valier, in qua est una sestariata, *etc.;* et excepto quodam agrerio, quod dicti monachi accipiunt in quadam terra
G dicti domini B. Martini et fratris sui. Quas sex terras prædictas cum agrerio prædicto tenent prædicti monachi pro emenda prædicta, quæ æstimatæ sunt, cum dicto agrerio, valere pretium mille ducentorum solidorum malgoriensium. Item feudum de Monte Conillo, cum terris heremis et cultis, quod dominus rex tenet ad manum suam, valet duo millia solidos malgoriensium, cum valeat de redditu in blado duo modia octo sestaria, tertium frumenti,
H cum sivadagio de Raxiaco[3]; dictum feudum affrontatur ab altano in feudo de Busarenx; a meridie in feudo de Villarasenc et de Vilaguissas; a circio in feudo de Cascarreto; ab aquilone in feudo Sancti Martini Veteris[4]. Pro quo feudo debentur dari annuatim monachis Villæ Longæ septem solidi sex denarii pro alberga, videlicet pro tribus partibus quas Guillelmus Pagani et Pontius de Rebentino in dicto feudo accipiebant. Item constat quod dominus
I Guillelmus Pagani et Pontius de Rebentino prædicti habebant et possidebant in castro de Sancto Martino et ejus terminiis, inter servitia et conductiones domorum et unum columbarium et deffensum nemoris, appretiata quolibet anno in redditibus sex libras turonensium. Item unum moleudinum appretiatum quolibet anno duo modia, octo sestaria, tertium frumenti, cum sivadagio et censibus dicti loci. Item unum malolium in decimario Sancti
J Martini; affrontatur, *etc.;* appretiatum pretium centum solidos malgoriensium. Item partem agreriorum feudi Sancti Martini, valentium decem sestaria bladi, tertium frumenti. Item corveias castri de Sancto Martino, valentes decem solidos malgoriensium. Actum Carcassonæ, in testimonio Guilhelmi de Tilio, castellani Montis Regalis, G. de Lupiano et Arnaudi Boneti et mei Guilhelmi Cerdani, de Podio Nauterii, publici notarii, qui rogatus hanc car-
K tam scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, sexto calendas aprilis, Ludovico rege Franciæ regnante.

3. BERNARDUS DURFORT ET ROGERIUS DURFORT[5].

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Bernardus Durfort et Rogerius Durfort, consanguinei, pro se et P. 16.
pro fratribus suis, petebant sibi restitui bona et jura ad ipsos pertinentia jure directi do-
L minii, quæ Petrus de Insula et Sicardus Durfort, fratres, parentes eorum, habebant et tene-

[1] Carlipa, Aude, c[on] Castelnaudary.
[2] Lambertus de Tureyo; *vide Vaissète, ed. noviss.*, VIII, 973.
[3] Raissac-sur-Lampy, Aude, c[on] Alzonne.
[4] *Vide Mahul*, Cartulaire de Carcassonne, I, 210.
[5] *Vide Exceptionum articulos* 129 *et* 553.

bant tempore quo fecerunt homagium domino regi, in villa de Brasillaco et apud Ferrandum A
et apud Callavum[1], occupata propter culpam hæresis illorum hominum qui tenebant illa
jura. Nos autem, visa petitione istorum et plenius intellecta, secundum formam inquisi-
tionis nostræ, dictum Bernardum duximus repellendum; dictum vero Rogerium, pro se et
fratribus suis, ad illa bona quæ dominus rex tenet tantummodo, quæ fuerunt Petri de In-
sula, patris dicti Rogerii, esse restituendum decrevimus, ad possessorem rerum quæ fuerunt B
dicti Petri quas rex non tenet remittentes eumdem, reservata illi actione contra quemlibet
possessorem, si voluerit in judicio et de jure poterit experiri, salvo tamen in præmissis jure
proprietatis domino regi, si placuerit in judicio experiri, dicto Rogerio et fratribus suis in
sua possessione remansuris donec succubuerint, si contingat. Datum anno Domini mille-
simo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii. C

4. RAYMUNDUS ISARNI, FILIUS QUONDAM P. ISARNI.

P. 17. Nobili viro, *etc., ut supra,* Raymundus Isarni, de Fano Jovis[2], filius quondam P. Isarni, de
Fano Jovis, et Berengariæ, uxoris ejus, dicit quod, quando vicecomes movit guerram, Pon-
tius de Monte Lauro, maritus dictæ Berengariæ, tenebat cum ea bona et jura ad ipsam
pertinentia in villis de Monte Regali et de Campo Libero[3] et eorum terminiis; quo Pontio D
faidito, Odardus de Manevilla, tunc castellanus, bona prædicta saisivit, et adhuc ea tenet do-
minus rex; quæ petit dictæ matri suæ restitui. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius
intellecta, matrem prædictam juxta formam inquisitionis nostræ invenimus esse restituendam
ad petita. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, qua-
tenus prædicta bona, si rex tenet, restituatis matri prædictæ, salvo jure proprietatis domino E
regi, si voluerit in judicio experiri, ipsa nichilominus in possessione remansura donec succu-
buerit, si contingat. Si vero rex non tenet, et vobis constiterit prædicta data fuisse a domino
rege alicui in assisiam nominatim vel etiam computata, cum dicta matre vel cum possessore
seu possessoribus, prout melius poteritis, componatis; quod si non inveneritis prædicta data
fuisse, ut dictum est, in assisia, reservamus dictæ matri actionem contra quoscumque extra- F
neos possessores, si voluerit et de jure poterit experiri, mandantes sibi maturam justitiam
exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii.
P. 293. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc., ut
supra.* » Cujus authoritate mandati, nos, executores supradicti vice et mandato dicti domini
senescalli, restituimus dictæ Berengariæ et Pontio de Monte Lauro, viro ejus, nomine ipsius, G
bona et jura infrascripta quoad possessionem, salvo jure domini regi in proprietate, de
quorum confrontationibus constitit per Raymundum de Viridario, Bertrandum de Alanhano
et G. Natalis et Arnaldum de Fromiaco, testes juratos. Et ego Pontius de Monte Lauro, pro
me et Berengaria, uxore mea, a domino rege et a suis de prædictis me habeo pro paccato.
Bona autem prædicta sunt hæc in terminiis de Monte Regali, videlicet quartum fructuum H
vineæ Guilhelmi Natalis, in terminio de Bosqueto, quæ affrontatur de altano in via, de cir-
cio in tenentia Petri Euge[4]. Item quartum fructuum et dominium vineæ Bernardi Mercerii
in eodem terminio... Item quartum fructuum et dominium vineæ Petri Euge... Item
quartum fructuum et dominium cujusdam terræ Alberti de Garnela, ibidem... Item
quartum fructuum et dominium terræ et vineæ Guilhelmi Gavaldani, ibidem... Item agre- I
rium fructuum et dominium duarum petiarum terræ Bertrandi de Alanhano, in eodem ter-
minio... Item quartum fructuum et dominium unius vineæ G. Gavaudani, in eodem termi-
nio... Item una gallina et dominium in quadam vinea Petri Euge, in eodem terminio...
Item quartum fructuum et dominium unius vineæ B. Gavaldani, in eodem terminio... Item
quartum fructuum et dominium unius terræ Raymundi Boerii... Item quartum fructuum J
et dominium unius terræ B. Serene... Item una gallina censualis et dominium in duabus
petiis terræ heredum Petri de Verneto, in terminio Montis Regalis, ad Castrum Vetus...
Item una gallina et dominium cujusdam vineæ Rocabous... Item quartum fructuum et
dominium cujusdam terræ filii G. de Sausinco[5], in terminio Montis Regalis... Item viginti
duos denarios malgorienses censuales et dominium cujusdam terræ B. Gras, in terminio de K
Villa Traverio... Item medietas fructuum et dominium cujusdam terræ Arnaldi de Fro-
miaco, in terminio de Villa Traverio... Item medietas fructuum et dominium cujusdam
terræ P. de Verneto, in terminio de Villa Traverio... Item medietas fructuum et dominium
cujusdam terræ ibidem P. de Verneto... Item duos denarios malgorienses censuales et

[1] Brézillac, Ferran et Cailhau, Aude, c^on Alaigne.
[2] *De hujus Raimundi Isarni petitione vide Exceptionum articulos* 121, 368, 472 *et* 818. — Fanjeaux, Aude, arr. Castelnaudary.
[3] Montréal, Aude, arr. Carcassonnne. — Cambieure, Aude, c^on Alaigne.
[4] *Cod. hic* Eugi, *infra* Euge *vel* Enge.
[5] Sauzens, Aude, c^on Alzonne, c^ne Caux-et-Sauzens.

A dominium cujusdam mansi in castro Montis Regalis... Item quoddam mansum quod do-
mina Berengaria habebat in castro Montis Regalis... Actum Carcassonæ, in testimonio
Baudeti de Conchis, Thomæ Brocardi, Arnaldi Fine, et mei Guilhelmi Cerdani, notarii,
qui hæc scripsi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, sexto calendas
aprilis, Ludovico rege regnante, et signavi.

B 5. PETRUS ROGERII, ARNALDUS, GUILHELMUS ET GALARDUS, FILII QUONDAM B. DE BRASILACO.

Nobili viro, *etc., ut supra*. Petrus Rogerii, Arnaldus, Guilhelmus, et Gallardus, filii quon- P. 19.
dam B. de Brasillaco[1], petebant bona paterna in villa de Brasillaco et ejus terminiis, qui-
bus patrem spoliavit Odo Coqus, tunc senescallus, et Cavallarius, pro ipso tunc castellanus
Montis Regalis. Petebant etiam remitti sibi questam viginti solidorum sibi impositam ab
C Odardo de Manevilla, castellano tunc Montis Regalis[2], quam antea nunquam dederant ipsi
vel antecessores eorum. Nos igitur, petitione hujusmodi diligenter inspecta, secundum for-
mam inquisitionis nostræ, decrevimus prædicta bona paterna, si dominus rex ea tenet,
prædictis petitoribus esse restituenda, maxime cum non inveniatur aliquid quod nocere
eisdem debeat quominus restituantur ad ea, salvo tamen jure proprietatis domino regi, si
D in judicio experiri voluerit. Quare vobis mandamus quatenus prædicta restituatis eisdem,
ipsis in possessione remansuris, donec aliter super prædicta proprietate succubuerint, si
contingat. Quantum vero ad talliam, quoniam invenitur quod dominus de Mazerolis[3] dedit
patri ipsorum et omni posteritati ejus immunitatem a tallia, et cum inveniatur eis imposita
tallia viginti solidorum ab Odardo de Manevilla, nos ad possessionem immunitatis ipsos
E duximus reducendos, quandiu manebunt in loco in quo dictus dominus dare poterat immu-
nitatem prædictam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense
februarii.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc., ut* P. 289.
supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato dicti domini
F senescalli, prædictos fratres ad possessionem immunitatis talliæ non præstandæ reductos,
quandiu manebunt in loco in quo dominus Raines de Mazerolas potuit dare patri eorum
immunitatem talliæ non præstandæ, prohibemus a gentibus domini regis indebite molestari.
Item, authoritate ejusdem mandati, restituimus eis bona paterna quoad possessionem, quæ
dominus rex tenet, sicut de ipsis bonis et eorum confrontationibus nobis constat per R. Bos-
G queti, G. Dotra, R. de Lauraco[4], et P. de Secavesa, et G. de Lauraco, testes juratos. Bona
autem sunt hæc : videlicet unus campus ad Fontem Veterem, in quo est una eminata terræ
et affrontatur..., in terminio de Brasilaco. Item, in eodem terminio, alius campus ad
campum de Sola, in quo sunt tres sestariatæ terræ... Item, in eodem terminio, alius cam-
pus ad Solanum..., et sunt ibi tres eminatæ. Item alius campus ad Fogarils... Item alius
H campus ad Fogarils... Item alius campus ad Costal de Podio Escarit... Item una garriga
major... Item alia garriga minor... Item area et columbarium... Item unus campus ad
Podium Fresier... Et est certum quod dictæ possessiones sunt casalaticum, pro quo te-
nentur dare domino regi pro annuo censu, in festo Natalis Domini, duos solidos hugo-
nensium et duo sestaria ordei et unam gallinam, sicut constat per duo publica instrumenta;
I salvo jure domino regi, si plus debet ibi percipere. Et nos Petrus Rogerii, Arnaldus, Guil-
helmus, et Galardus prædicti, de prædictis a domino rege et a suis nos habemus pro pac-
catis. Actum Carcassonæ, in testimonio Petri de Provino, vicarii, Raymundi Gonterii, baiuli
de Insulis[5], B. Pagesii, et mei Guilhelmi Cerdani, de Podio Nauterii, publici notarii, qui
hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, calendas
J aprilis, Ludovico rege Franciæ regnante.

6. MABILIA, UXOR QUONDAM JOHANNIS MONTANERII, DE MONTE REGALI, *ETC.*

Nobili viro, *etc., ut supra*. Mabilia, quondam uxor Johannis Montanerii[6], de Monte Regali, P. 20.
petebat sibi restitui dotem suam, scilicet centum libras malgoriensium, et quinquaginta libras
malgoriensium, quas dictus maritus suus ei dedit pro augmento, pro quibus centum quin-
K quaginta libris tam dotis quam donationis obligavit ei dictus maritus suus omnia bona sua,
quæ bona tenet occupata dominus rex occasione guerræ vicecomitis, quando intravit castrum
Montis Regalis. Nos autem, visa peticione hujusmodi et plenius intellecta, juxta formam

[1] Brézillac, Aude, c^on Alaigne.
[2] *Castellanus anno 1240 fuit, teste Mahul,* Cartul. de Carcassonne, I, 92.
[3] Mazerolles, Aude, c^on Alaigne.
[4] Laurac, Aude, c^on Fanjeaux.
[5] Les Ilhes, Aude, c^on Mas-Cabardès.
[6] *Vide Exceptionum articulos* 261, 450 *et* 719, *supra, p.* 563, 577 *et* 596.

IMPRIMERIE NATIONALE.

inquisitionis nostræ, dictam Mabiliam ad dotem prædictam invenimus esse restituendam. A
Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus filias ejusdem Mabiliæ ad quartam partem dotis maternæ vel pro eadem portione ad bona pro dote obligata restituatis, si rex tenet. Si vero non tenet, et vobis constiterit dicta bona, pro dote obligata, data fuisse alicui vel aliquibus in assisia nominatim seu etiam computata, cum prædictis filiabus vel cum possessoribus, pro rata bonorum datorum a domino rege in assi- B
sia, prout melius poteritis, componatis. Si vero non inveneritis ea data fuisse in assisia vel computata, reservamus prædictis actionem contra quoscunque extraneos possessores, quoties voluerint et de jure potuerint in judicio experiri, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii.

P. 297. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut* C
supra. » Constat per G. de Tilio, castellanum Montis Regalis, quod bona viri multum plus valent dicta quarta parte dotis, quæ dominus rex tenet. Item constat per confessionem Guilhelmæ et Indiæ, filiarum dictæ Mabiliæ, quod de Montaneria, sorore ipsarum, defuncta, supersunt Guilhelmus et B. et Johannes et Arnaldus, filii ejusdem Montaneriæ, et quod ipsæ sorores habent Guilhelmum Montanerium, fratrem ex utroque parente, et sic quarta pars D
debitæ portionis ab intestato contingens quamlibet dictarum sororum facit sex libras quinque solidos malgoriensium. Cujus authoritate mandati, prædicti executores, vice dicti domini senescalli, persolverunt Guilhelmæ et Indiæ, filiabus dictæ Mabiliæ, duodecim libras decem solidos, ipsas contingentes pro quarta parte portionis debitæ ab intestato de centum libris supradictis. Persolverunt etiam eisdem sororibus sex libras quinque solidos pro quarta parte E
debitæ portionis ab intestato Guilhelmo Montanerio, B., Johanni et Arnaldo, filiis Montaneriæ defunctæ, tertiæ sororis Guilhelmæ et Indiæ prædictarum; quæ sorores prædictas sex libras quinque solidos receperunt nomine dictorum nepotum suorum, qui sunt minores viginti quinque annis, promittentes, sub obligatione omnium bonorum suorum et sub omni renunciatione et cautela, quod dictas sex libras quinque solidos servabunt dictis nepotibus F
suis fideliter et eis reddent, ad perpetuam liberationem domini regis. Quod fuit factum de voluntate et assensu Guilhelmi Montanerii prædicti. Et nos Guilhelma et India prædictæ, pro nobis et nepotibus nostris prædictis, et ego Guilhelmus Montanerii, pro me, de prædictis a domino rege et a suis nos habemus pro paccatis, recognoscentes quod aliæ sex libræ quinque solidi remanent domino regi pro quarta parte portionis ab intestato debitæ Guil- G
helmo Montanerii, filio dictæ Mabiliæ, fratri ipsarum, cui aliqua restitutio non est facta, quia est filius faiditi. Actum Carcassonæ, in testimonio P. de Boservisi, de Villa Nova, P. de Villa Nova, de Alsona, Arnaldi Pegareli, de Monte Regali, et mei Guilhelmi Cerdani, publici notarii, qui rogatus hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, [die] quarto mensis madii, Ludovico rege Franciæ regnante. H

7. GUILHELMUS RUBEI, DE CALAVO.

P. 22. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Guilhelmus Rubei, de Callavo[1], petebat sibi restitui unum sextarium frumenti et duas gallinas censuales, quæ dictus pater suus percipiebat in duobus hortis et in quodam campo in terminio de Callavo, quibus propter culpam R. Capellani, de hæresi convicti, tenentis ipsum honorem, fuit indebite spoliatus per P. Martini, tunc baiulum de I
Callavo, et tenet dominus rex ad manum suam. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, dictum Guilhelmum Rubei ad petita invenimus esse restituendum. Unde vobis mandamus quatenus dictum sextarium frumenti et gallinas censuales, si rex tenet, restituatis eidem, salvo tamen domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, prædicto nichilominus remansuro in possessione, J
donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, et vobis constiterit prædicta alicui data fuisse a domino rege in assisia nominatim vel etiam computata, cum possessore vel cum petitore, prout melius poteritis, componatis; quod si non inveneritis, reservamus sibi actionem contra quemlibet extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio. K

P. 300. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, nos executores prædicti, vice dicti domini senescalli, restituimus dicto Guilhelmo Rubei et Pontio Rubei, cognato suo, possessionem censuum infra scriptorum, salvo jure domino regi in proprietate. Constat per instrumentum productum ab agente quod unus duorum hortorum, de quo præstatur una emina frumenti dicti census, con- L
frontatur... Item constat per Aladaicim, uxorem Pontii Centulli, et per Arnaldum Rubei, testes

[1] Cailhau, Aude, c[on] Alaigne.

A juratos, quod alius hortus, de quo præstatur alia emina frumenti pro censu... Item constat per instrumentum quod dictus campus, pro quo præstatur census duarum gallinarum... Item dictus Guilhelmus confessus fuit quod Poncius Rubei, cognatus suus, habet medietatem in censu dictarum gallinarum et vult quod ei restituatur pars sua. Et ego Guilhelmus Rubei prædictus de his a domino rege et a suis me habeo pro paccato. Actum Carcassonæ,
B anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, tertio mensis aprilis, in testimonio Thomæ Bricardi, notarii, B. Ferrolli, G. Andorrani, et mei G. Cerdani, publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, regnante Ludovico rege.

8. PONTIUS CENTULLI, DE CALLAVO, *ETC.*, NOMINE MATRIS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Pontius Centulli, de Calavo[1], petebat, nomine matris suæ, sibi P. 23.
C restitui quartum et dominium cujusdam campi qui est in terminio de Calavo, qui fuit Pontii Grossi, de hæresi convicti, quem campum tenebat a dicto Pontio; pro hæresi dicti Pontii Grossi occupavit curia domini regis campum cum aliis bonis suis, de quo campo postmodum non potuit habere dictum quartum, dicentes ballivi quod rex non debebat dare quartum. Item petebat unam petiam terræ occupatam per dictam curiam, occasione quod
D Mathæus erat faiditus et quod nolebat comparere coram inquisitoribus, qui Mathæus tenebat dictam terram pro laborantia ab ipso, quæ est ad Solanum, in terminio de Calavo; prædictam tenet dominus rex ad manum suam. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, dictum Pontium, nomine matris suæ, quantum ad quartum et dominium dicti campi, qui est in terminio de Calavo, qui fuit Pontii
E Grossi, invenimus esse restituendum; quantum ad aliam petiam terræ, quia non est probata agentis intentio, petitionem ejus non duximus adimplendam. Unde, authoritate domini regis nobis commissa, vobis mandamus quatenus prædictum quartum et dominium campi prædicti, si rex tenet, restituatis eidem, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, dicto Pontio in possessione nichilominus remansuro, donec succubue-
F rit, si contingat; si vero rex non tenet, et vobis constiterit illud dedisse in assisiam alicui, vel etiam computatum, cum possessore vel cum petitore, prout melius poteritis, componatis; quod si non inveneritis, reservamus sibi actionem contra quemlibet possessorem extraneum, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

G In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut* P. 301.
supra. » Cujus authoritate mandati, nos prædicti executores, vice dicti domini senescalli, cum constet per G. de Lopiano[2], baiulum domini regis, quod dominus rex tenet dictum quartum, restituimus dicto Pontio Centulli possessionem quarti et dominii dicti campi, salvo jure domino regi in proprietate. Et affrontatur dictus campus, *etc.* De quibus confronta-
H tionibus constitit per quoddam instrumentum, quod scripsit G. Thomas, mense augusti, regnante Philippo rege, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo; de dictis etiam affrontationibus constat per instrumentum, ut domini inquisitores rescripserunt. Et ego dictus Pontius Centulli dominum regem et suos libero et absolvo et inde me habeo pro paccato. Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Lupiano, G. de Tilio, castellani, et ma-
I gistri P. Bruni, de Monte Regali, et mei G. Cerdani, publici notarii, qui hæc scripsi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, quarto idus martii, Ludovico rege regnante, et signavi.

9. PETRUS ROGERII, DE CALAVO, ET RAYMUNDA, MATERTERA SUA.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Petrus Rogerii, de Callavo, et Raymunda, matertera sua, petunt P. 25.
J unum campum suum in terminio de Callavo, occupatum a Johanne de Fricampis, senescallo, ea ratione quia Mathæus Crevit, qui eum laborabat, inventus fuit hæreticus, quod tamen ipsi nesciebant. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, dictos Petrum et Raymundam invenimus esse restituendos ad campum petitum, detracta portione Bernardum Rogerii contingente. Unde vobis manda-
K mus quatenus, detracta portione prædicta, dictum campum restituatis eisdem, salvo tamen jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipsis tamen in suis possessionibus remansuris donec succubuerint, si contingat. Si vero rex non tenet, et vobis constiterit ipsum campum datum fuisse in assisia nominatim vel etiam computatum, pro rata data in assisia, cum possessore vel cum petitoribus, prout melius poteritis, compona-

[1] Cailhau, Aude, c^on Alaigne. — [2] Loupia, Aude, c^on Limoux.

tis; quod si non inveneritis, reservamus prædictis actionem, mandantes sibi maturam justi- A
tiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 303. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut*
supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores prædicti, quia constat per G. de Lupiano,
baiulum domini regis, quod dominus rex tenet dictum campum, retenta portione B. Ro-
gerii ad manum domini regis, possessionem dicti campi, quantum ad duas partes, Petro B
Rogerii, pro se et pro Raymunda, matertera sua, restituimus juxta mandatum supradictum,
salvo jure proprietatis domino regi. Et ego Petrus Rogerii prædictus, pro me et pro Ray-
munda, matertera mea, me inde habens pro paccato et pactum de non petendo faciens,
dominum regem et suos pro me et pro ipsa libero perpetuo et absolvo. Et affrontatur dictus
campus... Et de hoc constat per dominos inquisitores, et per dominum G. de Lupiano. C
Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Tilio, castellani Montis Regalis, G. Pontii de Monte
Regali, G. de Carrol, et mei G. Cerdani, notarii, qui hæc scripsi, anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo primo, quarto idus martii, regnante Ludovico rege, et signavi.

10. MARQUESIA, UXOR R. BABONI, DE CALAVO.

P. 26. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Marquesia, uxor Raymundi Baboni, de Callavo, petit sibi restitui D
bona et jura quæ fuerunt Guilhelmæ Recordæ, matris suæ, quæ sunt in villa de Callavo,
quibus bonis Johannes de Fricampis, tunc senescallus, dictam matrem occasione hæresis
G. Sagiti, filii sui, indebite spoliavit, et petit dicta bona tanquam heres. Nos autem, visa
petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictam Marquesiam secundum formam inquisitio-
nis nostræ, quantum ad bona materna, invenimus esse restituendam. Unde vobis mandamus, E
authoritate domini regis in hac parte nobis commissa, quatenus ad bona de quibus vobis
constiterit fuisse dictæ matris suæ, si rex tenet, restituatis eandem, salvo domino regi jure
proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri. Si vero rex non tenet, et vobis constiterit
aliqua de bonis dictæ matris alicui data fuisse a domino rege in assisia vel etiam computata,
pro rata data in assisia, cum possessore vel cum petitrice, prout melius poteritis, compona- F
tis; quod si non inveneritis, reservamus sibi actionem contra quemcumque extraneum pos-
sessorem, mandantes eidem maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 304. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut*
supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice dicti domini senescalli, G
dictæ Marquesiæ restituimus possessionem bonorum et jurium Guilhelmæ Recordæ, matris
suæ, quæ sunt in villa de Calavo, videlicet duas domos...; sicut de his constat per Ray-
mundam Colomam, Raymundum Daiderium, Guilhelmam Babonam, P. de Lupiano, Guil-
helmam Calveriam et B. de Basser, testes juratos. Mandamus etiam quod G. de Tilio, castel-
lanus Montis Regalis, reddat accapitum B. Tagerio et R. Baralerio, quod recepit ab ipsis H
pro dictis domibus, et quod dicta Marquesia reddat eis meliorationem, si quam fecerunt
in dictis domibus, per æstimationem trium bonorum virorum juratorum. Et ego Marquesia
prædicta a domino rege et suis me habeo pro paccata. Actum Carcassonæ, in testimonio
Petri Marsendi, Gerardi Arquerii et Pontii de Cadiraco, et mei G. Cerdani, de Podio Nau-
terio, notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo I
secundo, idus aprilis, Ludovico rege regnante.

11. RAYMUNDUS DE ROIREGROS, CAPELLANUS DE LODINIANO, ET GUILHELMUS PONCII, FRATRES.

P. 27. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Raymundus de Roiregros, capellanus de Lediniano [1], et Guilhel-
mus Poncii, frater ejus, dicunt, quod, cum Guilhelmus de Roiregros, pater ipsorum, con-
stituerit se debitorem et paccatorem erga Poncium Faure, de Monte Regali, pro Petro de J
Comellis, in trecentis solidis malgoriensium, fuerunt compulsi. Unde, cum dominus rex bona
teneat dicti Petri de Comellis, petunt dicta bona tanquam hypotecata, vel eis satisfieri in
dictæ pecuniæ quantitate. Item petunt quartum quod percipiebant in duabus petiis terra-
rum quæ sunt in terminio de Callavo, quarum una est ad Portam Aquariam, et alia ad Co-
mam cimeterii, quas tenebat G. Cona [2], sartor, de hæresi accusatus, quo quarto fuerunt per K
Petrum Martini, baiulum domini regis, indebite spoliati. Item petunt quinquaginta solidos,
quos pro Guilhelmo Pontio, de hæresi accusato, ratione cujusdam fidejussionis factæ per
Guilhelmum de Roiregros, patrem eorum, apud Guilhelmum Bensageta, solverunt ipsi, et
Guilhelmus Adardi, de Spatula, tunc baiulus de Calavo, bona dicti Pontii occasione hæresis

[1] Ladigne, Aude, *prope* Limoux (Cassini). — [2] *Infra* (*p.* 629 D *et* 630 B) G. La Coma *et* G. Coma *dicitur.*

A suæ occupaverat, quæ bona erant eis obligata pro dictis quinquaginta solidis, et petunt dicta bona [usque] ad æstimationem dictorum quinquaginta solidorum. Pro prædictis vero quinquaginta solidis fuit obligatus specialiter quidam campus, quem tenet dominus rex, in terminio de Calavo, ubi dicitur apud Viridarium. Nos autem, visis petitionibus et plenius intellectis, dictum Raymundum de Roiregros, capellanum, prædicto Guilhelmo, fratre suo, B omnino repulso, secundum formam inquisitionis nostræ, quoad dimidiam quarti in duabus petiis terrarum invenimus esse restituendum, quoad cetera in petitionibus suis contenta repellentes eumdem. Unde, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus eamdem dimidiam quarti, si rex tenet, restituatis eidem, salvo jure proprietatis domino regi quoties voluerit in judicio experiri; si vero rex non tenet et vobis C constiterit illud datum fuisse alicui in assisia a domino rege vel etiam computatum, cum possessore vel cum petitore, prout melius poteritis, componatis; quod si non inveneritis, reservamus sibi actionem contra quemcumque alium extraneum possessorem, mandantes eidem maturam justitiam exhiberi quoad dimidiam quarti superius nominati. Constat nobis de rasura illa facta ubi loquitur de quarti dimidia, et nolumus quod noceat. Datum anno D Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

Affrontet et probet duas terras quarum quartum petit, et restituetur ei medietas, altera retenta pro fratre, si rex tenet. — Rescripserunt inquisitores quod una est ad hortos de Porta Aquaria, et alia ad Cimiterium, quas tenuit G. La Coma; quædam dictarum terrarum affrontat, *etc.* De quarum confrontationibus constat per P. Coma et G. Baraler, testes E juratos, et per G. de Lupiano. P. 306.

12. ALADAICIS BEGA, DE CONCHIS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Aladaicis Bega, de Conchis[1], dicit quod B. Faber, de Conchis, tunc temporis baiulus domini regis, occupavit injuste quasdam possessiones obligatas sibi a Bego, viro suo, pro mille solidis de dote sua. Quæ possessiones sunt in castro prædicto et in F ejus terminiis. Quare petebat sibi fieri justitiam in pecunia vel in possessionibus. Item petebat omnia bona fratris sui, Arnaudi Guilhelmi, de Aqua Viva, sibi pertinentia ratione successionis et donationis sui nepotis P. Berengarii, filii quondam prædicti Arnaudi Guilhelmi, quæ bona sunt in castris de Aqua Viva et de Badincho et de Tribus Bonis[2], et eorum terminiis. Item petebat viginti libras turonensium sibi solvi de bonis Silvæ, matris suæ, et fra- G trum suorum, P. Berengarii et Pontii Arnaudi, quos in suis ultimis voluntatibus legaverant eidem, pro quibus possidebat quemdam campum in terminio de Aqua Viva. Nos autem, visa petitione et diligenter inspecta, juxta formam inquisitionis nostræ, quantum ad bona pro dote petita, dictam Aladaicem invenimus esse restituendam. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus bona petita pro dote, si rex H tenet, restituatis eidem, vel pro rata bonorum quæ rex tenet pecuniam persolvatis; si vero rex non tenet et vobis constiterit ea data fuisse a domino rege alicui vel aliquibus in assisia nominatim vel etiam computata, cum possessore vel cum possessoribus seu cum dicta Aladaice petitrice, prout melius poteritis, componatis; quod si non inveneritis, reservamus eidem petitrici, quoad petita pro dote et alia superius contenta, de quibus quantum pertinet ad I dominum regem eandem duximus repellendam, actionem contra quoscumque possessores extraneos, quoties in judicio voluerit experiri, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii. P. 30.

13. GALLARDUS FABER, DE CALLAVO.

Nobili viro, *etc.* Gallardus Faber, de Callavo, petit, pro se et Aladaici, socru sua, sibi re- J stitui quartum in quadam petia terræ, quam tenebat ab ipsa Aladaici Guilhelmus Comba in terminio de Callavo ad Podium Auterium, quo quarto occasione criminis dicti G. Comba dicta Aladaicis fuit per ballivos domini regis indebite spoliata, quod quartum tenet dominus rex. Nos autem, visa petitione hujusmodi, secundum formam inquisitionis nostræ, dictos Gallardum et Aladaicim invenimus esse restituendos. Unde vobis mandamus quate- K nus, si rex tenet illud quod petunt, restituatis eisdem, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipsis nichilominus in possessione remansuris donec succubuerint, si contingat. Si vero rex non tenet, et vobis constiterit prædictam rem petitam datam fuisse a domino rege alicui in assisia nominatim vel etiam computatam, cum posses-

[1] Conques, Aude, arr. Carcassonne. — [2] Aigues-Vives, Aude, c[on] Peyriac-Minervois. — Badens et Trèbes, Aude, c[on] Capendu.

sore vel cum petitoribus, prout melius poteritis, componatis; quod si non inveneritis, reservamus sibi actionem contra quemcumque extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio. A

P. 306. Affrontent terram, et restituetur ei quartum, si rex tenet. — Rescripserunt inquisitores quod pro illis sunt G. P. de Ponte, R. de Naoliva, G. de Malveriis, sed non affrontant. In B litera tamen eorum dicitur quod dictam terram tenebat ab ipsa Guillelmus Coma, in terminio de Calavo, ad Podium Auterium. Constat per Guilhelmum de Lupiano, baiulum domini regis, quod dominus rex possidet dictum quartum, et affrontat dicta terra de circio in tenentia Raymundi Daiderii, de altano in tenentia ejusdem agentis. Cujus authoritate mandati, nos executores prædicti restituimus dicto Galardo Fabro et Rixendi, uxori ejus, heredi C dictæ socrus, [dictum quartum] salvo jure domino regi in proprietate. Et ego Rixendis prædicta, pro me et Galardo, viro meo, a domino rege et a suis me inde habeo pro paccata. Actum apud Montem Regalem, in testimonio G. de Lupiano, G. de Tilio, Arnaudi Boneti, R. Rocha et mei P. de Parisius, notarii publici, qui hæc scripsi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, idus januarii, rege Ludovico regnante, et signavi. D

14. BERNARDUS DE MAGRIANO[1], *ETC.*

P. 34. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Bernardus de Magriano et Brunissendis, uxor quondam G. Raymundi, de Magriano, et filii Arnaldi de Fontezellis[2] et Guilhelmi de[3] Redesio petunt sibi reddi usatica possessionum quarumdam in terminio de Callavo[4], quas tenebant ab eis Pontius Raymundi, Petrus et Pontius Gras et B. de Comellis et G. de Comellis et B. Pages, E hæretici, cum eorum culpa non debeat petitoribus[5] esse damnosa. Nos autem, visa petitione hujusmodi, filios Arnaldi de Fontazellis et Guilhelmi de Redesio, secundum formam inquisitionis nostræ, pro parte prædictarum possessionum usatici ipsos contingente, invenimus esse restituendos, alios repellentes. Unde vobis mandamus quatenus prædictam partem usatici dictos filios contingentem, si rex tenet, restituatis eisdem, salvo tamen domino regi pro- F prietatis jure, quoties sibi placuerit in judicio experiri, prædictis filiis in possessione nichilominus remansuris, donec succubuerint si contingat. Si vero rex non tenet, et vobis constiterit prædicta usatica alicui data fuisse a domino rege in assisia nominatim vel etiam computata, cum possessore vel cum petitoribus, pro rata data in assisia, prout melius poteritis, componatis; quod si non inveneritis, reservamus prædictis actionem contra quemlibet extraneum G possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

15. GUILHELMA DE BASSER, DE CALAVO.

P. 35. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Guilhelma de Basser, uxor B. Calveriæ de Callavo, dicit quod curia domini regis, occupans bona mariti propter hæresim, occupavit cum eis bona dotalia H dictæ Guilhelmæ innocentis, scilicet unam terram apud Brigarol et aliam de prato de Callavo, juxta terram Bertrandorum; et medietatem cujusdam campi qui est ad Trentas Pegars, et unum localem cum sotulo et solario in villa de Callavo, quæ omnia Frotardus de Pena tenet ex dono domini regis, præter dictum localem quem tenet dominus rex; et prædicta petit, et insuper sibi reddi de bonis viri ducentos solidos pro dotis augmento. Nos I autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, dictam Guilhelmam invenimus ad petita esse restituendam. Unde vobis mandamus quatenus prædicta bona dotalia, si rex tenet, restituatis eidem, salvo jure proprietatis domino regi quoties voluerit in judicio experiri, ipsa in possessione nichilominus remansura donec succubuerit, si contingat; de bonis vero mariti, similiter, si rex tenet, valorem ducentorum J solidorum pro dotis augmento tradatis ad vitam suam eidem tantummodo, vel pecuniam persolvatis, recepta prius ab ipsa sufficienti cautione de dictis ducentis solidis vel valore restituendis[6] domino regi post ejus decessum. Si vero rex non tenet prædicta, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 308. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut* K *supra.* » Cujus authoritate mandati, nos dicti executores, vice dicti domini senescalli, restituimus dictæ Guilhelmæ dictam domum dotalem, quæ affrontat de meridie et circio in via,

[1] Magrie, Aude, c[on] Limoux.
[2] Fontazelles, Aude, c[on] Alaigne, c[ne] Fenouillet.
[3] *Codd.* in Redesio.
[4] Cailhau, Aude, c[on] Alaigne.
[5] *Codd.* petitionibus.
[6] *Codd.* restituendo.

A de aquilone in locali Stephanensium, sicut constat per instrumentum nuptiale. Item cum constet quod bona B. Calveriæ quæ dominus rex tenet valent plus quam quadraginta libras turonensium, nos executores supradicti tradimus dictæ Guilhelmæ, pro prædictis decem libris donationis propter nuptias, terras infrascriptas, quæ fuerunt dicti viri, in terminio de Calavo, salvis redeventiis dominorum a quibus tenentur, videlicet terra de Costa quæ
B affrontat...; valet centum quindecim solidos. Item alia terra quæ est ad Salices...; valet viginti quinque solidos. Item quamdam ferraginem de Portageria...; valet quinquaginta solidos. Item quamdam terram quæ tenetur ad quartum a G. Ar. de Martinis; valet tres solidos... Summa novem libras et tredecim solidos. De æstimatione quarum possessionum et de confrontationibus constat per P. de Lupiano, P. Gros, P. Perellam et Pon-
C tium Centulli, testes juratos. Quas possessiones ego Guilhelma prædicta recipio sponte per decem libras donationis prædictæ ad vitam meam tantum, volens quod post obitum meum dictæ possessiones, michi pro dicta pecunia dictæ donationis traditæ, ad dominum regem revertantur, et in locum satisdationis de hoc obligo omnia bona mea, et a domino rege et a suis me habeo pro paccata, salvo michi jure meo in terris et juribus dotalibus quæ sunt
D apud Brugairolas[1], quæ tenent heredes dominæ Raymundæ de Ventalone. Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Lupiano, B. Clerici, de Villa Monstaussone[2], et P. Ricardi, de Olonzaco[3], et mei G. Cerdani, notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, octavo idus aprilis, Ludovico rege regnante.

16. AICELINA DE MONTE OLIVO, UXOR QUONDAM SENEBRUNI DE CANAVELLIS.

E Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Acelina de Monte Olivo[4], uxor quondam Cenebruni de Canavallis, petebat sibi restitui tredecim sextarios frumenti censuales, quos homines de Pesinchis[5] eidem reddere consueverant pro possessionibus quas ab ea tenebant, quas etiam sine culpa ipsius curia domini regis occupavit et adhuc detinet occupatas. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictam Acelinam, secundum formam inquisitionis nostræ, P. 37.
F ad petita, si viveret, invenimus esse restituendam; sed quia dicitur decessisse, et prædicta dedit filiæ suæ Braidæ, mandamus quatenus prædictos tredecim sextarios censuales, Bruna sorore sua exclusa, totaliter, si rex tenet, restituatis Braidæ memoratæ, salvo tamen domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, dicta Braida in possessione remansura donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini mil-
G lesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato prædicti domini senescalli, cum per Raymundum Martini, baiulum de Pesincho domini regis, nobis constet quod dominus rex tenet vel percipit dictos census, possessionem vel quasi ipsorum P. 310.
H censuum, restituimus dictæ Braidæ, exequendo mandatum supradictum. Census autem sunt isti, videlicet duo sestarii frumenti, quos prædictæ Aicelinæ tenebatur dare P. Johannes, de Pesincho, pro honore quem ab ipsa tenet in terminio de Pesincho, et Lombardus de Pesens et nepos ejus duos sestarios, et G. Ato et Po. Gironda sex sextarios, et B. P. tres quarterias, et G. Capellani tres eminas, et B. Folquerii tres quarterias, pro possessionibus quas
I dicti possessores ab ipsa tenebant in terminio de Pesincho, sicut de his constitit per publicum instrumentum quod scripsit Arnaldus Galardi, anno Christi millesimo ducentesimo vicesimo nono, regnante Ludovico rege Franciæ, septimo calendas februarii. Et precipimus quod novi possessores, in quos translatæ sunt dictæ possessiones, eidem Braidæ persolvant de cetero dictos census. Et ego Braida prædicta, filia et heres prædictæ Aicelinæ, de his me
J habens pro paccata, dominum regem et suos inde perpetuo libero et absolvo. Actum Carcassonæ, in testimonio domini Philippi Goloyn, magistri Arnaudi Nevia, domini P., capellani de Vilarzello[6], G. de Tilio, castellani Montis Regalis[7], et mei G. Cerdani, notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, tertio idus martii, Ludovico rege Franciæ regnante.

K 17. BARTHOLOMÆUS MARTINI, JOHANNES ET G. AMELII, FRATRES, DE CALAVO.

Nobili viro *etc.*, *ut supra*. Bartholomæus Martini, Johannes et Guilhelmus Amelii, fratres, de Callavo[8] in Redesio, petunt sibi remitti unum modium frumenti et unum modium ordei P. 38.

[1] Brugairolles, Aude, c[on] Alaigne.
[2] Villemoustaussou, Aude, c[on] Conques.
[3] Olonzac, Hérault, arr. Saint-Pons.
[4] Montolieu, Aude, c[on] Alzonne.
[5] Pezens, Aude, c[on] Alzonne.
[6] Villarzel-du-Razès, Aude, c[on] Alaigne.
[7] Montréal, Aude, arr. Carcassonne.
[8] Cailhau, Aude, c[on] Alaigne.

et unum modium vini puri, imposita injuste in medietate bonorum quæ fuerunt G. Amelii, A
avi sui materni, et Rixendis, uxoris ejus, occasione P. Martini, de Calavello[1], patris [sui], qui
timore hæresis aufugit ab inquisitoribus, nolens coram eis comparere, cum dictus P., pater
eorum, venisset in dictis bonis, nomine uxoris suæ, matris eorum, ad quam dicta bona pertinebant et ad ipsos. Quem censum imposuit in dicta medietate bonorum G. de Piano,
tunc senescallus. Verum, quia per inquisitionem nostram invenimus illa bona esse ma- B
terna, de quibus dominus rex percipit unum modium frumenti, unum modium vini et unum modium ordei, quæ servitus fuit imposita in medietate prædicta bonorum supradictorum, licet ad unam migeriam olei prædicta bona tenerentur a domina Cavers, decrevimus, pro portione quæ contingit de dictis bonis Johannem capellanum, prædictam servitutem esse cassandam, aliis quantum ad eamdem portionem repulsis, et, authoritate domini C
regis nobis in hac parte commissa, cassamus dictam servitutem quoad capellanum prædictum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 312. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato prædicti domini senescalli, de servitute unius modii frumenti et alterius vini et alterius ordei impo- D
sita bonis eorum maternis, exequendo mandatum prædictum, per dictos dominos inquisitores cassata quoad partem dicti Johannis capellani, ipsum liberamus, salvo antiquo censu unius migeriæ olei, et salvo domino regi quoad duas partes Bartholomæi et G. Amelii prædictorum. Et ego prædictus Johannes, capellanus, de hoc me habens pro paccato et contento, dominum regem et suos libero et absolvo. Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Lupiano, E
G. de Tilio, castellani Montis Regalis, G. de Carrol, et mei G. Cerdani, publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, quarto idus martii, Ludovico rege regnante.

18. VERGELIA, UXOR QUONDAM BARSAMON.

P. 40. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Vergelia[2], uxor quondam Bersamons, petit sibi restitui bona F
dicti mariti sui, obligata sibi pro trecentis solidis dotis et pro centum sexaginta solidis augmenti dotis, quæ bona dominus rex habuit pro labe hæreticæ pravitatis, de qua dictus vir ejus fuit convictus, et ea bona dominus rex tenet apud Alsonam[3]. Nos autem, visa petitione hujusmodi, secundum formam inquisitionis nostræ, dictam Vergeliam ad dotem suam invenimus esse restituendam, præsertim cum dominus rex nolit propter virorum culpam G
uxores eorum bonis suis privari, nisi vel metu inquisitionis aufugerint vel citatæ in contumacia perseveraverint, vel in domo earum hæretici fuerint deprehensi, vel ad murum fuerint condemnatæ vel relictæ curiæ seculari. Unde vobis mandamus, authoritate nobis commissa, quatenus dicta bona, sibi obligata pro dote, si rex tenet, restituatis eidem vel pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* — Ceterum super alia pecunia quam petit pro dotis H
augmento, quia maritus adhuc vivit, et incertum est si donationem propter nuptias fuerit lucratura, eam nolumus exaudire; reservamus tamen ei jus agendi, cum casus se obtulerit et viderit expedire. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, die martis post Focos[4].

P. 313. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut* I
supra. » Cujus authoritate mandati, ego magister Bartholomæus de Podio, judex Carcassonæ, executor prædictus, vice dicti domini senescalli, dono et trado in solutum tibi dictæ Vergeliæ pro dictis quindecim libris dotis tuæ bona infrascripta, quæ fuerunt dicti viri tui, de quorum æstimationibus et eorum confrontationibus constat per Arnaudum de Prato, Pontium Pastre, P. Monerii, G. Hugonis, de Alsona, testes juratos, coram G. de Ferrals, J
de Alsona, baiulo domini regis. Bona prædicta sunt ista : videlicet quædam domus quæ... valet octo libras. Item quoddam casale..., in quo potest esse una quarteriata ordei; valet decem solidos. Item duo campi decimales apud Rebentinum[5], in quibus sunt quatuor sestariata...; valent centum solidos. Item quidam hortus..., et est una quarteriata ordei; valet triginta solidos. Qui testes prædicti dixerunt dictum hortum et prædictos campos esse de K
casalagio. Actum Carcassonæ, in testimonio P. de Parisius, notarii, R. Trila, de Monte Regali, P. Grassit, de Conchis, et mei G. Cerdani, publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, octavo idus junii, Ludovico rege Franciæ regnante.

[1] Cailhavel, Aude, c^on Alaigne.
[2] De mulieribus cruce signatis. *Ita in codicis margine.*
[3] Alzonne, Aude, arr. Carcassonne.
[4] *Id est post primam Quadragesimæ dominicam, 28 februarii 1262* (n. st.).
[5] Rebenty, Aude, c^ne et c^on Montréal.

A
19. G. CREVITI, DE CALAVO.

Nobili viro, *etc., ut supra.* G. Creviti, de Callavo, petit sibi restitui honores in castro et P. 41.
terminio de Callavo sibi injuste ablatos per senescallum quondam domini regis, videlicet
unum campum, occasione Calavelli cultoris inventi hæretici; item tertiam partem cujusdam
campi de Mesellaria occasione G. Pontii hæretici; item tertiam partem cujusdam domus,
B quam curia occupavit pro Petro Sabaterio, inquillinio, de hæresi convicto. Nos autem, visa
petitione et plenius intellecta, dictum G., quoad tertiam partem dictæ domus et campi
de Mesellaria, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendum. Unde
vobis mandamus quatenus dictam tertiam partem campi et domus, si rex tenet, restituatis
eidem, salvo tamen jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri dominus rex. Si
C vero rex non tenet, *etc.* Quantum vero ad campum ablatum occasione Calavelli, ut dicitur,
prædictum G. duximus repellendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexage-
simo primo, mense martio.

In nomine Domini nostri Jesu Christi ,amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc., ut* P. 316.
supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato prædicti domini
D senescalli, restituimus dicto G. Creviti possessionem tertiæ partis domus et campi subscrip-
torum, salvo jure domino regi in proprietate, quæ domus est in castro de Callavo... Item
campus est in terminio de Calavo... De quibus confrontationibus constat per B. de Lupiano,
B. Creviti, P. Centulli et G. Pontii, de Roiregros, testes juratos, salvis domino regi rede-
ventiis debitis et consuetis, mandantes quod G. de Tilio, castellanus, reddat accapitum
E dictæ domus quod habuit a Galardo Fabro, cui eam dedit ad lucrandum, et quod dictus
G. Creviti restituat meliorationem quam dictus Galardus fecit in dicta domo, possidens bona
fide, per arbitrium trium bonorum virorum juratorum. Et ego Bernarda, uxor dicti Creviti,
a domino rege et a suis me habeo pro paccata. Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Lu-
piano, G. de Carrol, Rogerii de Pradis, Sicardi Pelapulli, monachi, et mei G. Cerdani,
F publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo
secundo, nono calendas madii, regnante Ludovico rege.

20. GUILHELMUS ARNAUDI, CLERICUS, DE CALAVO.

Nobili viro, *etc., ut supra.* Guilhelmus Arnaudi, de Callavo, clericus, dicit quod B. Calve- P. 43.
ria et Mathæus Crevit tenebant, quilibet ipsorum, unam petiam terræ ab ipso, de quibus
G B. Calveria dabat ei quartum et Mathæus Crevit[1] tertium. Propter hæresim postmodum
prædictorum, terræ prædictæ fuerunt ad manum domini regis occupatæ a viginti annis
citra, et inde dicta agreria contradicuntur sibi solvere. Est autem terra quam tenebat B. Cal-
veria in terminio de Callavo, ubi vocatur ad Martires, et terra quam tenebat Mathæus Cre-
vit in eodem terminio ubi vocatur ad Vulperias. Unde supplicat quod dicta terræ merita re-
H stituantur eidem, et quidquid a dicto tempore citra perceptum est inde, quod æstimatur
singulis annis unum sextarium bladi. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intel-
lecta, secundum formam inquisitionis nostræ, dictum Guilhelmum clericum ad merita dictæ
terræ superius petita invenimus esse restituendum. Unde vobis mandamus quatenus ad
præmissa terræ merita, si rex tenet, restituatis eumdem, salvo tamen jure proprietatis do-
I mino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipso in possessione nichilominus remansuro
donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc., ut* P. 315.
supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores prædicti, vice dicti domini senescalli, dicta
J terræ merita restituimus Guilhelmo Arnaudi prædicto quoad possessionem, salvo jure domino
regi in proprietate. Quarum terrarum una... est ad Volperias; alia est ad Martres, et affron-
tat, *etc.;* sicut constat per P. Perela, G. de Lupiano, G. de Podio et P. de Prulano, testes
juratos. Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Lupiano, G. de Tilio, castellani Montis
Regalis, et Guilhelmi de Carrol, et mei G. Cerdani, publici notarii, qui hæc scripsi et si-
K gnavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, quarto idus martii, Ludovico
rege regnante.

[1] *Mathæi Crevit, de Callavo, nomen bis exhibent Exceptiones in Carcassonensium querimonias propositæ,* §§ 392 *et* 597, *supra, p.* 392 *et* 597.

IMPRIMERIE NATIONALE.

P. 44. 21. B. FABER ET PETRUS RAYMUNDUS VITALIS, PRO SE ET HOMINIBUS DE PESINCO DOMINI REGIS. A

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. B. Faber, de Pesincho[1], et Petrus Raymundus Vitalis, ejusdem villæ, pro se et omnibus hominibus domini regis dictæ villæ, dicunt quod servitutes indebitæ sunt eisdem impositæ per senescallum et ballivos domini regis, videlicet [ab] eis deportari redditus quos dominus rex habet in dicta villa apud Carcassonam. Item fecerunt eisdem solvere cum aliis hominibus dictæ villæ sexaginta libras turonensium pro quadam domo B
commissa pro hæresi domino regi, quæ casu fortuito fuit combusta. Unde petunt a prædictis servitutibus de cetero liberari, et quod dictæ sexaginta libræ reddantur eisdem. Nos autem, petitione diligenter inspecta, quia, secundum formam inquisitionis nostræ et potestatem nobis traditam, bona mobilia restituere non possimus, maxime cum non constet ea in utilitatem regis conversa fuisse, quoad hæc supersedere volumus et debemus. Quantum C
vero ad prædictam novitatem superadditam per ballivos, eandem ratione prævia resecantes, ipsos restituendos esse decrevimus et restituimus ad possessionem vel quasi solitæ libertatis non portandi prædictos redditus Carcassonam, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, eisdem in libertate prædicta nichilominus remansuris, donec succubuerint, si contingat. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, D
mense martio.

P. 317. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, exequendo dictum mandatum, nos dicti executores, vice et mandato prædicti domini senescalli, dictos homines ad possessionem vel quasi libertatis pristinæ de blado reddituum domini regis apud Carcassonam non portando restitutos, salvo E
jure proprietatis domino regi, vexari super his prohibemus. Et nos G. Garsias et Johannes Auterii, pro nobis et aliis hominibus prædictis, nos inde habentes pro paccatis, dominum regem et dictos dominos inquisitores inde liberamus. Actum Carcassonæ, in testimonio Petri de Provino, vicarii Carcassonæ, G. de Tilio, castellani Montis Regalis, et G. de Lupiano, et mei G. Cerdani, publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, regnante Ludovico F
rege[2].

22. FRANCA, UXOR G. DE GORDONO, DE ALSONA, *ETC.*

P. 46. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Franca, uxor Geraldi de Gordon, de Alsona, dicit quod ipsa habebat et possidebat bona mariti sui, quæ erant apud Alsonam[3] et in ejus terminiis, sibi obligata pro dote sua, scilicet pro quatercentis[4] solidis malgoriensium et pro centum soli- G
dis malgoriensium augmenti nuptialis, tempore Guilhelmi de Piano, senescalli[5], qui dictus senescallus medietatem ipsorum bonorum occupavit occasione hæresis filii sui, quam medietatem petit sibi restitui, vel dictam pecuniam sibi reddi. Nos autem, secundum formam inquisitionis nostræ, vobis mandamus quatenus, si medietas bonorum quæ tenere pro dote in sua petitione fatetur non valeat pecuniam pro qua dicta bona ratione dotis sibi fuerant H
obligata, de aliis bonis, si rex tenet, suppleatis deffectum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii.

P. 329. Specificet et probet bona viri quæ dominus rex vel ipsa tenent apud Alsonam, et facta legali æstimatione, adimplebitur mandatum, siquidem in defectum bonorum quæ possidet, quæ fuerunt dicti viri, ei obligatorum pro quadringentis solidis malgoriensium; et pro I
centum solidis augmenti nuptialis, tradetur ei de medietate dictorum bonorum quæ tenet dominus rex ad supplementum.

23. GUILHELMUS DE ALANHANO, FILIUS BRASILACI FABRI, *ETC.*
ITEM BRASILACUS FABER, PATER EJUS.

P. 47. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Guillelmus de Aliniano[6], filius Brasilaci Faure, petebat sibi J
restitui decem et octo sextarios ordei et septem solidos malgoriensium, minus duobus denariis, quos obligavit Pontius de Mirabeto et Geralda, mater ejus, avia dicti Guillelmi, pro mille solidis prædicto patri ejus, pro dote Franciscæ, matris ejusdem Guillelmi, quos habebat super hortos et areas in terminio de Limoso et via de campo Militiæ usque ad Polariam, quæ bona tenet P. de Vicinis. Petebat etiam Brassillac Faure, pater dicti Guillelmi, K
nunc defunctus, sibi restitui octavam partem fructuum et dominii, quam pater suus habebat

[1] Pezens, Aude, c^on Alzonne.
[2] *Desunt ceteræ notæ chronologicæ.*
[3] Alzonne, Aude, arr. Carcassone.
[4] *Ita in apographis.*
[5] *Carcassonensis.*
[6] *Vide Exceptionum articulos* 186, 417 *et* 641.

A in vineis quæ sunt in terminio de Brasillaco [1], et dominium duorum camporum in terminio de Brasillaco, quod dominium modo tenet rex, vel alius pro eo, quo dominio et portionibus fuit dictus pater occasione hæresis illorum qui tenebant ipsas possessiones indebite spoliatus. Nos autem, visis petitionibus prædictis et plenius intellectis, prædictum G., quoad dotem petitam maternam, superius expressam, necnon ad illos redditus sive ad illa emolu-
B menta quæ pater suus solebat percipere a P. Isarno, de Ferrando [2], de quibusdam terris quas idem P. Isarnus tenebat a dicto Brasillaco, occupatis, ut dicitur, propter hæresim coloni, secundum formam inquisitionis nostræ decrevimus esse restituendum, si rex tenet. Unde, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus ad illos redditus sive emolumenta quæ pater suus solebat percipere a P. Isarno, quæ rex tenet,
C ut dicitur, si [ita] est, restituatis eidem. Quantum vero ad alia quæ rex non dicitur tenere, remittimus ipsum ad possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi; ita tamen quod, si inveneritis aliqua de præmissis data fuisse alicui in assisia vel aliquibus seu etiam computata, cum possessore vel cum petitore, prout melius poteritis, componatis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii.

D Specificet et probet redditus et emolumenta, quæ pater ejus solebat percipere a P. Isarno, P. 329.
et restituentur, si rex tenet quoad possessionem; de ceteris autem fiet quod mandatur in exhibenda justitia de possessore dotis maternæ.

Constat per confessionem dicti Guillelmi de Alanhano quod dominus rex non tenet aliquid de dicta dote materna vel de possessionibus pro ipsa obligatis.

E In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Unde nos prædicti executores, juxta mandatum prædictum, in exhibendo justitiam de possessore suo loco prompti sumus quod mandatur facere, et aliter juxta mandatum supradictum. Item constat per G. Maura, G. de Lauraco, et P. Secavesa, testes juratos, quod redditus quos pater agentis solebat percipere a P. Isarno, de Ferrando, de quibusdam terris
F quas idem P. Isarnus tenebat ab ipso, sunt isti : videlicet tertia pars fructuum cujusdam terræ quæ est in terminio Sancti Martini de Brasilaco, ad Issartellum, quæ affrontatur. . . De cujus terræ confrontationibus constat per instrumentum quod scripsit Arnaudus Sancii, de Lauraco, in quo continetur quod Sicardus Faber donavit P. Isarni, de Ferrando, et uxori et infantibus ejus prædictam terram ad colendum in perpetuum, tali pacto quod de omnibus
G fructibus ligatoribus det ei tertium et de non ligatoribus quartum sine semine, salvo sibi dominio et foriscapio, videlicet de solido venditionis uno denario, et de solido pignoris uno obolo, quod instrumentum fuit scriptum anno Domini millesimo centesimo nonagesimo nono, regnante Philippo rege.

24. BRUNISSENDIS, FILIA B. CARLE, DE VILLA SICCA LANDA.

H Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Brunissendis, filia Bernardi Talle [3], de Villa Sicca Landa [4], petit P. 48.
sibi reddi duas terras et unum mallolium in terminio dictæ villæ, datas sibi in dotem a patre suo quando nupsit, quas tenet dominus rex, quia maritus suus fuit immuratus et ipsa crucibus duplicibus crucesignata. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, eam invenimus ad petita esse restituendam, maxime
I cum rex nolit quod, propter virorum hæreticorum culpam, eorum uxores sint bonis suis privandæ, nisi vel metu inquisitionis aufugerint vel citatæ in contumacia perseveraverint, aut in domo sua fuerit hæreticus deprehensus, aut ad murum fuerint condemnatæ vel alias relictæ curiæ seculari. Unde vobis mandamus quatenus dictas duas terras et mallolium, si rex tenet, restituatis eidem, salvo tamen domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in
J judicio experiri; si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

Affrontet terras et probet, et si rex tenet, restituentur. P. 331.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato prædicti
K domini senescalli, restituimus dictæ Brunissendi dictas duas terras et unum malolium dotales quoad possessionem, quarum una. . . est ad Podium Auriol [5], in terminio de Villa Sicca Landa, secunda est ubi dicitur ad Molieiras. . . Malolium vero prædictum est ubi dicitur ad Posancas. . . De quibus omnibus confrontationibus constat per instrumentum nuptiale. Et ego prædicta Brunissendis de prædictis a domino rege et a suis me habeo pro

[1] Brézillac, Aude, c^{on} Alaigne.
[2] Ferran, Aude, c^{on} Alaigne.
[3] *Idem qui* B. Carle *in rubrica* (*p.* 331) *dicitur.*
[4] Villesèque-Lande, Aude, c^{ne} Alzonne.
[5] Pech-Auriol, Aude, c^{on} Alzonne, c^{ne} Villesèque-Lande. *Vide Mahul*, Cartul. de Carcassonne, I, 257.

paccata. Actum Carcassonæ, in testimonio Petri de Mossolens, P. Valrani, de Olonzaco[1], et A
Richerii, nuncii domini senescalli, et mei G. Cerdani, notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno
Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, calendas aprilis, regnante Ludovico
rege.

25. UNIVERSITAS DE BRUGAIROLIS.

P. 50. Nobili viro, *etc., ut supra.* Universitas de Brugarolis[2] significat quod, cum antiquitus, B
hostilitatis tempore, homines dictæ villæ misissent se sub protectione seu manutenentia
domini Carcassonæ, ut eos a raptoribus conservaret[3], promiserunt ei quilibet in villa per-
manens certam quantitatem bladi annis singulis, quod totum collectum erat circa duos mo-
dios et dimidium ordei, quæ præstatio duravit usque ad adventum comitis Montis Fortis[4];
et quandiu tenuit dominium hujus terræ, dicta villa fuit immunis de præstatione dictæ C
manutenentiæ. Cum autem ad manum domini regis venisset, Odo Coqus, senescallus, ipsos
compulit ad dandam dictam manutenentiam, et, tam pro manutenentia quam pro aliis, jam
est adventum quod habet in villa de Brugarolis sex modios bladi injuste; unde supplicat
a dicto onere liberari. Item significat quod ipsa communitas habebat quoddam pratum, in
quo animalia ipsorum pascebant, occupatum per ballivos domini regis, in damnum dictæ D
villæ, quod petunt sibi restitui. Item petunt se absolvi a carregiis faciendis, impositis contra
libertatem villæ, cum sit de feudo monasterii Montis Olivi[5]. Verum, quia nobis constitit
quod pater domini Trencavelli[6] ante adventum crucesignatorum percipiebat in villa de Bru-
garolis sex modios ordei pro tallia, et etiam Odo Coqus, post adventum inclitæ recorda-
tionis Ludovici regis ad Avinionem, facta inquesta, receptis juramentis quatuor proborum E
hominum, condemnavit eos ad solutionem de temporibus præteritis sub regimine domini
regis, quibus solvere cessaverat universitas supradicta, et declaravit eos teneri ad solvendum
in futurum : propterea ipsos homines de Brugarolis, quos inferiores in jure possessionis
libertatis petitæ cognovimus, ad possessionem libertatis, quantum ad hoc pertinet, non duxi-
mus reducendos. Declaramus etiam, per inquisitionem quam fecimus, pratum de quo F
conqueritur, ad animalia eorum pascenda, per curiales domini regis, contra possessionem
pascendi in qua erant, injuste fuisse devesum. Quantum vero ad carregia, similiter decla-
ramus per curiales domini regis contra possessionem solitæ libertatis, in qua erant, eos ad
facienda carregia injuste fuisse coactos. Et quia rex non percipit præmissa, vobis mandamus
de possessore prædictarum servitutum fieri justitiæ complementum, ita tamen quod, si non G
inveneritis præmissas servitutes datas fuisse in assisia nominatim vel etiam computatas[7],
cum possessore vel cum petitoribus, prout melius poteritis, componatis, salvo jure proprie-
tatis domino regi, quando voluerit in judicio experiri. Datum anno Domini millesimo du-
centesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 334. Remittuntur ad possessores, quantum ad servitutem pascendi in prato et carregiorum, H
et dominus rex absolvitur de palia. — Cujus authoritate mandati, Raymundus Ermengaudi
et Guilhelmus Aturati, heredes dominæ Raymundæ de Ventajone, citati, comparuerunt
coram dictis executoribus, decimo quinto calendas madii, anno Domini millesimo ducente-
simo sexagesimo secundo, dicentes se possidere dictum pratum et corveia sive carregia ex
assisia facta dominæ Raymundæ de Ventajone, et exhibuerunt omnes literas assisiæ, prout I
in rotulo continetur, per quas non apparet pratum vel dictas corveias datas fuisse in assi-
siam nominatim vel etiam computatas; sed Pontius Oliba, dicens se sindicum dictæ univer-
sitatis, confessus fuit, præstito juramento, dictas servitutes in dicta assisia fuisse nominatim
computatas, ipso teste vidente, videlicet pratum pro viginti solidis, sed de corveis non au-
divit æstimationem. Assignata est dies dictis fratribus ad producendum tres testes, die sab- J
bati proxima, scilicet decimo calendas maii. Qua die, sindicus universitatis comparuit, ex
una parte, et Guilhelmus Aturati, pro se et fratre suo, ex altera, dicens quod non habebat
aliquos testes ad præsens. Unde fuit ei assignata dies iterum et peremptorie ad producendum
dictos tres testes dies jovis sequens, quinto calendas maii, alioquin ex tunc universitati jus
reddetur, si conqueratur. Qua die produxerunt in testes Bernardum Oliba et Raymundum K
Martini. — Post hæc, fuit assignata dies fratribus ultra peremptorium ad idem decimo sep-
timo calendas junii per literas judicis. Qua die, Guillelmus Aturati comparuit, pro se et
fratre suo, et produxit in testem Arnaudum de Rivo, qui juravit in præsentia dicti Pontii
Olibæ. Arnaudus de Rivo, testis juratus, dixit idem de prato quod dictus Pontius Oliba,

[1] Olonzac, Hérault, arr. Saint-Pons.

[2] *De alia Brugarolensium petitione vide Exceptionum articulum* 637. — Brugairolles, Aude, c^on Alaigne.

[3] *Exeunte fort. sæculo XI^mo.*

[4] *Anno 1209.*

[5] *Monasterium ordinis Sancti Benedicti.* — Montolieu, Aude, c^on Alzonne.

[6] *Raimundus Rogerius, Carcassonæ vicecomes, anno 1209 interfectus.*

[7] *Codd.* computata.

A sed de corveis dixit quod non fuerunt assignatæ vel computatæ; dixit etiam se esse de universitate de Brugairolis et percipere commoditates dicti prati. — Assignata est dies dicto Guillelmo Atturati ultra peremptorium ad producendum testes pridie calendas junii, ita quod extunc non audiretur. Qua die dictus Guilhelmus Aturati et dictus sindicus comparuerunt, et tunc dictus Guillelmus Aturati produxit hunc testem. — Bernardus de Lupiano, testis
B juratus, dixit idem quod Arnaudus de Rivo, hoc excepto quod ipse testis non est de Brugairolis vel particeps commodi vel incommodi. Requisitus si scit quod dictum pratum, æstimatum viginti solidos, fuerit recollectum in summa assisiæ villæ de Brugairolis, et quanta fuit summa assisiæ dictæ villæ, dixit se non esse de hoc certum, vel etiam si fuit in totali summa dictæ assisiæ.

C Isti sunt testes de Brugairolis, qui primo fuerunt producti a dicto Guilhelmo Aturati. — Bernardus Oliba, testis juratus, dixit se vidisse et audivisse quod, quando fuit facta assisia dominæ Raymundæ de Ventajone[1] et domino Philippo de Bordis, viro ejus, quod dictum pratum fuit computatum in dicta assisia pro viginti solidis annui redditus, sed de jornalibus vel corveis hominum vel animalium dictæ villæ non audivit quod expresse computarentur.
D Requisitus si scit quod dictum pretium viginti solidorum æstimatum recolligeretur in summa assisiæ dictæ villæ, vel quanta fuit summa dictæ assisiæ, dixit se nescire. Item dixit requisitus se esse de universitate de Brugairolis, et particeps commodi et incommodi dicti prati. — Raymundus Martini, testis juratus, dixit idem quod Bernardus Oliba.

Pontius vero Oliba, sindicus, repromisit de rati habitione universitatis hominum de Bru-
E gairolis, et fidejusserunt pro ipso Raymundus Vitalis et Bernardus de Lupiano, sub obligatione omnium bonorum suorum et sub omni renunciatione et cautela. Et eodem modo Guillelmus Aturati repromisit de rati habitione Raymundi Ermengaudi, fratris sui, et de judicato solvendo cum suis clausulis, et fidejussit pro ipso dictus B. de Lupiano, sub obligatione bonorum suorum et sub consimili renuntiatione et cautela. Et in continenti attestationes
F dictorum testium fuerunt publicatæ ad requisitionem dicti sindici et Guillelmi Aturati, et oblata copia dicto Guillelmo Aturati; et in continenti partes fuerunt adjornatæ coram domino senescallo. Et dictis partibus comparentibus coram domino P. de Autolio, senescallo Carcassonæ, dictus dominus senescallus pronuntiavit, cum causæ cognitione, visis et auditis omnibus supradictis, non esse sufficienter probatum, vel per literas assisiæ, vel per testes
G idoneos vel aliter prædictos, dictum pratum pro æstimatione viginti solidorum vel dictas corveias pro aliqua æstimatione in assisia facta dominæ Raymundæ de Ventajone et domino Philippo de Bordis, viro ejus, quondam fuisse nominatim assignata vel expresse computata. Unde remisit ipsas partes ad examen abbatis Montis Olivi, de cujus feudo dicuntur esse prædicta, ut conquerentibus reddat maturam justitiam, si in judicio voluerint experiri.
H Actum Carcassonæ, in præsentia et testimonio Stephani de Dardeis, magistri P. de Alairaco, Raymundi Roca, notariorum, et mei Petri de Parisius, de Podio Nauterio, notarii publici, qui hæc scripsi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, pridie calendas junii, regnante Ludovico rege, et signavi.

26. RAYMUNDUS ROGERII, DE BRUGAROLIS, PRO SE ET RAYMUNDO BERTRANDO.

I Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Raymundus Rogerii, de Brugarolis[2], pro se et Raymundo Ber- P. 53.
trando, petit sibi restitui unum campum in terminio de Solanello, de quo dicit se spoliatos per Johannem de Forecampis, occasione et culpa B. Cambe, cultoris, de hæresi convicti; tenet Frotardus. Item petit pro se alium campum in terminio de Callavo[3], ad Ribarolam, de quo dicit se spoliatum per eumdem, occasione Mathæi Creviti, cultoris, de hæresi convicti.
J Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, Raymundum et heredes Raymundi Bertrandi ad quintum quod solebant percipere prædicti Raymundus Rogerii et Raymundus Bertrandi in campo de Solanello invenimus esse restituendos. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus prædictis Raymundo et heredibus Raymundi Bertrandi quintum prædictum re-
K stituatis, si rex tenet, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, prædictis in possessione remansuris donec succubuerint, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Quantum vero ad alium campum, quia non est probata agentium intentio, ipsorum petitionem non duximus adimplendam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.
L In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut* P. 339.
supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti restituimus eos ad quintum

[1] *Cod.* Ventajono. — [2] Brugairolles, Aude, c^{on} Alaigne. — [3] Cailhau, Aude, c^{on} Alaigne.

campi de Solanello quoad possessionem, si dominus rex tenet, juxta mandatum prædictum. A
Affrontetur. (*Vaccat hoc, quia per confessionem ejus constat quod heredes dominæ Raymandæ
de Ventajone possident, et sciatur si pro assisia nominata.*)

27. PETRUS BONETI, DE VILLASPINO.

P. 54. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Petrus Boneti, de Villaspino[1], dicit quod dominus T.[2], dictus
quondam vicecomes, tenet ex dono domini regis[3] unam domum et unum malleolum, ad B
ipsum jure donationis sibi factæ a Petro Angelaut, de Darsiaco, pertinentes, quæ domus et
malleolum sunt in villa et terminio de Raissaco[4]; unde petit ipsam domum et malleolum
sibi restitui, cum inde fuerit in possessione tempore quo Johannes Malsaron, tunc baiulus
de Raissaco pro domino rege, ipsum indebite spoliavit. Nos autem, visa petitione hujus-
modi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, dictum Petrum ad dic- C
tam domum et malleolum invenimus esse restituendum. Unde vobis mandamus, authoritate
domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus dictam domum et malleolum, si rex
tenet, restituatis eidem, salvo jure proprietatis domino regi quoties voluerit in judicio ex-
periri, ipso in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero
rex non tenet, *etc.* Affrontatur autem maleolus, *etc.* Domus affrontatur ex circio in carreria, D
ex meridie in honore Pontii Adalberti, ex altano in honore Boneti. Datum anno Domini
millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 339. Remittitur ad possessorem domus et mallolii apud Raxiacum, *etc.* Constat per confes-
sionem dicti agentis quod vicecomes possidet; adiscendum est si ex assisia, *etc.*

28. BERTRANDUS DE GALENX. E

P. 56. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Bertrandus de Galencs, de Podio Nauterio[5], dicit quod Eleazar,
pater suus quondam, erat franchalis in castro de Podio Nauterio et liber ab omni præsta-
tione talliæ, tempore illo quo guerra vicecomitis et destructionis burgi Carcassonæ incepit[6],
et antea, ex quo dominus habuit Carcassonam et terram istam, in dicta manserit libertate;
sed cum ballivi domini regis ipsum compulerint contribuere in tallia quæ domino regi sol- F
vitur, et adhuc compellatur annuatim, petit quod ab hac præstatione de cetero cessetur, et
in pace dimittatur in statu pristinæ libertatis. Verum, quia secundum formam inquisitionis
nostræ invenitur hujusmodi tallia [indebite] fuisse imposita, dictum Bertrandum decre-
vimus esse restituendum ad eam possessionem libertatis vel quasi, in qua pater suus erat
antequam dictam talliam solvere cogeretur, præsertim cum ipse Bertrandus juravit quod G
credebat se fuisse de legitimo matrimonio procreatum. Unde, authoritate domini regis nobis
in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus contra hujus possessionem libertatis
dictum Bertrandum non permittatis a gentibus domini regis indebite molestari, salvo do-
mino regi jure proprietatis quoties voluerit in judicio experiri. Datum anno Domini mille-
simo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio. H

P. 340. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*,
ut supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice dicti domini senes-
calli, dictum Bertrandum, ad possessionem vel quasi libertatis talliæ non præstandæ per
dictos dominos inquisitores restitutum, contra hujus possessionem libertatis prohibemus a
gentibus domini regis indebite molestari. Actum Carcassonæ, in testimonio Hugonis Ferrolli, I
et Jordani, fratris ejus, et Petri de Provino, vicarii Carcassonæ, et mei G. Cerdani, de
Podio Nauterii, publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducente-
simo sexagesimo secundo, calendas aprilis, regnante Ludovico rege.

29. MARTINA, UXOR QUONDAM RAYMUNDI DE GALENX.

P. 58. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Martina, uxor quondam Raymundi de Galencs, de Podio Nau- J
terio, dicit quod ipsa et vir suus semper fuerunt immunes a præstatione talliæ usque ad
destructionem burgi Carcassonæ, a quo tempore citra ballivi domini regis de Podio Nau-
terio ad talliam præstandam in dicto castro ipsam compulerunt et adhuc non cessant com-
pellere, et petit reduci ad immunitatem suæ libertatis. Verum, quia, secundum formam
inquisitionis nostræ, invenimus ipsam et virum suum fuisse in possessione libertatis talliæ K

[1] Villespy, Aude, c[on] Castelnaudary.
[2] *Trencavellus.*
[3] *Vide D. Vaissète, noviss. ed.*, VIII, 1397.
[4] Raissac-sur-Lampy, Aude, c[on] Alzonne.
[5] Pennautier, Aude, c[on] Carcassonne.
[6] *Anno 1240.*

A non præstandæ, donec ballivi prædicti eam a prædicto tempore citra ad præstandam talliam
compulerunt, dictam Martinam esse decrevimus restituendam ad eam possessionem liber-
tatis vel quasi in qua erat antequam dictam talliam solvere cogeretur. Unde vobis man-
damus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus contra hujus
possessionem libertatis dictam Martinam vel ipsius liberos a gentibus domini regis non
B permittatis indebite molestari, salvo tamen domino regi jure proprietatis, quoties voluerit
in judicio experiri, ipsis in hujus possessione libertatis remansuris donec succubuerint, si
contingat. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.
In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, P. 340.
ut supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato dicti do-
C mini senescalli, ipsam, ad possessionem libertatis talliæ non præstandæ per dictos dominos
inquisitores restitutam, et liberos ejus, prohibemus a gentibus domini regis contra posses-
sionem dictæ libertatis indebite molestari, dictum mandatum exequentes. Actum Carcas-
sonæ, in testimonio Jordani Ferrolli et Hugonis Ferrolli et Petri de Provino, vicarii Car-
cassonæ, et mei Guilhelmi Cerdani, publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini
D millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, quarto [die] mensis aprilis, regnante Ludovico
rege.

30. RAYMUNDUS FAVA, DE FERRANDO, *ETC.*

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Raymundus Fava, de Ferrando [1], dicit quod Garinus, quondam P. 59.
castellanus Montis Regalis, spoliavit ipsum possessione percipiendi census unius eminæ fru-
E menti quam P. Tiella, quondam capellanus de Bello Visu [2], tenebatur sibi dare annuatim
pro quadam terra quam ab eo tenebat in terminio de Bello Visu, ubi dicitur ad Campum
Longum, qui capellanus fuit accusatus de hæresi post mortem ipsius, et ob hoc dominus rex
occupavit quartum medietatis dictæ terræ loco dicti census, unde petit dictum censum sibi
restitui. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam in-
F quisitionis nostræ, dictum Raymundum ad possessionem percipiendi dictum censum inve-
nimus esse restituendum. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac
parte commissa, quatenus dictum censum unius eminæ frumenti, si rex tenet, restituatis
eidem, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipso in pos-
sessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.*
G Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.
In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, P. 341.
ut supra. » Cujus authoritate mandati, ego magister Bartholomæus de Podio, judex Carcas-
sonæ, executor prædictus, pro me et magistro P., clerico domini senescalli, coexecutore
meo, nunc absente, vice domini senescalli, restituo dicto Raymundo Fava possessionem vel
H quasi percipiendi dictum censum de terra supradicta... De quibus confrontationibus
constitit per approbatum instrumentum. Et hoc facio, salvo jure domino regi in proprie-
tate. Et ego dictus Raymundus Fava a domino rege et a suis inde me habeo pro paccato.
Actum Carcassonæ, in testimonio Berengarii de Goginco [3], magistri B. de Podio Sivrano,
G. Andorrani, et mei G. Cerdani, notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini mille-
I simo ducentesimo sexagesimo secundo, tertio idus madii, Ludovico rege regnante.

31. MABILIA, FILIA BERNARDI SERMON, DE ALBEDUNO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Mabilia, filia Bernardi Sermon, de Albeduno [4], petit sibi resti- P. 60.
tui medietatem villæ de Sperasano [5], qua senescallus domini regis ipsum spoliavit, fracta
eidem compositione quam fecerat cum domino rege et gentibus suis. Item petit medieta-
J tem quinque millium solidorum malgoriensium dotis quondam Comtoris, matris suæ, pro
quibus dictus pater obligavit dictæ Comtori prædictam villam cum juribus suis. Nos autem,
visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, dic-
tam Mabeliam ad quartam [partem], quæ filiabus faiditorum jure imperiali defertur, in-
venimus esse restituendam, ipsam quantum ad alia petita penitus repellentes. Unde vobis
K mandamus quatenus prædictam villam, pro dicta quarta obligatam, restituatis eidem, si
rex tenet, vel pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini mille-
simo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.
In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut* P. 342.

[1] Ferran, Aude, c^{on} Alaigne.
[2] Belvèse, Aude, c^{on} Alaigne.
[3] Gougens, Aude, c^{on} et c^{ne} Carcassonne.
[4] *Vide Exceptionum articulos* 148, 388, 497, 590 *et* 833.
[5] Espéraza, Aude, c^{on} Quillan.

supra. » Cujus authoritate mandati, dicti executores, vice dicti domini senescalli, dictæ Ma- A
biliæ quartam partem debitæ portionis dictorum quinque millium solidorum malgoriensium
dotalium matris suæ, scilicet xxxi librarum quinque solidorum malgoriensium, persolve-
runt, dictum mandatum exequentes. Et ego dicta Mabilia, inde me habens pro paccata,
dominum regem et suos de ipsis libero perpetuo et absolvo, confitens me habere fratrem
ex utroque parente, scilicet dominum Bernardum Sermon. Item quia dotem ducentarum B
librarum turonensium michi constitutam a domino Bernardo Sermon, de Albesino, patre
meo, et a domina Comdors, uxore ejus, matre mea, tenerer conferre domino regi, si eam
habuissem, pro ea parte in qua michi fit restitutio de dote materna, dono et cedo domino
regi Franciæ et domino Petro de Autolio, suo senescallo Carcassonæ, et tibi G. Cerdani,
notario publico, nomine ipsorum recipienti et stipulanti, omne jus et omnes actiones michi C
competentes contra heredes parentum meorum prædictorum et contra quoslibet possesso-
res bonorum ipsorum, ipsos dominum regem et dominum senescallum et vos nomine ipso-
rum constituens procuratores in rem suam pro tanta parte pro quanta de dicta dote materna
per dictos executores michi est satisfactum. Actum Carcassonæ, in testimonio Petri Gai-
raldi, de Dulaco [1], Bermundi de Villamostaussone [2], B. de Petra Pertusa [3], et mei G. Cerdani, D
publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo
secundo, decimo octavo calendas madii, regnante Ludovico rege.

32. AICELINA, FILIA QUONDAM B. DE MOSSOLINCO.

P. 62. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Acelina, filia quondam B. de Mossolencs, petit nonam partem
justitiarum et firmanciarum villæ de Mossolencs ex successione patris et matris, occupa- E
tam, ut dicitur, sine culpa ipsorum et sua, ab Odone Coquo, senescallo, et adhuc tenet
dominus rex. Ex eadem causa petit sibi reddi talliam quorumdam hominum in eadem villa,
ab eodem senescallo ablatam; item agrerium duarum terrarum in terminio dictæ villæ, quod
dominus P. Sanglar [4] abstulit matri suæ; item petit duos solidos malgoriensium censuales,
quos ei reddere consueverat pro quadam domo in barrio de Mossolencs Pontius Taperius, F
de Alsona; item medietatem quistæ quorumdam hominum in villa de Sancta Eulalia [5], quam
G. de Ulmis, senescallus, pro voluntate sua occupavit. Item petebat dicta Acelina et Guil-
lelma, filia quondam Petri de Mossolencs, sibi restitui septem partes furni de Mossolencs,
ad ipsas pertinentes, occupatas injuste tunc per Odardum, castellanum Montis Regalis, quas
tenet dominus rex; item agrerium cujusdam campi, siti in terminio de Mossolencs, quod G
dominus rex injuste accipit in quodam campo suo, quod baiulus de Mossolencs propria
authoritate imposuit in dicto campo. Item petit dicta Guilhelma sibi restitui census in qui-
busdam domibus quæ sunt apud Mossolencs, de quibus B. Massa tenebat unam in barrio
de Mossolencs, et Pontius Taperii aliam, ob culpam quorum census sibi fuerunt occupati per
ballivum domini regis. Item dicit dicta Guilhelma, filia quondam G. Petri, de Mossolencs, H
pro se et pro heredibus Sicardi de Mossolencs, quod G. Petri, pater suus, et Sicardus de Mos-
solencs prædicti obligaverunt pignori medietatem cujusdam campi quem habebant simul
pro indiviso cum Hugone de Recono, in terminio de Raissacho [6], ad Molendina Nova, Guil-
helmo Boerii, de Raissaco, ad certum tempus, qua medietate dicti campi deliberata et red-
empta processu temporis, Cava[ll]erius, tunc castellanus Montis Regalis, dictos P. G. et Sicar- I
dum sine causa de dicta medietate dicti campi spoliavit, dicens quod G. Boerii, qui laboraverat
dictum campum et pro pignore tenuerat, dederat ipsum campum hæreticis ad laboran-
dum, quam medietatem petit sibi reddi. Nos autem, visis petitionibus hujusmodi et ple-
nius intellectis, secundum formam inquisitionis nostræ, prædictam Acelinam, quantum ad
præmissum articulum ubi petit nonam partem justiciarum et firmanciarum, necnon ad illum J
ubi petit talliam quorumdam hominum in eadem villa, duximus repellendam. Quantum vero
ad ceteros articulos in prædictarum Guilhelmæ et Acelinæ petitionibus contentos, eas in-
venimus esse restituendas. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac
parte commissa, quatenus dictum agrerium et censum, secundum quod percipi a dicto Pon-
tio consuevit, ac medietatem quistæ sexdecim hominum quorum nomina in instrumento K
publico continentur, quod instrumentum vobis præcipimus exhiberi, necnon dictas septem
partes medietatis dicti furni restituatis prædictis, cuilibet pro rata, videlicet si rex tenet;
restituatis etiam dictæ Guilhelmæ et heredibus Sicardi medietatem campi petiti. Verum,
quia nobis constat per eandem inquisitionem prædictas Acelinam et Guilhelmam fuisse in

[1] Duilhac, Aude, c[on] Tuchan.
[2] Villemoustaussou, Aude, c[on] Conques.
[3] Pierrepertuse, *prope* Duilhac (Cassini).
[4] *Carcassonensis senescallus.*
[5] Sainte-Eulalie, Aude, c[on] Alzonne.
[6] Raissac-sur-Lampy, Aude, c[on] Alzonne.

possessione libertatis agrerii non præstandi, donec præfatus baiulus imposuit, ad eam libertatis possessionem eas esse decrevimus [restituendas], in qua erant antequam agrerium solvere cogerentur. Unde mandamus vobis, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus contra hujus libertatis possessionem eas non permittatis a gentibus domini regis indebite molestari. Ceterum super aliis rebus quas restitui mandavimus, si rex tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

Addiscatur per baiulum et alios si dominus rex possidet prædicta. — Item, quantum ad P. 344. medietatem talliæ et sexdecim hominum de Sancta Eulalia, addiscetur si dominus Johannes de Burlas vel dominus Rainaldus de Arcen, a quo causam habuit, habuerunt ex assisia expressa, *etc.* — Item, quantum ad alias possessiones, respondetur quod affrontentur et fiet quod mandatur.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc., ut supra.* » Cujus authoritate mandati, nos prædicti executores, vice dicti domini senescalli, restituimus Aicelinæ et Guilhelmæ prædictis septem partes medietatis furni de Mossolinco quoad possessionem, cum constet dominum regem possidere. Item, authoritate ejusdem mandati, restituimus eidem Aicelinæ censum quem consuevit percipere in prædicta domo, in barrio de Mossolinco, quam Pontius Taperius, de Alsona, olim tenebat ab ipsa, et affrontatur de altano in muro villæ. Item restituimus eidem Aicelinæ agrerium dictarum duarum terrarum, quæ sunt in terminio de Mossolinco, ad Faxias, quarum una affrontatur, *etc.*, alia affrontatur... Item Aicelinam et Guilhelmam prædictas ad possessionem libertatis agrerii non præstandi, quod dominus rex percipiebat in campo ipsarum, quem habent in terminio de Mossolinco, per dictos dominos inquisitores restitutas, prohibemus a gentibus domini regis indebite molestari... Item restituimus dictæ Guilhelmæ censum mediæ libræ ceræ, quem consuevit percipere in domo quam B. Massa tenebat ab ipsa in barrio de Mossolinco, et affrontatur...; sicut de omnibus confrontationibus possessionum prædictarum, et quod dominus rex prædicta possidet, nobis constat per G. Arnaldum, Vitalem Fabrum et R. Ot, de Mossolenco, testes juratos. Et nos, Aicelina et Guilhelma supradictæ, a domino rege et a suis, quantum ad prædicta nobis restituta, nos habemus pro paccatis, salvo michi, Aicelinæ prædictæ, jure meo in tallia hominum de Sancta Eulalia prædictorum, et salvo jure meo michi, dictæ Guilhelmæ, et heredibus dicti Sicardi, in medietate dicti campi quem dominus vicecomes[1] tenet in terminio de Raxiaco, qui affrontatur de altano in besali Molendinorum Novorum, de circio in tenentia Jacobi Galat. Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Tilio, castellani, G. Pontii, de Monte Regali, Vassalli de Roco, R. Gonterii, Stephani Basconi et R. de Alsau[2], et mei G. Cerdani, publici notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, calendas aprilis, regnante Ludovico rege.

33. RAYMUNDA, UXOR QUONDAM ISARNI DE PESINCO.

Nobili viro, *etc., ut supra.* Raymunda, uxor quondam Isarni de Pesinchis[3], petit sibi resti- P. 66. tui tria millia solidorum malgoriensium, quos dictus maritus suus habuit cum ea in dotem, pro quibus omnia bona dicti mariti sui fuerunt ei obligata, de quibus tenet dominus rex ea quæ habebat apud Pesinchum, et idem dominus rex et uxor quondam Gauterii de Socru et P. de Socru[4] tenent ea quæ habebat apud Conchas[5] ex dono domini regis, et domina Blancha, uxor G. de Minerba, tenet bona quæ habebat apud Villagerium[6] ex dono domini regis. Verum quia dicta Raymunda dicitur decessisse, et nos per inquisitionem invenimus patrem ipsius Raymundæ et maritum ejus, antequam nupsisset ipsi, fuisse faiditos tempore comitis Montis Fortis, qui etiam maritus in guerra vicecomitis postmodum extitit faiditus, mandamus quatenus, si vobis constare potuerit prædicta bona obligata tenuisse comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum dicti Isarni, nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveneritis dicta bona tenuisse, detenta domino regi portione quæ filiis dictæ Raymundæ superstitibus, præteritis susceptis ex dicto Isarno, in bonis matris suæ jure naturæ debetur, cetera restituatis Johanni Lombardi, fratri ipsius Raymundæ, heredi ab ea instituto, si rex tenet, vel pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

[1] *Trencavellus.*
[2] Alzau, Aude, c^on Alzonne, c^ne Pezens.
[3] Pezens, Aude, c^on Alzonne.
[4] *Quæ bona Isabelli, uxori quondam G. de Secruno, anno 1249, deliberare curavit senescallus. Vide Mahul,* Cartul. de Carcassonne, II, 8.
[5] Conques, Aude, arr. Carcassonne.
[6] Villalier, Aude, c^on Conques.

IMPRIMERIE NATIONALE.

Postea prædicti inquisitores revocaverunt et cassaverunt prædictam literam, pro eo quia inventum fuit per testes fide dignos quod dictus Isarnus de Pesincho fuit faiditus et exheredatus tempore comitis Montis Fortis, nec constitit de restitutione vel de gratia postea ei facta speciali. A

P. 347. Inquirendum est primo si dictus Isarnus fuit exheredatus tempore comitis Montis Fortis, et de præscriptione viginti annorum, et de retentione quartæ partis competentis filiis dictæ Raymundæ domino regi retinendæ, et bona dicti Isarni item specificanda et probanda. B

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, testes subscripti fuerunt inquisiti. — Vernucius, testis juratus, dixit se vidisse et audisse quod Isarnus de Posinco fuit faiditus et exheredatus tempore comitis Montis Fortis, et dominus Girmon de Pastis, qui tenebat castrum de Pesinco pro dote dominæ Audæ, uxoris suæ, filiæ domini Gauberti de Arten, militis domini comitis Montis Fortis, tenebat terram dicti Isarni de Pesinco tunc exheredati. — Bernardus Raymundi, testis juratus, dixit idem. — Amelius Garsias, testis juratus, idem; dixit etiam quod G. Garsias, R. Oliverii et Pontius Martini, Arnaldus Cerdani, Bernadonus, Amaneus possunt idem scire. — Amaneus, testis juratus, dixit idem. — B. Raseire, testis juratus, idem. — Arnaldus Cerdani, testis juratus, idem. — G. Garsias, testis juratus, idem. — R. Oliverii, testis juratus, idem. — Pontius Martini, testis juratus, idem. — Hos testes inquisiverunt magister Bartholomæus de Podio, judex curiæ Carcassonæ domini regis, et magister P., clericus domini senescalli, et Guilhelmus Cerdani, publicus notarius, qui hæc scripsit et signavit, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, quarto mensis aprilis, Ludovico rege regnante. C D E

Prædicta litera fuit cassata et revocata per dominos inquisitores prædictos, quia inventum fuit per testes fide dignos quod Isarnus de Pesinco fuit faiditus et exheredatus tempore comitis Montis Fortis, nec constat de restitutione integra vel gratia speciali.

34. PAGANA GARINA, D'ONOS, ET ALADAICIS, SOROR EJUS. F

P. 69. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Pagana Guerina, d'Onos[1], et Aladaicis, soror ejus, significant quod Bernardus Martini, quondam pater earum, habebat domum et terras in villa de Brasillaco[2] et in ejus terminiis, quibus Odardus de Manevilla[3], tunc castellanus Montis Regalis, eas injuste spoliavit, sumpta occasione hæresis ejusdem Bernardi Martini, licet dictus Bernardus nunquam fuerit de hæresi citatus nec etiam condemnatus, nec aliquid quod ipsæ sciant contra ipsum extiterit comprobatum; quæ petunt sibi restitui, quæ bona dominus rex tenet ad manum suam, excepta domo quam castellanus Montis Regalis dedit in accapitum. Nos autem, secundum formam inquisitionis nostræ, visa petitione et plenius intellecta, prædictas ad petita invenimus esse restituendas, maxime cum nichil contra ipsas sit exceptum. Unde, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus prædicta, si rex tenet, restituatis eidem, salvo jure proprietatis domino regi quoties voluerit in judicio experiri. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio. G H

P. 350. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice dicti domini senescalli, omnes possessiones infrascriptas, cum dominus rex eas teneat ad manum suam, exceptis primis quatuor quas G. de Tilio dedit ad lucrandum ad quartum, et etiam ipsas quatuor petias, revocato dicto contractu, restituimus mulieribus supradictis, juxta mandatum supradictum, salvis domino regi et liberis Petri de Insula redeventiis debitis et consuetis, mandantes quod dictus castellanus restituat lucratoribus dictarum quatuor petiarum accapitum, et quod dictæ mulieres satisfaciant de meliorationibus dictarum quatuor petiarum lucratoribus per arbitrium duorum bonorum virorum juratorum. Constat per G. P. et G. Textorem, testes juratos, et G. Maure, baiulum de Brasiliaco, quod res prædictæ sunt istæ : videlicet domus quam tenebat B. Martini apud Brasiliacum... Item septem sextariatæ terræ quæ sunt ubi vocatur ad Regadoras...; item unum malolium in eodem terminio, in quo potest esse una sestariata...; quam terram et malolium prædicta dominus rex vel alius pro ipso dedit ad lucrandum ad quartum. Item decem pugneriatæ terræ quam dominus rex dedit ad lucrandum ad tertium Guilhelmo Maure, quæ terra est in eodem terminio... Item tenet dictus G. unam quarteriatam terræ eodem modo, in eodem terminio... Item istas possessiones infrascriptas, quas tenet dominus rex ad manum suam : videlicet unam quarteriatam ad Casale Latoni...; item unam quarteriatam terræ ad Costam Ulmi...; item tres I J K L

[1] Honnous, Aude, c[on] Alaigne. — [2] Brézilhac, Aude, c[on] Alaigne. — [3] *Codd.* Manevillo.

A pugneriatas terræ ad Villam Vetulam...; item unam quarteriatam ad Garrigam Nabruna...;
item sex sextariatas terræ a Vaira...; item quinque sextariatas terræ ad Planum Bartæ...;
item tres sextariatas terræ ad Combam Escuram...; item tres sestariatas terræ ad Bartam,
in quibus habebat dictus B. Martini medietatem pro indiviso...; item unam eminatam
terræ al Colel...; item unam eminatam terræ heremæ ad Bartam...; item quinque sexta-
B riatas terræ, quæ sunt in decimario Sancti Stephani de Tonenchis, ad Podium Frivolier...
Et nos Pagana Garina et Aladaicis supradictæ de his a domino rege et a suis nos habemus
pro paccatis, et confitemur coram vobis in jure quod B. Martini, pater noster, solvebat et
tenebatur solvere pro annuo censu dictarum terrarum domino Sicardo de Duroforti, pro
medietate quæ venit ad manum domini regis pro faidimento B. Durfort, filii ejus, et domino
C P. de Insula, patri Rogerii Durfort, pro alia medietate, novem solidos duos denarios mal-
gorienses. Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Tilio, castellani Montis Regalis, G. de
Lupiano et Bermundi, baiuli de Villa Moustaussone, et mei G. Cerdani, publici notarii,
qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, sexto
calendas aprilis, regnante Ludovico rege.

D

35. AYMERICUS, CAPELLANUS DE CAMPANIA.

Nobili viro, *etc., ut supra.* Aymericus, capellanus de Campania[1], dicit quod ipse habebat P. 70.
tres campos et unam vineam in loco ubi villa de Limoso est sita; unde petit emendam sibi
fieri, præsertim cum ipse fuerit, prout dicit, cum domino rege et Ecclesia contra homines
de Limoso, tempore quo dicta villa de Limoso fuit permutata. Nos autem, visa petitione
E hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, quatuor libras mal-
goriensium decernimus esse restituendas eidem, pro damno quod occasione prædictorum se
asserit incurrisse. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte com-
missa, quatenus dictam summam pecuniæ restituatis eidem et sibi plenarie persolvatis; ipse
enim cum istis quatuor libris se tenuit pro pagato et dominum regem absolvit, si occasione
F prædicta prædicto in aliquo tenebatur, etiamsi plus valerent petita. Datum anno Domini
millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc., ut* P. 354.
supra. » Cujus authoritate mandati, dicti executores dicto Aymerico, nomine domini regis,
quatuor libras malgoriensium persolverunt. Et ego Aymericus prædictus, me inde habens
G pro paccato, dominum regem et suos quitto et absolvo. Actum Carcassonæ, in testimonio
G. de Tilio, castellani de Monte Regali, et Vassalli de Rocho, et mei G. Cerdani, notarii,
qui hæc scripsi anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, et signavi, re-
gnante Ludovico rege.

36. GUILHELMUS HUGO, FILIUS QUONDAM FALCONIS DE RUSTICANIS.

H Nobili viro, *etc., ut supra.* Guilhelmus Hugo[2], filius quondam Falconis de Rusticanis[3], pro P. 71.
se et Girauda, sorore sua, petit, nomine dotis matris suæ Berengariæ, tres mille solidos
malgoriensium et mille solidos pro dotis augmento, vel sibi restitui bona Falconis, patris sui,
obligata pro dicta dote et dotis augmento, videlicet medietatem omnium bonorum et jurium
quæ habebat in castro de Rusticanis et ejus terminiis, et etiam quæ habebat in terminiis de
I Milano et de Godor. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum
formam inquisitionis nostræ, dictam Giraudam, sororem ipsius Guilhelmi, a donatione
propter nuptias penitus excludentes, eandem invenimus esse restituendam ad quartam illius
portionis quam esset habitura in dote materna tantummodo, dicto Guilhelmo fratre suo
prorsus excluso. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte com-
J missa, quatenus pro ea portione ipsa bona obligata, si rex tenet, restituatis eidem vel pecu-
niam persolvatis; si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo
sexagesimo primo, mense martio.

37. GUILHELMUS DE ALADERNO ET FRATRES EJUS.

Nobili viro, *etc., ut supra.* Guilhelmus de Aladerno et fratres ejus petunt sibi restitui bona P. 73.
K paterna in villa Sancti Ilarii et de Aladerno et de Podio[4] et eorum terminiis, quibus bonis

[1] Campagne-sur-Aude, Aude, c[on] Quillan.
[2] *Conf. Exceptionum articulos* 157, 269, 322, 457, 503, 600, 727 *et* 837.
[3] Rustiques, Aude, c[on] Capendu.
[4] Saint-Hilaire, Aude, arr. Limoux. — Ladern, Aude, c[on] Saint-Hilaire. — Pech, *prope* Ladern (*Cassini*).

se dicunt contra justitiam spoliatos. Nos autem, visa petitione et plenius intellecta, secun- A
dum formam inquisitionis nostræ, dictos fratres ad bona petita, retenta domino regi portione
contingente Petrum Raymundi, fratrem prædictorum, quem duximus excludendum, inve-
nimus esse restituendos. Unde vobis mandamus, authoritate nobis commissa, quatenus dicta
bona, retenta portione prædicti Petri, si rex tenet, restituatis aliis fratribus, eodem Petro
prorsus excluso, salvo domino regi jure proprietatis quoties voluerit in judicio experiri, B
ipsis in possessione nichilominus remansuris, donec succubuerint, si contingat. Si vero rex
non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense
martio.

P. 355. Specificent et probent bona paterna de Sancto Ilario, de Aladerno et de Podio, et si do-
minus rex tenet, retenta parte Petri Raymundi, fratris eorum, eis restituantur suæ partes C
quæ[1] cujus fuerunt filii, et si pater fuit faiditus et exheredatus tempore comitis Montis
Fortis. Isti fuerunt filii Pagani de Aladerno.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut
supra.* » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato prædicti
domini senescalli, restituimus Guilhelmo de Aladerno et B. de Viladeguerto[2], fratri ejus, D
possessionem duarum partium bonorum paternorum infrascriptorum, ipsos contingentium,
retenta domino regi tertia parte, Petrum Raymundi, prædictum fratrem ipsorum, contingente,
salvo jure domino regi in proprietate. Bona autem paterna sunt hæc : apud Aladernum et in
terminiis ejus, sicut inde constitit per P. Isarni, Isarnum de Scobilo[3] et Arnaudum Ray-
mundi, de Aladerno, testes juratos, videlicet : quædam domus apud Aladernum...; valet E
de pretio triginta solidos. Item alia domus...; valet quindecim solidos. Item hortus...;
valet viginti solidos. Item area...; valet quinquaginta solidos. Item una petia terræ in plano
de Gotela..., quæ valet de pretio quindecim solidos. Item quædam petia terræ in loco qui
vocatur Clausela, quæ affrontat de altano in tenentia monialium Rivi Nitidi[4]...; valet
decem solidos. Item duæ petiæ terræ in terminio Villadeguerti, ubi vocatur Bertalech..., F
quæ valent de pretio quinquaginta solidos. Item alia petia terræ ad Formatam..., quæ valet
de pretio octo solidos. Item alia in eodem terminio Villadeguerti, ubi vocatur ad Planum
de Villadeguerto..., et valet quinque solidos. Item alia in eodem loco...; valet duos so-
lidos. Item agrerium et dominium cujusdam terræ, in loco qui vocatur ad Linars..., quod
agrerium valet de pretio quinque solidos. Item alia terra ad Fontem Sancti Martini, et G
affrontat de circio in aqua Leuqui[5]...; valet sex solidos. Item alia ad Nogairedam...; valet
pretium duodecim denarios. Alia est ad Cassanham... Alia est ad vineam Olibam...;
valet duos solidos. Et ibidem quoddam olivetum, et affrontat de circio in fluvio Leuci...;
valet octo solidos. Item alia est ad Pradellum...; valet duodecim denarios. Alia est ad
Pujal...; valet sex solidos. Alia est ad Colellum...; valet duodecim denarios. Item in H
eodem loco quoddam olivetum, in quo dictus Paganus habebat medietatem; valet decem
solidos... Alia est ad Maurellam, affrontat de circio in Podio, de altano in flumine Leuci.
Alia est ubi vocatur ad Leucatam...; valet duos solidos. Alia est infra aquas, affrontat de
circio in fluvio Leuci, ab altano in serra; valet duos solidos. Alia est ad planum de Roires,
affrontat de altano in fluvio Leuci, a circio in tenentia domini regis, in qua sunt duæ sesta- I
riatæ; valet tres solidos. Alia est ad Matam Rotundam, affrontat de circio in fluvio Leuci, ab
altano in tenentia domini regis, in qua est una sestariata; valet decem et octo denarios. Alia
est ad Comam Romairiam; affrontat de circio in reco de Baure... Item medietas omnium
tasquarum quas dominus rex percipit in terminio de Villadeguerto, quas tasquas, cum om-
nibus aliis rebus prædictis, æstimaverunt valere de annuo redditu testes prædicti jurati tri- J
ginta solidos malgoriensium. Et prædicti testes fuerunt requisiti qualiter sciunt quod dicta
bona fuerunt Pagani de Aladerno. Dixerunt quod viderunt ipsum habere et possidere, dum
vivebat, usque ad tempus mortis suæ. Dixerunt etiam quod Paganus de Aladerno possidebat
dicta bona tempore comitis Montis Fortis, et omnia prædicta tenet dominus rex. Item bona
Pagani de Aladerno, quæ habebat in villa de Podio et in terminiis ejus, sunt hæc, sicut K
inde constitit per Arnaudum de Pagano, Pontium de Magriano, et P. Nagausia, testes jura-
tos, videlicet quandam vineam cum campo contiguo ad Casullas, quæ affrontat a circio in
serra, ab altano in flumine Leuci. Item terrula ad Esclavadam... Item terrula ad Torren-
tem... Item terrula ad Roquetam... Item terrula ad Pratum Bernardi... Item agrerium
et dominium campi et vineæ de Comba Pagani, quæ affrontat de circio in serra, ab altano L
in reco. Et ista tenet dominus Jorris, miles, ad colendum, sub annua præstatione decem

[1] *Id est* quæ fuerunt illius cujus sunt filii.
[2] Villedeguert, Aude, c[on] Saint-Hilaire, c[ne] Ladern.
[3] Escoubillou, Aude, c[on] Saint-Hilaire, c[ne] Ladern.
[4] *Abbatia feminarum, ordinis Cisterciencis, diœc. Carcassonensis, sæculo XII condita, de qua in* Gallia Christ. (t. VI, col. 23) *agitur.* — *Hodie* Rieunette, Aude, c[on] Saint-Hilaire, c[ne] Molières.
[5] Le Lauquet, *rivus, qui Atacem influit.*

A solidorum malgoriensium, et hæc æstimantur valere quindecim solidos malgoriensium annuatim. Et ego Guilhelmus de Aladerno, pro me et B., fratre meo, a domino rege et a suis me habeo pro paccato. Actum Carcassonæ, in testimonio Arnaudi Raymundi, de Molendino, magistri Roberti, capellani de Monte Lauro[1], et Johannis de Rovereio, juvenis, et mei G. Cerdani, notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo
B sexagesimo secundo, idus aprilis, regnante Ludovico rege.

38. SAURIMUNDA, UXOR QUONDAM ELEAZARII DE ARAGONE.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Saurimunda, uxor quondam Elesiarii de Aragone[2], dicit quod P. 74.
dictus maritus ejus habuit nomine dotis ipsius quatuor mille solidos malgoriensium, et insuper dedit ei dictus vir mille solidos, pro quibus quinque millibus obligavit ei medietatem
C omnium bonorum quæ habebat infra villam de Ventenaco[3], et duas condaminas quas habebat in terminio ejusdem villæ, quæ petit, vel pecuniam sibi solvi. Verum, quia per inquisitionem invenimus objectum quod socer agentis fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et vir ejus in guerra Trencavelli, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis constare potuerit prædicta bona obligata acquisivisse et posse-
D disse comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum, dictæ Saurimundæ nichilominus reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscripcionem vicenalem, postquam venit in dominium hujus terræ; quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveneritis dicta bona tenuisse, eidem
E Saurimundæ, quam ad dotem suam restituendam invenimus, necnon ad donationem propter nuptias, solummodo tenendam ad vitam, prædicta bona pro dote et donatione propter nuptias obligata, si rex tenet, restituatis vel sibi pro rata bonorum quæ rex tenet pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, et vobis constiterit præmissa bona taliter obligata vel aliqua de ipsis esse a domino rege data in assisia nominatim vel etiam computata, pro rata
F data in assisia, cum possessore vel cum petitrice, prout melius poteritis, componatis, præmisso quod de bonis sibi tradendis pro donatione habenda ad vitam, vel de pecunia, si sibi pro eadem donatione fuerit persoluta, restituenda domino regi vel ejus mandato post ipsius petitricis decessum recipiatis idoneam cautionem. Si autem non inveneritis præmissa data esse in assisia aut computata, nec esse de antiquis conquestis comitis vel suorum, reserva-
G mus ei actionem contra quemlibet extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

Inquirendum est si P. de Aragone, socer agentis, fuit exheredatus tempore comitis Montis P. 367.
Fortis, *etc.*, *ut in sequenti*[4].

Donatio autem propter nuptias est ad vitam, cum satisdatione de ea restituenda domino
H regi post ejus obitum, et si dominus rex non tenet nec dedit in assisia nominatim, remittitur ad possessorem. Constat quod dominus abbas Montis Olivi[5] possidet.

39. FLOS, UXOR QUONDAM RAYMUNDI BRUNETI, DE SAUZINCHIS, PRO LIBERIS SUIS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Flos[6], uxor quondam Raymundi Bruneti, de Sausincho[7], petit P. 76.
pro medietate, nomine infantum suorum, sibi restitui possessiones et jura quæ Bonassias,
I avia quondam ejusdem Raymundi Bruneti, obligavit P. Arnaudo, de Podio Nauterio[8], patri Raymundi Arnaudi[9], de Podio, quæ bona dominus rex tenet ad manum suam, occasione faidimenti Raymundi Arnaudi, de Podio, quæ bona omnia, de quibus petit medietatem, erant obligata pro mille et octingentis solidis. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictam Flos, nomine infantum suorum, secundum formam inquisitionis nostræ, ad
J dictam medietatem invenimus esse restituendam, si dictum pignus perceptione fructuum fuit liberatum. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus, fructibus perceptis fideliter computatis in sortem, si vobis constiterit bona petita esse perceptione fructuum liberata, ipsa restituatis eidem si rex tenet, salvo tamen domino regi jure proprietatis quoties voluerit in judicio experiri, ipsa vel ejus infantibus
K in possessione nichilominus remansuris, donec succubuerint, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

[1] Montlaur, Aude, c^on la Grasse.
[2] Aragon, Aude, c^on Alzonne.
[3] Ventenac-Cabardès, Aude, c^on Alzonne.
[4] *Vide infra, cap.* 40.
[5] Montolieu, c^on Alzonne.
[6] *De alia ejusdem Floris petitione, vide Exceptionum articulos* 111 *et* 811.
[7] Sauzens, Aude, c^on Alzonne, c^ne Caux.
[8] Pennautier, Aude, c^on et c^ne Carcassonne.
[9] *Vide Exc. art.* 120, 154, 367, 393, 471, 598, 817.

P. 363. Specificentur possessiones et jura quæ dicta Bonascias, mater dicti Raymundi, habebat A
apud Sauzinchum, et computetur de fructibus perceptis, et restituentur eis si dominus rex
tenet, sin autem, *etc.* Et dicta Flos specificavit bona prædicta, prout continentur in quadam
charta quæ incipit in secunda linea : « Guilhelmi de Jorni », et finit : « regnante Ludovico
rege »; et ad probandum intentionem suam produxit hos testes.

Guilhelma Bruneta, testis jurata, dixit se vidisse dictam Bonassiam de Cavanacho[1]; dixit B
etiam quod dicta Bonassias habebat possessiones et redditus apud Sausinchum, in terminiis
ejus; dixit tamen quod nescit confrontare aliquam vel ad oculum ostendere, nisi tantum-
modo domum in qua dicta Bonassias manebat apud Sausinchum; nescit tamen si erat sua
domus vel si conducebat, nec scit confrontationes. — Guilhelmus de Turribus, testis jura-
tus, dixit se vidisse Bonassiam de Cavanaco manentem apud Podium Nauterium, et vidit C
quod redditus bladi et vini apportabantur ei de Sausinchis per Arnaudum Carbonerium,
baiulum ipsius; dixit etiam se credere et audisse dici, et fama est, quod possessiones quæ
in dicta charta continentur fuerunt dictæ Bonassias de Cavanaco; ipse tamen non vidit ipsam
possidentem, sed bene vidit Berengariam, filiam ejus, et Raymundum Bruneti et G. Pontii,
filios dictæ Berengariæ, possidentes ex successione dictæ Bonassias, ut dicebatur et ut fama D
est. Requisitus si aliquid aliud sciebat de hoc, dixit quod non, nisi quod pluries vidit et au-
divit quod dominus Raymundus Arnaudi, de Podio, miles, qui tenebat dictas possessiones
pignori obligatas, recognoscebat quod dictæ possessiones fuerunt dictæ Bonassias, et vidit
pluries quod rogavit R. Bruneti ut venderet sibi proprietatem dictarum possessionum, quæ
ad ipsum spectabat ex successione ipsius Bonassias. — Bernardus Blanquier, testis juratus, E
dixit se non vidisse dictam Bonassiam vel Berengariam, filiam ejus; vidit tamen et audivit
quod Raymundus Bruneti et Guilhelmus Pontii, filii Berengariæ, filiæ dictæ Bonassias, pos-
sidebant prædicta tempore comitis Montis Fortis, et dicebatur et erat fama quod ea possi-
debant ex successione Bonassias prædictæ, aviæ suæ, et vidit quod, cum comes Montis
Fortis amisit terram istam[2], dominus Raymundus Arnaudi, qui erat faiditus, recuperavit F
terram et abstulit dictas possessiones dictis fratribus pro dicto pignore. — Fabrissa, testis
jurata, idem dixit quod Bernardus Blanquier, et addidit se vidisse quod Raymundus Bru-
neti et G. prædicti tenebant bubulcum et pedissecam, nomine Blancham, apud Sausinchum,
et aratrum cum quo coleba[n]t dictas possessiones, tempore comitis Montis Fortis, et dice-
batur communiter a gentibus quod ex successione Bonassias prædictæ hæc tenebant. — Jor- G
dana, testis jurata, idem dixit quod Fabrissa, hoc excepto quod non audivit dici quod
tenerent ex successione Bonassias prædictæ. — Tosa mulier, testis jurata, dixit idem quod
Jordana. — Guilhelmus Revel, testis juratus, dixit idem quod Jordana. — Gallarda, testis
jurata, dixit idem quod Fabrissa.

Tenor autem chartæ, in qua prædictæ possessiones et jura continentur, de quibus præ- H
dicti testes locuti sunt, talis est : « Noverint universi quod homines de Sausinchis, videlicet
B. Johannes, G. Boerius, P. Godor, G. Godor et B. Barrot, de mandato expresso Guilhelmi
de Jorni, baiuli Podii Nauterii, juramus super sancta Dei quatuor evangelia quod fideliter
ac bona fide faceremus divisionem de subdicto honore, sito in terminio de Sausinchis.
Stephanus Auterii, de Carcassona, pro Raymunda, uxore sua, habet medietatem, et do- I
minus rex aliam medietatem pro indiviso; quem honorem dividimus in duas partes, qua-
rum una est hæc : primo videlicet illa terra de Serrello, quæ affrontat de altano in via, de
meridie in ipso honore, valle in medio, de circio in tenentia Barretorum, de aquilone in
vallo qui ducit versus Cabanillum, *etc.*[3]. »

40. BRUNISSENDIS, UXOR QUONDAM G. DE RUPE. J

P. 78. Nobili viro, *etc. ut supra.* Brunissendis, uxor quondam G. de Rupe, de Tribus Bonis[4],
dicit quod, cum ipsa detulisset mille et trecentos solidos malgoriensium de dote sua dicto
marito suo, et idem maritus suus ei dedisset mille solidos pro augmento et eos assignasset
in omnibus suis bonis et juribus quæ habebat apud Tria Bona et in[5] terminiis ejusdem, et
apud Villam Audebert[6] et in terminiis ejus, et propter faidimentum ipsius ultimæ guerræ K
vicecomitis, baiulus domini regis occupavit dicta bona et jura. Unde petit, cum ipsa neque
ejus infantes contra dominum regem seu Ecclesiam nichil deliquerint, dicta bona et jura sibi
obligata restitui. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictam Brunis-
sendim, secundum formam inquisitionis nostræ, ad dotem suam invenimus esse restituen-
dam, necnon ad donationem propter nuptias tenendam ad vitam, si rex tenet. Unde vobis L

[1] Cavanac, Aude, c^{on} Carcassonne.
[2] *Id est anno 1224 vel circa.*
[3] *Cætera omissa sunt.*
[4] Trèbes, Aude, c^{on} Capendu.
[5] *Vox in hic et infra in codd. deest.*
[6] Villedubert, Aude, c^{on} Capendu.

A mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus prædicta bona
sibi obligata pro dote et donatione, si rex tenet, restituatis eidem, vel pro rata bonorum
quæ rex tenet sibi pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini
millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

41. ERMENGARDIS, UXOR ARNAUDI GUINDRA, DE LAURANO.

B Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Ermenjardis, uxor Arnaudi Guindra, de Laurano[1], petit sibi P. 80.
restitui de bonis mariti sui mille et quingentos solidos malgoriensium nomine dotis suæ, et
alios mille et quingentos solidos quos dictus maritus eidem donavit donatione propter nup-
tias, pro quibus tribus millibus solidis malgoriensium dictus maritus ejus obligavit eidem
omnia bona sua. Item petit sibi restitui omnia quæ dictus maritus suus tenebat apud Aquam
C Vivam[2] et apud Villam Thericos et in eorum terminiis. Omnia præterea prædicta dictus ma-
ritus ejus recepit nomine dotis suæ, de quibus omnibus fuit ipsa spoliata a curialibus, tem-
pore quo dictus maritus ejus, suspectus de hæresi, ut dicebatur, fuit captus apud Caunas[3]
et exivit carceres et aufugit. Verum, quia per inquisitionem invenimus quod dictus Arnau-
dus fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis ac etiam apud Caunas captus, et aufugit pro
D crimine hæresis, decernimus et authoritate domini regis nobis in hac parte commissa vobis
mandamus quatenus, si vobis constiterit prædicta bona obligata acquisisse et possedisse
comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum dictæ Ermenjardis, nichil omnino
de bonis sibi obligatis reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et
expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adver-
E sus dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis, postquam venit in dominium hujus
terræ; quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveneritis
dicta bona tenuisse, eidem Ermenjardi, quam ad dotem suam restituendam invenimus,
necnon ad donationem propter nuptias solummodo tenendam ad vitam, ac etiam ad bona
quæ tenebat maritus suus apud Aquam Vivam et apud Villam Thericos[4] et in eorum ter-
F miniis, ipsa bona de Aqua Viva et de Villa Thericis, non obstantibus præmissis, si rex tenet,
restituatis eidem, ac etiam prædicta bona pro dote et donatione propter nuptias obligata,
vel sibi, pro rata bonorum quæ rex tenet, pecuniam persolvatis, salvo tamen domino regi
in præmissis bonis de Aqua Viva et de Villa Thericis, quæ in dotem dicitur attulisse, jure
proprietatis quoties voluerit in judicio experiri, ipsa in possessione eorumdem bonorum
G nichilominus remansura, donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet præmissa
bona taliter obligata nec alia, et vobis constiterit ea data fuisse vel aliqua de ipsis a domino
rege in assisia vel etiam computata, pro rata data in assisia, cum possessore vel cum peti-
trice, prout melius poteritis, componatis, proviso quod de bonis sibi tradendis pro dona-
tione habenda ad vitam vel de pecunia, si sibi pro eadem donatione fuerit persoluta, resti-
H tuenda domino regi vel ejus mandato post ipsius petitricis decessum, recipiatis idoneam
cautionem. Si autem non inveneritis prædicta data esse in assisia, reservamus dictæ Ermen-
jardi actionem contra quemlibet possessorem extraneum, mandantes sibi maturam justitiam
exhiberi. Insuper certificamus vos, quod ipsa tenet de bonis mariti sui septuaginta quinque
solidos de annuo redditu, quos in satisfactione computetis eidem. Datum anno Domini mil-
I lesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.
Inquirendum est si Arnaudus de Guindra fuit exheredatus tempore comitis Montis For- P. 367.
tis, quo invento nichil restituetur uxori de dote pecuniaria, nisi specialis gratia vel restitutio
probaretur a domino rege vel a dicto comite facta, vel præscriptio viginti annorum ex quo
dominus rex habuit terram istam; alioquin specificentur et probentur bona viri, et resti-
J tuetur dos pure, et donatio propter nuptias ad vitam, cum satisdatione usus fructus. Item
designet et probet bona sua dotalia de Aqua Viva et de Villa Thericis[5], et restituetur pos-
sessio simpliciter, si dominus rex tenet; sin autem, *etc.*
Certum est quod dominus Geraldus de Cane Suspenso tenet quæ[dam] de assisia. —
Item dicitur in sententia quod ipsa tenet de bonis viri septuaginta quinque solidos; com-
K putandi sunt in dotem. — Dominus G. de Minerba, testis juratus, dixit se vidisse quod
Arnaudus de Guindra fuit faiditus et exheredatus tempore comitis Montis Fortis, nec scit
quod habuerit gratiam specialem seu restitutionem a dicto domino comite vel a domino
rege. — Benedictus Sonac, de Aqua Viva, testis juratus, dixit idem quod dominus G. de
Minerba. — P. Hospitalarius, de Aqua Viva, dixit idem quod præcedens.

[1] Laure, Aude, c^on Peyriac-Minervois. — *De Ermenjardis petitione vide Exceptionum articulos* 7, 338 *et* 733.
[2] Aigues-Vives, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[3] Caunes, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[4] *Apographa:* Villar Thericos, *hic et infra.*
[5] *Apogr.* de Villari Tinhos.

42. JORDANUS DE CABARETO, FILIUS QUONDAM JORDANI DE CABARETO. A

P. 83. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Jordanus de Cabareto[1], filius quondam Jordani de Cabareto, petit sibi restitui bona paterna occupata injuste per Guilhelmum de Ulmellis, tunc senescallum, de quibus bonis ipse Jordanus tenet tantum ea quæ dictus pater habebat apud Lauranum[2], excepta justitia, et ex residuo dictorum bonorum filius Alrici Alemandi tenet castrum de Salelis[3] et illud quod habebat in castro de Rupefera[4], et domina Blancha tenet B
castrum de Villaglino[5] et Villarzellum[6] et Villare Longum[7], et dominus rex tenet alia. Item petunt Petrus Rogerii, de Cabareto, et Jordanus, fratres[8], sibi restitui castrum de Villari Longo et medietatem castri de Villarzello, et quartam juridictionis et dominii de Laurano cum pertinentiis eorumdem, quibus eos spoliavit, ut dicitur, tempore guerræ vicecomitis C
G. de Ulmellis, tunc senescallus domini regis. Quæ petunt sibi restitui, maxime cum Jordanus de Cabareto, pater eorum, in servitio domini regis captus, decess[er]it in carcere inimicorum domini regis, et ipsi postea contra dominum regem non commiserint. Si vero non fiat eis prædicta restitutio, petunt decem mille solidos malgoriensium, quos domina Orbria, quondam mater ipsorum, habebat in dictis castris et eorum pertinentiis, scilicet quin- D
que millia pro dote quos eidem Jordanus dedit, et quinque millia pro dotis augmento quos idem Jordanus eidem uxori suæ constituit, ad omnes voluntates suas, cum infante et sine infante. Nos autem, quia de dote et donatione supradictis nichil fuit omnino probatum, dictorum agentium petitionem, quantum ad hoc pertinet, non duximus adimplendam, sed quia per inquisitionem invenimus quod Jordanus de Cabareto, pater agentium, fuit recon- E
ciliatus domino regi, quando post recessum ab Avinione venit ad terram Carcassonæ; qui etiam Jordanus, cum ex parte domini regis deberet tractare cum pariariis suis castri Cabareti de facienda pace cum domino rege, captus fuit et traditus comiti Tolosano[9], in cujus prisione detentus per duos annos dicitur decessisse. Item quia constitit quod mater agentium in possessione bonorum dicti Jordani, mariti sui, remansit usque ad guerram Trencavelli, F
exceptis Cabareto et Cabraspina[10] et castro de Salellis, quod tenebat Mabilia quam superduxerat defunctus Jordanus de Cabareto prædictus; in qua guerra Trencavelli prænominatus Petrus Rogerii, filius ejus, extitit faiditus. Invenimus etiam ex dicto unius testis et per literas quorumdam abbatum Cisterciensis ordinis, testificantes quod iidem abbates viderant literas inclitæ recordationis Ludovici[11], Dei gratia quondam Francorum regis, conti- G
nentes quod idem rex concesserat dicto Jordano defuncto quod liceret ei habere et tenere in pace terram suam planam, et quod de fortalitiis faceret ei bonam emendam. Nos, pro salute animæ excellentissimi domini Ludovici, Dei gratia Francorum regis, et genitoris ipsius, vobis mandamus, authoritate ipsius domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus, retenta de rebus supradictis domino regi portione prædictum Petrum Rogerii contin- H
gente, præfato Jordano agenti fratrescam in terra plana quæ fuerat patris sui restituatis, si rex tenet, salvo tamen domino regi jure proprietatis quoties voluerit in judicio experiri, ipso in possessione nichilominus remansuro, donec succubuerit, si contingat; si vero rex non tenet, *etc.* Insuper certificamus vos quod dictus Jordanus agens, pro fratresca sua habenda in terra plana, dominum regem absolvit de emenda, si qua fuit promissa pro I
fortalitiis patri suo in forma præscripta. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, septimo calendas aprilis, omnes prædictæ literæ fuerunt examinatæ in præsentia et testimonio G. de Carrol et Raymundi de Roiregros, capellani de Lediniano, et G. Arnaldi, clerici de Calavo[12]. J

P. 369. Specificetur et probetur terra plana quæ fuit Jordani, patris eorum; et si dominus rex tenet, retenta domino regi parte Petri Rogerii, fratris sui, restituetur dicto Jordano fratrisca sua in terra plana; si vero, *etc.* — Item dictus Jordanus quitavit domino regi fratriscam[13] de emenda fortalitiarum pro fratrisca habenda in terra plana.

Bona autem paterna sunt hæc, sicut inde constitit per R. Den Huc, P. de Fano Jovis, K
Bernardum Ballistam, G. Homdieu, R. Saunerii et R. Cogot, testes juratos, productos a dicto Jordano.

R. Cogot, testis juratus, dixit se nichil scire, nisi quod credit et audivit dici quod dominus

[1] *De hujus Jordani petitionibus actam est in Exceptionibus supra editis*, § 32, 373 *et* 760.
[2] Laure, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[3] Sallèles-Cabardès, Aude, c[on] Conques.
[4] Roquefère, Aude, c[on] Mas-Cabardès.
[5] Villegly, Aude, c[on] Conques.
[6] Villarzel-Cabardès, Aude, c[on] Conques.
[7] Villarlong, Aude, c[ne] Conques, c[ne] Villarzel-Cabardès.
[8] *Vide supra laudatas Exceptiones*, § 75, 347 *et* 788.
[9] *Raimundo VII.*
[10] Cabrespine, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[11] *Octavi.*
[12] Cailhau, Aude, c[on] Alaigne.
[13] *Apographa* : fratrisca.

A Jordanus de Cabareto, pater agentis, habebat quartam partem in dominio et juridictione de Laurano[1], exceptis justitiis quinque solidorum et infra quæ erant consulum de Laurano, et supra, in quibus consules habebant duas partes, sicut audivit dici, sed aliud nescit. — R. Saunerii, testis juratus, dixit quod dominus Jordanus de Cabareto habebat quartam partem in juridictione et justitiis de Laurano; requisitus qualiter scit, dixit quia ita audivit
B præconisari apud Lauranum ex parte dominorum, sed aliter nescit. — P. de Fano Jovis, testis juratus, dixit idem quod R. Cogot, excepto quod a quinque solidis supra consules nichil habebant in justitiis. Requisitus[2] de causa scientiæ, dixit quod vidit baiulum domini Jordani percipere quartam partem in justitiis, et hoc vidit semel de bonis cujusdam hominis, cui fuit pes amputatus de mandato dominorum de Laurano, sicut audivit dici,
C quia ipse non vidit, et audivit quod præconisabatur ex parte domini Jordani de Cabareto, sicut ex parte aliorum dominorum de Laurano. — Bernadonus de Vilaiglino, testis juratus, dixit idem quod R. Saunerii, et aliud nescit. — R. Den Huc, testis juratus, dixit idem quod R. Cogot, sed de quinque solidis supra dixit se nichil scire; de causa scientiæ dixit se vidisse quod dominus Jordanus, dum vivebat, percipiebat quartam partem in justitiis. Item dixit se
D vidisse quod dominus Jordanus de Cabareto, pater, et alii domini de Laurano fecerunt amputari pedem Petro Malasanc, ante adventum domini regis ad Avinionem, pro furto quod fecerat; sed ipse tamen non vidit quod ipsi domini mandarent amputari pedem, nec vidit amputari, sed vidit amputatum tempore quo dominus Jordanus tenebat partem suam de Laurano. Et postea vidit, post obitum domini Jordani, quod domina Orbria, uxor ejus,
E mater agentis, tenens bona dicti viri, fecit amputari cum P. de Alano, baiulo domini comitis Tolosani, aurem cuidam mulieri pro furto garbarum, viginti quinque anni sunt. Dixit etiam quod fama est apud Lauranum quod dictus Jordanus habebat quartam partem in juridictione et justitiis de Laurano, sed aliud non vidit. — G. Homdieu, testis juratus, dixit se vidisse quod dominus Jordanus de Cabareto, pater agentis, habebat quartam partem
F in dominio et juridictione de Laurano et mero imperio, et vidit quod pro parte sui imperii ipse et alii domini de Laurano, videlicet Arnaudus de Laurano, dominus pro medietate, et P. de Laurano et P. Rogerii, fratres, pro quartono, et dictus dominus G. de Cabareto, pro alio quartono, fecerunt amputari pedem Petro Malasanc pro furto quod fecerat de blado, ante adventum domini regis ad Avinionem; et vidit eum uti juridictione et mero imperio
G apud Lauranum in omnibus quæ contingebant apud Lauranum, tempore quo ipse tenebat terram, et fama est apud Lauranum de omnibus prædictis, et specificavit multa de fustigationibus et aliis pœnis criminosorum. — P. Garini, de Conchis, testis juratus, dixit idem quod G. Homo Dei.

Item produxit quoddam instrumentum super divisione dictarum justitiarum de Laurano,
H quod incipit : « In Dei nomine », et finit : « tertio idus novembris, anno Domini millesimo centesimo nonagesimo tertio, regnante Philippo rege », cujus transcriptum habemus.

In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato dicti domini senescalli, restituimus dicto domino Jordano de Cabareto fratrescam in terra plana
I quam dominus rex tenet, quæ fuerat patris sui, quoad possessionem, retenta domino regi portione dominum P. Rogerii, fratrem ejus, contingente, juxta mandatum dominorum inquisitorum prædictorum. De bonis autem paternis quæ invenientur ex parte domini regis nominatim data in assisia vel expresse computata, necnon et de aliis quæ ab aliquibus possidentur, suo loco juxta prædictum mandatum faciemus. Bona autem domini Jordani de Ca-
J bareto, patris ejus, quæ dominus rex tenet ad manum suam, sunt hæc : videlicet quarta pars dominationis et juridictionis et meri imperii de Laurano, sicut inde constat per Guilhelmum Hominem Dei, P. Garini, R. de Hugone, R. Saunerii, P. de Fano Jovis, Bernadonum de Vilaiglino, et multos alios testes juratos. Item in Cabardesio[3] merum imperium de Villari Longo, cum hominibus et tallia ipsorum, exceptis Barreria et liberis R. Malet et Johanne
K Malet, qui sunt homines domini regis, cum tallia sua ex alia excaduca. Item census et dominia prædiorum subscriptorum : apud Villare Longum et in terminiis ejus, videlicet una quarteria ordei censualis et dominium cujusdam ferraginis quam tenet Aladaicis Montaneria ante portam villæ... Item unum sextarium frumenti et tres quarteriæ ordei, et dominium cujusdam horti et cujusdam mansi et cujusdam casalis, quæ omnia tenet dicta Ala-
L daicis... Item quædam gallina censualis et dominium cujusdam mansi quod tenent dicta Aladaicis et Arnaudus Montanerii... Item unum denarium malgoriensem censualem et dominium cujusdam casalis quod tenet dicta Aladaicis... Item quædam gallina censualis et

[1] Laure, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[2] *Codd.* sed.
[3] Le Cabardès, *Carcassonensis pagi pars, cujus caput castellum Cabaretum.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

dominium cujusdam domus quam tenet Arnaudus Martini prædictus... Item quatuor de- A
narios censuales et dominium cujusdam mansi quod tenet Arnaudus Adalberti, qui affrontat
de altano in turri, de circio in via. Item quatuor denarios censuales et dominium cujusdam
mansi quod tenet dictus Arnaudus... Item tres quarterias frumenti et tres quarterias ordei
censuales et dominium cujusdam areæ et horti et palerii et hortelli cujusdam, quæ omnia
tenet Arnaudus Adalberti... Item unum sextarium frumenti et unum sextarium ordei cen- B
suales et dominium duarum domorum et cujusdam casalis quæ tenet B. Johannes... Item
sex denarios censuales et dominium cujusdam mansi quem Nicolaus et G. Pagesii tenent...
Item quatuor denarios censuales et dominium cujusdam mansi et horti quos tenent Nico-
laus et Pontius Faber... Item media gallina censualis et dominium cujusdam mansi quem
tenet Pontius Faber... Item quædam gallina censualis et dominium cujusdam mansi quem C
tenet Nichola... Item una emina frumenti et unum sextarium ordei censuales et domi-
nium cujusdam mansi et cujusdam horti et areæ, quæ omnia tenet Raymundus Font[i]ani...
Item tres denarios censuales et dominium cujusdam palerii quod tenet dictus Raymundus
Fontiani... Item sex denarios et dominium cujusdam mansi quem tenet G. Espadelerii...
Item decem denarios censuales et dominium cujusdam mansi quem tenet Johannes Ma- D
leti... Item tres quarteriæ ordei censuales et dominium cujusdam areæ et horti et duorum
paleriorum, quæ omnia tenent Johannes Maleti et G. Espadelerii... Item sex denarios cen-
suales et dominium cujusdam mansi quem tenent Lanse... Item unum sextarium fru-
menti et unum sextarium ordei censuales et dominium cujusdam horti et cujusdam areæ
et cujusdam mansi et duorum paleriorum, quæ omnia tenent dicti Lanse... Item unum E
sextarium frumenti et alium sextarium ordei censuales et dominium cujusdam mansi et
cujusdam ferraginis oliveriorum et cujusdam palerii cum tenentiis suis et cujusdam airalis,
quæ omnia tenet G. Pagesii... Item duodecim denarios censuales et dominium cujus-
dam mansi quem tenet G. Pagesii... Item sex denarios censuales et dominium cujusdam
mansi quem tenent P. Barreria et R. Isarni... Item una quarteria ordei censualis et domi- F
nium cujusdam ferraginis quam tenent G. Espadelerii et P. Barreria... Item quatuor ses-
tarios ordei, quos Rixendis de Villari Longo cum infantibus Raymundi Fabri, de Canacalida,
faciunt pro possessionibus et aliis juribus quas et quæ habent in villa et terminio de Vilari
Longo. Item in omnibus possessionibus quæ sunt in terminiis de Vilari Longo habebat do-
minus Jordanus de Cabareto, pater agentis, dominia et partiones olivarum, præter posses- G
siones in quibus P. Gausberti accipiebat aliquam partem, in quibus dictus dominus Jordanus
pater habebat et percipiebat quartam partem partionum[1] olivarum, quas partiones olivarum
dominus rex tenet ad manum suam. Item dictus dominus Jordanus pater habebat dominium
et juridictionem et merum imperium in hominibus suis de Vilarzello, videlicet in Ray-
mundo Barravi, G. Barravi, Pontio Chatmarii seniore, P. Maura, P. Pagani, G. Forti, H
B. Forti et successoribus eorum, et dominus Pilus Fortis similiter in hominibus suis, qui
ambo erant domini dictæ villæ, et ambo habebant communiter juridictionem et merum im-
perium de Villaiglino, quod merum imperium dominus rex tenet ad manum suam. Item
dictus dominus Jordanus pater habebat juridictionem, dominium et merum imperium in
castro de Salellis Cabardesii et in terminiis ejus, et in terminio de Alassaco[2] citra fluvium I
Olvei[3] ex parte dicti castri, et in terminio de Malaberta, quod merum imperium dominus
rex possidet vel quasi. Item habebat dominium et juridictionem et merum imperium et pro-
prietatem villarii de Traussanello[4] et totius terminii ejus et de Scolis[5] et hominum qui ibi
habitabant, videlicet Arnaldi de Scolis, P. de Scolis, R. et B. fratrum, G. et Pontii de Scolis,
fratrum, G. de Scolis, filii Richæ, B. Johannis, filii sororis G. de Scolis. In quibus locis et J
terminiis dominus Jordanus habebat et percipiebat census, partiones omnes et ferrarias,
juridictionem et dominium et in hominibus ibi commorantibus. Quod terminium de Trau-
sanello et de Scolis confrontat de altano in terminio de Furno[6] et de Buscano, de meridie
in terminio de Salellis[7] et de Villa Nova[8], de circio in terminio de Malaberta et de Marmo-
reriis[9], de aquilone in terminio Sancti Galenni et de Capraspina[10]. Quod terminium de Trau- K
sanello et de Scolis R. Carnifex et Arnaudus Mata, fratres, receperunt in emphiteosim a
G. de Tilio, castellano Montis Regalis, nomine domini regis, ad præstationem annui census
quinquaginta solidorum malgoriensium, quam emphiteosim mandamus revocari pro medie-

[1] *Hic codd.* portionum, *cum supra et infra habeatur* partiones.
[2] Lassac, Aude, *prope* Lastours (Cassini).
[3] L'Orviel, *rivus qui Atacem influit.*
[4] Trassanel, Aude, c[on] Mas-Cabardès.
[5] Les Escoles, Aude, c[on] Peyriac-Minervois, c[ne] Cabrespine.
[6] Fournes, Aude, c[on] Mas-Cabardès.
[7] Sallèles-Cabardès, Aude, c[on] Conques.
[8] Villeneuve-les-Chanoines, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[9] Marmoveriis, *in apogr.* — Marmorière, Aude, *prope* Trassanel (Cassini).
[10] Cabrespine, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.

A tate, videlicet pro fratrisca dictum dominum Jordanum de Cabareto, juvenem, contingente,
ita quod dictus castellanus reddat prædictis fratribus medietatem accapiti quod inde recepit
ab ipsis, et dictus dominus Jordanus reddat eis meliorationem, si quam in dicto loco fece-
runt, pro medietate, ad arbitrium bonorum virorum communiter eligendorum, cum dictum
dominum Jordanum ad dictam medietatem restituamus. Item dictus dominus Jordanus
B pater habebat apud Preveirencam[1] homines qui dicuntur Ferrandi, et medietatem in uno
modio avenæ quem homines de Preveirenca solvebant annuatim dicto domino Jordano et
domino P. Rogerio et P. de Laurano in messibus pro sivadagio, quos homines talliabat ad
voluntatem suam; quos homines et quod modium avenæ dominus rex tenet. Item dictus
dominus Jordanus pater habebat dominium, juridictionem et merum imperium et redditus
C et dominationes castri de Furnas[2] et pertinentium ejus, et Petrum Ægidium et G. Ægidium
et Arnaudum Ægidium et Pontium Ægidium, cum masatis suis, quæ omnia dominus rex
tenet, præter illos redditus quos sibi percipiunt dominus P. Rogerii, de Mirapisce[3], et do-
minus Isarnus fratres. Item habebat tasquam et dominium in terra quæ est ad Viridarium,
quam tenet Arnaudus Boerii, quæ affrontat..., quam tasquam percipit dominus rex. Item
D habebat dominium, juridictionem et merum imperium de Cereriis[4], quod terminium Ray-
mundus Gairaldi ab ipso tenebat, exceptis duabus masatis, videlicet Bernardi Aymerici,
quam modo tenet Arnaudus Regina ad tasquam a domino rege, et Berengarii de Villadomir,
quam tenet dictus P. Ægidii ad tasquam ab uxore Aymerici de Sancto Martino quondam,
quas duas masatas B. Aymerici et Berengarius de Villadomir tenebant a domino Jordano
E prædicto; quod terminium durat a terminio de Furnis usque ad turnum de Capraspina, et
a terminio de Trausanello et de Malaberta et de Marmoreriis usque ad terminium de Monte
Serrato et ad Caslarium de Rivo Sicco; quod merum imperium, juridictionem et domi-
nium tenet dominus rex. Item habebat merum imperium, dominium et juridictionem villæ
de Marmoreriis et villaris de Lemosino[5] et pertinentium ejus, et feuda quæ milites ibi tene-
F bant; sicut de omnibus prædictis constat per quam plurimos testes juratos, qui de his fue-
runt inquisiti diligenter. Quam restitutionem ei facimus, salvo jure domini regis et etiam
alieno. Et ego Jordanus de Cabareto a domino rege et a suis me habeo pro paccato, salvo
michi jure meo, juxta mandatum prædictum, in his quæ ab aliis possidentur et etiam in his
quæ dominus rex possidet in terra plana in hoc instrumento non expressa[6].

G Actum Carcassonæ, in testimonio Perrini de Mirapisce, magistri P. de Conchis, et Ber-
nerii de Argentolio, et magistri P. Marsendi, notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Do-
mini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, octavo idus madii, Ludovico rege Franciæ
regnante.

43. DOMINA ERMENJARDIS DE PODIO.

H Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Domina Ermenjardis de Podio, uxor quondam Raymundi de P. 88.
Podio, petit sibi restitui, de bonis mariti sui quondam, quatuor mille et quingentos solidos
malgoriensium nomine dotis suæ, et mille et quingentos solidos malgoriensium quos in
augmentum dotis suæ legaverat eidem dictus maritus suus, pro quibus sex millibus solidis
malgoriensium dictus maritus suus obligaverat eidem bona sua omnia, de quibus bonis
I majorem partem tenet dominus rex, et aliqua Petrus de Grava, et aliquantulum tenet ipsa
Ermenjardis apud Lauranum[7]. Nos autem contra dictam Ermenjardim nichil per inquisi-
tionem invenimus quod nocere debeat, sed asseritur catholica et honesta; quia tamen de
bonis mariti tenet terram apud Lauranum, valentem de annuo redditu octo libras malgo-
riensium, cum secundum jura mulieri post solutum matrimonium sint reddenda quæ
J attulit in dotem statim, et mobilia post annum, nec dicta domina per longam expectationem
satisfactionis de dote debeat fatigari, mandamus vobis, authoritate domini regis nobis in
hac parte commissa, quatenus persolvatis eidem dotem, vel cetera bona mariti quæ rex
tenet restituatis eidem, fructibus quos percepit, prout justum fuerit, in solutionem compu-
tatis. Quod si rex aliqua de ipsis bonis alicui dederit in assisia nominatim aut etiam com-
K putaverit, cum possessore vel cum petitore, pro rata data in assisia, prout melius poteritis,
componatis, proviso quod de bonis sibi tradendis pro donatione habenda ad vitam vel de
pecunia, si sibi pro eadem donatione fuerit persoluta, restituenda domino regi vel ejus

[1] La Bastide-Esparbairenque, Aude, c[on] Mas-Cabardès.
[2] Fournes, Aude, c[on] Mas-Cabardès.
[3] Mirepoix, Ariège, arr. Pamiers.
[4] Seriès, Aude, c[on] Mas-Cabardès.
[5] Limouzis, Aude, c[on] Conques.
[6] *De pactis inter Jordanum de Cabareto et regios ministeriales initis, vide instrumentum a senescallo die 25 aprilis anni 1267 confectum et a rege mense julio sequenti confirmatum, in Bibl. Nat. codice latino* 9996, *p.* 13 *et* 22. *Regias litteras, anno 1260 perperam assignatas, publici juris fecit Mahul, in* Cartulaire de Carcassonne, II, 76.
[7] Laure, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.

mandato post ipsius petitricis decessum, recipiatis idoneam cautionem. De illo vero quod A
rex non tenet, vel alius ab eo in assisia, reservamus sibi actionem contra quemlibet extra-
neum possessorem, mandantes ei maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini mille-
simo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 387. In nomine Domini Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* »
Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice dicti domini senescalli, persol- B
vimus dictæ dominæ Ermenjardi ducentas viginti quinque libras malgoriensium dotis suæ,
et facta reputatione cum ipsa domina de fructibus ab ipsa perceptis ultra victum suum,
ipsa remisit et quitavit domino regi mille quingentos solidos donationis propter nuptias
supradictos, quos ad vitam suam tenere debebat. Et hæc facta fuerunt de consilio domi-
norum inquisitorum prædictorum, cum, deducto victu dictæ dominæ de fructibus perceptis, C
modicum esse residuum videretur.

44. BERNARDA THOLOSSA, DE LAURANO.

P. 90. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Bernarda Tholossa, de Laurano, crucesignata pro hæresi,
petit bona sua, quæ quondam dedit in dotem P. de Massilia, de Laurano, viro suo, postea
immurato, et quinquaginta solidos malgoriensium dotales, cum ipsa sit sine culpa, et do- D
minus rex bona ipsa teneat. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta,
dictam Bernardam, secundum formam inquisitionis nostræ, ad dotem suam invenimus esse
restituendam, præsertim cum dominus rex nolit ut propter virorum hæreticorum culpam
eorum uxores sint bonis suis privandæ, nisi vel metu inquisitionis aufugerint, vel citatæ in
contumacia perseveraverint, aut in domo sua fuerit hæreticus deprehensus, aut ad murum E
fuerint condemnatæ vel alias relictæ curiæ seculari. Unde vobis mandamus, authoritate
domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus bona prædicta quæ in dotem attulit
restituatis eidem si rex tenet, necnon pecuniam persolvatis, si inveneritis dominum regem
bona mariti tenere, salvo tamen domino regi in bonis quæ se asserit in dotem attulisse jure
proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipsa in possessione nichilominus reman- F
sura donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini mille-
simo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

45. ORGOILLOSA, FILIA QUONDAM BERMUNDI DE GINESTARS.

P. 92. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Orgoillosa, filia quondam Bermundi de Ginestars[1], dicit quod
Bernardus Guilhelmi, de Mociano[2], vir ejus, accepit cum ea in dotem mille solidos malgo- G
riensium in pecunia numerata, et pro tribus millibus solidis dotalibus recepit in pignore
illud quod habebant pater et mater dictæ Orguellosæ in castris de Olonzaco et Sirano[3], pro
quibus mille solidis et duobus lectis pannorum cum coopertoriis ciricis[4] obligavit ei bona sua
omnia. Unde petit prædicta sibi reddi, et insuper mille solidos de lucro sponsalitii, quia
supervixit marito. Verum, quia per inquisitionem invenimus quod pater et maritus agentis H
fuerunt faiditi tempore comitis Montis Fortis, ac idem maritus postmodum immuratus,
authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis
constare potuerit prædicta bona acquisisse et tenuisse seu possedisse comitem Montis Fortis
vel suos propter faidimentum, de illis bonis nichil omnino reddatis, nisi posset apparere
de restitutione seu speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite I
memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis
postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter faidi-
mentum illius temporis non inveneritis dicta bona tenuisse, prædictæ Orguellosæ, quam
ad dotem suam restituendam invenimus necnon ad donationem propter nuptias, prædicta
bona, pro dote et donatione propter nuptias obligata, si rex tenet, restituatis, vel sibi pecu- J
niam, pro rata bonorum quæ rex tenet, persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Nolumus
autem quod de donatione propter nuptias cautio exigatur ab ea, cum sit remansura ad
voluntatem suam omnimodam faciendam. Præterea, si rex non dederit in assisia nec ea fue-
rint de antiquis conquestis dicti comitis vel suorum, reservamus ei actionem contra quem-
libet extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno K
Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

[1] *Vide supra, p.* 560, § 214, *exceptionem ejusdem Orgoillosæ petitioni objectam.* — Ginestas, Aude, arr. Narbonne.

[2] Moussan, Aude, c[on] Narbonne.

[3] Olonzac et Siran, Hérault, c[on] Olonzac.

[4] *Id est* sericeis.

A 46. BRUNISSENDIS, FILIA GUILHELMI DE HOSPITALI, DE CIRANO[1].

Nobili viro, *etc., ut supra.* Brunissendis, filia Guilhelmi de Hospitali, de Cirano, dixit se P. 94.
dedisse in dotem Arnaldo de Tribus Bonis, viro suo, centum solidos et unum campum in
terminio de Cirano, in loco qui dicitur Pontils. Quo viro immurato, curia domini regis
cepit bona ejus; unde petit sibi reddi prædicta. Nos autem, visa petitione hujusmodi et
B plenius intellecta, dictam Brunissendim ad dictos centum solidos, secundum formam in-
quisitionis nostræ, invenimus esse restituendam, præsertim cum dominus rex nolit quod,
propter virorum hæreticorum culpam, eorum uxores sint bonis suis privandæ, nisi vel metu
inquisitionis aufugerint, vel citatæ in contumacia perseveraverint, aut in domo sua fuerit
hæreticus deprehensus, aut ad murum fuerint condemnatæ vel alias relictæ curiæ seculari.
C Unde, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus,
si rex tenet bona dicti mariti, dictos centum solidos restituatis eidem vel bona mariti. Si
vero rex non tenet, *etc.* Quantum vero ad campum petitum, eam duximus repellendam.
Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

47. HOMINES DE REDORTA.

D Nobili viro, *etc., ut supra.* Homines castri de Redorta[2] conqueruntur quod ballivi domini P. 95.
regis compellunt dictos homines contra libertatem antiquam portare redditus domini regis
ad Carcassonam vel Narbonam, vel ad alia loca, et facere boariam et asinariam, cum non
consueverint facere tempore vicecomitis[3], nisi agreria tantum, et petunt in libertatem re-
duci pristinam. Petunt etiam restitui dictæ universitati trecentos carrellos annuatim, quos
E faber dicti castri consuevit portare universitati prædictæ, et modo eos accipit curia domini
regis, in præjudicium universitatis prædictæ. Nos autem, visa petitione hujusmodi et ple-
nius intellecta, prædictos homines quantum ad carrellos petitos non duximus exaudiendos,
secundum formam inquisitionis nostræ. Verum, quia per eandem inquisitionem invenimus
prædictas servitutes fuisse introductas post guerram vicecomitis[4], eosdem ad libertatem
F esse restituendos decernimus in qua erant antequam facere boariam et asinariam necnon
portare apud Carcassonam vel Narbonam vel ad alia loca redditus cogerentur. Unde vobis
mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus prædictos
homines contra hujusmodi libertatem non permittatis a gentibus domini regis indebite
molestari, salvo jure proprietatis domino regi quoties voluerit in judicio experiri, ipsis in
G possessione libertatis hujusmodi remansuris donec succubuerint, si contingat. Datum anno
Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.
In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc., ut* P. 387.
supra. » Cujus authoritate mandati, nos executores supradicti, vice et mandato dicti domini
senescalli, dictos homines ad possessionem dictæ libertatis de asinariis quas dominus rex
H tenet ad manum suam non faciendis, et de bladis reddituum domini regis apud Carcassonam
et Narbonam vel ad alia loca non portandis restitutos, a gentibus domini regis prohibemus
indebite molestari. Et nos Lambertus et P. Vitalis, sindici hominum de Redorta, pro nobis
et pro hominibus de Redorta, de prædictis a domino rege et a suis nos habemus pro pac-
catis. Actum Carcassonæ, in testimonio domini Bertrandi, prioris de Brugeria, domini
I Begonis, prioris de Lavinaria[5], domini Raymundi, sacristæ Sancti Pontii[6], et mei G. Cer-
dani de Podio, notarii, qui hæc scripsi et signavi, anno Domini millesimo ducentesimo
sexagesimo secundo, idus aprilis, regnante Ludovico rege.

48. ARNAUDUS DE CAPITE STAGNO.

Nobili viro, *etc., ut supra.* Arnaudus de Capite Stagno[7] petit tres partes hereditatis quam P. 97.
J Caput Stagnum, quondam pater ejus, habebat in castro de Redorta[8] et ejus terminiis,
quam tenet dominus rex injuste, ut dicit; quæ quidem tres partes obvenerunt ex succes-
sione patris et Pontii, abbatis, fratris quondam ipsius Arnaudi, defunctorum ab intestato,
et alii duo fratres, scilicet Raymundus et Guilhelmus de Capite Stagno, fuerunt faiditi cum

[1] Siran, Hérault, c[on] Olonzac.
[2] La Redorte, Aude, c[on] Peyriac-Minervois. *De Redortensium petitione actum est in Exceptionum articulis* 231, 437 *et* 901.
[3] *Id est ante annum 1209.*
[4] *Post annum 1240.*
[5] La Livinière (*Cassini*) *juxta* Peyriac, Aude, arr. Carcassonne.
[6] Saint-Pons-de-Thomières, Hérault, *olim monasterium ordinis Sancti Benedicti, Narbonensis diœc.*
[7] Capestang, Hérault, arr. Béziers.
[8] La Redorte, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.

aliis. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictum Arnaudum, retentis A
portionibus dictorum Guilhelmi et Raymundi, fratrum ejus, ad cetera bona paterna, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendum. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus, retentis portionibus prædictis, cetera bona paterna, si rex tenet, Arnaudo restituatis prædicto, salvo tamen domino
regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipso Arnaudo in possessione B
nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Quod si non inveneritis, reservamus dicto Arnaudo contra quemlibet extraneum possessorem actionem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

49. ALADAICIS, UXOR QUONDAM BADAONIS DE LAURANO. C

P. 99. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Aladaicis, uxor quondam Badaonis de Laurano[1], qui alio nomine vocabatur Rogerius Duri Fortis, petit de bonis dicti mariti sui mille quingentos solidos malgoriensium nomine dotis suæ et mille solidos pro augmento nuptiali, pro quibus medietas bonorum dicti viri erat eidem obligata. Item petit de bonis Guilhelmi Bernardi de
Tribus Malis, quondam patris sui, alia duo mille solidos, pro quibus medietas dictorum D
bonorum paternorum erat eidem obligata. Petit etiam bona. . . de Tribus Malis, quondam fratris sui, sibi reddi, quæ ad ipsam pertinent et pertinere debent; quæ omnia bona, tam patris quam viri quam etiam dicti fratris, curia regis occupavit. Verum, quia per inquisitionem invenimus quod maritus dictæ agentis fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis,
authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis E
constare potuerit prædicta bona obligata acquisisse et possedisse comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum illius temporis, de dictis bonis nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicenalis, postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter F
faidimentum prædicti temporis non inveneritis dicta bona tenuisse, filiæ dictæ Aladaicis, cum ipsa Aladaicis decessisse dicatur, quam filiam invenimus esse restituendam ad quartam partem ejus portionis quam esset habitura ab intestato de illis mille et quingentis solidis, pro quibus bona viri sunt obligata, dictæ filiæ restituatis, si rex tenet ipsa bona, vel, pro
rata bonorum quæ rex tenet, pecuniam sibi persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Quod si G
non inveneritis præmissa data esse in assisia vel computata, nec esse de antiquis conquistis comitis vel suorum, reservamus prædictæ filiæ actionem contra quemlibet extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Quantum vero ad alia in petitione contenta, eam duximus repellendam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexa-
gesimo primo, mense martio. H

50. BERNARDUS ROGERII, DE LEDINIANO.

P. 101. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Bernardus Rogerii, de Lediniano[2], filius et heres Bernardi quondam de Besseto, heredis instituti, ut dicit, ex testamento ab Ermessende, quondam sorore dicti patris sui, petit quatuor mille solidos malgoriensium et duos cifos argenteos
dotis dictæ Ermessendis, et mille solidos donationis propter nuptias, sibi reddi et restitui I
de bonis quæ fuerunt Gaillardi de Rebentino, mariti quondam dictæ Ermessendis, obligatis pro dote et donatione. Bona sunt hæc : scilicet forcia de Rebentino prope castrum Montis Regalis[3], et quidam mansus et duo campi in terminio Montis Regalis, quæ omnia tenet dominus rex ad manum suam. Verum, quia invenimus, secundum formam inquisitionis nostræ, quod
dictus Gaillardus obligavit pro tribus millibus et quingentis solidis malgoriensium dotalibus J
totam forciam suam de Rebentino, cum omnibus suis possessionibus et honoribus, longe et prope, et in omnibus honoribus suis ultra aquam de Rebentino[4] versus circium, ipsum ad prædicta per eamdem inquisitionem decernimus esse restituendum, eumdem, quantum ad alia petita, penitus repellentes. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in
hac parte commissa, quatenus prædicta bona taliter obligata, si rex tenet, restituatis eidem, K
vel sibi, pro rata bonorum quæ rex tenet, pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

[1] *Vide Exceptionum articulos* 205, 275, 665 *et* 874.

[2] *Conf. Exceptionum articulum* 561. — Ladigne (*Cassini*), *juxta Limosium*, Limoux, Aude.

[3] Montréal, Aude, arr. Carcassonne.

[4] Le Rebenti, *fluviolus qui Atacem ad sinistram partem influit.*

A 51. HOMINES DE ASELLANO.

Nobili viro, *etc., at supra.* Homines de Asellano[1] petunt usum pascendi et albigandi[2] in P. 103.
nemore ultra Cesser, quem usum abstulerunt eisdem contra libertatem antiquam ballivi
domini regis. Item conqueruntur homines castri prædicti quia compelluntur contra liber-
tatem antiquam præstare de mercaturis et aliis rebus suis pedagium apud Minerbam[3], cum
B transeunt per illum locum, et petunt ad pristinam libertatem reduci; conqueruntur etiam
quia compelluntur portare tasquas domini regis, quod facere non consueverunt quousque
ballivi domini regis redditus vendiderunt, et petunt illud revocari. Item dicunt homines de
Asellano quod leuda recipitur ab eis indebite in camino juxta bastidam Bernardi de Monte
Lauro quondam, quam non consueverunt ibi persolvere, quam petunt remitti. Item dicunt
C quod, tempore quo dominus Guillelmus de Ulmeio erat senescallus Carcassonæ, ballivi do-
mini regis imposuerunt servitutem dictæ universitati portandi tasquas bladorum ad aream
domini regis, quam servitutem petunt sibi remitti. Item dicunt quod milites quorum jura
dominus rex habuit dabant ad exactiones domini regis dum tenebant terram suam, sicut alii
homines dicti castri, unde petunt quod super his fiat quod debetur. Nos vero per inquisi-
D tionem invenimus quod nemus ultra Cesser, in quo petunt usum dicti homines, prohibebatur
a tempore comitis Montis Fortis et domini regis, elapsis quadraginta annis et plus, et quod
nemus illud fuit dominorum de Minerba, propter quorum faidimentum venit ad manum
domini regis. Item invenimus quod nichil probaverunt de immunitate leudæ. Propter quod,
in his ambobus articulis eorum petitionem non duximus adimplendam. Quantum vero ad
E servitutem portandi bladi quam invenimus noviter introductam, item quantum ad talliam
quam petunt remitti pro rata possessionum quæ venerunt ad manum domini regis, cum
dominus rex, quantum ad se pertinet, in negotio præsentis inquisitionis statuerit quod ho-
mines novis oneribus non graventur, et quod in locis in quibus magna pars possessionum
ad ipsum ex confiscatione pervenit pro rata tallia minuatur, donec dictæ possessiones ad
F alios venerint qui conferre possint in tallia sicut veteres possessores; quia tamen Raymundus
Durfort et P. de Grava, milites, prædictas servitutes portandi bladum et talliam percipere
et habere dicantur, nolentes per nostram inquisitionem juri eorum in aliquo derogare, man-
damus dictæ universitati maturam de dictis militibus fieri justitiæ complementum, ita
tamen quod, si prædicta servitus portandi bladum dictis militibus inveniatur esse data[4] in
G assisia nominatim vel etiam computata, cum possessoribus vel cum universitate, prout melius
poteritis, componatis. De tallia vero, si ex præmissa causa eam contingat diminui, non idem
dicimus, cum magis ex hac causa casu interire quam evinci dicatur. Datum anno Domini
millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

52. BERNARDUS GASCUS.

H Nobili viro, *etc., ut supra.* Bernardus Gascus[5], filius quondam Bernardi Gaschi, de Re- P. 106.
dorta, petit sibi restitui bona paterna quæ dominus rex tenet, occupata injuste, ut dicit,
in castro de Redorta et ejus terminiis. Verum quia per inquisitionem invenimus quod pater
dicti Bernardi fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, authoritate domini regis nobis in
hac parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis constare potuerit prædicta bona
I acquisisse et possedisse comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum, dicto Bernardo
de ipsis nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et ex-
pressa facta super his a domino rege vel a comite memorato[6], vel nisi inveniretur adversus
dominum regem cucurrisse præscriptio vicenalis postquam venit in dominium hujus terræ.
Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveneritis dicta
J bona tenuisse, dicto Bernardo, quem ad bona paterna invenimus esse restituendum, ipsa,
si rex tenet, restituatis, salvo dicto domino regi jure proprietatis quoties voluerit in ju-
dicio experiri, ipso in possessione remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex
non tenet, *etc.* Quod si non inveneritis præmissa data esse in assisia nec esse de antiquis
conquistis dicti comitis vel suorum, reservamus ei actionem contra quemlibet extraneum
K possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

[1] Azille, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.

[2] *Fort. corr.* albergandi, *id est capiendi ligna hospitiis sive* albergis, *ut dicebant, construendis vel reparandis necessaria.*

[3] Minerve, Hérault, c[on] Olonzac.

[4] *Apographa :* datum.

[5] *Vide Exceptionum articulos* 677 *et* 888.

[6] *Cod.* Tolosano.

53. GAUZIONS, UXOR GUILHELMI DE PONTE, MILITIS, DE AQUA VIVA. A

P. 108. Nobili viro, *etc., ut supra*. Gauzions, uxor Guilhelmi de Ponte, militis, de Aqua Viva[1], dicit quod dictus vir suus obligavit ei pro tribus millibus solidis malgoriensium, tam pro dote quam donatione propter nuptias, omnia bona sua quæ habebat in castro de Aquis Vivis et ejus terminiis, quæ ipsa habebat et tenebat in pace in adventu domini regis ad partes istas[2], et eis ipsam Gauzion spoliarunt curiales domini regis, et petit restitui. Verum, quia B
per inquisitionem invenimus quod pater agentis[3] et vir suus fuerunt faiditi in guerra comitis Montis Fortis, ac etiam dictus vir postmodum, in guerra vicecomitis, ac etiam ipsa agens contraxerit post hujus faidimentum, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis constare potuerit prædicta bona obligata acquisisse et possedisse comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum, dictæ agenti nichil om- C
nino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicenalis postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveneritis dicta bona tenuisse, prædictæ Gauzioni, quam ad dotem suam restituendam invenimus, necnon ad donatio- D
nem propter nuptias, solummodo tenendam ad vitam, prædicta bona pro dote et donatione propter nuptias obligata, si rex tenet, restituatis, vel sibi, pro rata bonorum quæ rex tenet, pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet et vobis constiterit præmissa taliter obligata vel aliqua de ipsis data esse a domino rege in assisia nominatim vel etiam computata, pro rata datorum in assisia, cum possessore vel cum petitrice, prout melius poteritis, componatis, E
proviso quod de bonis sibi tradendis pro donatione habenda ad vitam vel de pecunia, si sibi pro eadem donatione fuerit persoluta, restituendis domino regi, vel ejus mandato, post ipsius petitricis decessum, recipiatis idoneam cautionem. Si autem non inveneritis præmissa data in assisia aut computata, nec esse de antiquis acquisitis dicti comitis vel suorum, reservamus eidem actionem contra quemlibet extraneum possessorem, mandantes sibi maturam F
justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 110. 54. VIZIANA ET ALADAICIS, FILIÆ QUONDAM BERNARDI RADULPHI, DE CAUNIS.

Nobili viro, *etc., ut supra*. Viziana et Aladaicis, filiæ quondam et heredes Bernardi Radulphi, de Caunis[4], dicunt quod dictus pater eorum obligavit pignori pro trecentis solidis G
malgoriensium et modio et dimidio frumenti Arnaudo Torti, de Laurano[5], et G. Fabri, de Villari Longo[6], omnia bona quæ habebat apud Villam Dambertum[7] et in suis terminiis, quorum medietatem tenet curia domini regis ratione faidimenti Raymundi Rogerii, de Aqua Viva, heredis Arnaudi Torti, et petunt illam medietatem, dicentes pignus fore perceptione fructuum liberatum; dicunt quod aliam medietatem recuperaverunt a dicto Guilhelmo H
Fabri. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, prædictas sorores invenimus esse restituendas ad medietatem quam rex tenere dicitur, secundum formam inquisitionis nostræ, si dicta medietas fuerit perceptione fructuum liberata. Unde vobis mandamus, authoritate ipsius domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus, si rex tenet illam medietatem, et vobis constiterit eandem esse perceptione fructuum liberatam, ipsam soro- I
ribus prædictis restituatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

P. 112. 55. ADALAICIS DE ROBIANO, UXOR QUONDAM P. DE TORROZELLA.

Nobili viro, *etc., ut supra*. Adalaicis de Robiano[8], uxor quondam P. de Torrozella[9], petit de bonis mariti, nomine dotis suæ, sex millia solidos et duos lectos sericos et duos ciffos J
argenteos, et pro augmento dotis mille solidos; dicit tamen quod pro faidimento dicti mariti bona ejus fuerunt occupata, et pro pecunia dotali dictus maritus receperat a fratre ipsius Adalaicis quædam bona, quæ dominus rex tenet apud Malliacum et apud Pozolas[10],

[1] *Conf. Exceptionum articulos 42 et 765.* — Aigues-Vives, Aude, con Peyriac-Minervois.
[2] *Ante annum 1226.*
[3] Monachus de Gluiano *dicebatur. Vide supra, p.* 548, *Exceptionum articulum* 42.
[4] Caunes, Aude, con Peyriac-Minervois.
[5] Laure, Aude, con Peyriac-Minervois.
[6] Villarlong, Aude, con Conques, cne Villarzel-Cabardès.
[7] *Fort.* Villedubert, Aude, con Capendu.
[8] *Vide Exceptionum articulos* 288 *et* 684. — Roubia, Aude, con Ginestas.
[9] Tourouzelle, Aude, con Lézignan.
[10] Mailhac et Pouzols, Aude, con Ginestas.

A et ex aliis bonis mariti quædam dominus rex tenet apud Ulmos et apud Redortam[1], Philippus vero de Monte Forti[2] tenet illud de Torrozella. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, quia dicta Adalaicis dicitur decessisse, filias ejus ad quartam partem illius portionis quam essent habituræ ab intestato in bonis maternis, quæ sunt apud Pozols et apud Malliacum, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendas,
B filio dictæ Aladaicis, fratre ipsarum filiarum, in omnibus prorsus excluso. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus dictam quartam partem prædictorum bonorum, si rex tenet, filiabus prædictis restituatis, salvo domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipsis in possessione nichilominus remansuris donec succubuerint, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Quantum vero ad
C alia petita, easdem duximus repellendas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

56. RAYMUNDUS DE SANCTO GERMANO, CAPELLANUS DE RUPE NEGATA. P. 114.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Raymundus de Sancto Germano, capellanus de Rupe Negata, pro se et fratre suo Petro, dicit quod ipsi et quidam frater eorum, qui vocabatur Beren-
D garius de Sancto Germano, habebat in villa de Monte Irato[3] et suis terminiis quoddam cavallarium pro indiviso, quod dominus Odo Coqus, quondam senescallus Carcassonæ, ratione faidimenti dicti Berengarii, fratris eorum, ad manum domini regis Franciæ applicavit et occupavit, et modo tenet ipsum dominus comes Fuxensis ex dono domini regis sibi facto, quod cavallarium fuit quondam B. de Calavello[4], cujus petunt duas partes sibi restitui atque
E reddi. Verum, quia per inquisitionem invenimus quod idem [B.] de Calavello, qui hujusmodi cavallarium dicitur vendidisse, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis constiterit prædictum cavallarium acquisisse et tenuisse dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis, de illo nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu spe-
F ciali gratia facta super hoc a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicenalis postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveniretis prædictum cavallarium tenuisse, quia dictum Raymundum capellanum, secundum formam inquisitionis nostræ, ad suam partem dicti cavallarii invenimus esse restituendum, et ipse dicit
G et asserit quod præfatus comes Fuxensis tenet illud ex dono domini regis, si vobis constiterit illud sibi fuisse datum a domino rege in assisia nominatim seu etiam computata, prædicta authoritate mandamus quatenus, retenta portione contingente fratres suos, pro parte dictum Raymundum contingente, cum possessore vel cum dicto Raymundo capellano, prout melius poteritis, componatis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo se-
H cundo, mense aprili.

57. JOHANNES CAMPANIANI, PELLICERIUS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Johannes Campaniani, pellicerius, petit sibi restitui tres petias P. 116.
terræ et unam vineam in terminio de Tribus Bonis[5], occupatas per ballivos domini regis tempore subversionis burgi Carcassonæ[6], quas tenet comes Fuxensis ex dono domini regis,
I quarum una est ad Fozillam et alia ad Landam et alia ad Carbonam et alia ad Remeue. Verum, quia rex non tenet prædicta, imo confessa est uxor agentis quod comes Fuxensis petita occupavit propria authoritate, ideo, secundum formam inquisitionis nostræ, prædictum Johannem ad possessorem duximus remittendum, mandantes vobis, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, de dicto comite sibi exhiberi justitiæ complementum.
J Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

58. PETRUS DE MIRAPISCE.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Petrus de Mirapisce, serviens domini regis, significat, pro se et P. 117.
Dalphina, uxore sua, et Bertrando de Luc[7], quod Guilhelmus de Luc, socer ejus, et Amelius de Luc, fratres, dederunt in emphiteosim quamdam terram sitam in appendentiis de
K Villario, in decimali Sanctæ Eulaliæ[8], Raymundo de Malvis et aliis fratribus suis, ad cer-

[1] Homps, Aude, con Lézignan. — La Redorte, Aude, con Peyriac-Minervois.
[2] *Simonis de Monte Forti ex fratre nepos, Castrorum in Albigesio* (*gall.* Castres) *dominus.*
[3] Montirat, Aude, con Capendu.
[4] Cailhavel, Aude, con Alaigne.
[5] Trèbes, Aude, con Capendu.
[6] *Anno 1240.*
[7] Luc-sur-Aude, Aude, con Couiza.
[8] Sainte-Eulalie, Aude, con Alzonne.

IMPRIMERIE NATIONALE.

tum censum annuatim præstandum, scilicet albergam trium militum vel sex solidos malgo- A
riensium annuatim præstandos. Unde, cum unus ex fratribus emphitosiis devenerit hære-
ticus, ballivi domini regis, occasione illius hæresis, saisierunt et occupaverunt albergam
prædictam, quam albergam tenet dominus episcopus Carcassonæ pro assisia sibi facta in
Villalerio[1] per dominum regem, ut asserit, in recompensatione et emenda plateæ ubi bur-
gus Carcassonæ[2] constitutus est et ædificatus. Quare petit dictam albergam sibi et uxori suæ B
et dicto Bertrando restitui. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictum
Petrum ad petita, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendum.
Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus
prædicta, si rex tenet, restituatis eidem, salvo tamen domino regi jure proprietatis quoties
voluerit in judicio experiri, ipso in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, C
si contingat. Si vero rex non tenet, et vobis constiterit prædicta data esse a domino rege
in assisia nominatim vel etiam computata, cum possessore vel cum petitore, prout melius
poteritis, componatis. Quod si non inveneritis, reservamus dicto Petro actionem in foro
competenti contra quemlibet extraneum possessorem. Datum anno Domini millesimo du- D
centesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 119. 59. GARSENDIS, FILIA QUONDAM GUILHELMI HOSPITALIS, DE SIRANO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Garsendis, filia quondam Guilhelmi Hospitalis, de Sirano[3],
dicit se dedisse in dotem trecentos solidos malgoriensium Bernardo de Tribus Bonis, viro
suo, cujus bona tenet dominus rex, quæ petit ut sibi obligata. Nos autem, visa petitione hujus-
modi et plenius intellecta, dictam Garsendim, secundum formam inquisitionis nostræ, ad E
dotem suam invenimus esse restituendam, præsertim cum dominus rex nolit quod propter
virorum hæreticorum culpam, eorum uxores sint bonis suis privandæ, nisi vel metu inqui-
sitionis aufugerint, vel citatæ in contumacia perseveraverint, aut in domo sua fuerit hære-
ticus deprehensus aut ad murum fuerint condemnatæ vel alias relictæ curiæ seculari. Unde
vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus, imputatis[4] F
si qua dicta agens tenet de bonis mariti, cetera bona taliter obligata, si rex tenet, restituatis
eidem, vel sibi, pro rata bonorum quæ rex tenet, persolvatis pecuniam. Si vero rex non
tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

P. 120. 60. GARSENDIS, UXOR QUONDAM PONTII GUILHELMI, DE VILLA SICCA.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Garsendis, uxor quondam Pontii Guilhelmi, de Villa Sicca[5], G
dixit quod, tempore contracti matrimonii inter ipsos, pater suus Berengarius de Villadomari[6]
dotavit eam, et pro mille et quinque solidis malgoriensium dotalibus obligavit eidem viro
medietatem omnium bonorum quæ habebat in castro de Villa Moustaussone[7] et ejus ter-
miniis et in Villadomit et decimali Sancti Juliani. Item dixit quod Hugo de Villadomars,
frater suus quondam, dimisit ei in suo testamento omnia quæ habebat in locis prope dictis H
et etiam omnia bona quæ fuerant Philippæ, matris suæ, qui fuit catholicus et domino regi
non nocuit, imo in guerra vicecomitis erat cum abbate Sancti Papuli. Unde petit prædicta
sibi pignori obligata pro dote et ea quæ dictus frater ei reliquit sibi restitui. Item dicit quod
dominus Guilhelmus de Ulmeio, quondam senescallus, sine causa abstulit dicto viro suo
quidquid habebat in castris de Cella Vinaria et de Rivo et de Terragella et Castro Novo et I
eorum terminiis, quæ petit sibi et infantibus suis quos ex dicto viro habuit reddi, dicens
quod dictus vir suus fuit valitor Olivarii[8], et quando Olivarius fecit pacem, debuit recu-
perare bona sua. Item petit, nomine liberorum suorum, sibi reddi bona mariti occupata
injuste, ut dicit, a gentibus domini regis, quæ bona sunt apud Cellam Vinariam, et apud
Rocam Altam et apud Rivum, et ea tenet dominus rex. In prædictis vero bonis petit dicta J
Garsendis duo millia solidos de dote et mille solidos pro augmento. — Nos autem, visis
petitionibus et plenius intellectis, dictam Garsendim, secundum formam inquisitionis nos-
træ, ad legatum sibi factum seu ad bona quæ quondam Hugo, frater suus, eidem in suo tes-
tamento legavit, tenenda ad vitam suam tantummodo, invenimus esse restituendam, quan-
tum ad alia, tam nomine suo quam liberorum suorum petita, eam penitus repellentes. Unde K
vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus prædicta
bona sibi a dicto fratre legata, si rex tenet, restituatis eidem. Si vero rex non tenet, *etc.*,

[1] Villalier, Aude, c^on Conques.
[2] *Novus burgus inde ab anno 1247 construi inceptus.*
[3] Siran, Hérault, c^on Olonzac.
[4] *Subaudi* mariti bonis.
[5] Villesèque-Lande, Aude, c^on Alzonne.
[6] *Fort. leg.* Villadomars, *ut infra.*
[7] Villemoustaussou, Aude, c^on Conques.
[8] *Olivarii de Terminis.*

A proviso quod de bonis sibi tradendis ad vitam, restituendis domino regi vel ejus mandato
post dictæ Garsendis decessum, recipiatis idoneam cautionem. Si autem non inveneritis
præmissa vel aliquid de præmissis data in assisia, reservamus dictæ Garsendi actionem contra
quemlibet extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno
Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

B Prædicta litera fuit revocata per dictos inquisitores, quia compertum fuit per testes fide
dignos quod dictus Hugo de Villadomars fuit faiditus et exheredatus in guerra domini Trin-
cavelli [1], et quod in sequenti guerra domini Raymundi, quondam comitis Tholosani [2], rediit
apud Villam Moustaussonem et occupavit bona quæ antea amiserat et mansit inter faiditos.

61. RIXENDIS, FILIA QUONDAM RAYMUNDI TEULERII, DE NARBONA.

C Nobili viro, *etc., ut supra.* Rixendis, filia quondam Raymundi Teulerii, de Narbona, dicit P. 123.
quod dictus Raymundus Teulerii habuit, nomine dotis Mariæ Siranæ, matris dictæ Rixendis,
quoddam mansum in civitate Narbonensi, in parrochia Sancti Sebastiani, juxta mansum
G. Boviti, de Burgo, et juxta mansum Sancti Sebastiani, et dictus pater dedit dictæ Mariæ
pro augmento nuptiali quingentos solidos malgoriensium, pro quibus obligavit eidem omnia
D bona sua. Unde, cum dominus rex teneat dictum mansum et bona dicti Raymundi Teulerii
propter hæresim ejusdem Raymundi, petit dicta Rixendis, heres matris, dictum mansum et
dotis augmentum; petit etiam pensionem dicti mansi de duodecim annis transactis, quam
extimat quinquaginta novem solidos. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intel-
lecta, prædictam Rixendim, secundum formam inquisitionis nostræ, ad dictum mansum in-
E venimus esse restituendam, eandem quantum ad alia petita penitus repellentes. Unde vobis
mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus dictum man-
sum, si rex tenet, dictæ Rixendi restituatis vel ejus heredibus, salvo domino regi jure pro-
prietatis, quoties voluerit in judicio experiri, prædicta vel suis heredibus in possessione
nichilominus remansuris donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum
F anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

62. PRÆCEPTOR HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS DE ULMIS.

Nobili viro, *etc., ut supra.* Præceptor hospitalis Sancti Johannis de Ulmis [3] petit dicto P.
hospitali restitui cavallarium quondam Petri Bascol, castri et terminii de Ferralibus [4], dicto
hospitali donatum a Petro Bascol, ad quem pertinebat, qua juridictione Johannes de Fri-
G campis, tunc senescallus, dictum hospitale indebite spoliavit et eam dedit in assisia Petro
Singlari, militi. Item petit remitti duos sextarios pro usatico impositos a curia in quadam
vinea dicti hospitalis in terminio de Ulmis, culpa cujusdam mulieris cujus fuerat dicta
vinea, quæ antiquitus fuit hæretica et conversa. Item petit quemdam hortum ad dictum
hospitale pertinentem, quem dominus rex tenet, ad aliam manum transferri, in quo horto
H dictum hospitale habet quartum. Item petit remitti talliam impositam a curia hominibus dictæ
domus contra usum antiquum. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta,
quia de horto petito nec de duobus sextariis quos dicit impositos non probat, quoad hoc
ejusdem præceptoris petitionem non duximus adimplendam. Verum, quia per inquisitionem
nostram, quantum ad talliam hominum de Ulmis tantummodo necnon ad cavallarium dictum
I præceptorem invenimus esse restituendum, authoritate domini regis nobis in hac parte
commissa, vobis mandamus quatenus, si rex percipit prædictum cavallarium et talliam, ad
eandem possessionem restituatis eumdem præceptorem, in qua erat dictum hospitale tem-
pore quo dicta tallia fuit imposita per curiales domini regis et quo fuit similiter spoliatum
de cavallario prædicto. Si vero rex non percipit, cum ipse pro negotio inquisitionis nostræ
J aperto responso declaraverit quod bona ecclesiarum et jura necnon religiosorum alii dare
non poterat nec volebat, ideo, secundum formam inquisitionis nostræ, prædictum præcep-
torem ad possessionem prædictorum duximus remittendum, mandantes sibi maturam de
possessore justitiam exhiberi, salvo domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio
experiri, ipso hospitali in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si con-
K tingat. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

63. RAYMUNDA DE FIGERIIS, FILIA QUONDAM B. DE CELIANO.

Nobili viro, *etc., ut supra.* Raymunda de Figeriis, filia quondam B. de Celiano, nomine P. 128.

[1] *Anno 1240.*
[2] *Anno 1242.*
[3] Homps, Aude, c^on Lézignan.
[4] Ferrals, Aude, c^on Lézignan.

suo et liberorum suorum quos habuit a Bernardo de Figeriis, quondam marito suo, et alio- A
rum quos ex alio marito habuit, petit bona infrascripta sibi restitui, saisita et occupata in-
juste per ballivos domini regis, quæ bona pertinebant ad ipsos ex successione dicti B. de
Celiano et dicti B. de Figeriis et matris dictæ Raymundæ : scilicet duas masatas in terminio
de Fenils et in territorio castri de Cencenone[1], quarum una vocabatur de na Bernardæ de
Figariis, et alia de Barratois. Item aliam masatam in terminio de Donaza, et vocabatur den B
P. Audebert ad Petraria. Item quoddam pratum in terminio de Fenis, et vocatur pratum
Dampara. Item quoddam podium quod vocatur Podium Doza, et erat deffensum cirogril-
lorum, in terminio de Fenis. Item quoddam stare in capite castri de Cecennone, juxta mu-
rum de Pastella. Item ex parte Guilhelmi de Sancto Nazario[2], soceri, quoddam stare in
capite dicti castri juxta stare Londricorum. Quæ omnia dominus rex transtulit in dominium C
Hugonis de Arcisio, qui etiam dominus Hugo tenet pro domino rege quoddam molendinum
apud Cecennonem, in flumine Orbi[3], in quo liberi ejusdam Raymundi recipiebant agraria,
usatica et accapita, quod molendinum vocatur Molendinum Draperium, quod curia occu-
pavit propter hæresim emphiteotarum, et petit dicta usatica et agreria sibi et dictis liberis
reddi pro tertia parte. Item petit sibi et liberis suis restitui bona et jura quæ dictus B. de D
Celiano, pater, habebat in castro de Celiano[4] et ejus terminiis, occupata per curiales domini
regis, qui pater instituit heredes sibi æquis partibus ipsam Raymundam et dictum B. de Fi-
gariis, maritum quondam ejus. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta,
dictam Raymundam ad bona de Celiano, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus
esse restituendam, eandem quatenus[4] ad cetera petita penitus repellentes; sed quia dicitur E
alias factam fuisse inquestam de dictis bonis de Celiano, vobis mandamus, authoritate do-
mini regis nobis in hac parte commissa, quatenus, secundum factam inquestam, ut dicitur,
eidem fieri faciatis justitiæ complementum, vel prædicta bona, si rex tenet, restituatis sibi,
salvo domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, eadem in possessione
nichilominus remansura donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.*, man- F
dantes de aliis possessoribus, qui in assisia non tenent, dictæ Raymundæ similiter exhiberi
justitiæ complementum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo,
mense aprili.

64. ERMENJARDIS DE LEUCO, UXOR QUONDAM BERNARDI ROGERII, DE LEUCO.

P. 131. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Ermenjardis de Leuco[5], uxor quondam Bernardi Rogerii, de G
Leuco, immurati, petit sibi restitui dotem suam quam attulit dicto marito suo, scilicet qua-
tuor centum solidos, et donationem propter nuptias sibi factam ab eodem de ducentis soli-
dis, pro quibus dictus maritus suus eidem omnia bona sua obligavit, quæ bona dominus rex
tenet ad manum suam, quæ parata est probare per instrumenta. Dicta vero Ermenjardis fuit
cruce signata. Quoniam autem uxores eorum qui in hæresi peccaverunt dominus rex bonis H
suis privari non vult, nisi vel metu inquisitionis aufugerint, vel citatæ in contumacia perse-
veraverint, vel ad murum fuerint condemnatæ vel relictæ curiæ seculari, vel in domo earum
[fuerit] hæreticus deprehensus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis
mandamus quatenus dictæ mulieri, quam ad dotem suam restituendam invenimus, necnon
ad donationem propter nuptias solummodo tenendam ad vitam, prædicta bona pro dote et I
donatione propter nuptias obligata, si rex tenet, restituatis, vel sibi, pro rata bonorum
quæ rex tenet, pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.*, proviso quod de bonis sibi
tradendis pro donatione habenda ad vitam, vel de pecunia, si sibi pro eadem donatione
fuit persoluta, restituenda domino regi vel ejus mandato post ipsius mulieris decessum,
recipiatis idoneam cautionem. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo J
primo, mense martio.

65. P. GUILHELMI, DE RAISSACO, FILIUS G. BERNARDI, DE RAISSACO.

P. 134. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* P. Guilhelmi, de Raissaco[6], filius et heres G. Bernardi, de Rais-
saco, petit sibi restitui bona et jura quæ dictus pater habebat apud Malliacum et apud Po-
zolas[7] et in eorum terminiis et in terminio de Taz, obligata, ut dicit, per matrem suam et K
fratrem suum, ipso tunc in minori ætate existente, Bernardo de Redorta, occasione dotis

[1] Cessenon, Hérault, c^on Saint-Chinian.

[2] Saint-Nazaire-de-Ladarez, Hérault, c^on Murviel.

[3] L'Orb, *fluvius qui Biterrim* (Béziers) *civitatem præterfluit.*

[4] Ceilhes, Hérault, c^on Lunas.

[5] Leuc, Aude, c^on Carcassonne.

[6] *De hujus P. Guilhelmi petitione, vide Exceptionum articulum* 683, *supra*, *p.* 594. — Raissac, Aude, c^on Narbonne.

[7] Mailhac et Pouzols, Aude, c^on Ginestas.

A Mabiliæ, sororis ipsius petitoris, uxoris quondam Bernardi, et postmodum per curiam una cum bonis dicti Bernardi propter hæresim ejusdem Bernardi occupata. Verum, quia per inquisitionem invenimus patrem agentis fuisse faiditum tempore comitis Montis Fortis, dicitur etiam quod per inquisitionem, quæ est in minori registro, fuisse probatum quod dictus agens fuit faiditus in guerra vicecomitis, et quod dominus rex satisfecit Mabiliæ, sorori
B agentis, de dote, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, mandamus quatenus, si vobis constare potuerit dicta bona acquisisse et possedisse comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum, dicto P. de dictis bonis nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis
C postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis [non] inveneritis dicta bona tenuisse, prædicto P., cui nichil aliud secundum inquestam nostram obesse posse invenimus, prædicta restituatis indilate, nisi per inquestam nostram inveneritis aliud canonicum quod obsistat, salvo domino regi jure proprietatis, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

D

66. CONSULES DE LIMOSO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Consules de Limoso [1] dicunt quod, cum dominus rex fecit transferri villam Limosi in loco ubi est, fecit ipsam ædificari in prædiis hominum dictæ villæ, nulla eis inde facta emenda, et ideo pro universis et singulis eam petunt. Quoniam autem nobis per inquisitionem constitit quod, in pace facta inter excellentissimum dominum E Ludovicum, Dei gratia regem Franciæ, et villam Limosi, per vicem gerentes domini regis, actum fuit quod villa Limosi in planum de podio mutaretur, ob quam tamen quorumdam prædia data ad inædificandum fecerunt occupari, de quibus locis et domibus per solutum inde censum locupletata fuit curia domini regis; idcirco, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus personis publice de hæresi non notatis et de F faidimento non culpabilibus in guerris sequentibus Trencavelli vel comitis Tolosani, quibus pro emendis petendis actiones competunt, de prædiis suis, taliter ut dictum est occupatis pro domino rege, satisfactionem idoneam faciatis, taxato damno per juramenta duorum proborum virorum, quibus res non sit incognita, juramento ipsius damnum passi adjuncto. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio. P. 135.

G

67. RAYMUNDUS ERMENGAUDI, CURATOR GUILHELMI AUDOUINI, DE SANCTO PONTIO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Raymundus Ermengaudi [2], curator Guilhelmi Audouini, de Sancto Pontio, petit sibi et dicto Guilhelmo restitui medietatem pro indiviso tasquæ in quadam condamina quondam Guiraudeti de Pipionibus, in terminio de Aqua Viva [3], cujus tasquæ alia medietas erat P. Landrici, et tam dictam condaminam quam dictam tasquam curia regis H occupavit propter hæresim dicti Guiraudeti. Nos autem, visa petitione et plenius intellecta, dictum Raymundum, nomine dicti Guilhelmi, secundum formam inquisitionis nostræ, ad petita invenimus esse restituendum. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus rem petitam, si rex tenet, Guilhelmo prædicto restituatis, salvo domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipso Guilhelmo in I possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili. P. 136.

68. RAYMUNDA ROCA, DE MONTE IRATO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Raymunda Roca, de Monte Irato [4], petit sibi restitui possessiones et jura pertinentia G. Arsendi, matri suæ, nomine dotis suæ, quæ tenebat tempore subver- J sionis burgi Carcassonæ [5], sicut in instrumento nuptiali continetur, quæ bona tenet dominus rex vel alius pro ipso. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictam Raymundam, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendam; sed quia faidimenta de Monte Irato dicuntur fuisse donata Stephano de Santinis in generali pro tredecim libris turonensium annui redditus [6], et æquum non est quod inter faidimenta debeant repu- P. 138.

[1] Limoux, Aude. — *De Limosensium querimoniis vide Exceptionum articulos* 133, 378, 384, 462, 477, 487, 559 *et* 574, *necnon novissimam operis D. Vaissète editionem*, VI, 871, *et* VIII, 1391.

[2] *Conf. Exceptionum articulos* 250, 306, 445 *et* 917.

[3] Pépieux et Aigues-Vives, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[4] Montirat, Aude, c^on Capendu.

[5] *Anno 1240.*

[6] *Vide chartam Ludovici IX, anno 1245 datam, a Mahul* (Cartul. de Carcassonne, I, 350) *editam.*

tari possessiones mulierum quæ guerram personaliter non fecerunt vel quæ proditioni hos- A
tium facto vel verbo non reperiuntur in aliquo consensisse, nec fuerit intentionis domini regis
dare alienum, de dicto Stephano vel ipsius heredibus mandamus, authoritate domini regis
nobis in hac parte commissa, fieri justitiæ complementum, non obstante dono prædicto.
Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

69. LOMBARDA, UXOR QUONDAM BERTRANDI DE BARBAIRANO. B

P. 139. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Lombarda, uxor quondam Bertrandi de Barbairano [1], tam no-
mine suo quam nomine infantum suorum, petit bona et jura dicti mariti sui quæ habebat
in castro de Villalerio [2] et in ejus terminiis, et in terminio de Malvis [3], quæ bona dominus
episcopus Carcassonæ tenet ex dono domini regis, quorum bonorum redditus dictus maritus
suus vendiderat ad certum tempus Bernardo, argenterio, de burgo Carcassonæ, quæ bona C
fuerunt dicto Bernardo occupata per baillivos domini regis pro faidimento burgi. Unde,
cum tempus venditionis reddituum sit, diu est, transactum, petit sibi dicta bona restitui.
Verum, quia per inquisitionem nostram nichil invenire potuimus quod dictæ Lombardæ vel
ejus liberis obesse debeat, invenimus etiam pro dicta muliere quod [4] bona et jura quæ ma-
ritus ipsius habebat in villa et terminiis de Villalerio erant obligata dictæ Lombardæ pro D
mille solidis malgoriensium dotalibus; idcirco, authoritate domini regis nobis in hac parte
commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis constiterit dicta bona dominum episcopum
Carcassonæ tenere a domino rege in assisia, vel ipsi tempore assisiæ computata fuisse, cum
ipso vel cum dicta agente, prout melius poteritis, componatis, salvo jure nichilominus dictæ
mulieri et liberis ejus. Quod si dictus episcopus non inveniatur prædicta bona de Villa- E
lerio et de Malvis tenere a domino rege in assisia, liceat eidem mulieri et liberis ejus contra
dictum episcopum in foro competenti suas dirigere actiones, prout de jure potuerit expe-
riri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

70. MATHELION, FILIA QUONDAM NIELLI DE RUSTICANIS.

P. 141. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Mathelion, filia quondam Nielli de Rusticanis [5], dicit quod pater F
suus ante primum adventum crucesignatorum decessit, relictis heredibus ipsa et fratre suo
Bernardo Arnoldo, de Rosticas, et cum dictus frater se faidisset in domini regis adventu, Odo
Coqus, tunc senescallus Carcassonæ, partem ipsius agentis cum parte fratris occupavit, et de
sua fratresca nichil sibi reddidit, nisi quod habebat apud Rosticas, retentis pro domino rege
omnibus quæ habebat dicta Mathelion apud Aragonem [6] et Villaudubertum [7] et Badenx [8], quæ G
petit sibi restitui. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictam Mathe-
lion, retenta portione Bernardum fratrem suum contingente in dictis bonis, ad aliam partem,
secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendam. Unde vobis mandamus
quatenus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, retenta portione prædicta,
si rex tenet bona dicti Nielli, aliam partem dictæ Mathelion restituatis, salvo domino regi H
jure proprietatis, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense
martio.

71. GUILHELMUS DE COGANNO [9].

P. 142. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Guilhelmus de Coganno, pro se et fratribus suis et nomine ma-
tris suæ, Sauræ, filiæ et heredis Petri de Flassiano [10], dicit quod dictus Petrus, avus ipsius
Guilhelmi, obligavit Arnaldo Homini Dei id quod habebat in casali quod dicitur de Ruppe I
in flumine Atacis, scilicet quintum duarum rotarum, et propter faidimentum dicti Arnaldi,
Cava[ll]erius, tunc baiulus de Limoso pro domino rege, illud occupavit, et ideo postulat sibi
reddi, cum sit pignus perceptione fructuum liberatum. Nos autem, visa petitione hujusmodi
et plenius intellecta, quia nichil invenimus, prædictos, secundum formam inquisitionis nos-
træ, invenimus ad petita esse restituendos, si hujusmodi pignus fuerit perceptione fructuum J
liberatum. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa,
quatenus, si vobis constiterit dictum pignus fructuum perceptione esse penitus liberatum,
petita restituatis eisdem, salvo jure domino regi proprietatis, quoties voluerit in judicio ex-

[1] Barbaira, Aude, c^on Capendu.
[2] Villalier, Aude, c^on Conques.
[3] Malves, Aude, c^on Conques.
[4] *Codd.* quod dicta mulier bona.
[5] *De ejusdem mulieris petitione, vide Exceptionum articulum* 570.
[6] Aragon, Aude, c^on Alzonne.
[7] Villedubert, Aude, c^on Capendu.
[8] *Codd.* Ladenx. — Badens, Aude, c^on Capendu.
[9] *Hæc sententia iterum exarata est in eodem codice, p.* 181.
[10] *Al.* de Flaciano.

A periri, ipsis in possessione remansuris donec succubuerint, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

72. ABBAS MONASTERII SANCTI PONTII DE THOMERIIS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Abbas monasterii Sancti Pontii de Thomeriis[1] dicit quod castrum P. 144.
de Angulis[2], cum suis pertinentiis, et castrum de Cecenone[3], excepta turre et quarta parte
B quæ fuit G. de Minerba, et medietas castri de Petriaco[4], et quarta pars castri de Cesseracio[5], et totum nemus quod dicitur de Spina[6], quod est in montanis inter villam Sancti Pontii
et castrum de Angulis, et quidquid Isarnus de Breciaco tenebat in castro de Salvetate[7] et
suis terminiis, et quædam aliæ possessiones, quæ omnia prædicta dominus rex tenet ad manum suam propter faidimentum vel hæresim aliquorum; omnia, inquam, prædicta sunt et
C debent esse de feudo monasterii supradicti et ab ipso debent teneri. Unde petit quod dominus rex assignet dicto monasterio idoneos recognitores dictorum feudorum, qui eidem
faciant servitia consueta, vel saltem dominus rex det dicto monasterio recompensationem
congruam de prædictis. Item petit tasquas bladi et usum herbagii et pasquerii ad totum bestiarium dicti monasterii et nunciorum et pastorum ejusdem, in montanis quæ sunt inter vil-
D lam Sancti Pontii et castrum de Salvetate et castrum de Angulis; petit etiam usum in nemoribus et silvis omnibus quæ sunt ibidem, ad opera et alia necessaria ad opus dicti monasterii
et officinarum suarum, quibus omnibus Arnaudus Catufa, baiulus domini regis, a sex annis
citra, dictum monasterium spoliavit. Item idem Arnaudus turbat eidem monasterio possessionem dominii quorumdam locorum, scilicet de Vernolis et de Negavellis et de Bordedis,
E et petit illud prohiberi. Item idem Arnaudus occupavit injuste quoddam mansum quod vocatur Vilona, in montanis, ad dictum monasterium de jure spectans, et petit illud. Item
Ancellus, tunc baiulus domini regis, abstulit dicto monasterio possessionem et dominia
quorumdam locorum, scilicet loci qui dicitur Mortcodor, et loci qui dicitur Malboso, et loci
qui dicitur Titacars, et de Bescedis, quæ omnia sunt inter castra de Salvetate et de Angulis,
F et petit ea. Petit etiam medietatem tasquæ in mansis de Campalm et de Cesseras et de Camberedes, dicto monasterio per dictum Ancellum ablatam. Item dicit quod ballivi domini
regis turbaverunt, et adhuc dominus Hugo de Arsicio, qui ea tenet pro domino rege, turbare dicto monasterio non cessat dominium et potestativum et alodium ad ipsum monasterium in toto territorio et terminali totius parrochiæ Sancti Petri de Ferrariis[8], et petit illud
G prohiberi. Item dicit quod ballivi domini regis inhibent et inhibuerunt, diu est, ne pro castris et locis infrascriptis quæ tenentur in feudo a dicto monasterio solvatur alberga consueta
monasterio memorato, vel fiat inde recognitio eidem, scilicet de Valrano et de Sancto Nazario de Lerades et de Cessenone et de Podio Mitione[9] et eorum terminiis, [et] in aliquibus
locis prædictis talliam et albergam de novo imposuerunt baiuli supradicti. Quæ omnia petit
H revocari et jus debitum monasterio suo reddi. Item dicit quod ballivi domini regis talliant
homines quos dictum monasterium habet apud Cellam Vinariam, qui homines dicuntur de
masata, et gravant eos in tantum quod non possunt dicto monasterio facere servitia consueta,
et petit illud revocari. Item dicit quod ballivi domini regis turbant dicto monasterio possessionem cujusdam loci qui dicitur de Sancta Columba[10], ad ipsum monasterium de jure spec-
I tantis, et petit illud prohiberi baiulis. Item dicit quod herbagia et pasqueria quæ ballivi
domini regis recipiunt in montanis et in parrochiis Sancti Martini de Jauro et Sancti Stephani de Canello et Sancti Martini de Uscladellis[11], quorum herbagiorum et pasqueriorum
tertia pars pertinet ad monasterium memoratum, debent dividi in curia villæ Sancti Pontii,
quod petit fieri a ballivis, sicut longo tempore extitit observatum. — Et quoniam per inqui-
J sitionem invenimus quod castrum de Petriaco est de feudo domini Carcassonæ et fuit antiquitus, et quod milites de Petriaco tenebant dictum castrum a domino Carcassonæ, et quod
monasterium de Thomeriis desiit habere dominium medietatis petitæ in castro de Petriaco,
ex permutatione facta inter vicecomitem Carcassonæ et abbatem Sancti Pontii, prout hæc
omnia testes producti pro domino rege se asserunt ab aliis audivisse, deponentes de usu et

[1] *De eo quod in Petriaco et Cencenone castris minus juste abbas Sancti Poncii clamabat, vide Exceptionum articulos* 247 *et* 915.

[2] Anglès, Tarn, arr. Castres.

[3] Cessenon, Hérault, c^on Saint-Chinian.

[4] Peyriac-Minervois, Aude, arr. Carcassonne.

[5] Cesseras, Hérault, c^on Olonzac.

[6] *Silvula in Cassiniana mappa* Bois du Roi *dicta, non procul a loco dicto* Épine.

[7] La Salvetat-sur-Agout, Hérault, arr. Saint-Pons.

[8] Ferrières, Hérault, c^on Olargues.

[9] Valros, Hérault, c^on Servian. — Saint-Nazaire-de-Ladarez, Hérault, c^on Murviel. — Cessenon, Hérault, c^on Olonzac. — Puimisson, Hérault, c^on Murviel.

[10] Sainte-Colombe, Hérault, c^on Saint-Pons, c^ne Rieussec.

[11] Saint-Martin-de-Larçon, Hérault, c^on Olargues. — Saint-Étienne-du-Canal, Hérault, c^on et c^ne la Salvetat-sur-Agout. — Saint-Martin-d'Uscladels, Aude, c^on et c^ne Olonzac.

scientia quod Esquivus de Minerba tenuit dictam medietatem, donec eam comes Montis A Fortis cepit pro faidimento dicti Esquivi, et quod comes Montis Fortis semper tenuit dictam medietatem, vel alius pro ipso, dum tenuit terram ipsam, et dominus rex post eum usque in tempora hodierna, et quod castrum de Petriaco serviebat in exercitibus et cavalgatis, sicut feudum proprium, comiti memorato. Item quod castrum de Cecenone, cum omnibus juribus et pertinentiis ejusdem, vicecomes tenuit Biterrensis, et quidquid milites ibi B habebant, tenebant a dicto vicecomite, et quod utebatur vicecomes dominio dicti castri, tanquam de feudo suo, in exercitibus et cavalgatis, et post eum comes Montis Fortis, vel alius pro eodem, et similiter dominus rex successit post ipsos. Item quia, quantum ad castra de Angulis, de Cesseracio, de Cencenone et de Petriaco et ad nemus quod dicitur de Spina, et illud quod tenebat Isarnus de Breciaco, et generaliter quantum ad omnia pro quibus petit C abbas Sancti Pontii quod dominus rex asssignet dicto monasterio idoneos recognitores dictarum rerum, qui eidem faciant ut de propriis feudis servitia consueta, vel saltem det recompensationem congruam de eisdem, probatam ipsius abbatis intentionem ad plenum non invenimus. Rursus, quia prædictum negotium in similibus quæstionibus plures tangit, et super his speratur per dominum regem ordinatio generalis, propterea petitionem dicti abbatis, D quantum ad præscripta capitula, non duximus adimplendam. Porro de tasquis bladi, usu herbagii et pasquerii ad totum bestiarium dicti monasterii et nunciorum et pastorum ejusdem in montanis quæ sunt inter villam Sancti Pontii et castrum de Salvetate et castrum de Angulis, et quoad usum in nemoribus et silvis omnibus quæ sunt etiam ibidem, ad opera et alia necessaria ad opus dicti monasterii et officinarum suarum, ac etiam quantum ad posses- E sionem dominii locorum de Vernolis et de Negavellis et de Bordedis, de quibus factam fuisse inquestam alias per curiam senescalli didicimus ex confessione prædicti abbatis, eumdem abbatem ad curiam senescalli duximus remittendum, mandantes senescallo maturam, secundum inquestam dudum super hoc factam, vel si oportuerit faciendam, justitiam exhiberi. Quantum ad mansum de Villona, probatam eorum intentionem non invenimus, nec super F hoc loquitur nisi depositio unius testis, modo non congruo deponentis. Quantum vero ad dominium et potestativum totius territorii parrochiæ Sancti Petri de Ferrariis, invenimus pro domino rege probatum quod comes Montis Fortis habebat potestativum et dominium mansi de Ferrariis, et quod dominus rex similiter post eum habuit, et deinceps Hugo de Arcisio, miles, et quod mansi de Ferrariis sunt de dominio et districtu castri de Cencenone. Item, G quantum ad terminale de Sancta Columba, similiter pro domino rege probatum invenimus quod dominus rex continue a triginta annis citra et sui habuerunt et tenuerunt dictum terminale, et quod est de dominio Minerbæ[1]; et quod comes Montis Fortis et sui tenuerunt dictum terminale, et quod ultra dictum terminale de Sancta Columba est quædam via et lapidales finales et rivi qui dividunt dominium Minerbæ et dominium Sancti Pontii. Item, quantum H ad talliam hominum de Cella Vinaria, similiter probatum invenimus quod solverunt talliam comiti Montis Fortis vel alii pro ipso, et contribuebant in communi tallia villæ de Lavinaria[2], quod similiter tempore domini regis extitit observatum. De quibus articulis, quia pro abbate prædicto nichil sufficienter probatum esse cognovimus, dominum regem, quantum ad ipsum pertinet, duximus absolvendum. Ceterum, quia pro monasterio probatum invenimus quod I erat in possessione percipiendi tasquas in locis de Bescedis et de Tiracartz, et similiter habendi et percipiendi pascua in loco qui dicitur Morgodor, quando Ansellus, tunc baiulus domini regis, spoliavit ipsum de dicta possessione vel quasi, idcirco dictum monasterium decernimus esse restituendum ac restituimus ad eam possessionem vel quasi percipiendi tasquas et pascuum in locis proxime dictis, in qua erat tempore spoliationis prædictæ, inhi- J bentes ne aliquis ipsum pro domino rege in dicta possessione vel quasi audeat de cetero molestare, salvo jure domini regis in proprietate, si de ea voluerit experiri, dicto monasterio in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Præterea, quantum ad castrum de Valrano, invenimus pro monasterio Sancti Pontii quod domini castri de Valrano fecerunt quadam die albergam apud Valranum abbati Sancti Pontii, recognoscentes publice, K coram hominibus et mulieribus de Valrano, convocatis et propter hoc congregatis, quod faciebant dictam albergam pro castro de Valranis, quod a monasterio Sancti Pontii in feudum se tenere dicebant, nec invenimus pro rege aliquid quantum ad hoc probatum sufficiens vel exceptum. Propter quod mandamus quod ballivi domini regis, vel alii pro ipso, dictum monasterium, quod ad possessionem alberguæ restituimus, si rex tenet, amodo non impediant L quominus abbati dicti monasterii recognitio fiat et alberga consueta solvatur, nisi constare potuerit quod post adventum domini regis ad Avinionem dictum castrum de Valrano propter faidimentum vel hæresim possessorum domino regi fuerit confiscatum, quo casu nichil duxi-

[1] Minerve, Hérault, c[on] Olonzac. — [2] La Livinière, Hérault, c[on] Olonzac.

A mus innovandum, sed ordinationem generalem quæ de faidimentis et hæresibus fieri speratur, in similibus quæstionibus volumus expectari; mandantes de extraneis possessoribus rerum ipsarum, ad quas monasterium restituendum decrevimus, si rex tenet, maturam justitiam exhiberi, non obstante si ex dono regis vel in assisia habere se dicant, cum dominus rex pro negotio præsentis inquisitionis aperto responso declaraverit quod non fuerit inten-
B tionis suæ dare bona et jura ecclesiarum, et quod ea dare non poterat nec volebat. Si qua tamen de eisdem rebus datis vel computatis in assisia possessoribus evincantur, volumus eis pro domino rege satisfieri competenter. De ceteris vero capitulis contentis in petitione abbatis superius posita, de quibus specialiter in supra scriptis determinationibus non fecimus mentionem, quia fundatam abbatis intentionem non invenimus, nec aliquid pro domino rege
C propositum per quod possit de jure ipsius sufficiens aliquid apparere, quia nichil potuimus diffinire, supersedemus ad præsens. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

73. ABBAS ET CONVENTUS MONASTERII DE QUADRAGINTA.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Abbas et conventus monasterii de Quadraginta[1] petunt re- P. 155.
D stitui dicto monasterio quasdam possessiones per curiales eidem monasterio injuste ablatas, valentes in redditibus annuatim triginta solidos vel triginta quinque aut plus, ex quibus Olivarius de Terminis tenet aliquas apud Sanctam Valeriam[2], in loco qui dicitur Montaignacum, pro quibus G. de Sancta Valeria, antequam esset de hæresi condemnatus, faciebat dicto monasterio albergam trium militum annuatim. Item dominus rex tenet de prædictis
E unum hortum apud Malliacum[3], et quasdam possessiones et tasquas et jura et dominia apud Aquam Vivam et Cesseracium et Siranum[4] et Montem Feunesium. Item petit dicto monasterio recognosci stagnum de Fatil, quod tenet Arnaldus de Ramejano, et quidam alii a curia. Petit etiam tasquas duorum camporum sibi reddi qui sunt in terminio de Celiano, quos ballivi domini regis vendiderunt Arnaldo de Ramejano et Targueto. Item significat
F dictus abbas quod dominus rex tenet tertiam partem castri de Celiano, cum suis appenditiis; dictus B. tenebat in feudum a monasterio de Quadraginta, et antecessores sui tenuerunt, et certum censum dicto monasterio pro dicto feudo reddebant, quando ab abbate erant requisiti. Unde petunt jus suum eis restitui. — Verum, quia dominus rex res contentas in primo petitionis articulo et petitas, videlicet quasdam possessiones per curiales domini regis injuste
G ablatas, ut asserunt, non possidet neque tenet, et idem dominus rex pro negotio inquisitionis nostræ aperto responso declaraverit quod bona et jura ecclesiarum alii dare non poterat nec volebat, ideo prædictos abbatem et conventum, secundum formam inquisitionis nostræ, ad possessorem duximus remittendos, mandantes eis de possessore maturam justitiam exhiberi. De his vero quæ petunt apud Celianum et quantum ad stagnum de Faitil, quia nichil pro-
H batum invenimus, eorum petitionem non duximus adimplendam. Insuper, quantum ad hortum petitum in terminio de Malliaco, quia validiores invenimus probationes domini regis quam probationes ipsius monasterii, quantum ad hoc, dominum regem duximus absolvendum. Verumtamen, quia eosdem abbatem et conventum restituendos esse invenimus, secundum formam inquisitionis nostræ prædictæ, ad duas partes tasquæ, in campo et vinea quæ fuerunt
I P. Guiraudi, quam vineam et campum curia occupavit pro faidimento dicti P. Guiraudi, tertia parte ejusdem tasquæ domino regi nichilominus remanente, necnon ad quandam tasquam quam percipiebant in quodam campo quem tenet G. de Carcassona in terminio de Fornas[5], ac etiam ad tasquas et ad jura quæ percipiebant in terminio de Cesseracio, in terris quas tenebant Guilhelmus Engilbertus ad Clausum, P. de Monte Acuto in terminio de Petra Forti
J et ad Rivum Johannis, liberi quondam P. Adeberti in eodem terminio, Johannes Raynaldi ad Cabanil, Raymundus Pellicerius ad Olinellum[6], Pontius Germani ad Rivum Johannis, Arnaldus de Rabiano ad Ferragines et ad Pradellas, Arnaldus de Favanch unum hortale olivarum, et ibidem Bernardus Augerius unam petiam terra, et in terminiis de Aqua Viva, in quibusdam terris quas tenebat P. Guiraudi, de Aqua Viva, in terminio de Valle, in loco qui vocatur
K Rec de Cisterna; vobis, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, mandamus quatenus, retenta dicta tertia parte tasquæ, cetera restituatis eisdem, salvo domino regi jure proprietatis quoties voluerit in judicio experiri, eisdem in possessione nichilominus remansuris donec succubuerint, si contingat. De ceteris vero capitulis in eorum petitione [contentis], de quibus specialiter in superius scriptis determinationibus non fecimus men-

[1] Quarante, Hérault, c[on] Capestang. — *Ibi olim exstitit monasterium ordinis Sancti Benedicti.*
[2] Sainte-Valière, Aude, c[on] Ginestas.
[3] Mailhac, Aude, c[on] Ginestas.
[4] Aigues-Vives, Aude, c[on] Peyriac-Minervois. — Cesseras, Hérault, c[on] Olonzac. — Siran, même canton.
[5] Fournes, Hérault, c[on] Olonzac, c[ne] Siran.
[6] *Fort. corrig.* Olivellum.

IMPRIMERIE NATIONALE.

tionem, quia prædictorum abbatis et conventus fundatam intentionem non invenimus, nec A
aliquid pro domino rege propositum per quod posset de jure ipsius aliquid sufficiens appa-
rere, quia nichil potuimus diffinire, supersedemus ad præsens. Datum anno Domini mille-
simo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

74. BERMUNDUS DE SIRANO.

P. 159. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Bermundus de Sirano[1] petit sibi restitui bona Bermundi de Ge- B
nestars, patris sui, cujus ipse est heres, occupata, ut dicit, injuste per dominum Guilhel-
mum de Ulmeio, quondam senescallum Carcassonæ, quæ bona sunt in castro de Sirano et
in ejus terminio. Verum, quia per inquisitionem invenimus quod dictus Bermundus, pater
agentis, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, authoritate domini regis nobis in hac
parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis constare potuerit bona petita acquisisse C
et possedisse comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum dicti Bermundi, de illis
bonis nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et ex-
pressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus
dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis, postquam venit in dominium hujus terræ.
Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveneritis dicta D
bona tenuisse, dicto Bermundo de Sirano, quem ad bona prædicta invenimus esse restituen-
dum, restituatis, si rex tenet, salvo domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio
experiri, ipso in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si
vero rex non tenet, *etc.* Quod si non inveneritis ea data esse in assisia a domino rege nec
esse de acquisitis [comitis] Montis Fortis, reservamus ei actionem contra quemlibet extra- E
neum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini mille-
simo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

75. ARNAUDUS GARINI.

P. 161. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Arnaudus Garini, filius quondam Guilhelmæ Garinæ, et Ar-
naudus Garini, filius quondam Raymundæ Garinæ, de Garmasia[2], dicunt quod dictæ matres F
eorum habebant et possidebant tempore mortis suæ terras et possessiones, census et
alias dominationes in villa et terminio de Garmasia et de Ferran et de Bello Videre[3], et ipsi
post mortem ipsarum, quousque ballivi domini regis prædicta occupaverunt, quæ dominus
rex vel alius pro eo detinet occupata, et petunt sibi fieri restitutionem de præmissis. Nos
autem, visa petitione hujus modi et plenius intellecta, præfatum Arnaudum, filium quondam G
Raymundæ Garinæ, secundum formam inquisitionis nostræ, omnino duximus repellendum,
alium Arnaudum, filium quondam Guilhelmæ Garinæ, quantum ad illa bona quæ de here-
ditate Garinorum domino regi seu abbati Montis Olivi[4] venerunt pro hæresi in commissum,
per eandem inquisitionem nichilominus repellentes. Reservamus tamen eidem Arnaudo,
filio quondam Guilhelmæ Garinæ, actionem contra Odardum de Manevilla de aliis bonis H
dictorum Garinorum non commissis, si qua injuste occupaverit, quoties dictus Arnaudus in
foro competenti contra ipsum Odardum suas de jure voluerit et potuerit dirigere actiones.
Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

76. GUILHELMUS BOQUERII, DE FLURANO.

P. 163. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Guilhelmus Boquerii, de Flurano[5], heres Mariæ, sororis suæ, I
petit sibi restitui octo libras malgoriensium, quas ballivi domini regis, scilicet vicarius Mi-
nerbesii[6], qui est nunc, habuit injuste ab ipso pro possessionibus quas Maria prædicta apud
Fluranum habebat, ex donatione sibi a quodam avunculo suo facta, quas possessiones bal-
livi domini regis saisierant post subversionem burgi Carcassonæ[7], ubi dicta Maria mutaverat
domicilium suum paulo ante subversionem dicti burgi, quas octo libras ei dedit, quia volebat J
vendere alienis dictas possessiones, et etiam petit retractari impositionem servitutis quam
imposuit dictus vicarius in eisdem possessionibus et ad pristinum statum reduci, cum modo
ultra voluntatem suam et contra justitiam velit habere tertiam partem fructuum exeuntium
de possessionibus ante dictis, quas possessiones ipsa habebat et tenebat tempore subver-
sionis burgi Carcassonæ sine omni servitute, de quibus paratus est facere fidem pleniorem. K

[1] *Vide Exceptionum articulos* 217 *et* 884.
[2] Gramazie, Aude, c[on] Alaigne.
[3] Ferran et Belvèze, Aude, c[on] Alaigne.
[4] Montolieu, Aude, c[on] Alzonne.
[5] Floure, Aude, c[on] Capendu.
[6] Le Minervois, *Narbonensis pagi regio cujus caput Minerba*, Minerve, Hérault, c[on] Olonzac.
[7] *Carcassonensis burgus anno 1240 eversus.*

A Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, quia, secundum formam inquisi-
tionis nostræ, invenimus præfatam servitutem fuisse impositam per dictum ballivum, liberos
dicti Guilhelmi, qui dicitur decessisse, ad eam possessionnem libertatis, quantum ad prædicta,
[restituendos] esse decernimus in qua erat dictus Guilhelmus tempore impositæ servitutis.
Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus
B contra hujusmodi possessionem libertatis, vel quasi, non permittatis a gentibus domini
regis indebite prædictos molestari, salvo domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in
judicio experiri, ipsis in possessione libertatis de non danda tertia parte fructuum, per
præfatum ballivum imposita, nichilominus remansuris donec succubuerint, si contingat.
Quantum vero ad pecuniam petitam, dominum regem duximus absolvendum, maxime cum
C nobis non constet eam esse in utilitatem domini regis conversam sive versam, offerentes
dictis liberis nichilominus de exactore maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini
millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

77. GIRMUNDA DE AQUIS VIVIS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Girmunda de Aquis Vivis, pro se et fratribus suis, petit sibi re- P. 165.
D stitui quinque millia et quingentos solidos malgoriensium, tam pro dote quam ex donatione
propter nuptias, pro quibus fuerunt bona Valgerii, patris eorum, matri eorum obligata,
quæ bona tenet et possidet dominus rex, vel alius pro eo. Verum, quia per inquisitionem
invenimus quod pater ipsorum fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, authoritate do-
mini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis constare po-
E tuerit prædicta bona obligata tenuisse et acquisisse comitem Montis Fortis vel suos propter
faidimentum, de bonis illis nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu
speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi in-
veneritis adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis, postquam venit in do-
minium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis
F non inveneritis dicta bona tenuisse, dictæ Girmundæ, quam ad quartam partem ejus por-
tionis bonorum maternorum quam esset habitura in bonis maternis ab intestato invenimus
esse restituendam, fratribus suis prorsus exclusis, portionem eandem vel bona taliter obligata
restituatis vel pro rata pecuniæ persolvatis, si rex tenet bona prædicta. Si vero rex non te-
net, *etc.* Si autem non inveneritis præmissa vel aliqua de præmissis data esse a domino rege
G in assisia nec esse de antiquis conquistis dicti comitis, reservamus dictæ Girmundæ actio-
nem pro illa quarta parte contra quemlibet extraneum possessorem, mandantes sibi matu-
ram justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo,
mense aprili.

78. RAYMUNDUS ABBAN, MILES.

H Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Raymundus Abban, miles, pro uxore sua Berengaria, petit P. 167.
sextam partem castri de Palairaco[1], spectantem quondam ad Bernardum Pontium, de Palai-
raco, avum maternum dictæ Berengariæ, qua sexta parte et juribus ad eam pertinentibus
Girardus de Blumaco, tunc baiulus domini regis in Termenesio[2], spoliavit Bernardam, ma-
trem dictæ Berengariæ, et Ermingardem, matrem dictæ Bernardæ, in adventu domini Jo-
I hannis de Bello Monte[3]. Verum, quia per inquisitionem invenimus quod Bernardus Pontii,
avus maternus dictæ Berengariæ, Ermingardi uxori suæ legavit medietatem omnium bo-
norum suorum et jurium quæ habebat in castro de Palairaco, et aliam medietatem Ber-
nardæ, matri dictæ Berengariæ, quæ Bernarda dicitur decessisse, authoritate domini regis
nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus prædictam medietatem relictam
J dictæ Ermingardi, et de alia medietate quartam ejus portionis quam dicta Berengaria habi-
tura esset ab intestato in alia medietate matri suæ relicta, nisi faidimentum patris ipsi
Berengariæ obstaret, si rex tenet, restituatis, salvo domino regi jure proprietatis, quoties
voluerit in judicio experiri, ipsis in possessione nichilominus remansuris donec succubue-
rint, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Proviso quod de illa medietate quæ restituetur
K Ermengardi, recipiatis idoneam cautionem de ea restituenda domino regi, subtracta exinde
quarta quæ per legem filiabus faiditorum in bonis matris et aviæ deffertur, cum dictus Ber-
nardus in suo testamento disposuerit quod dicta Ermenjardis haberet et teneret quod ei re-
linquebat in vita sua tantummodo, et quod post mortem suam ad filiam suam Bernardam
reverteretur. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense aprili.

[1] Palairac, Aude, c^on Mouthoumet. — [2] Le Termenès, *Carcassonensis pagi regio, cujus caput Termæ castellum hodie* Termes, Aude, c^on Mouthoumet. — [3] *Anno 1240, mense octobri.*

79. VIRGILIA, FILIA BERNARDI DE PREISSANO. A

P. 169. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Virgilia, filia Bernardi de Preissano[1], uxor quondam Raymundi
Gilii, proposuit coram nobis de novo quod ipsa attulit in dotem, quando nupsit prædicto
viro suo, ducentos solidos malgoriensium, pro quibus bona viri sui erant ei obligata; quo
immurato pro crimine hæresis et dicta agente crucesignata simplicibus crucibus, curia oc-
cupavit bona dicti mariti sui. Cum igitur dominus rex nolit mulieres propter virorum hære- B
ticorum culpam bonis suis privari, nisi metu inquisitionis aufugerint, vel citatæ in contu-
macia perseveraverint, aut in domo earum fuerit hæreticus deprehensus, sive ad murum
fuerint condemnatæ vel relictæ curiæ seculari, vobis, authoritate domini regis nobis in hac
parte commissa, mandamus quatenus dictæ Virgiliæ, quam ad dotem suam invenimus esse
restituendam, si aliud canonicum non obsistat, dicta bona, taliter obligata, si rex tenet, re- C
stituatis, vel pro rata bonorum quæ rex tenet pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.*
Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

80. PELFORTA, FILIA QUONDAM PILIFORTIS DE SIRANO.

P. 171. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Pelforta, filia quondam Pilifortis de Sirano[2], petit sibi restitui,
de bonis Bertrandi de Roqua Negada, mariti sui, tria millia solidos nomine dotis suæ et mille D
et quingentos solidos malgoriensium, quos dictus Bertrandus dedit ei pro augmento nup-
tiali, et pro his idem maritus obligavit ei omnia bona sua quæ habebat in castris de Barbai-
rano[3], de Monte Lauro[4], et eorum terminiis, et in terminio de Gavart et ejus appendentiis,
quæ bona tenet dominus rex, vel ex dono ejus alius. Et quoniam per inquisitionem inve-
nimus quod mater dicti Bertrandi fuit uxor P. de Roca, de Arzincho[5], et quod super- E
duxit Aymericum de Roqua Negada, de quo habuit dictum Bertrandum, ipso P. de Roca
viro suo adhuc vivente, propter quod dictus Bertrandus in bonis prædictorum succedere non
potuit; item quia invenitur quod maritus istius agentis fuit faiditus tempore comitis Montis
Fortis, et socer ejus similiter, antequam prædicta agens cum dicto viro suo matrimonium
contraxisset, qui etiam maritus in guerra vicecomitis postmodum extitit faiditus; quia tamen F
testes requisiti non fuerunt si bona soceri et mariti propter faidimentum tempore ipsius
vicecomitis fuerunt confiscata, ex abundanti mandamus inquiri, decernentes quod, si bona
fuerunt empta de pecunia dotali agentis vel a marito quæsita, ipsa restituatis eidem, si rex
tenet, vel pecuniam pro rata bonorum quæ rex tenet persolvatis, cum illo, si quis fuerit,
qui habeat a domino rege in assisia nominatim prædicta vel computata componentes, de aliis G
faciatis maturum justitiæ complementum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexa-
gesimo secundo, mense aprili. De donatione vero propter nuptias, cum liberi sint super-
stites, nolumus quidquam reddi. Datum ut supra.

81. VESIATA DE MARCELANO.

P. 173. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Vesiata de Marcelano[6] petit bona quondam Bernardi de Villa- H
dagerto, viri sui, sibi restitui, obligata sibi pro dote et donatione propter nuptias, quorum
summa est sexaginta libræ turonensium, quæ tenet dominus rex, et sunt in castro Aladerni[7]
et in terminio de Villadegerto. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, se-
cundum formam inquisitionis nostræ, dictam Vesiatam ad decem libras turonensium pro
dote sua invenimus esse restituendam. Unde vobis mandamus quatenus, si rex tenet bona I
prædicta sibi obligata, de bonis illis valorem decem librarum reddatis vel sibi pecuniam
persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Ceterum super illis quæ petebat pro dotis augmento,
quia maritus adhuc vivit, et incertum est si donationem propter nuptias fuerit lucratura, eam
non duximus exaudire, jure agendi sibi, cum casus obtulerit, reservato. Datum anno Do-
mini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili. J

82. CONSULES MONTIS REGALIS.

P. 174. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Consules Montis Regalis[8] petebant sibi restitui leudam quæ in

[1] Preixan, Aude, c[on] Montréal.

[2] *Vide Exceptionum articulos* 13 *et* 344. — Siran, Hérault, c[on] Olonzac.

[3] Barbaira, Aude, c[on] Capendu.

[4] Montlaur, Aude, c[on] la Grasse.

[5] Arzens, Aude, c[on] Montréal.

[6] *De alia ejusdem Vesiatæ petitione vide Exceptionum articulos* 489 *et* 582.

[7] Ladern, Aude, c[on] Saint-Hilaire.

[8] Montréal, Aude, arr. Carcassonne. — *Vide exceptiones in consulum Montis Regalis petitionem propositas, supra, p.* 563, 567, 596 *et* 613, § 263, 318, 720 *et* 934.

A dicto castro accipitur, qua spoliavit universitatem dicti castri dominus Hugo de Arsicio, se-
nescallus, cum eam antea a tempore cujus non extat memoria possedissent. Item petebant
reduci in dictum castrum probos homines, per dominum Johannem de Bello Monte[1] expul-
sos post pacem factam inter ipsum et dictum castrum, cum pax illa fuerit generalis nec fuerit
actum de aliquo expellendo, et petunt dictis expulsis restitui bona sua. Item petunt reddi dictæ
B universitati bannum et pœnam banni, quibus fuerunt spoliati per dominum Guilhelmum de
Ulmeio, senescallum, cum antedicti longissimo tempore possedissent. Item petunt de bonis
faiditorum quæ dominus rex tenet satisfieri creditoribus eorumdem in dicto castro. Item
petunt emendam fieri hominibus dicti castri, in quorum prædiis senescalli assignaverunt
loca diversis habitatoribus, cum ita fuerit ordinatum per dominum J[ohannem] de Bello
C Monte prædictum. Dicebant etiam quod census bladi quod homines castri erant soliti dare
dominis a quibus tenebant possessiones, nuncii eorum veniebant pro recipiendo censu ad
domos illorum qui dictos census reddere tenebantur, et ibi ad rectam mensuram recipiebant;
et postquam dicti census obvenerunt ad manum domini regis, ballivi compellunt dictos ho-
mines portare dictos census ad castrum domini regis, et taliter mensurant ibi quod multum
D ultra debitum ipsa perceptio augmentatur, et petebant in statum pristinum et debitum re-
duci. Nos autem, visis petitionibus et diligenter inspectis, secundum formam inquisitionis
nostræ, de prædictis articulis in petitis contentis taliter duximus ordinandum, prout infe-
rius annotatur: decernimus et authoritate domini regis nobis in hac parte commissa man-
damus quatenus in blado mensurando servetur fideliter modus debitus, et quod resecetur
E si quis est introductus excessus. Census autem quos dominus rex tenere dicitur ad manum
suam in quibusdam possessionibus faiditorum, reddantur illis census in quorum possessione
erant tempore motæ guerræ Trencavelli vel comitis Tolosani[2]; qui vero ante alterutram
guerram desierant possidere et in ipsa guerra ipsi vel eorum actores de faidimento vel de re-
manendo inter faiditos merito sint culpandi, nequaquam restituantur ad illos. Intelligimus
F autem de faidimento non esse culpandos juniores decem et octo annis, vel decrepitos vel
mente captos, vel gravi infirmitate aut alio justo impedimento detentos, vel invito detentos
ab hostibus, vel etiam mulieres quæ cum hostibus remanserunt, nisi aliter eorum proditioni
facto vel dicto consensisse probentur. De bonis autem faiditorum quæ dominus rex tenet,
mandamus similiter satisfieri creditoribus ipsorum, qui ante faidimentum crediderant, nisi
G et ipsi similiter postea fuerint faiditi. Quantum vero ad emendam quam petunt fieri homi-
nibus dicti castri, in quorum prædiis senescallus assignaverat loca diversis habitatoribus,
mandamus quod, si homines reliquerint loca in quibus habitant, quod illi recuperent sua
prædia quorum antea fuerant et quibus non extiterat satisfactum. Præterea decernimus et
reduci mandamus in dictum castrum probos homines per dominum Johannem de Bello
H Monte expulsos, si injuste inveniantur repulsi, et quod bona restituantur eisdem; si autem
juste fuerint faiditi, nec ad bona nec ad castrum aliquatenus revocentur. Quantum vero ad
leudam et bannum superius petita, et quantum ad hoc quod coguntur, ut asserunt, portare
census ad castrum domini regis, ipsos exaudiendos non duximus; cum dominus rex anno
præsenti per suas patentes literas ordinaverit quod homines Montis Regalis in posterum
I utantur illis scilicet libertatibus quibus tempore utuntur moderno. Datum anno Domini mil-
lesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii.

Cujus authoritate mandati, modus in blado censuum mensurando debitus servabitur. Item P. 333.
census possessionum faiditorum, quos dominus rex tenet, reddentur illis in quorum posses-
sione erant tempore motæ guerræ, et qui ante alterutram guerram desierant possidere, non
J restituentur. Item, de bonis faiditorum quæ dominus rex tenet, solventur creditoribus de-
bita qui ante faidimentum cum ipsis contraxerunt, nisi ipsi creditores postea fuerint faiditi.
Item si homines reliquerint loca quæ petuntur, in quibus habitant, restituentur petentibus
ea vel emendam. Item, cum probatum fuerit quosdam homines de Monte Regali injuste
fuisse expulsos per dominum Johannem de Bello Monte, restituentur; sin autem, *etc.* Item
K quantum ad leudam et bannum et ad census portandos ad castrum domini regis, non exau-
diuntur propter literam novam regalem per ipsos impetratam.

83. ARNAUDUS VASCO, PRO DOMO LEPROSORUM CARCASSONÆ[3].

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Arnaudus Vasco, procurator domus leprosorum Carcassonæ, P. 178.
dicit quod in quodam campo ejusdem domus est ædificata pars novi burgi Carcassonæ,
L unde petit satisfieri sibi de valore dicti campi, quem æstimat viginti libras. Verum, cum

[1] *Anno 1240, mense novembri.*
[2] *Annis 1240 et 1242.*
[3] *Hanc querimoniam edidit Mahul* (Cartulaire de Carcassonne, VI, 6).

nos, secundum formam inquisitionis nostræ, ipsam leprosariam invenerimus ad petita esse A
restituendam, vobis mandamus quātenus prædicte leprosariæ, ad æstimationem bonorum,
de prædictis recompensationem idoneam faciatis, vel per episcopum Carcassonæ qui totam
plateam in qua sedet novus burgus tenetur garentire domino regi, eo quod ab ipso domino
rege rem majoris valoris ex permutatione dicitur habuisse, ipsi leprosariæ emendam con-
gruam fieri procuretis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, B
mense aprili.

84. B. PONTII, DE PODIO NAUTERII[1].

P. 179. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. B. Pontii, de Podio Nauterii, pro se et Acelina, sorore sua, petit
sibi restitui unum campum in terminio Podii Nauterii, ad Fontem Milanum, quem cum ha-
berent et tenerent ratione successionis matris eorum et Bernardæ Guerra, materteræ eorum, C
cujus dicunt se heredes, et ipsum campum laudasset eis et concessisset Guilhelmus Fortis,
miles, idem Guilhelmus Fortis, annus erat elapsus ante subversionem burgi, ipsos fratres
B. et Acelinam de possessione dicti campi sine causæ cognitione spoliavit, quem campum
tenet dominus rex pro faidimento dicti Guilhelmi Fortis. Nos autem, visa petitione hujus
modi et plenius intellecta, dictam Acelinam, secundum formam inquisitionis nostræ, ad me- D
dietatem bonorum petitorum, dicto B. prorsus excluso, invenimus esse restituendam. Unde
vobis mandamus quatenus, retenta portione dictum B. contingente, aliam portionem Ace-
linæ, si rex tenet, restituatis, salvo domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio
experiri, ipsa in possessione nichilominus remansura donec succubuerit, si contingat. Si
vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, E
mense aprili.

85. RAYMUNDA DE FARIS, UXOR PONTII DE PAULINHANO.

P. 182. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Raymunda de Faris, uxor Pontii de Paulinhano[2], petit sibi re-
stitui sexdecim solidos quos annuatim habebat pro quista in villa de Maseto[3], tempore quo
dominus rex venit apud Avinionem, quibus fuit spoliata indebite per Isarnum de Monte F
Olivo, baiulum senescalli Carcassonæ. Item petit octo solidos malgoriensium quos habebat
apud Ferandum pro quista annuatim, quibus fuit injuste spoliata per Garinum, tunc castel-
lanum Montis Regalis. Et quoniam per inquisitionem invenimus quod de pecunia dotali dictæ
Raymundæ Otho de Ollis Fractis, quondam maritus ejus, redemit de pignore bona et jura
quæ habebat in villa de Maseto et in villa de Ferrando et in ejus terminiis, obligata pro tri- G
bus millibus et sexcentis solidis malgoriensium Guilhelmo [de] Duroforti, et quod obligavit
prædictæ Raymundæ ipsa bona redempta, authoritate domini regis nobis in hac parte com-
missa, vobis mandamus quatenus quistas in villa de Maseto et in villa de Ferrando, quas
constiterit dictum Othonem habuisse et possedisse, si rex tenet, dictæ Raymundæ restituatis,
vel pro rata earumdem quistarum pecuniam persolvatis, quæ solvenda remanet, fructibus H
quos de bonis dicti Othonis post mortem ejus percepit imputatis in sortem. Si vero rex non
tenet dictas quistas in dictis locis, et vobis constiterit eas datas esse vel partem ipsarum a
domino rege in assisia nominatim vel etiam computatas, pro rata data in assisia cum pos-
sessore vel cum petitore, prout melius poteritis, componatis; quod si non inveneritis,
reservamus, quoad dictas quistas, dictæ Raymundæ actionem contra quemlibet extraneum I
possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

86. SORORES PRULIANI.

P. 184. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Sorores Pruliani[5] significant quod Pampalona, mulier de Alsona[6],
quando dedit se pro monacha et recepit habitum domus Sanctæ Mariæ de Proliano, dedit J
tunc dictæ domui et sororibus ejusdem domus duos campos suos quos habebat in terminio
de Alsona, pro omni voluntate earum facienda in perpetuum, pro anima sua et parentum
suorum, quorum unus vocatur de Granolieiras, et affrontatur ex una parte in via, ex altera
in Reco Veteri, ex altera in condamina dictæ domus, quæ fuit quondam vicecomitis, ex
altano in camino discurrente de Carcassona ad Tolosam. Alter vero campus, qui est ad Mer- K
dans, affrontatur ex una parte in reco de Merdans, et ex alia parte in via, et ex alia in here-
ditate Petri Rogerii, filii dictæ Pampelonæ. Quos campos dictæ sorores diu habuerunt et

[1] Pennautier, Aude, c^{on} Carcassonne.
[2] Pauligne, Aude, c^{on} Limoux. — *De dictæ Raimundæ petitione, vide Exceptionum articulum* 650.
[3] Le Mazet, Aude, c^{on} Allaigne, c^{ne} Alaigne.
[4] Ferran, Aude, c^{on} Alaigne.
[5] Prouille, Aude, c^{ne} et c^{on} de Fanjeaux. — *Ibi fundata prima ordinis Prædicatorum domus.*
[6] Alzonne, Aude, arr. Carcassonne.

A tenuerunt ratione prædicta, donec Bertrandus de Villa Prova, qui habebat agrerium in dictis
campis, faidivit se, in quo faidimento dissaisivit prædictas sorores de dictis campis sine
audientia, pro cujus faidimento gentes domini regis, post adventum domini Johannis de
Bello Monte, bona et jura dicti Bertrandi ad manum domini regis posuerunt, cum quibus
bonis campos supradictos occupaverunt, et adhuc dominus rex ipsos campos tenet ad manum
B suam. Item significant dictæ sorores quod dominus Robertus Malus Vicinus dedit sororibus
Proliani, amore Dei et pro redemptione animæ suæ, consilio domini comitis Montis Fortis,
hereditatem totam quæ fuerat G. de Duro Forti, faiditi[1], quæ bona erant commissa dicto
domino comiti pro faidimento dicti G., quæcumque et ubicumque essent. Quam hereditatem
totam habuerunt prædictæ sorores et tenuerunt, donec B. Hugo de Festa[2], injuste et sine
C causa, de quatuor sextariis bladi meithadenchi, medietatem frumenti et aliam medietatem
ordei, quos habebant apud Callavum[3] et accipiebant in casalatico dels Pensenes, dictas sorores
spoliavit et dictos quatuor sextarios habuit et per vim cepit usque ad adventum domini
Johannis de Bello Monte, et tunc gentes domini regis pro faidimento dicti B. Hugonis hereditatem
quam habebat sub dominio domini regis, ad manum domini regis posuerunt, cum
D qua hereditate dicti B. dictos quatuor sextarios saisierunt, quos adhuc tenet dominus rex.
Item significant quod, cum domina Cavaiers de Fano Jovis[4] intrasset monasterium de Pruliano,
et assumpsit habitum earum, dicta domina dedit prædictæ domui et sororibus ejusdem
domus, pro redemptione animæ suæ, omnia bona et jura quæ habebat vel habere debebat
aliquo modo in castro de Callavo et in ejus terminiis, pertinentiis et adjacentiis, et tunc
E dicta domina Cavaiers habebat et tenebat omnia jura sua, exceptis justitiis et talliis hominum
suorum, de quibus injuste bailivi domini regis ipsam dissaisiverant. Post donum vero factum,
ballivi domini regis prædictum monasterium de Proliano de tertia parte deveti vini de Callavo
et de tertia parte calvagii ejusdem castri et de adempriis bestiarii hominum suorum
spoliarunt, quæ omnia tenet dominus rex ad manum suam, et omnia ea supradicta, de quibus
F fuerunt injuste spoliatæ, cum tertia parte justitiarum de Callavo, et cum talliis hominum de
Callavo, quæ fuerunt prædictæ dominæ Cavaiers et de quibus fuit injuste spoliata per gentem
domini regis, quæ pertinent ad dictum monasterium ratione doni prædicti, petunt sibi
reddi et restitui, cum fructibus inde perceptis. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius
intellecta, secundum formam inquisitionis nostræ, in omnibus et singulis articulis prædictas
G sorores invenimus esse restituendas, fructibus perceptis, justitiis et talliis hominum
quos domina Cavaiers habebat in villa de Callavo dumtaxat exceptis, quæ justitiæ et talliæ
fuerunt occupatæ tempore comitis Montis Fortis, et eas tenuit rex postmodum, vel alius pro
eodem. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus
cetera quæ petuntur, si rex tenet, restituatis eisdem, salvo domino regi jure proprie-
H tatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipsis in possessione nichilominus remansuris donec
succubuerint, si contingat; mandantes de extraneis possessoribus, si qui fuerint, maturam
justitiam exhiberi, non obstante si ex dono domini regis habere se dicant, post donum factum
monialibus supradictis, cum dominus rex, pro negotio præsentis inquisitionis, aperto
responso declaraverit quod bona et jura ecclesiarum dare non poterat nec volebat. Si qui
I vero fuerint qui aliqua de præmissis ante donum factum ipsis monialibus habuerint sibi data
a domino rege in assisia nominatim vel etiam computata, pro rata datorum in assisia, cum
possessore vel cum ipsis sororibus, prout melius poteritis, componatis. Ceterum caveatis pro
illis de quibus constiterit quod a domino rege in feudum tenentur vel teneri debeant, si
sit terræ consuetudo quæ prodesse domino regi et obstare debeat sororibus suprascriptis,
J ex eo quod feudum pro anima judicari[5] vel in manum mortuam transire non possit. Datum
anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

87. ESCLARMUNDA, FILIA G. PORCELLI[6].

Nobili viro, *etc., ut supra*. Esclarmunda, filia G. Porcelli, de Monte Olivo[7], dicit quod P. 189.
quasdam possessiones in terminio de Caunetis[8], emptas quondam a dicto patre suo et in
K pace possessas, occupavit curia domini regis occasione faidimenti G. de Aragone, militis,
quas petit sibi restitui. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, prædictam
Esclarmundam, secundum formam inquisitionis nostræ, ad petita invenimus esse restituendam.
Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, qua-

[1] *Anno 1212, mense julio; vide* Bibliothèque de l'École des chartes, 1873, t. XXXIV, p. 461.
[2] Festes-et-Saint-André, Aude, c[on] Limoux.
[3] Cailhau, Aude, c[on] Alaigne.
[4] Fanjeaux, Aude, arr. Castelnaudary.
[5] *De hac locutione* (pro anima judicare feodum), *vide Cangianum Glossarium*, v° Anima, 2.
[6] *Vide Exceptionum articulum* 106.
[7] Montolieu, Aude, c[on] Alzonne.
[8] Caunettes-en-Val, Aude, c[on] la Grasse.

tenus prædictas possessionnes, si rex tenet, restituatis eidem, salvo domino regi jure pro- A
prietatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipsa in possessione nichilominus remansura
donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

88. ABBAS ET CONVENTUS CAUNENSIS[1].

P. 191. Nobili viro, *etc., ut supra.* Abbas et conventus Caunensis petunt dicto monasterio restitui B
medietatem salini quod consuevit esse in villa de Caunis[2], qua medietate Johannes de Fri-
campis, senescallus, dictum monasterium indebite spoliavit, asserens idem abbas quod in
villa de Caunis debet esse salinum, et illud salinum debent habere dominus rex Franciæ et
abbas dicti loci, medium per medium, tali scilicet modo quod sal quod apportabitur apud
Caunas debet emi a ministris domini regis et abbatis prædicti et in communi loco poni, et C
lucrum sive emolumentum debet dividi æquis portionibus inter dominum regem et abbatem
prædictos. Proposuit etiam dictus abbas quod monasterium suum erat in possessione vel
quasi percipiendi copos et pogesias pro mensuragio salis in villa de Caunis in unaquaque
sarcina salis ab illis qui extrahunt sal et vendunt, et quod libere poterat transire sal per
villam prædictam. Verumtamen sal quod extrahitur de prædicto salino non debet defferri, D
nisi per caminum quod discurrit a Caunis in Albigesium, scilicet juxta Villam Rambertum
et per Cabraspinam et per Pradellas et per Altum Pullum[3]. Quorum jurium possessione
spoliavit monasterium dictus senescallus, ad quam possessionem vel quasi petebat monas-
terium suum restitui. Nos vero, quia, quantum ad primum articulum, scilicet de salino, quo-
dam modo per quoddam instrumentum, sigillatum sigillo Odonis Cocci, quondam senes- E
calli Carcassonæ, ac etiam per testes invenimus abbatis intentionem fundatam, sed forsitan
non ad plenum, idcirco, pro salute domini regis, volentes in dubiis viam eligere tutiorem,
de voluntate ejusdem abbatis et conventus ipsius monasterii, ita duximus ordinandum quod
dominus rex remittit ipsi monasterio duos modios avenæ quos percipiebat apud Bagnolas[4]
in hominibus ipsius monasterii, et quod illos duos modios avenæ percipiat et habeat dic- F
tum monasterium amodo in perpetuum pacifice et quiete, in recompensationem juris si
quod habebat in dicto salino, et dicti abbas et conventus diffiniunt et quitant in perpetuum
domino regi, et totum salinum in prædicta villa de Caunis et quidquid juris habebant in
ipso seu habere poterant vel debebant. Quantum vero ad secundum articulum, visis et
diligenter inspectis depositionibus testium tam pro domino rege quam ex parte monasterii G
productorum, dictum monasterium restituimus ad eam possessionem vel quasi percipiendi
copos et pogesias pro mensuragio salis in villa prædicta, in qua erat tempore spoliationis
prædictæ. Declaramus etiam sal libere posse transire per villam prædictam, sicut erat consue-
tum, ita tamen quod sal quod exinde extrahetur defferatur per vias superius annotatas. Et
mandamus quod contra hoc præfatum monasterium nullatenus molestetur, salva domino H
regi leuda sua sive pedagio quod consuevit recipi extra villam de Caunis, sicut diu extitit
consuetum, et totum salinum de Caunis remanebit domino regi in perpetuum, sicut supe-
rius est expressum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense
maio.

89. ABBAS ET CONVENTUS CAUNENSIS. I

P. 194. Nobili viro, *etc., ut supra.* Abbas et conventus Caunensis petunt dominium quarumdam
possesssionum quæ sunt in terminio de Onhono[5], in loco qui dicitur Cels, quo dominio
dominus Hugo de Arsicio, tunc senescallus, dictum monasterium spoliavit. Item petunt
quemdam mansum ad dictum monasterium spectantem in villa de Asellano[6], occupatum
injuste per ballivos domini regis. Item petunt quemdam campum in terminio de Trausano, J
in riparia Argenti Duplicis, et aquam et besale cujusdam molendini, quod est in terminio
de Trausano, in riparia Argenti Duplicis[7], et usaticum duodecim denariorum quod habebat
monasterium prædictum in horto qui fuit Bernardi Calveti de Petriaco[8], quæ omnia ad dic-
tum monasterium pertinebant, et eis ballivi domini regis dictum monasterium spoliarunt. Et
quoniam per inquisitionem invenimus quod totum terminium de Sancto Celso, sicut dividit K

[1] *Edit. apud Mahul,* Cartulaire de Carcassonne, IV, 89.

[2] Caunes, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[3] Villerembert, Aude, c^on Peyriac-Minervois, c^ne Caunes. — Cabrespine, Aude, c^on Peyriac-Minervois. — Pradelles-Cabardès, Aude, c^on Mas-Cabardès. — Hautpoul, Tarn, c^on et c^ne Mazamet.

[4] Bagnoles, Aude, c^on Conques.

[5] Pont-d'Ognon (*Cassini*), *juxta* Homps, Aude, c^on Lézignan.

[6] Azille, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[7] L'Argent-Double, *rivulus in territorio Trausani, hodie* Trausse, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

[8] Peyriac-Minervois, Aude, arr. Carcassonne.

A via recta qua itur de Lavinaria[1] usque ad ecclesiam Sancti Celsi, et inde ultra per serram usque ad viam inferiorem quæ tendit de Lavinaria ad Rivum[2], totum versus altanum et versus stagnum, cum ipso stagno et plano de stagno, est de dominio de Lavinaria, et ita tenuerunt domini de Lavinaria ante adventum crucesignatorum, postea comes Montis Fortis vel alius pro eo, et dominus rex postquam venit ad Avinionem; nec invenimus B pro monasterio nisi dationem in emphiteosim terrarum prædictarum, retenta nona parte fructuum monasterio Caunensi, quam habuerunt duobus annis per collusionem cujusdam ballivi, qui sustinuit quod dicti monachi ibi reciperent seignorivum; ideo, quia validiores invenimus probationes domini regis quam monasterii Caunensis, item quia mansum petitum a monasterio tenuit Richardis mulier ante adventum crucesignatorum, quæ manifeste et pu- C blice se hæreticam ostendebat et pro hæretica habebatur, idcirco dominum regem, quantum ad mansum et possessiones prædictas, a petitione dictorum abbatis et conventus, quantum ad causam possessionis attinet, duximus absolvendum. Quantum vero ad campum petitum in terminio de Trausano, quia probatum invenimus quod terra in qua est salicetum domini regis abstulerunt curiales domini regis Bernardo Isarni, et aliam partem ejusdem terræ quam D possidebat, idem Bernardus tenet modo camerarius Caunensis, et quod de tota terra dabatur tasqua monasterio, idcirco mandamus de dimidia tasqua in posterum satisfieri monasterio memorato. Quantum vero ad usaticum duorum denariorum, petitum in horto qui fuit Bernardi Calveti, de Petriaco, cum non inveniatur quidquam probatum pro monasterio, petitionem dictorum abbatis et conventus non duximus adimplendam. Denuo, quia invenimus quod E curiales in superiori parte aquæ construxerunt paxeriam, et opere manu facto impediverunt dirivationem aquæ ad molendinum monasterii, quoniam aqua est parva, mandamus quatenus paxeriæ taliter adaptentur quod cursum aquæ, ad molendinum monasterii longissimo tempore derivatum, in tantum non subtrahant quod usus molendini incommodari valeat aut perire. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

F

90. FRATER GUARINUS, MONACHUS VILLÆ LONGÆ.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Frater Guarinus, monachus Villæ Longæ, Cisterciensis ordinis[3], dicit quod dominus Raymundus de Essignato[4], tempore comitis Montis Fortis, tunc dominus Podii Nauterii, dedit in pura elemosina dictæ domui Villæ Longæ totum feudum de Buzerenx cum suis terminiis, quod feudum tenet vicecomes ex dono domini regis, quod petit G dicto monasterio restitui. Verum, quia rex non tenet et ipse dominus rex, pro præsenti inquisitione nostra, aperto responso declaraverit quod non fuit intentionis suæ dare bona ecclesiarum et jura, et quod ea dare non poterat nec volebat, ideo, secundum formam inquisitionis nostræ, prædictum fratrem ad possessorem duximus remittendum, mandantes de possessore maturam justitiam exhiberi; proviso quod diligenter caveatis si dictum feudum H tenebatur a domino rege vel teneri debebat, an sit terræ consuetudo quæ impediat quod feudum pro anima judicari[5] vel in manum mortuam transire non possit. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio. P. 197.

91. MAGISTER P. DE CONCHIS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Magister P. de Conchis, pro se et Raymundo Chatmarii, de P. 198.
I Conchis, petebat sibi restitui dominium et seniorivum cujusdam hereditatis quæ est in castro de Vilarzello[6] et in ejus terminiis, quam tenet P. de Fano Jovis, quod dominium et seniorivum tenet injuste dominus rex, quod pertinet ad ipsos ratione successionis et donationis sibi factæ. Item petit campum unum qui est in terminio de Fonte Vivo, ad Podium Peironel, quem tenet R. Abban ex dono domini regis. Item petit dominium et ea quæ pertinent ad J dominium in duabus domibus et duobus hortis in castro de Vilarzello, quas domos ipse tenet cum uno de dictis hortis, alium tenet B. de Quint, qui fuerant B. de Brugeria et Matildis. Item dicebant dictus magister P. et Raymundus Chatmarii, fratres, quod B. de Brugeria, de Vilarzello, et Matildis, proavia sua, habebant quædam bona in terminio Talabuxi[7] et Villæ Martini[8] in Redesio[9], tempore mortis suæ, quæ bona ad ipsos pertinent ex donatione K et successione ipsius, et fuerunt occupata per gentes domini regis post guerram vicecomitis,

[1] La Livinière, Hérault, c[on] Olonzac.
[2] Rieux-Minervois, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[3] Villelongue, Aude, c[on] Alzonne, c[ne] Saint-Martin-le-Vieil. *Ibi olim abbatia, diœc. Carcassonensis.*
[4] *Vide anni 1226 chartam, apud Mahul* (Cartul. de Carcassonne, I, 311) *editam.*
[5] *Vide supra, p.* 671, *not.* 5.
[6] Villarzel-Cabardès, Aude, c[on] Conques.
[7] Saint-Pierre-de-Taillebois, *in Cassiniana mappa, juxta* Lauraguel, Aude, c[on] Alaigne.
[8] Villemartin, Aude, c[on] Limoux, c[ne] Gaja-et-Villedieu.
[9] Le Razès, *Narbonensis pagi regio, cujus caput olim* Rennes, *postea autem* Limoux.

IMPRIMERIE NATIONALE.

pro faidimento Bertrandi Malpuel et fratrum suorum, qui ea detinebant injuste. Unde pete- A
bant sibi restitui dicta bona, quæ tenent pro parte J. de Joya et pro parte Trencavellus ex dono domini regis. Nos autem, visis petitionibus prædictis, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus dictos P. et Raymundum, quoad partem quæ contingebat Matildim, esse restituendos, quantum ad alia petita repellentes eosdem, quantum pertinet ad dominum regem. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, qua- B
tenus illam partem dictam Matildim contingentem, si rex tenet, restituatis eisdem, salvo tamen domino regi jure proprietatis, quoties sibi placuerit in judicio experiri, prædictis magistro P. et Raymundo, fratre suo, in sua possessione nichilominus remansuris donec succubuerint, si contingat; ita tamen quod, si vobis constiterit prædictam partem fuisse datam alicui in assisia nominatim vel etiam computatam de mandato domini regis, cum pos- C
sessore vel cum petitore, prout melius poteritis, componatis. Quod si non inveneritis, reservamus prædictis actionem contra quoscumque extraneos possessores, quoties voluerint et de jure potuerint in judicio experiri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense februarii.

92. DOMINA JACOBA, FILIA ET HERES DOMINI P. DE MESUA. D

P. 201. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Domina Jacoba, filia et heres domini P. de Mesua[1] quondam, petit sibi restitui quatuor mille solidos malgoriensium, nomine dotis Azelasiæ, quondam matris suæ, de bonis paternis, et jus seu demandamentum quod dominus Berengarius de Cautio[2], quondam avus maternus ipsius, habebat in castro de Cautio, quod jus seu demandamentum erat dotale dictæ matri suæ, cujus ipsa est heres. Item petit totam terram dicti E
patris sui quondam, quam dominus rex detinet occupatam, ut dicit, scilicet medietatem castri de Cautio, et jus quod habebat in castro de Cautio, de Pedenatio, et in castro de Nefiano[3], et eorum suburbiis et territoriis. Castrum vero de Nefiano tenet modo uxor quondam P. de Insula ex dono domini regis. Post occupationem vero terræ, dominus rex assignavit in locis certis dicto P. de Mesua, patri suo, quatuor viginti libras malgoriensium in redditibus F
annuatim, quos percipiebat dominus P. de Mesua tempore mortis suæ. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, quia probatur quod pater ipsius Jacobæ fuit faiditus et exheredatus tempore comitis Montis Fortis ac etiam contra dominum regem in prima guerra comitis Tolosani[4], idcirco ipsam, quantum ad bona paterna petita, duximus repellendam. Item quod[5] jus seu demandamentum quod habebat Berengarius de Cautio, avus maternus agentis, G
fuisse dotale factum matri ejusdem nullo modo probatur, ideo similiter quantum ad istum articulum petitionem ipsius non duximus adimplendam, restituentes nichilominus eandem, secundum formam inquisitionis nostræ, ad quartam illius portionis dictæ summæ dotalis, quam esset habitura ab intestato, vel ad bona paterna pro dote obligata, si rex tenet. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus dicta bona H
paterna aliter obligata, si rex tenet, restituatis eidem, vel pro illa quarta parte pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Quantum vero ad donationem propter nuptias, prædictam duximus excludendam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

93. BERENGARIUS, DOMINUS DE CAUTIO. I

P. 203. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Berengarius, dominus de Cautio[6], petit sibi restitui partem illam quam idem Berengarius habebat in castro de Cautio, tam in dominiis quam in proprietatibus et ejus districtu, quibus curia domini regis, scilicet Petrus Senglaris, tunc senescallus, eum spoliavit injuste. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictum Berengarium, secundum formam inquisitionis nostræ, ad petita invenimus esse restituendum. Unde J
vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus rem petitam, si rex tenet, restituatis eidem, non obstante quod idem Berengarius dicitur fidejussisse pro Emenone de Fontesio[7], qui contra suam permissionem domino regi se opposuit, cum dominus rex ob hoc solum nolit ipsum a sua petitione repelli, tum quia non probatur quod fidejussit pro eodem sub suorum commissione bonorum, tum quia terra dicti Emenonis ad K
dominum regem ex confiscatione pervenit; salvo tamen domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipso Berengario in possessione nichilominus remansuro donec

[1] Mèze, Hérault, arr. Montpellier.
[2] Caux, Hérault, c^on Pézenas.
[3] Pézenas, Hérault, arr. Béziers. — Neffiès, Hérault, c^on Roujan.
[4] *Id est ante Parisiense fœdus, anno 1229 pactum.*
[5] *Fort. corrig.* quia.
[6] *Vide supra, p. 621, Ludovici IX litteras.*
[7] Fontiès, Aude, c^on Capendu.

A succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

94. ARSENDIS, UXOR QUONDAM RAYMUNDI GUILHELMI, DE PINIANO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Arsendis, uxor quondam Raymundi Guilhelmi, de Piniano[1], petit P. 205.
sibi restitui medietatem pro indiviso firmanciarum et justitiarum et mixti imperii et venationem
B castri de Mercorolio[2], cum suis pertinentiis, qua se et suos dicit a ballivis domini regis spoliatos injuste, quam etiam dominus Odo de Insula tenet ex assisia domini regis. Item petit cavallarium[3] sive feudum quod Arnaudus de Sancto Amantio habebat apud Murum Veterem[4] et in ejus terminiis a dicto marito suo quondam, cujus est heres, a dicto Arnaudo venditum et a regalibus indebite occupatum. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta,
C dictam Arsendim, secundum formam inquisitionis nostræ, ad cavallarium simpliciter, necnon ad minores justitias et venationes petitas, invenimus esse restituendam, si rex tenet, ita tamen quod, si vobis constare potuerit easdem justitias et venationes occupasse et tenuisse comitem Montis Fortis vel suos, de eisdem nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel
D nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicenalis, postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveneritis prædictas justitias et venationes tenuisse, dictæ Arsendi restituatis easdem una cum cavallario prædicto, si rex tenet, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipsa in possessione nichilominus remansura donec suc-
E cubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Quod si non inveneritis ipsas justitias et venationes esse de antiquis acquisitis dicti comitis vel suorum, nec data esse in assisia, prout dictum est, reservamus dictæ Arsendi de omnibus præmissis, de istis videlicet et de cavallario, actionem contra extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Quantum vero ad cetera petita, eandem duximus repellendam. Datum anno Domini millesimo
F ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

95. BERTRANDUS, HOSPITALARIUS PAUPERUM DE CAPITE STAGNI.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Bertrandus, hospitalarius pauperum de Capite Stagni[5], petit P. 207.
unum campum in terminio de Celiano, in loco qui dicitur ad Claperium, legatum dicto hospitali a Berengario Robaudi, fratre ejusdem domus; item alium in eodem terminio, donatum
G eidem a Petro Raymundi Juerii; quos petit cum fructibus. Primum tenuit dominus rex per sexdecim annos et amplius, et habuit secundum magis et minus annuatim quinque sextarios bladi, secundum per sex annos, et habuit inde per annum duos sextarios. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictum hospitale, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus ad petita esse restituendum. Unde vobis mandamus quatenus petita dicto
H hospitali restituatis, si rex tenet, fructibus exceptis dumtaxat. Si vero rex non tenet, quia idem dominus rex aperto responso, in præsenti inquisitione, declaraverit quod non fuit intentionis suæ dare bona et jura ecclesiarum et religiosorum, et quod ipsa dare non poterat nec volebat, ideo ipsum ad possessorem duximus remittendum; mandantes de possessore in foro competenti sibi exhiberi justitiæ complementum. Si autem contigerit prædicta a domino
I rege recuperare dictum hospitale, videlicet si rex tenet, ad manum suam restituatur, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, dicto hospitali in possessione remansuro donec succubuerit, si contingat. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

96. HUGO DE PEDENATIO.

J Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Petit Hugo de Pedenatio[6], filius et heres dominæ Comdors, P. 209.
uxoris quondam P. de Pedenatio, de Portairanicis[7], sibi restitui totum castrum de Monte Albo[8] cum ejus pertinentiis, et Bastidam[9] cum suis juribus et pertinentiis, et furnum de Pedenatio, et omnia jura quæ habebat in castro de Pedenatio et ejus terminiis dominus Stephanus de Serviano[10], avus quondam maternus ipsius Hugonis, et leudam quam idem dominus

[1] Pignan, Hérault, c[on] Montpellier.
[2] Mourcairol, Hérault, c[on] Saint-Gervais, c[ne] les Aires.
[3] *Cod.* cavallarivum, *hic et infra non semel.*
[4] Murveil, Hérault, arr. Béziers.
[5] Capestang, Hérault, arr. Béziers.
[6] Pézenas, Hérault, arr. Béziers.
[7] Portiragnes, Hérault, c[on] Béziers.
[8] Montblanc, Hérault, c[on] Servian.
[9] La Bastide, Hérault, c[on] Pézenas, c[ne] Tourbes.
[10] Servian, Hérault, arr. Béziers.

Stephanus habebat in camino de Sancto Tiberio[1], et dominium quod habebat in castro de A
Podio Moicione[2], et quidquid habebat in castro de Bociano[3], et vineam de Combacio, et quartum cujusdam vineæ juxta prædictam vineam. Quæ omnia domina Comdors et dictus P. de Pedenatio pro ipsa tenebant in pace, donec Petrus Singlaris, tunc senescallus Carcassonæ et Biterris, dictam Comdors et dictum P. de Pedenatio spoliavit de prædictis injuste, ut dicit; vel saltem tria millia solidos pro dote dictæ matris, pro qua dictus Stephanus obli- B
gavit quondam Raymundo Guilhelmi, marito ejus, castrum de Monte Albo. Et quoniam per inquisitionem invenimus castrum de Monte Albo fuisse obligatum Raymundo Guilhelmi, marito Comdors, et quod idem Stephanus fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis et mortuus in ejusdem comitis prisione, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus, si vobis constare potuerit dictum castrum de Monte Blanco C
occupasse et tenuisse comitem Montis Fortis vel suos ante tempus obligationis prædictæ, nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de restitutione seu speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis, postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos propter faidimentum illius temporis non inveneritis dictum castrum D
tenuisse, dicto Hugoni, quem ad dictum castrum, pro dote matris suæ prædicta obligatum, restituendum invenimus, illud, si rex tenet, restituatis eidem, vel sibi pro rata castri quam rex tenet pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Quod si non inveneritis, nec esse de antiquis acquisitis comitis vel suorum, reservamus dicto Hugoni actionem contra quemlibet extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Quantum vero ad E
cetera petita, in ejusdem Hugonis petitione contenta, ipsum duximus repellendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

97. SICARDUS DE AUZERIA.

P. 212. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Sicardus de Auzeria[4], pro se et uxore sua Sibiuda, filia quondam Stephani de Viacio[5], dicit quod dictus Stephanus obligavit tres campos in terminio Sancti F
Genesii de Fontazecha quibusdam hominibus de Biterris, quibus postea de hæresi convictis, curia domini regis occupavit dictos campos, et postea dedit domino P. de Insula cum aliis in assisia. Unde petit dictos campos sibi restitui, si fructus percepti sufficiunt ad liberationem, paratus reddere si quid deest. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, prædictum Stephanum, secundum forman inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendum ad G
dictos campos, si fuerint perceptione fructuum liberati. Unde, ex potestate a domino rege nobis concessa, vobis mandamus quatenus, si vobis constare potuerit ipsos campos esse perceptione fructuum liberatos, ipsos dicto Sicardo, parato solvere si quid deest, restituatis, si rex tenet, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipso in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non H
tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

98. BRAIDA, MARQUESIA ET GAYA, FILIÆ QUONDAM G. DE ASELLANO.

P. 213. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Braida, Marquesia et Gaya, filiæ quondam G. de Asellano[6], domini quondam ejusdem castri, petunt sibi solvi quatuor mille et quingentos solidos malgoriensium, nomine dotis Alasaicis, matris earum quondam, cujus sunt heredes, pro quibus I
bona dicti patris erant obligata matri earum prædictæ, quæ bona dominus rex tenet. Et quoniam per inquisitionem invenimus quod mater agentium decessit ante gratiam vicecomitis, de qua pater eorum extitit faiditus, et quod bastidam de Cadiraco[7] pro dote matris agentium obligatam tenuit et possedit G. de Pontis[8], miles comitis Montis Fortis, idcirco, ex potestate nobis a domino rege concessa, vobis mandamus quatenus, si cetera bona patris J
matri agentium obligata tenuit comes Montis Fortis et acquisivit, vel sui, de illis nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de speciali gratia et expressa facta a domino rege vel a comite memorato, vel nisi cucurrerit præscriptio vicennalis contra dominum regem postquam venit in dominium hujus terræ. Quod si non inveneritis, dicta bona taliter obligata prædictis Marquesiæ, Braidæ et Gayæ, si rex tenet, restituatis, vel sibi, pro rata bonorum quæ K
rex tenet, pecuniam persolvatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Quod si non inveneritis ipsa data esse in assisia nec esse de antiquis acquisitionibus comitis prædicti vel suorum, reservamus

[1] Saint-Thibéry, Hérault, c^on Pézenas.
[2] Puimisson, Hérault, c^on Murviel.
[3] Bassan, Hérault, c^on Béziers.
[4] Lauzière, Hérault, c^on Lunas, c^ne Octon.
[5] Vias, Hérault, c^on Agde.
[6] Azille, Aude, c^on Peyriac-Minervois.
[7] Cadirac, Hérault, c^on et c^ne Olonzac.
[8] *Fort. leg.* Pontisara.

A eis actionem contra extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi.
Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

99. CONSULES DE ROJANO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Consules de Rojano[1] dicunt quod, cum homines de Rojano tam P. 215.
comiti Montis Fortis quam domino regi dedissent longo tempore triginta libras malgorien-
B sium tantum pro tallia annuatim, dominus Guilhelmus de Ulmellis, tunc senescallus, auxit
dictam talliam in decem libras, quam postea continue persolverunt, et appellantes a gra-
vamine ad dominum regem non fuerunt admissi; unde petunt ad pristinam formam reduci.
Item petunt causas pecuniarias et minorum justitiarum audiri apud Rojanum, sicut fieri
consueverat, donec dominus rex partem habuit cujusdam militis faiditi, cum modo pro re
C minima ad Pedenatium[2] trahantur. Item dicunt quod coguntur injuste suorum contractuum
facere instrumenta apud quemdam notarium, cui quidam senescallus hoc vendidit et con-
cessit, cum antea apud quos vellent facere possent instrumenta. Et quoniam per inquisitionem
invenimus talliam triginta librarum tempore comitis Montis Fortis impositam et tempore
domini regis per decem annos vel duodecim fuisse solutam, donec Guilhelmus de Ulmellis
D auxit talliam in decem libras, sed quia super hoc fuit mota quæstio et causa diutius agi-
tata et pro rege contra prædictos lata sententia, nec invenimus eam fuisse latam contra jus
constitutionis, et ideo transiit in rem judicatam; quia tamen appellaverunt ab ea, sed minis
et terroribus inveniuntur a testibus ad renunciandum fuisse compulsi, nolentes ex hac vio-
lentia domino regi aliquod emolumentum accrescere, pro salute domini regis, viam tutiorem
E eligentes, eos ad appellandum restituimus, præcipientes causam appellationis audiri et man-
dantes maturum fieri justitiæ complementum. Quantum vero ad causas pecuniarias et mino-
rum justitiarum, quia pro agentibus non invenitur quidquam fuisse probatum, et similiter
quantum ad notarium, quia super hoc petitionem editam prosequi non curarunt, peti-
tionem eorum non duximus adimplendam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo
F sexagesimo secundo, mense maio.

100. SENTILLA ET ALQUERIUS DE CORNELIANO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Sentilla et Alquerius de Corneliano[3] proponunt se esse dominos P. 218
pro indiviso castri de Corneliano, pro quo faciunt domino regi albergam novem militum
annuatim, et in exercitu eum sequuntur, et cum tempore vicecomitum omnem juridictionem
G et merum imperium in dicto castro ipsi et eorum antecessores haberent et pacifice possi-
derent, curiales domini regis usurpaverunt sibi omnem juridictionem in milites et majores
justitias dicti castri, quarum occasione impediunt dictos dominos de aliquo delicto cogno-
scere, in quo sanguis quoquo modo, etiam sine telo et gladio, inveniatur effusus, ita quod,
etiam ex quo talis invenitur effusio, de injuriis aliis in eodem facto vel rixa commissis eos
H cognoscere non permittunt. Possessiones etiam in castro vel territorio castri sitas eis prohi-
bent recognosci, et cum alienantur ab eisdem laudari, nisi facta olim earumdem recognitio
doceatur. Eosdem etiam in tallia quæ domino regi solvitur annuatim conferre compellunt.
Unde petunt super his sibi justitiam exhiberi. Cum igitur per inquisitionem constiterit quod
comes Montis Fortis et dominus rex post eum exercuerunt majores justitias in dicto castro,
I et quod domini de Corneliano tempore comitis Montis Fortis et tempore domini regis pro
possessionibus suis ad talliam contulerunt; item quia de recognitionibus possessionum et
laudimio nichil invenitur in dictis testium pro agentibus productorum quod faciat plenam
fidem, et curia domini regis, facta recognitione a militibus quod quidquid habebant in castro
de Corneliano et ejus tenemento tenere debebant a domino rege et prius tenuerant a vice-
J comite, non absurde præcepit agentibus quod nunquam compellerent aliquem militem dicti
castri sibi facere aliquam recognitionem de possessionibus ipsorum militum, nisi expresse
et manifeste ostenderent quod a prædictis agentibus tenerentur; rursus quia milites in
nostra præsentia constituti constanter asseruerunt juridictioni agentium se in nullo debere
subesse, attendentes quod de jure privatorum, si fuerit in dubium revocatum, ad nos non
K pertinet diffinire, præsertim cum dicti milites inquisitioni nostræ non se subjecerint; idcirco
petitionem agentium, quantum ad præmissos articulos pertinet, non duximus adimplendam.
Volumus tamen quod, si prædicti agentes velint contra milites de juridictione contendere,
quod eis fiat maturum justitiæ complementum, et mandamus quod, si per sententiam ob-
tinuerint agentes contra milites, quod curia domini regis non impediat quominus coram

[1] Roujan, Hérault, arr. Béziers. — [2] Pézenas, Hérault, arr. Béziers. — [3] Corneilhan, Hérault, c[on] Béziers.

ipsis agentibus debeant iidem milites, manentes sub juridictione agentium, in personalibus A actionibus respondere. Inhibemus etiam, ex potestate nobis a domino rege concessa, quod dicti agentes non impediantur cognoscere de sanguine fuste, ferro, vel lapide non excusso, ac etiam de injuriis et aliis in eodem facto vel rixa commissis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

101. BERENGARIUS DE BOTENACO. B

P. 221. Nobili viro, *etc., ut supra*. Berengarius de Botenaco [1] petit sibi restitui castrum de Canois [2], cum suis terminiis, quo Guilhelmus de Ulmellis, tunc senescallus Carcassonæ, sine ulla occasione expoliavit Petrum Arnaudi, de Botenaco, fratrem ipsius, possidentem illud, tanquam sibi obligatum pro quingentis solidis, quos eidem fratri debebat ex causa legati patris sui, dicens pignus fore perceptione fructuum liberatum. Et quoniam ex dicto unius testis colli- C gitur quod Arnaudus de Botenaco, pater agentis, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et quod Berengarius de Botenaco, agens, fuit faiditus in ultima guerra comitis Tolosani [3], et colligitur ex dicto unius de testibus agentis quod castrum de Canois fuit occupatum per gentes domini regis in guerra ultima comitis supradicti; nolentesque per semiplenas probationes aliquem suo jure privari, mandamus quatenus, si vobis constiterit comitem Montis D Fortis vel suos occupasse et tenuisse castrum de Canois, vel dictum Berengarium cecidisse a possessione ejusdem castri ante guerran ultimam comitis Tolosani, ac ipsum castrum fuisse a domini regis gentibus occupatum, nichil omnino reddatis, nolentes occupationem quam factam fuisse constiterit in tempore comitis Montis Fortis debere nocere, si appareat de restitutione vel gratia speciali facta a domino rege vel a comite memorato, vel adversus domi- E num regem cucurrisse præscriptionem vicennalem, postquam ipse vel inclitæ recordationis pater suus venit in dominium hujus terræ. Quod si [4] de occupatione facta in tempore comitis Montis Fortis, vel quod ante guerram ultimam comitis Tolosani, ut dictum est, a possessione ceciderit, vobis, ex potestate a domino rege nobis concessa, mandamus quatenus petita restituatis agenti, si rex tenet, et constiterit pignus esse a possessione fructuum liberatum, F salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipso in possessione remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc*. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

102. ARNAUDUS DE NARBONA.

P. 223. Nobili viro, *etc., ut supra*. Arnaudus de Narbona, pupillus, et tutores ejus pro ipso petunt G sibi restitui bona et jura quæ domina Ermissendis, filia quondam Bernardi de Biterris, militis, uxor quondam P. R. de Narbona, militis, patris Arnaudi prædicti, dicto viro suo legavit, quidquid scilicet dicta domina habebat in Biterri, Lespiniano et Venres [5] et eorum terminiis, quæ omnia curia domini regis occupavit injuste et postea dedit et concessit aliis qui ea possident, præter domum de Turri apud Biterrim, quam tenet adhuc dominus rex, H juxta domum archiepiscopi Narbonensis. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, prædictum Arnaudum quantum ad mansum petitum penitus repellentes, ex potestate nobis a domino rege concessa, mandamus quatenus cetera bona dicto Arnaudo restituatis, si rex tenet, dummodo vobis constare non potuerit ipsa bona occupasse et tenuisse comitem Montis Fortis vel suos, quo casu nichil omnino reddatis, nisi posset apparere de I restitutione seu speciali gratia et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur adversus dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis postquam venit in dominium hujus terræ, aut nisi aperte constaret occupationem bonorum prædictorum tempore prædicti comitis factam fuisse sola occasione faidimenti Pontii de Cautio primi mariti dictæ Ermessendis. Nos enim occupationem ex hujus causa factam restitutionem J petitorum nolumus impedire, salvo domino regi, si prædictum Arnaudum ad præmissa contingat restitui, jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, dicto Arnaudo postquam fuerit restitutus, si restitui contigerit, in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc*. Quod si non inveneritis nec etiam prædicta bona, prout præmisimus, esse de antiquis acquisitionibus dicti comitis vel suorum, re- K servamus dicto Arnaudo actionem contra extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

[1] Boutenac, Aude, c^on Lézignan.

[2] Canors, *in Cassiniana mappa juxta* Luc-sur-Orbieu, Aude, c^on Lézignan.

[3] *Anno 1242.*

[4] *Subaudi* constiterit.

[5] Lespignan et Vendres, Hérault, c^on Béziers.

A 103. PICTAVINUS, PRIOR CAMBONI.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Pictavinus, prior Camboni[1], petit sibi restitui jura pertinentia P. 225.
in terminio de Pulchro Visu et de Lareto et de Garmasia et de Alignano et de Riuterio[2] et
de Cambellis ad prioratum de Cambono, quæ bona prædecessor suus, P. de Claro Monte,
pignori obligavit Isarno B., de Fano Jovis[3], pro tribus mille solidis malgoriensium, quæ bona
B dominus rex vel alius pro eo pro hæresi dicti Isarni B. detinet occupata. Et quoniam per
inquisitionem invenimus, quantum ad bona et jura pertinentia ad prioratum Camboni in
castro de Pulchro Videre, quod ea fuerant obligata Isarno B. ante adventum comitis Montis
Fortis, cum aliis bonis et juribus pertinentibus ad dictum prioratum in villa de Lareto et de
Garmasia et de Alignano et de Riuterio et de Comellis, Isarno Bernardi, pro tribus millibus
C solidis malgoriensium, et quod ex dono perfectæ donationis debebat idem Isarnus lucrari
fructus, ita quod essent sui, nec debebant computari in sortem, nec tamen constitit nobis
quod idem Isarnus de rebus obligatis fructus aliquos percepisset. Invenimus etiam quod monasterium Crassense dicta bona de Bello Videre recuperavit et tenuit toto tempore comitis
Montis Fortis; post cujus recessum ea recuperavit Isarnus Bernardi, quo pro crimine hæ-
D resis immurato, ballivi domini regis, cum ceteris bonis prædicti Isarni, dicta bona de Bello
Videre occuparunt; sed tamen, quia cetera bona curiales domini regis occupaverunt, nichil
invenitur omnino probatum, quia tamen prædicta bona et jura de Bello Videre dicitur tenere
Trencavellus ex dono domini regis, mandamus vobis, authoritate domini regis nobis in hac
parte commissa, quatenus de eodem Trencavello et de aliis possessoribus rerum aliarum
E prædicto priori exhibeatis maturum justitiæ complementum, non obstante si aliqui dicta
ex dono domini regis habere se dicant, præsertim cum in negotio inquisitionis nostræ dominus rex aperto responso declaraverit quod non fuit intentionis suæ dare bona et jura
ecclesiarum, et quod ea dare non poterat nec volebat. Datum anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

F 104. AUSTORGA, UXOR AMELII DE PETRIACO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Austorga, uxor Amelii de Petriaco[4], petit bona dotalia sibi P. 228.
reddi, quæ dominus rex vel sui cum bonis dicti mariti sui qui fuerat de hæresi inculpatus
occupavit injuste, ut dicit. Bona autem dotis prædictæ sunt ad Azillanum et Durum Fortem
et Caunetas et apud Montem Regalem[5]. Item petit duo millia solidos malgoriensium, pro
G augmento dotis suæ sibi facto a dicto marito suo, pro quibus obligavit ei medietatem omnium bonorum et dominationem quam habebat in castro de Trenciano et in suis terminiis,
quæ bona tenet dominus P. de Grava occasione quia dictus maritus in villa de Caunis cum
aliis militibus fuit captus tunc occasione hæresis. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictam Austorgam, secundum formam inquisitionis nostræ, ad dotem suam
H invenimus esse restituendam, necnon ad donationem propter nuptias ad vitam suam tenendam. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus dicta bona dotalia, si rex tenet, restituatis eidem, salvo jure proprietatis domini regis,
quoties voluerit in judicio experiri, ipsa in ipsorum bonorum dotalium possessione remansura donec succubuerit, si contingat. Verum, quia invenitur probatum quod G. Petri, de Pe-
I triacho, pater Amelii, fuit faiditus tempore comitis Montis Fortis, et idem Amelius in guerra
vicecomitis, authoritate prædicta, similiter mandamus quatenus, si constare potuerit bona
pro donatione obligata comitem Montis Fortis vel suos acquisisse et possedisse propter faidimentum, de illis bonis propter donationem obligatis nichil omnino reddatis, nisi posset
apparere de speciali gratia facta et expressa a domino rege vel a comite memorato, vel nisi
J apparuerit cucurrisse adversus dominum regem præscriptio vicennalis, postquam venit in
dominium hujus terræ. Quod si dictum comitem vel suos præmissa non inveneritis tenuisse
propter faidimentum illius temporis, præfata bona, taliter pro donatione obligata, si rex tenet, ad vitam suam, ut dictum est, restituatis, vel pro rata bonorum quæ rex tenet pecuniam
persolvatis, proviso quod de bonis tradendis ad vitam, vel de pecunia, si sibi propter hoc
K fuerit persoluta, restituendis domino regi post ipsius decessum recipiatis idoneam cautionem.

[1] Camon, Ariège, c[on] Mirepoix. *Ibi sedes cujusdam prioratus Crassensi monasterio subjecti.*

[2] Belvèze, Gramazie, Alaigne, et Routier, Aude, c[on] Alaigne.

[3] Fanjeaux, Aude, arr. Castelnaudary.

[4] Peyriac-Minervois, Aude, arr. Carcassonne. — *De dictæ Austorgæ petitione, vide Exceptionum articulos* 93, 210, 353, 668 *et* 800.

[5] Azille, Aude, c[on] Peyriac-Minervois. — Durfort, Aude, c[on] Mouthoumet, c[ne] Vignevieille. — Caunettes-en-Val, Aude, c[on] la Grasse. — Montréal, Aude, arr. Carcassonne.

Si vero rex non tenet bona prædicta pro donatione obligata et quæ in dotem dicitur attu- A
lisse, *etc.* Si vero non inveneritis ea esse data in assisia, nec bona obligata pro præfata donatione esse de antiquis conquestibus comitis Montis Fortis vel suorum, reservamus sibi actionem contra quemlibet extraneum possessorem, mandantes sibi maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili.

P. 318. Specificet et probet bona de Monte Regali quæ dominus rex tenet, quæ fuerunt Galardi B
de Villa Traverio, avunculi sui, ei data in dotem, et restituentur ei simpliciter quoad possessionem, salvo jure proprietatis domino regi. — Item æstimentur et specificentur bona de Trenciano quæ dominus P. de Grava tenet[1], quæ fuerunt dicti Galardi, et si data fuerunt in assisiam, fiet quod mandatur, dicta donatione post obitum Austorgæ domino regi reversura, præstita satisdatione. C

P. 319. In nomine Domini nostri Jesu Christi, amen. Noverint universi, *etc.* « Nobili viro, *etc.* » Cujus authoritate mandati, nos prædicti executores, vice et mandato prædicti domini senescalli, prædictæ Austorgæ restituimus quoad possessionem bona infrascripta, sicut dominus rex hodie tenet, salvo jure domino regi in proprietate, de quorum confrontationibus constitit per Raymundum Vergerium, P. de Fontanis et B. Gras, de Monte Regali, testes juratos; et D
P. Gallardus, de Villa Traverio, dicta bona possidebat tempore mortis suæ, et hoc facimus, salvo jure suo dictæ dominæ Austorgæ in alienatis per castellanos vel baiulos domini regis ex quo ipsæ res ad manum domini regis devenerunt. Et ego Austorga prædicta in prædictis a domino rege et suis me habeo pro paccata, salvo michi jure meo in his quæ ab aliis possidentur. Bona autem prædicta, quæ nos executores prædicti prædictæ Austorgæ restituimus, E
ut prædictum est, sunt hæc : apud Montem Regalem et in terminiis ejus, videlicet quartum fructuum et dominium unius arpenti quod tenet P. de Sautes, in terminio de Villa Traverio. . . . Item quartum fructuum et dominium medii arpenti quod tenet P. de Rosers. . . Item quartum fructuum et dominium medii arpenti quod tenet P. Cavaerii. . . Item quartum fructuum et dominium medii arpenti quod tenent G. de Cambiure[2] et B. Puizel. . . Item F
quartum fructuum et dominium unius arpenti quod tenet P. de Sautes. . . Item quartum fructuum et dominium unius arpenti quod tenet Arnaudus Juliani. . . Item quartum fructuum et dominium medii arpenti quod tenent Arnaudus de Vilar et R. Boquerius. . . Item quartum fructuum et dominium medii arpenti quod tenet Petrus Arsac. . . Item quartum fructuum et dominium medii arpenti quod tenet Arnaldus de Fromiac. . ., *etc.* Prædictæ G
possessiones sunt in terminio de Villa Traverio[3]; quarum quædam sunt vineæ et quædam terræ, quarum terrarum et vinearum quartum fructuum et dominium restituitur dictæ dominæ Austorgæ. Item tertium fructuum et dominium quatuor sestariatarum terræ Montis Acutorum, in eodem terminio. . . Item tertium fructuum et dominium trium sestariatarum terræ in eodem terminio quam tenet B. Boquerii. . . Item tertium fructuum et domi- H
nium trium sestariatarum terræ in terminio Castri Veteris, in loco qui vocatur ad Cer, quæ quondam fuit B. et R. Dotra. . . Item duo sestaria frumenti censualia et dominium in quadam petia terræ quæ vocatur Quarantena, in terminio de Oronciano. Item una emina frumenti censualis et dominium unius horti, quam P. de Fontanas dabat pro servitio ipsius, qui hortus est in terminio de Villa Traverio. . . Item duas gallinas censuales et dominium I
duorum camporum in terminio de Villa Traverio, quas G. de Carrol dabat pro servitio ipsorum. Item albergam trium militum et unius servientis, quam B. de Conilaco et frater ejus faciunt propter quandam condaminam sitam in terminio de Villa Traverio. Item, heæ sunt proprietates dictæ dominæ Austorgæ, quæ sequuntur, in terminio de Villa Traverio : videlicet tres sestariatæ terræ. . . Item in terminio Sancti Petri tres sestariatæ terræ. . . J
Item in terminio de Villa Traverio tres quarteriatæ terræ. . . Item quædam terra quæ vocatur Quarantena. . . Item unum locale situm in opido Montis. . . Actum Carcassonæ, in testimonio G. de Carrol, Arnaudi Boneti et B. Rogerii, de Monte Regali, clerici, et mei G. Cerdani, notarii, qui hæc scripsi, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, sexto calendas aprilis, Ludovico rege regnante, et signavi. K

Adhuc de Austorgia, uxore Amelii de Petriacho. — Noverint universi quod, cum Guilhelmus de Tilio, castellanus Montis Regalis, de dicta terra dictæ Austorgiæ, uxoris dicti Amelii de Petriacho quondam, ei restituta de mandato dictorum dominorum inquisitorum domini regis, dedisset ad accapitum, pro domino rege Franciæ, personis infrascriptis, prædicti executores prædicta accapita restituerunt ipsis emptoribus, quæ dictus castellanus re- L
ceperat pro domino rege, videlicet Guilhelmo Raymundi, mercatori de Monte Regali, sexaginta solidos malgoriensium, et Raymundo de Cadarona quadraginta solidos malgoriensium,

[1] *Vide Mahul,* Cartulaire de Carcassonne, IV, 373.
[2] Cambieure, Aude, c[on] Alaigne.
[3] Villetravers, *alias* Valtravers, Aude, c[on] et c[ne] Montréal. *Vide Mahul,* Cartulaire de Carcassonne, III, 332.

A et Arnoldo Olerio et Bernardo Olerio, fratribus, et Pontio de Sanctis viginti solidos malgo-
riensium, et Raymundo de Bosco et Benedicto de Basser et Guilhelmo de Basser quinqua-
ginta solidos malgoriensium, et Arnaudo Durando et Guilhelmo Pinaut et Petro, filio ejus,
et Genser, uxori ipsius, recipienti pro ipsis, sexaginta solidos malgoriensium, et Arnaldo de
Esculens[1] tres solidos, et Petro de Calavo[2] quinque solidos. Et nos supranominati a domino
B rege et a suis et a vobis executoribus de prædictis summis omnibus nos habemus pro pac-
catis, exceptioni pecuniæ non numeratæ et doli et in factum [renunciamus], et perpetuum
pactum domino regi et vobis facimus de non petendo. Actum apud Montem Regalem,
anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, pridie idus januarii, rege Ludo-
vico regnante, in testimonio Guilhelmi Pontii, Arnaudi Boneti, Raymundi Roca, notarii,
C et mei Petri de Parisius, de Podio Nauterio, notarii publici domini regis, qui hæc scripsi et
signavi.

105. BLANCHA, UXOR QUONDAM PETRI GAUBERTI, DE LAURANO.

Nobili viro, *etc., ut supra*. Blancha, uxor quondam Petri Gauberti, de Laurano[3], petit de P. 231.
bonis mariti sibi restitui duo millia solidorum malgoriensium et duos ciphos argenti nomine
D dotis suæ, et mille solidos pro augmento nuptiali, pro quibus erant sibi obligata omnia
bona quæ dictus vir habebat apud Lauranum et apud Villare Longum et apud Rivum[4] et in
aliis locis, occupata diu est et saisita propter hæresim dicti viri. Item petit alios mille solidos,
pro quibus G. de Figueriis quondam, pater ipsius[5], dedit ipsi Blanchæ bona et jura quæ
habebat apud Caunas[6] et apud Briex et apud Campum Longum[7] et in eorum terminiis,
E quæ bona curia domini regis occupavit ob culpam viri prædicti. Item dicit quod Alazaicis
Gauberta, quondam socrus ipsius Blanchæ, legavit in suo testamento Arnaudo et Hugoni,
filiis ejusdem Blanchæ, omnia bona mobilia et jura quæ habebat in villis de Cucciaco et de
Malaco[8] et in eorum terminiis; legavit etiam dicta Alazaicis, socrus, Alazaici et Girmundæ,
filiabus ejusdem Blanchæ, una cum dictis filiis, omnia bona et jura prædicta, quæ petit no-
F mine liberorum suorum prædictorum; sed quoniam per inquisitionem invenimus quod pater
et maritus agentis fuerunt faiditi tempore comitis Montis Fortis, antequam dicta Blancha
prædicto Petro Gauberti fuisset matrimonialiter copulata, et quod pater agentis in guerra de
Cabareto[9] contra dominum regem extitit faiditus antequam bona sua, superius scripta, pro
mille solidis pignori obligasset, qui restabant de ipsius Blanchæ dote promissa solvendi, et
G quod maritus agentis in guerra Trencavelli faiditus extitit, et postmodum apud Narbonam
pro crimine hæresis immuratus, antequam prænominata Aladaicis Gauberta liberis ejusdem
Blanchæ legata de quibus agitur reliquisset; idcirco, authoritate domini regis nobis in hac
parte commissa, vobis mandamus quatenus filiæ quæ superest ex dicta Blancha, defuncta,
sicut asseritur, quam restituendam invenimus ad quartam partem ejus portionis quam habi-
H tura esset de duobus millibus solidis malgoriensium et duobus ciphis argenteis, pro quibus
erant obligata præfatæ Blanchæ omnia bona quæ maritus ipsius habebat apud Lauranum,
apud Villare Longum et apud Rivum et in aliis locis, si rex tenet, restituatis eidem, vel pro
rata bonorum quæ rex tenet pecuniam persolvatis, nisi vobis constare potuerit prædicta
bona, taliter obligata, tenuisse comitem Montis Fortis vel suos propter faidimentum illius
I temporis, quo casu nichil omnino reddatis, nisi appareret de restitutione seu speciali gratia
et expressa facta super his a domino rege vel a comite memorato, vel nisi inveniretur ad-
versus dominum regem cucurrisse præscriptio vicennalis, postquam venit in dominium hujus
terræ. Si vero rex non tenet, *etc.* Quod si non inveneritis esse data in assisia nec esse de
acquisitis dicti comitis, reservamus actionem dictæ filiæ contra extraneos possessores, man-
J dantes sibi maturam justitiam exhiberi, eadem filia et fratribus suis, quantum ad cetera in
superius scripta petitione contenta, prorsus exclusis. Datum anno Domini millesimo ducen-
tesimo sexagesimo secundo, mense maio.

106. CONSULES SUBURBII CARCASSONÆ[10].

Nobili viro, *etc., ut supra*. Consulum suburbii Carcassonæ pro universitate ejusdem sub- P. 235.

[1] Escueillens, Aude, c[on] Alaigne.
[2] Cailhau, Aude, c[on] Alaigne.
[3] Laure, Aude, c[on] Peyriac-Minervois. — *Conf. Exceptionum articulos* 234, 297, 439, 695 *et* 904.
[4] Villarlong, Aude, c[on] Conques, c[ne] Villarzel-Cabardès. — Rieux-Minervois, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[5] *In Exceptionibus* (§ 234, 297, 439 *et* 904) *Blanchæ pater Guillelmus Sigarii dicitur.*
[6] Caunes, Aude, c[on] Peyriac-Minervois.
[7] Camplong, Aude, c[on] Lézignan.
[8] Cuxac-d'Aude, Aude, c[on] Coursan. — Mailhac, Aude, c[on] Ginestas.
[9] *Id est anno circiter 1228.*
[10] *Collatum cum cod. latino* 9996, *p.* 213, *circa annum 1270 exarato. — In hac sententia, cujus textus jam prodiit in* Histoire générale de Languedoc (*noviss. edit.*, VIII, 1495), *agitur de antiquorum civitatis Carcassonæ suburbiorum terminis, quæ suburbia annis 1209 et 1240*

IMPRIMERIE NATIONALE.

urbii recepimus quæstionem continentem quod nos hortos, localia et alias possessiones A
circumadjacentes civitati Carcassonæ hominibus ejusdem suburbii, qui eas possidebant et
habebant tempore motæ guerræ Trencavelli, restitui faceremus; præsertim cum dominus
rex olim mandaverit Johanni de Cranis, tunc temporis senescallo, quod restitueret homi-
nibus Carcassonæ possessiones et hereditates quas tenebant tempore motæ guerræ præ-
dictæ. Contra quos pro domino rege fuit excipiendo propositum quod, in revocatione ho- B
minum Carcassonæ ad pacem et in tractatu de loco eis ad inhabitandum assignato, fuit
inter homines ipsos et illos qui vicem gerebant domini regis in hac parte actum specialiter
et condictum quod, sicut includit via illa quæ tendit ab Atace versus Podium Sancti Ste-
phani, quæ includit cimeterium Sancti Stephani, et sicut inde progreditur per vetera fossata
exteriora usque ad fossatum vetus Sancti Michaelis; et inde sicut includit via fontis de C
Trutot et descendit requum de Sellano usque ad fontem Karoli Magni et usque ad hortum
canonicorum et usque ad flumen Atacis, per partem illam includendo omnes illos hortos
qui sunt citra fontem Caroli Magni, omnes possessiones remanerent domino regi, con-
sentientibus in hoc majoribus de suburbio antedicto, procuratoribus existentibus aliorum.
Ad quod fuit ex parte agentium replicatum quod in illa retencione fuit solummodo concor- D
datum de possessionibus retinendis domino regi quæ erant infra muros veteres ejusdem
suburbii, qui muri veteres se comportant a porta Atacis usque ad portam Amanlier, et a
porta Amanlier usque ad ecclesiam Beatæ Mariæ, includendo ecclesiam, et usque ad Sali-
num, et a porta Salini usque ad portam Feriniac, et a porta Feriniac usque ad portam
Prissani, et a porta Prissani usque ad ecclesiam Sancti Michaelis, et ab inde usque ad fon- E
tem de Trutot, et a fonte usque ad portam de Reses versus turrim Episcopi. Nos vero,
testibus ex utraque parte productis receptis, juratis et diligenter examinatis, eorumque
depositionibus redactis in scriptis, cum esset manifestum quod tam illi qui manebant infra
terminos proxime dictos quam illi qui extra manebant, quorum quidam erant majores
inter eos, omnes in expugnatione civitatis Carcassonæ communiter peccaverunt, et quod de F
loco ad inhabitandum, sumptibus domini regis acquisito, fuit omnibus indifferenter provi-
sum, propter quod totus situs antiquus burgi subversi in locum cessit plateæ sibi datæ, ac
etiam tempore dictæ guerræ de illis muris quos illi de suburbio veteres muros appellant
vix ulla vestigia nisi sola portalia apparebant, et quod in ambitu ipsius burgi erant alii
muri veteres et fossata, præter quandam clausuram novam et quasdam barrerias, quas illi G
de burgo fecerant in tempore dictæ guerræ; inde est quod de illis muris veteribus et clau-
suris totum burgum ambientibus magis videtur fuisse actum, si illi qui fecerunt retentionem
unquam fecerunt de muris veteribus mentionem. Propterea, consideratis depositionibus
illorum testium, quibus major authoritas suffragatur et qui dixerunt verisimiliora et negotio
aptiora, locis etiam ipsis diligenter inspectis, consideratis multis aliis rationibus quæ nos H
movere poterant et debebant, per hanc inquestam nostram declaramus totum burgum
veterem, prout ambitus ejusdem se comportabat, esse de retentione domino regi facta,
excepta nova clausura in tempore dictæ guerræ noviter constructa, quam non reputamus
debere in retentione censeri; declarantes ambitum burgi subversi ac terminos retentionis,
prout se comportabant muri veteres et fossata, quæ erant inter ecclesiam Beatæ Mariæ et I
ecclesiam Sancti Stephani usque ad portam Salini, et a porta Salini recta via quæ progre-
ditur ad fossata quæ tendunt ad Podium Sancti Michaelis, et abinde sicut fossata progre-
diuntur de supra fontem de Trutot, et abinde usque ad Petrariam, et a Petraria usque ad
viam quæ jungitur horto Vicecomitis, et deinceps sicut via illa progreditur inter barbacanam
et hortum senescalli et tendit ad locum ubi fuit domus Fratrum Minorum, et continuatur J
usque ad fossata prædicta, quæ sunt inter prædictas ecclesias Beatæ Mariæ et Sancti Ste-
phani. Unde pronunciamus quod liceat hominibus dicti suburbii habere et tenere hortos et
possessiones ad excolendum in aliis locis circumcirca civitatem, extra metas prædictas, ut
dictum est, domino regi retentas, nisi si qui fuerint principalis proditionis actores, quibus
non invenitur facta sibi a domino rege gratia specialis, quibus nolumus per hanc nostram K
sententiam commodum aliquod generare. Quare vobis mandamus, authoritate domini regis
nobis in hac parte commissa, quatinus hominibus dicti suburbii restituatis possessiones quas
ipsi vel eorum actores possidebant tempore motæ guerræ circumcirca civitatem, extra metas
prædictas, si quas tenet dominus rex ad manum suam, mandantes de aliis possessoribus ma-

subversa fuerunt. Ante enim annum 1209 civitatem circumdabant duo suburbia, Sancti Michaelis et Sancti Vincentii dicta, inter collem quo exstat civitas et Atacem flumen extensa. Anno 1209 unum Simon de Monte Forti, anno 1240 alterum Johannes de Bello Monte dirui jusserunt. Anno 1247 burgenses expulsos redire permisit Ludovicus IX rex; sed ne civitati ab iis aliquod gravamen inferri posset, locus in altera Atacis ripa, ubi nunc Carcassona recentior, redeuntibus faiditis assignatus est. Regio autem dominio addictum est antiquorum suburbiorum solum, quorum limites sententia quæ sequitur notati sunt. — Vide Vaissète, Hist. de Languedoc (*noviss. ed.*, VI, 785).

turam justiciam exbireri, non obstante, si allegaverint, concessione senescallorum sibi facta de possessionibus antedictis, nisi aliis deffensionibus legitimis valeant se tueri, quas volumus eis in omnibus esse salvas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio[1].

107. ERMENGAUDUS ET RAYMUNDUS BERENGARIUS, ET CLARA ET BERENGARIA, FILII QUONDAM RAYMUNDI BERENGARII, DE MURO VETERI.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Ermengaudus et Raymundus Berengarius, et Clara et Berengaria, filii quondam Raymundi Berengarii, de Muro Veteri[2], militis, petunt sibi restitui hereditatem paternam, quam, mortuo dicto patre eorum, curiales domini regis occuparunt in castro de Muro Veteri et aliis locis, eo quia Guilhelma, quondam mater eorum, quæ tenebat dictam hereditatem, ut tutrix, fuit de hæresi condemnata, pater tamen eorum fuerat catholicus et fidelis. Nos, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, prædictos liberos, secundum formam inquisitionis nostræ, ad bona paterna invenimus esse restituendos. Unde vobis mandamus, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, quatenus bona paterna petita, si rex tenet, restituatis eisdem; salvo tamen domino regi jure proprietatis, quoties voluerit in judicio experiri, ipsis in possessione remansuris donec succubuerint, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio. P. 240.

108. ENDIA, FILIA QUONDAM RAYMUNDI ROGERII, DE CARCASSONA.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Endia, filia quondam Raymundi Rogerii, de Carcassona, nomine Gaucelinæ, aviæ suæ, cujus est heres, petit quamdam domum in civitate Carcassonæ, juxta domum quam tenet Frotardus de Pena, quam domum dominus Guillelmus de Ulmeio abstulit dictæ Gauselinæ sine causa rationabili; unde petit eam sibi restitui, maxime cum dicta Gauselina et Endia et sui semper in civitate Carcassonæ fuerint, nec in aliqua culpa sint propter quam amittere debeant domum supradictam. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictam Endiam, nomine dictæ Gauselinæ, aviæ suæ, cujus heres extitit, secundum formam inquisitionis nostræ, ad dictam domum, si rex tenet, invenimus esse restituendam. Unde vobis mandamus quatenus dictam domum, si rex tenet, restituatis eidem, vel de valore sibi satisfieri faciatis, mandantes de possessore extraneo maturam justitiam exhiberi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio. P. 242.

109. GUIRAUDUS TREPATI, NOTARIUS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Petit Guiraudus Trepati, notarius, totam hereditatem quam Amblardus de Villa Longa[3] sibi in castro et terminiis de Lopiano[4] in Reddesio, diocesis Narbonensis, inter vivos donavit, quam etiam hereditatem ballivi domini regis occasione hæresis occuparunt et adhuc detinent, occupatam injuste, cum dictus Amblardus non fuerit pro dicto crimine hæresis condemnatus. Verum, quia per inquisitionem invenimus quod dictus Amblardus metu inquisitionis aufugit, vobis mandamus quatenus, si bona ejus ob hoc steterint in annotatione per annum, nichil omnino reddatis, si vero non steterint in annotatione per annum, cum is fuerit postmodum ab hoc crimine absolutus, si rex tenet, dicta bona restituatis petenti, salvo jure domini regis in proprietate, quoties voluerit in judicio experiri, ipso in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense aprili. P. 243.

[1] *Sequentem sententiam, in regesto omissam, in notis addere opportunum duximus, quam sententiam D. Vaissète* (*noviss. edit.*, VIII, 1497) *juris publici fecit:*
Nobili viro, etc. Conquesti fuerunt nobis servientes et alii qui in burgo novo Carcassonæ, ædificato inter civitatem et Audam, domos construxerunt, quas postmodum de mandato domini regis diruit senescallus ejusdem, etc. Nos vero, a singulis conquerentibus juramento recepto super valore propriarum domorum et super valore materiæ sive ruderum quæ ad eos pervenerant, ac similiter de æstimatione damni dati in destructione domorum, nichilominus inquisivimus de prædictis, non solum per testes productos ab agentibus, sed etiam per viros providos et fideles, in prædictis expertos. Inde est quod, vobis mandamus singulis personis inferius annotatis restitutiones fieri infra scriptas, videlicet Guillelmo Alvernici, constabulario, VI libras, domino Hugoni de Arsitio C solidos, abbati Villæ Longæ, pro fratre Theobaldo, monacho suo, LX solidos, Aymerico Marsendi, etc. Datum anno Domini MCCLXII, etc.

[2] Murviel, Hérault, arr. Béziers.

[3] Villelongue, Aude, c[on] Limoux.

[4] Loupia, Aude, c[on] Limoux.

110. RAINARDUS, FILIUS QUONDAM G. RAINARDI, DE COLUMBERIIS. A

P. 244. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Rainardus, filius quondam G. Rainardi, de Columberiis[1], pro
se et fratribus suis, petit medietatem quartæ partis hereditatis P. Eleti, quondam patrui
sui. Item dicit quod G. Guinardus tenebat pro medietate mansum de Verneria, sub domi-
natione ipsorum ad tasquam et usaticum annuum quatuor sestariorum, quæ curia domini
regis occupavit propter hæresim G. Guinardi, et petit restitui. Hoc idem dicit et petit de B
quibusdam possessionibus quas ab eis tenebant in castro de Rocabruno[2] et in ejus termi-
niis. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictum Rainardum, pro se et
fratribus suis, ad illam medietatem quartæ partis petitam, secundum formam inquisitionis
nostræ, invenimus esse restituendum. Unde, ex potestate nobis a domino rege concessa,
vobis mandamus quatenus illam medietatem quartæ restituatis eidem, si rex tenet, salvo C
jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipsis in possessione
remansuris donec succubuerint, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Quantum vero ad
ceteros articulos in petitione contentos, ipsos duximus repellendos. Datum anno Domini
millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

111. BONAFOS, UXOR QUONDAM DEODATI DE PUTAGOL, DE CERVIANO. D

P. 246. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Bonafos, uxor quondam Deodati de Putagol, de Cerviano[3],
dicit quod curia domini regis compulit maritum ejus prædictum ad dandum quartum de
quadam vinea quam tenebat in tenemento de Cerviano, in loco qui vocatur Belvezer, a
Raymundo Fredoli, milite, ad censum quatuor denariorum tantum, bonis dicti Raymundi
Fredoli commissis. Unde petit se ad censum consuetum reduci, amoto dicto quarto, et quod E
plus ab ea solutum est sibi reddi. Petrus Gasco, de Cerviano, facit similem petitionem,
dicens quod injuste compellitur dare quartum, cum antea daret tantum duos denarios pro
quarto vineæ quam habebat in dicto tenemento, sub dominatione dicti Raymundi Fredoli.
— Petrus Gasco, junior, facit similem petitionem de emina ordei, quam præstabat dicto
Raymundo Fredolo, coactus præstare quartum pro vinea quam habebat sub eodem domi- F
nio, in tenemento prædicto. — Jacobus Bobi facit similem petitionem pro alia vinea quam
habebat ibidem, de dicto acapito, sub censu annuo duorum denariorum. — Rostagnus de
Sancto Ægidio, de Cerviano, facit similem petitionem de emina ordei, de alia vinea sub
eodem dominio et in eodem tenemento. — Bernardus Rufi et Mainardus, fratres, faciunt
similem petitionem de una tasqua reducta ad duas per baillivos domini regis, de una G
petia terræ in eodem tenemento et eadem dominatione. — Item G. Doiallani, domicellus,
de Cerviano, petit sibi restitui quamdam condaminam apud Cervianum, in terminio de Bel-
vezer, et quartos et seignoriva et foriscapia in vineto juxta dictam condaminam, donata
olim Raymundo Fredolo, patri suo, ab Ermessendi, uxore quondam Gaucerandi de Capite
Stagni[4], et postmodum ei patri per curiales ablata, et probat donationem. — Et quoniam H
per inquisitionem invenimus Gaucerandum de Capite Stagno et Raymundum Fredoli et
Stephanum de Cerviano, patrem dictæ Ermessendis, fuisse faiditos et hostes ecclesiarum
tempore comitis Montis Fortis, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis
mandamus quatenus, si vobis constare potuerit prædictum comitem vel suos possedisse et
tenuisse dictam condaminam, prædicto Guilhelmo nichil de petitis restituatis, nec alios in I
suis petitionibus audiatis aut eisdem satisfacere curetis; alioquin, instrumentis donationis
factæ a dicta Ermessendi et aliis instrumentis de accapitis factis vobis exhibitis a prædicto
Raymundo Fredoli, dicto Guilhelmo prædictam condaminam, quartos et seignoriva resti-
tuatis, et alios possessores, tenentes terras et vineas, superadditis oneribus non gravetis,
nec ea a gentibus domini regis exigi permittatis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo J
sexagesimo secundo, mense maio.

112. PONTIUS PECHAIRE, DE CERVIANO.

P. 249. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Pontius Pechaire, de Cerviano, petit revocari et remitti duas
tasquas quas baillivi domini regis compellunt ipsum præstare ultra usaticum consuetum, pro
terra quam tenet in dicto loco de Belvezer a dicto Raymundo Fredoli. Et quoniam per K
inquisitionem invenimus Gaucerandum de Capite Stagno, et Raymundum Fredoli, et Ste-

[1] Colombières, Hérault, c^on Olargues.
[2] Roquebrun, Hérault, c^on Olargues.
[3] Servian, Hérault, arr. Béziers.
[4] Capestang, Hérault, arr. Béziers.

A phanum de Cerviano, patrem Ermessendis, fuisse faiditos et hostes Ecclesiæ tempore comi-
tis Montis Fortis, ex potestate nobis a domino rege concessa, vobis mandamus quatenus,
si vobis constare potuerit prædictum comitem vel suos possedisse et tenuisse dictam ter-
ram, prædictum Pontium non exaudiatis in sua petitione nec eidem satisfacere curetis;
alioquin, instrumentis donationis factæ a dicta Ermessendi et aliis instrumentis de accapitis
B factis vobis exhibitis, superadditis oneribus dictum Pontium non gravetis nec a gentibus
domini regis ea exigi permittatis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo
secundo, mense maio.

113. ABBATISSA MONASTERII ANONENSIS.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Abbatissa monasterii Anonensis[1], nomine Raymundæ de Capra- P. 250.
C ria[2], monialis, dicit quod domina Alazaicis de Casulis[3], mater dictæ Raymundæ, donavit
eidem omnes redditus provenientes ex censibus et agriculturis quæ habebat in castro de
Podio Sorigario[4] et suis terminiis, quæ bona dominus rex tenet ad manum suam, et petit
illa. Et quoniam per inquisitionem invenimus quod Alazaicis, cujus bona petuntur, fuit
immurata post dictam donationem, sed crimen hæresis donationem ipsam longe ante præ-
D cessit, nec invenimus per interpretationem summi pontificis aliquatenus declaratum quod
a tempore commissi criminis sit alienatio rerum suarum hæreticis interdicta; ex potestate
nobis a domino rege concessa, vobis mandamus quatenus redditus prædictos petitos dictæ
abbatissæ restituatis, si rex tenet, et consuetudo contraria non obsistat quod hæreticis a
tempore commissi criminis sit rerum suarum alienatio interdicta, salvo jure proprietatis do-
E mino regi quoties voluerit in judicio experiri, ipsa in possessione nichilominus remansura
donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

114. BERNARDUS BONAFOSSI, MERCATOR.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Bernardus Bonafossi, mercator, significat quod Guilhelma, P. 252.
F uxor quondam Raymundi Berengarii, de Muro Veteri[5], debebat eidem, pro pannis quos ab
ipso habuerat ex causa emptionis antequam esset citata de hæresi, triginta et unum solidos
malgoriensium; unde, cum dominus rex bona dictæ Guilhelmæ teneat ratione hæresis, petit
dictam pecuniam sibi reddi et restitui. Unde vobis mandamus, ex potestate nobis a domino
rege concessa, quatenus, nisi vobis constiterit dictum Bernardum contraxisse cum dicta
G Guilhelma postquam esset ejus hæresis manifesta vel foret pro hæresi jam citata vel de ea
notata aut publice infamata, dicto satisfaciatis agenti pro rata bonorum dictæ mulieris quæ
rex tenet, dummodo agenti culpa propria non obsistat. Datum anno Domini millesimo du-
centesimo sexagesimo secundo, mense maio.

115. PETRUS DE CAPRARIA, DE CERVIANO.

H Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Petrus de Capraria, de Cerviano[6], dicit quod ipse acceptavit, P. 253.
ad unam tasquam tantum, a Raymundo Fredolo, milite, duas petias terræ in terminio de
Cerviano, in loco qui dicitur Belvezer, et easdem terras sibi laudavit sub eadem forma Bau-
celinus, tunc senescallus. Postmodum vero ballivi domini regis aliam tasquam prædictis
terris imposuerunt, quam petit amoveri et ad pristinum statum reduci. Et quoniam per in-
I quisitionem invenimus quod Baucelinus de Linays, tunc senescallus Biterris pro domino
rege, occupaverat dictas duas petias terræ, et habito inde foriscapio, eas laudavit dicto Petro
de Capraria sub eadem forma, sicut in instrumento inde facto, non signato, vidimus conti-
neri, cui ad plenum fidem non duximus adimplendam; invenimus etiam Gaucerandum de
Capite Stagno et Raymundum Fredoli et Stephanum de Cerviano, patrem Ermessendis,
J fuisse faiditos et hostes Ecclesiæ tempore comitis Montis Fortis, ex potestate nobis a do-
mino rege concessa, vobis mandamus quatenus, si vobis constiterit prædictum comitem vel
suos possedisse et tenuisse dictam terram, prædictum Petrum non exaudiatis in sua petitione
nec eidem satisfacere curetis; alioquin, instrumentis donationis factæ a dicta Ermessendi et
aliis instrumentis de accapitis factis vobis exhibitis, superadditis oneribus eumdem Petrum
K amodo non gravetis nec ea a gentibus domini regis exigi permittatis. Datum anno Domini
millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

[1] Nonnenque, *juxta* Marnhagues, Aveyron, c[on] Cornus. *Ibi fundatum fuerat monasterium virginum ordinis Cisterciensis, de quo actum est in Gallia christiana*, I, 290.

[2] Cabrières, Hérault, c[on] Montagnac.

[3] Cazouls, Hérault, c[on] Montagnac.

[4] Puisserguier, Hérault, c[on] Capestang.

[5] Murviel, Hérault, arr. Béziers.

[6] Servian, Hérault, arr. Béziers.

116. ABBAS VILLÆ MAGNÆ. A

P. 255. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Abbas Villæ Magnæ[1] petit sibi restitui cognitionem, decisionem,
justitias et executionem pœnarum in causis criminalibus, pro dimidia, in castro de Alignano[2]
sibi et suis pertinentes, quarum possessione suum monasterium spoliavit Johannes de Fri-
campis, olim senescallus Carcassonæ, licet dictum monasterium tempore vicecomitis et do-
mini regis prædicta pacifice et longissimo tempore possedisset et etiam tempore comitis B
Montis Fortis. — Item dicit quod medietate talliæ supradicti castri fuit spoliatum dictum
monasterium per eumdem senescallum, quam sibi et dicto monasterio petit restitui. —
Item dicit quod propter faidimentum Bernardi de Claraco curia domini regis occupavit bona
ejusdem et census annuos seu usatica, quos idem Bernardus sacristæ monasterii Villæ
Magnæ pro honoribus faciebat, reddere noluit dicta curia sacristæ prædicto per viginti tres C
annos, et petit restitui census præteriti temporis, et dictos honores in alia manu poni. Et
hoc ultimum petit similiter de feudo quod Ademarius de Mercoirolo[3] tenebat apud Villam
Magnam et in ejus districtu a dicto monasterio, quod feudum nunc tenet et diu tenuit
curia domini regis. — Item petunt homines de Alignano remitti centum solidos, quos cu-
riales domini regis auxerunt in tallia quadringentorum solidorum, cum tempore comitis D
Montis Fortis non darent nisi trecentos solidos. Et quoniam per inquisitionem invenimus
fuisse probatum quod ex parte monasterii Villæ Magnæ fierent justitiæ majores vel execu-
tiones pœnarum vel decisiones criminalium quæstionum, nec aliquid invenitur pro monas-
terio quantum ad hoc, nisi dictum unius mulieris, quæ, dum jacet in lecto infirma, asserit
se audivisse quod præconisabatur: « Ite visum justitiam quam faciunt dominus abbas et do- E
minus P. de Insula de quibusdam latronibus; » et in aliorum depositionibus continetur quod,
dum dominus de Alignano fecit semel fustigari quandam mulierem, præsens erat baiulus
abbatis, sed non apparuit an interesset tanquam gerens publicum officium vel sicut unus de
aliis privatis, ad quos ea res minime pertinebat; nec de spoliatione facta per dominum regem
vel suos aliquid sufficiens invenimus esse probatum; idcirco, quatenus ad possessionem at- F
tinet, domini regis probationes validiores esse cognoscentes, petitionem dicti abbatis, quan-
tum ad illum articulum pertinet, non duximus adimplendam. Sed, quoniam per quædam
instrumenta, ex parte ipsius monasterii producta, apparet quod medietas castri de Alignano
est de juribus et possessionibus monasterii Villæ Magnæ, et quod dominus rex qui tunc
erat[4] tribuit abbati et conventui omnem potestatem judiciariam in omnibus suis territoriis G
et possessionibus et hominibus, et criminalium causarum decisionem et per ministros suos
executionem, quia tamen proprietati judicium non invenimus intentatum, propterea reser-
vamus monasterio quæstionem proprietatis, si de ea voluerit experiri, mandantes sibi ma-
turam justitiam exhiberi. Quantum ad talliam vero, cum invenerimus homines de Alignano
centum solidos, de quibus dicunt tempore domini regis adauctam talliam, petiisse remitti, H
et ex confessione abbatis accepimus quod post talliam taliter augmentatam cœpit communi-
care[5] in perceptione talliæ, attendentes probatum esse, sed tamen per homines de Alignano,
talliam dictæ villæ in dictis centum solidis fuisse augmentatam, cum solum darent quinde-
cim libras pro tallia tempore comitis Montis Fortis, et nunc viginti libras pro tallia præstare
cogantur, quod etiam invenitur in depositionibus testium pro domino rege productorum, I
semiplena quantum ad hoc deponentium probatio; quia tamen deponentes invenimus litis
ejusdem consortes et in causa propria deponentes, ejus emolumentum et damnum noscitur
pertinere ad ipsos; propterea mandamus quatenus ad alios testes duos vel tres vel plures,
quos duxerint producendos et quos negotium non contingat, recipiatis, et, si de augmento
prædicto constiterit, eos reducatis in possessionem libertatis prædicti augmenti non præ- J
standi, prout de jure fuerit faciendum. Petitionem vero abbatis quæ est de percipienda me-
dietate talliæ expectare decernimus illius quæstionis eventum, volentes eum reduci in pos-
sessionem percipiendi medietatem talliæ, si succumbere contingat homines supradictos vel
destiterint ab agendo, salvo jure proprietatis domino regi si contra abbatem postmodum
voluerit experiri. Quantum vero ad usatica et census petitos in possessionibus de Claraco[6], K
reservamus actionem monasterio contra possessores rerum ipsarum; in eo vero quod pe-
tuntur dictæ possessiones in alia manu poni, et similiter de aliis possessionibus quas tenebat
Adhemarius de Mercorolio nichil duximus diffinire, quia super faidimentis et hæresibus et

[1] Villemagne, Hérault, c^on Saint-Gervais. — *Vide Galliam christianam*, VI, 403.
[2] Lignan, Hérault, c^on Béziers.
[3] Mourcairol, Hérault, c^on Saint-Gervais, c^nes des Aires et de Villecelle.
[4] *Ludovicus VII, cujus diploma a Philippo Augusto anno 1210 confirmatum est. Vide* Catalogue des actes de Philippe Auguste, p. 276, n° 1201.
[5] *Apographum :* comitare.
[6] Clairac, Hérault, c^on Bédarieux, c^ne Boussagues.

A similibus negotium plures tangit, et super his speratur per dominum regem ordinatio ge-
neralis. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

117. GUIRAUDA, UXOR G. DE MONTANIACO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Guirauda, uxor G. de Montaniaco[1], petit sibi restitui bona viri P. 260.
sui, pro ejusdem hæresi confiscata, obligata sibi pro ducentis solidis malgoriensium dota-
B libus. Et quoniam per inquisitionem invenimus quod maritus fuit pro crimine hæresis im-
muratus, mandamus quatenus, nisi constiterit de dote sua fuisse satisfactum agenti, et quod
bona viri prædictæ mulieris, qui adhuc vivit, non sufficiant ad quantitatem dotis petitæ, pro
ea quantitate in quam bona viri, quæ nunc habet, non sufficiunt, satisfaciatis de bonis
ejusdem mariti, si rex tenet, restituendo ipsa bona vel pecuniam persolvendo ipsi mulieri.
C Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo,
mense maio.

118. FINA, UXOR QUONDAM BERTRANDI DE ARCIA.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Fina, uxor quondam Bertrandi de Arcia[2], petit sibi restitui P. 261.
bona quæ quondam eidem viro in dotem constituit, quæ propter faidimentum viri domi-
D nus rex, eo vivente, tenuit occupata. Unde, cum jam sit mortuus, non habet causam reti-
nendi rex. Prædicta vero bona sunt in castris de Botenaco, de Monte Rabegio, de Redorta,
de Monte Bruno et eorum terminiis, et in tenemento Casillaci qui est inter Lisinanum et
Camuntem[3]. Cum igitur contra petitionem agentis nichil inveniatur exceptum, et per testes
probetur quod medietatem quartæ partis juridictionis et seignoriæ castri de Botenaco et
E aliorum bonorum ibidem existentium, quæ tenuerat Raymundus Amicus et Lombarda, uxor
ejus, tenebant dicta Fina et maritus suus, tempore quo dictus Bertrandus se faidivit, vobis,
ex potestate nobis a domino rege concessa, mandamus quatenus, inspecto nuptiali instru-
mento quod vobis præcipimus exhiberi, bona de quibus vobis constiterit dictam agentem
viro suo dedisse in dotem, eidem restituatis, si rex tenet, salvo jure proprietatis domino
F regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipsa in possessione nichilominus remansura do-
nec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo
ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

119. UNIVERSITAS HOMINUM DE LAURANO.

Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Universitas hominum de Laurano[4] conqueruntur quod curia P. 262.
G domini regis compellit dictos homines contra consuetudinem antiquam colligere olivas
curiæ, et vindemiam et blada et fenum, et tam ipsa quam omnes alios redditus portare ad
domum domini regis vel ad aream ejusdem, et calcare vindemiam et blada triturare et ad
domum domini regis portare. Conqueruntur etiam quod curia compellit eos facere omnia
necessaria in cellario et area domini regis et portare ligna quoties volunt ballivi, et petunt
H ad pristinam libertatem reduci. Item dicunt Rogerius Filiolus et Petrus Guillon, consules de
Laurano, quod comes Montis Fortis imposuit ibi talliam quinquaginta librarum, et antea
nichil dabant, et eodem tempore dicti comitis G. de Canellis auxit dictam talliam de aliis
quinquaginta libris, ita quod ex tunc singulis annis dederunt pro tallia centum libras, quas
petunt universitati prædictæ remitti vel saltem partem; item sibi et suis successoribus re-
I stitui juridictionem in civilibus quæstionibus in dicto castro, et justitias usque ad quinque
solidos, quibus fuerunt eorum antecessores a regalibus spoliati. Et quoniam probatum inve-
nimus quod homines de Laurano tempore vicecomitis servitutes quas petunt remitti non
faciebant, et quod heæ servitutes fuerunt per violentiam introductæ, eo excepto quod homi-
nes habentes vineas quartales et quintales solent portare terræ merita ad cellarium domino-
J rum a quibus vineæ tenebantur, si non in instrumento de accapito contineretur quod por-
tare debent, eapropter dictos homines, quos in possessione libertatis dictarum servitutum
minime præstandarum restituimus, exceptis vineis de quibus terræ merita portare tenentur,
vobis mandamus, ex potestate nobis a domino rege concessa, quatenus non faciatis aut susti-
neatis eos super his indebite molestari, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit
K in judicio experiri, ipsis in possessione libertatis hujusmodi nichilominus remansuris donec

[1] Montagnac, Hérault, arr. Béziers.

[2] *Conf. Exceptionum articulos* 284, 432 *et* 673.

[3] Boutenac, Aude, c[on] Lézignan. — Montrabech, Aude, c[on] et c[ne] Lézignan. — La Redorte, Aude, c[on] Peyriac-Minervois. — Montbrun, Aude, c[on] Lézignan. — *Fort.* Conilhac, Aude, c[on] Lézignan. — Lézignan, Aude, arr. Narbonne. — Caumont, Aude, c[on] et c[ne] Lézignan.

[4] Laure, Aude, c[on] Peyriac-Minervois. — *Conf. supra editarum Exceptionum articulos* 344, 444 *et* 704.

succubuerint, si contingat. Rursus, licet invenerimus, tam per testes productos ex parte domini A
regis super deffensionibus pro ipso propositis, quam per testes productos pro agentibus, talliam quinquaginta librarum, dictæ universitati a prædicto comite Montis Fortis impositam, et in eo tempore per G. de Canellis per violentiam augmentatam in aliis quinquaginta libris, dum esset dominus dicti castri, nos tamen circa eandem talliam, propter diuturnitatem tanti
temporis, nichil volumus immutare absque domini regis speciali mandato. Quantum vero ad B
juridictionem petitam in civilibus quæstionibus, quia probatum invenimus ipsos fuisse faiditos de guerra Trencavelli, et quod juridictionem hujusmodi desierant antea possidere, ipsis duximus silentium imponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

120. PONTIUS DE MONTE LAURO. C

P. 266. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Pontius de Monte Lauro[1], dominus castri de Poizano[2], dicit [quod], viginti duo annis citra vel circa, curia domini regis incepit exercere majores justitias in dicto castro, cum domina Aglina de Castris, cujus est heres, et antecessores ejus antea per magnum tempus, cujus non extat memoria, exercuerunt et habuerunt mixtum et merum imperium in dicto castro et ejus districtu; unde petit sibi restitui et a curia non turbari. Item petit D
remitti et cassari talliam viginti librarum turonensium, quam homines dicti castri dederunt primo domino Petro[3], quondam Narbonensi archiepiscopo, pro domino rege, pro expensis quas dominus rex fecerat in terra ista, qui dominus Petrus tunc erat pro domino rege in terra ista. Et postmodum curia domini regis habuit dictam talliam singulis annis ab hominibus antedictis. Et quoniam per inquisitionem invenimus comitem Montis Fortis vel suos E
castrum prædictum de Poizano acquisisse et tenuisse, et quod in eodem tempore levata fuit tallia viginti librarum, quæ similiter postmodum tempore domini regis levata extitit, remissionem vel cassationem talliæ non duximus faciendam. Quantum vero ad majores justitias, mandamus inquiri si comes Montis Fortis vel sui eas ibidem exercuerunt; quod si constiterit, restitutionem fieri nolumus eisdem; alioquin, cum dictus Pontius probaverit quod F
antecessores ipsius exercuerunt aliquando majores justitias in dicto castro, et pro rege nichil in contrarium sit probatum, volumus easdem justitias dicto Pontio restitui, si rex tenet, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, dicto Pontio in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.*
Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio. G

121. GUILHELMUS DE REDORTA.

P. 268. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Guilhelmus de Redorta[4], filius Pontii de Redorta et Fabrissæ, uxoris quondam ejusdem, petit de bonis ejusdem Pontii occupatis per curiam domini regis sibi reddi septem millia quingentos et viginti solidos malgoriensium, quos receperat dictus Pontius nomine dotis dictæ Fabrissæ, pro quibus omnia bona ejusdem Pontii erant eidem H
obligata Fabrissæ. Et quoniam per inquisitionem invenimus matrem Guilhelmi agentis decessisse ante faidimentum probatum contra patrem dicti Guilhelmi de guerra vicecomitis et comitis Tolosani, et quod dictus Pontius decessit relictis heredibus in bonis ipsius, ex potestate nobis a domino rege concessa, vobis mandamus quatenus, si dicta bona inveniantur sufficere ad quantitatem dotis petitæ, de illis bonis dicti Pontii defuncti quæ rex I
tenet, nichil omnino reddatis; alioquin, de bonis ipsius quæ rex tenet, pro rata ejus quantitatis in qua prædicta bona non sufficiunt, satisfaciatis agenti, vel bona ipsa pro eadem portione, si rex tenet, restituatis. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

122. SINDICI CAPITULI LODOVENSIS. J

P. 269. Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Raymundus Peyroneti, præcentor, et Raymundus de Roquosello, canonici Lodovenses, sindici capituli Lodovensis, dicunt quod, cum dictum capitulum emisset ad opus pauperum a Raymunda, uxore quondam Fredoli de Elzeria, militis, et liberis suis honores omnes, possessiones et jura quæ tenebant in feudum a dicto capitulo

[1] Montlaur, Aude, c^on la Grasse.
[2] *Fort.* Pieusse, Aude, c^on Limoux.
[3] *Petro Amelii, qui anno 1245 obierat, teste Gallia christiana*, VI, 70.
[4] *De Guillelmo de Redorta ejusque patre Pontio, vide Exceptiones in Carcassonensium querimonias propositas*, § 246 et 305. — La Redorte, Aude, c^on Peyriac-Minervois.

A in parrochia Sanctæ Mariæ de Pratis, in territorio Sancti Christofori[1], Odo[2], tunc senescallus
Biterris pro domino rege, dictum capitulum prædictis honoribus et juribus spoliavit et
spoliatum tenuit bene per duos annos, nec dicto capitulo dictos honores et jura restituere
voluit, donec per compositionem violentam habuit et extorsit a dicto capitulo centum libras
malgoriensium, quas petunt sibi et dicto capitulo restitui. Petunt etiam amoveri censum
B duodecim solidorum malgoriensium in dicta compositione violenter[3] impositum dictis honoribus,
annuatim domino regi solvendum. Item petunt, nomine quo supra, sibi reddi
quingentos solidos malgoriensium, quos ad opus domini regis a dicto capitulo habuit dominus
Hugo de Arcisio, tunc senescallus pro eo, quia, ut dicebat idem senescallus, dictum
capitulum cessaverat per duodecim annos solvere domino regi dictos duodecim solidos,
C licet constaret dictum capitulum solvisse annis singulis dictos duodecim solidos collectoribus
quistæ domini regis in castro de Pedenatio. — Item petunt prohiberi curialibus ne contra
voluntatem dicti capituli scindant vel accipiant arbores in riparia helemosinæ dicti capituli.
— Item, nomine quo supra, petunt sibi restitui feudum quod dictum capitulum et dicta
helemosina habebant in honoribus quos Ermessendis et P. de Mesoa et alii nobiles tene-
D bant in parrochia Sanctæ Mariæ de Pratis, in territorio Sancti Christofori, quod feudum
domini regis curia occupavit. — Item petunt, nomine quo supra, reduci ad statum pristinum
paxeriam quam Johannes de Fricampis, tunc senescallus, fecit fieri in flumine Erauri[4]
in præjudicium dicti capituli et dictæ helemosinæ, in qua paxeria capitulum prædictum et
helemosina habebant sua molendina et suam ripariam, quem locum curia domini regis
E detinet occupatum, et petunt restitui. — Et quoniam per inquisitionem invenimus quod in
decimaria Beatæ Mariæ de Comeriis sive de Pratis helemosina ecclesiæ Lodovensis habebat
duo molendina in flumine Erauri, ex parte currenti versus Pedenatium, et ab opposita riparia
erant molendina de Almis[5], quæ sunt domini regis et quorumdam aliorum, et molebant
tam ista quam illa, et paxeria quæ manebat a parte molendinorum helemosinæ ascendebat
F per flumen usque ad certum locum, et alia paxeria molendinorum domini regis usque ad
eumdem locum, ita quod concurrebant in uno actu; deinde fracta quadam vice paxeria ex
parte molendinorum helemosinæ, curiales domini regis, destructa dicta paxeria, mutaverunt
formam ejus et levaverunt eam et duxerunt eam directe per flumen a parte superiori usque
ad aliam ripariam, ita quod aqua cessavit fluere ad molendina dictæ helemosinæ, et etiam
G in loco ubi sedebant molendina curiales scindunt pro suo beneplacito arbores existentes.
Eapropter, ex potestate nobis a domino rege concessa, vobis mandamus quatenus, si dicta
helemosina ante loco solito velit construere molendina, paxeriam prædictam taliter adaptetis
quod usus molendinorum ipsius helemosinæ per susbstractam solitam aquæ derivationem
incommodari non valeat aut perire, contra formam antiquitus assuctam, nec sustineatis
H arbores in solo helemosinæ scindi absque ipsius helemosinæ fratrum vel rectoris assensu,
præsertim cum contra hæc pro domino rege quidquam rationabile non inveniatur exceptum.
Quantum vero ad pecuniam quam dicunt ab Odone Coquo et ab Hugone de Arsisio,
quondam senescallis, indebite extortam, dominum regem decernimus non teneri, præsertim
cum nobis non constiterit ipsum ex hoc fuisse locupletatum in aliquo, nec dictorum senes-
I callorum culpam fecisse propriam per consensum. Censum vero duodecim solidorum, impositum
per Odonem Coquum, non duximus amovendum, præsertim cum compositionem
intervenisse confiteantur agentes ex qua tenentur ad solutionem, cum non probaverint intercessisse
violentiam quam allegant. Quantum vero ad feudum quod petunt in honoribus
quos Ermessendis et Petrus de Mesoa et alii nobiles tenebant in parrochia Sanctæ Mariæ de
J Pratis et in territorio Sancti Christofori, propter faidimentum vel hæresim possessorum,
quidquam diffinire nolumus, quia negotium in sublimibus quæstionibus plures tangit, et
est ad dominum regem delata quæstio, ac speratur super his ordinatio generalis. Datum
anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

123. HELEMOSINA ECCLESIÆ LODOVENSIS.

K Nobili viro, *etc.*, *ut supra.* Cum nos decreverimus per inquisitionem nostram quod arbores P. 274.
in solo helemosinæ ecclesiæ Lodovensis non scinderentur sine ipsius helemosinæ fratrum
vel rectoris assensu, vobis mandamus, ex potestate nobis a domino rege concessa, quatenus
recipiatis probationes ipsius helemosinæ super dominio soli prædicti, et si vobis constiterit
solum esse dictæ helemosinæ, non permittatis arbores scindi in dicto solo, et etiam solum

[1] Saint-Christol et Notre-Dame-des-Prés, *al.* Prades, Hérault, c^{on} et c^{ne} Agde. *Ibi cujusdam prioratus sedes.*

[2] *Odo Coquus.*

[3] *Apographum :* violenta.

[4] L'Hérault.

[5] Aumes, Hérault, c^{on} Montagnac.

IMPRIMERIE NATIONALE.

restituatis eidem, nisi deffensiones legitimæ pro domino rege, quæ obesse debeant, poterunt A
inveniri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

124. PHILIPPUS DE MONTE FORTI.

P. 275. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Berengarius de Castris, baiulus domini Philippi de Monte
Forti in castro Sancti Aniani de Roayrols[1], petit, pro domino suo, restitui quamdam partem
terræ, quæ tenet a loco qui vocatur de Vases de Montalam usque ad pratum Ricard, quam B
baiulus domini regis occupat. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta,
quia de agentis intentione nobis constitit, cum nichil in contrarium inveniatur exceptum,
authoritate domini regis nobis in hac parte commissa, vobis mandamus quatenus dicto
Philippo possessionem dictæ terræ dimittatis in pace tenere, salvo domino regi jure pro-
prietatis, quoties voluerit in judicio experiri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo C
sexagesimo primo, mense martio.

125. HUGO DE DURO FORTI.

P. 276. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Hugo de Duro Forti dicebat in petitione sua quod habebat in
castro antiquo de Monte Regali[2], tempore quo homines dicti castri fecerunt domino regi
guerram[3], census, quistas et alia servitia usque ad summam duodecim librarum turonen- D
sium, quas petit nomine dicti Hugonis, qui semper fuit cum domino rege et Ecclesia,
prout dicit. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, secundum formam
inquisitionis nostræ, vobis mandamus quatenus census de quibus vobis constiterit quod ipse
haberet in villa Montis Regalis tempore destructionis villæ, illos restituatis eidem vel solum
sibi plenius dimittatur. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, E
mense februarii.

126. HOMINES UNIVERSITATIS DE MOSSOLINCHO.

P. 277. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Homines universitatis de Mossolincho[4] dicunt quod curiales
compellunt eos ad congregandum fœnum prati de Ramiano et portandum ad Carcassonam,
cum tamen dictum pratum non sit in terminio de Mossolenchis, nec eorum antecessores F
prædicta facere consueverunt; unde petunt prædicta cassari. Item conqueruntur quod ballivi
sic. cogunt eos portare agreria, quamvis in instrumento acquisitionis sit tantum quod non
tenentur portare, et petunt hoc revocari. Item dicunt quod compelluntur bladum domini
regis portare apud Carcassonam cum suis propriis bestiis, quod facere non consueverunt
quousque Odo Coqus fuit senescallus Carcassonæ, quod petunt sibi remitti. Item petunt quod G
tallia quam dominus rex recipit ab hominibus Raymundi Arnaudi, de Podio, quondam in
dicta villa computetur in tallia triginta librarum quam idem dominus rex recipit ab aliis
hominibus dicti castri. Item petunt quod, quando dominus rex vel alius pro eo dat aliquam
hereditatem ad lucrandum alicui, quod ille det portionem suam in tallia dictæ villæ, prout
ipsum contigerit. Item petunt revocari edictum sibi factum ne piscentur in riparia de Al- H
savo[5]. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, quia, secundum formam
inquisitionis nostræ, invenimus prædictos homines fuisse in possessione libertatis non con-
gregandi fœnum dicti prati et portandi Carcassonam, necnon bladi domini regis minime
portandi apud Carcassonam, donec ballivi prædicti eos, a prædicto tempore citra, ad con-
gregandum fœnum et portandum prædictum bladum Carcassonam compulerint, ipsos esse I
decernimus restituendos ad eam possessionem libertatis vel quasi in qua erant antequam
præmissa facere cogerentur. Unde, authoritate domini regis nobis in hac parte commissa,
vobis mandamus quatenus contra hujusmodi libertatis possessionem prædictos homines non
permittatis a gentibus domini regis inbebite molestari, salvo tamen domino regi jure pro-
prietatis, quoties voluerit in judicio experiri, in possessione hujus libertatis ipsis nichilo- J
minus remansuris donec succubuerint, si contingat. Quantum vero ad ceteros articulos in
petitione contentos, ipsos duximus repellendos, præsertim cum ipsi sponte renunciaverint
quibusdam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense martio.

127. BERENGARIUS ULARDI.

P. 279. Nobili viro, *etc.*, *ut supra*. Berengarius Ulardi, filius quondam B. Ulardi, burgensis Nar- K

[1] Rouairoux, Tarn, c[on] Saint-Amans-Soult.
[2] Montréal, Aude, arr. Carcassonne.
[3] *Anno 1240, mense octobri.*
[4] Moussoulens, Aude, c[on] Alzonne.
[5] L'Alzau, *al.* la Roujeanne, *rivulus qui fluvium* le Fresquel *dictum influit.*

A bonæ, petit sibi restitui tasquam quam habebat ipse et antecessores sui in quadam petia terræ quæ est in terminio Sancti Marcelli[1], sub suo dominio, quam tenebat quidam miles nomine Monlars, et ballivi domini regis occupaverunt pro faidimento prædicti militis. Nos autem, visa petitione hujusmodi et plenius intellecta, dictum Berengarium ad petita, secundum formam inquisitionis nostræ, invenimus esse restituendum. Unde vobis manda-
B mus, ex potestate nobis a domino rege concessa, quatenus prædicta petita, si rex tenet, restituatis eidem, salvo jure proprietatis domino regi, quoties voluerit in judicio experiri, ipso Berengario in possessione nichilominus remansuro donec succubuerit, si contingat. Si vero rex non tenet, *etc.* Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

C Et sit notum cunctis quod Guilhelmus Cerdanus, de Podio Nauterio, publicus notarius, P. 281.
omnia prædicta transcripta sumpsit et transcripsit de verbo ad verbum, sine omni mutatione literarum ipsarum, de originalibus literis sententiarum seu determinationum prædictorum inquisitorum domini regis, cum sigillis ipsorum pendentibus sigillatarum, mandato et authoritate judiciaria magistri Bartholomæi de Podio, judicis curiæ Carcassonæ domini
D regis, anno quo supra, rege Ludovico regnante, et signum suum apposuit.

[1] Saint-Marcel, Aude, c^on Ginestas.

APPENDIX AD ANNI MCCLXII SENTENTIAS.

I[1]

Guido[2], Dei gratia sancte Narbonensis ecclesie archiepiscopus, nobili viro et in Christo karissimo domino Petro de Autolio, militi, senescallo Carcassonæ et Bitterris, salutem in Domino. Litteras domini regis patentes cum sigillo suo pendenti nos recepisse noveritis in hec verba :

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilecto et fideli suo Guidoni, [Aniciensi] episcopo et Narbonensi electo, salutem et dilectionem. Pro Guillelmo Aturat, latore præsentium, mandamus vobis ad finalem expeditionem negotii sui, pro quo vobis alias scripsimus, procedatis prout de jure fuerit faciendum. Nos enim transcriptum ordinationis quam fecimus[3] de faiditis tempore comitis Montis Fortis vobis mittimus[4]. Super eo etiam quod probatum[5] fuisse dicitur coram magistro Philippo de Caturcho, clerico nostro, et collegis[6] ipsius, quod ipse Guillelmus in guerra ultima Trencavelli[7] ad paternam hereditatem rediit cum faiditis, nostram vobis voluntatem intimamus per alias litteras nostras clausas. Datum apud Vicenas, anno
1260, 2 dec. Domini M° CC° sexagesimo, die jovis post festum beati Andreæ apostoli.

Vidimus etiam quod nobis ab eodem domino rege per alias clausas litteras mandabatur. Quarum auctoritate litterarum, vestræ nobilitati mandamus quatinus medietatem hereditatis quondam dominæ Ramundæ de Ventagione[8], uxoris nobilis viri Flotardi de Penna, præfato Guillelmo Aturat sine difficultate reddatis, non obstante quod olim G., pater ejus, guerram fecit bonæ memoriæ domino Symoni, comiti Montis Fortis, salvo tamen in aliis jure domini regis, si apparuerit, in futurum. Datum Narbonæ, in festo epiphaniæ Domini,
1261, 6 jan. anno Domini M° CC° LX° primo[9].

II[10]

Omnibus præsentes litteras inspecturis magistri Henricus de Versiliaco, Nicholaus de Cathalaunis et Petrus de Vicinis, clerici inquisitores deputati ab illustri domino rege Francorum in partibus Albigesii super injuriis et emendis ipsius domini regis, salutem. In petitionibus quamplurium civium Bitterris vidimus contineri quod ipsi petebant de domibus et plateis, quas quondam possederant ipsi vel actores eorum infra ambitum loci fratribus Prædicatoribus Bitterris a domino rege concessi[11], refusionem seu emendam sibi fieri competentem. Et quoniam invenimus quod locum prædictum tenuerat et inibi castrum ædificaverat comes Montis Fortis, quod post recessum ejus de terra[12] extitit demolitum, attendentes quod, secundum traditam nobis formam, nequaquam pertinet ad nos restitutionem aliquam facere fieri vel mandare de possessionibus quas tenuit comes Montis Fortis, dum dominabatur in terra, etiam si causa sit incognita ex qua possessiones eædem ad manum dicti comitis pervenerunt, eapropter petitiones dictorum conquerentium non duximus adimplendas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense maio.

III[13]

1262, 10 maii. Notum sit omnibus quod, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, die mercurii ante Rogationes, dominus Pontius, episcopus Bitterrensis, obtulit magistris Henrico de Virziliaco, Nicholao de Cathalaunis et Petro de Vicinis, clericis, quasdam litteras domini regis Franciæ, cujus tenor talis est:

[1] *Cod. lat.* 9996, *p.* 166.
[2] Guido Fulcodii.
[3] *Cod.* facimus.
[4] *Vide supra, p.* 620, *art.* VI.
[5] *Cod.* probatio.
[6] *Cod.* collegas.
[7] *Anno 1240.*
[8] Ventajou, Hérault, c^{on} Olonzac, c^{ne} Felines-Hautpoul.
[9] *Annno, ut videtur, a nativitate Domini incepto.*
[10] Collection Doat, vol. 60, fol. 347, *ex archivo Fratrum Prædicatorum Biterrensium.*
[11] *Vide litteras Johannis de Crannis, Carcassonensis senescalli, anno Domini 1247, die Sancti Mathiæ, datas, in Gallia christiana* (VI, *instr.*, 156) *editas.*
[12] *Qui recessus anno 1224 contigit.*
[13] Collection Doat, vol. 62, fol. 205, *ex archivo episcopatus Biterrensis.*

Ludovicus, Dei gratia Francorum rex, dilectis et fidelibus clericis suis magistris Henrico de Virziliaco, Nicholao de Cathalaunis et Petro de Vicinis, salutem et dilectionem. Super hæresibus et faidimentis a tempore nostro nobis commissis et ad manum nostram redactis vel in alium jam translatis, ecclesiarum et domorum religiosarum provinciæ Narbonensis et quarumdam diocesum adjacentium sæpe recepimus querimonias; sed quia procedere nolumus in judicio, mandamus vobis quatinus universis quos tangit negotium vice nostra mandetis quod infra kalendas augusti vobis reddant in scriptis singuli expresse et distincte quæ petunt, et fidem faciant coram vobis quod ab eis tenebantur res petitæ. Diligentissime etiam inquiratis utrum a nobis vel ab aliis res hujusmodi teneantur, et quod super hoc inveneritis rescribatis nobis infra crastinum beati Martini yemalis instantis, ut ad pacis tractatum quanto certius tanto tutius procedamus. Actum Parisiis, die jovis post *Lætare Jerusalem*, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo. 1262, 23 martii.

Et consequenter dictus dominus episcopus petitionem suam prædictis magistris in modum obtulit infrascriptum:

Coram vobis dominis magistris Henrico de Virziliaco, Nicholao de Cathalanis et Petro de Vicinis, clericis, inquisitoribus deputatis ab illustrissimo domino rege Franciæ in partibus Albigensibus, asserit dominus episcopus Bitterrensis quod castrum de Casulis[1] et ejus dominium majus, cum omnibus suis terminiis et pertinentiis et territoriis, pertinet ad eum ratione ecclesiæ Bitterrensis, et ipsum castrum esse de feudo ipsius episcopi, ita videlicet quod ipse habet et tenet medietatem dicti castri et ejus juridictionis et majoris dominii ad manum suam, aliam vero medietatem tenebat in feudum et tenere debebat Adalaicis de Casulis et ejus antecessores ab episcopo Bitterrensi, cum omnibus suis juribus et rationibus, pertinentiis, territoriis atque terminiis. Unde, cum dicta medietas dicti castri, quod tenebat ab episcopo Bitterrensi dicta Aladaicis, ceciderit in commisum propter hæreticam pravitatem ipsius Aladaicis tempore domini Ludovici, Dei gratia nunc regis Franciæ, et ipse dominus rex eamdem medietatem occupaverit, vel ejus senescallus vel baiulus, occasione dictæ hæreticæ pravitatis, petit idem dominus episcopus dictam medietatem sibi reddi et restitui, cum omni juridictione et omnibus suis pertinentiis, juribus, territoriis atque pertinentiis et terris, sive eam dominus rex teneat vel alicui ipsam vel partem in assisiam vel alio modo dederit. Item petit fructus et redditus dictæ medietatis, perceptos a tempore occupationis seu commissionis factæ. Et ad probandum intentionem petitionis suæ produxit dictus dominus episcopus litteras et instrumenta infrascripta coram magistris superius nominatis.

I. *Charta donationis castri de Casulis, episcopo Bitterrensi ab Amalrico de Monte Forti factæ, anno 1223 (1224), VIII kal. februarii (al. XVIII kal.), quam edidit D. Vaissète,* Hist. de Languedoc, *ed. noviss.*, VIII, *col.* 781-782.

II. *Compositio anno 1230 inita inter Adamum de Milliaco, regis locum tenentem, et Bernardum, episcopum Bitterrensem, juris publici facta in Gallia christiana,* VI, *instrum., col.* 151-155.

III. G[uido] de Levis, marescallus, universis præsentes litteras inspecturis, salutem. Universitatem vestram volumus non latere quod venerabilis pater Bernardus, Dei gratia Bitterrensis episcopus, causam quæ inter Bernardum de Cane Suspenso[2] et Guillelmum Lorigarium[3], homines castri de Casulis, de morte Bernardi Raymundi, de Cane Suspenso, coram eodem episcopo vel in ejus curia vertebatur, commisit nobis audiendam et fine debito terminandam, quod castrum de Casulis ad dominium ipsius episcopi noscitur pertinere. Nos vero, suscipientes prædictam causam ab ipso episcopo, promittimus eidem quod quidquid faciemus in hoc negocio, vice ipsius faciemus et authoritate, non alterius cujuslibet potestatis, et in hoc procedemus bona fide. Et ne in futurum possit venire in dubium, vel ex hoc ipsi episcopo et successoribus suis et ecclesiæ Bitterrensi præjudicium generari, tradidimus eidem super hoc præsentes litteras nostras patentes, et, ad majorem authoritatem, sigilli nostri munimine roboratas. Actum est hoc apud Bitterrim, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo, regnante rege Lodoyco, decimo octavo kalendas octobris. 1231, 14 sept.

IV. *Instrumentum homagii quod anno 1226, mense maio, Adalaicis de Casulis, Berengaria, defuncti Bernardi Raimundi de Cane Suspenso uxor, Cecilia et Pontius de Aviatio (Vias), ratione castri de Casulis, Bernardo, Bitterrensi episcopo, præstiterunt; quod homagium, anno 1239, secundo idus martii (14 martii 1240, n. st.) eidem præsuli denuo a supra dicta Adalaice denuo præstitum est.*

Quibus litteris et instrumentis productis ad probandum quod tempore domini Ludovici, nunc regis Franciæ, fuerit secuta commissio et dicta occupatio dictæ medietatis quam tenebat dicta Adalaicis, produxit dictus episcopus tot testes coram magistris, usque quo iidem magistri dixerunt quod sufficiebant, et plures testes super hiis recipere noluerunt.

Item ad probandam intentionem petitionis suæ obtulit præfatus dominus episcopus tria privilegia Romanorum pontificum : primum videlicet Alexandri papæ tertii et secundum Honorii papæ tertii, et tertium Innocentii papæ quarti. Data autem primi privilegii talis est : « Datum Tusculani, per manum Alberti, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbiteri cardinalis et cancellarii, [III] nonas februarii, indictione duodecima, incarnationis dominicæ anno millesimo centesimo septuagesimo octavo, pontificatus vero domni Alexandri papæ tertii anno vige-

[1] Cazouls-lès-Béziers. — [2] Capendu, Aude, arr. Carcassonne. — [3] *Cod.* Sorigarium.

simo[1]. » Data vero secundi privilegii talis est : « Datum Laterani, per manum Ranerii, prioris Sancti Fridiani Lucani, sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarii, decimo quinto kalendas decembris, indictione quinta, incarnationis dominicæ anno millesimo ducentesimo decimo sexto, pontificatus vero domni Honorii papæ tertii anno primo[2]. » Data vero tertii privilegii talis est : « Datum Lugduni, per manum magistri Martini, sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarii, octavo idus martii, indictione quarta, incarnationis dominicæ anno millesimo ducentesimo quadragesimo quinto[3], pontificatus vero domni Innocentii papæ quarti anno tertio. »

Quorum privilegiorum et instrumentorum prædictorum omnium prædicti magistri transcriptum de verbo ad verbum integre habuerunt. Habent etiam penes se depositiones testium prædictorum. Originalia vero dictorum privilegiorum et instrumentorum ac etiam litterarum viderunt et examinaverunt dicti magistri, non viciata nec cancellata nec abolita in aliqua sui parte.

Et si dicatur ex parte domini regis quod comes Montis Fortis olim recipiebat et occupabat commissa propter hæreses et faidimenta in terris et jurisdictionibus seu dominiis ecclesiarum, hoc non credit dominus episcopus. Et si unquam fecit, injuriose faciebat, cum eidem comiti terra fuisset data, expresse salvo jure ecclesiarum et catholicarum personarum. Præterea nec illud posset obesse ecclesiæ Bitterrensi, cum constet per litteras dicti comitis Montis Fortis quod ipse dedit et restituit castrum de Casulis ecclesiæ Biterrensi, quarum litterarum tenor in actis superius continetur.

Item si dicatur quod ab ecclesia Romana fuit domino regi[4], patri istius, concessum quod haberet hæreses et faidimenta in feudis seu dominiis ecclesiarum, hoc non credit dominus episcopus, dicens quod dominus Romanus, cardinalis[5], qui fuerat legatus in regno Franciæ, requisitus aliquotiens super hoc, coram domino papa, hoc negavit expresse.

Petitiones vero clavium portalium domini episcopi et abbatum Bitterrensium, feudatariorum ipsius; item burgi noviter constructi juxta ecclesiam Sancti Saturnini; item de examinatione vel condemnatione ponderis pro pane flequeriarum; item quod ad solum dominum episcopum spectat ex antiqua consuetudine creare notarios, qui conficiant instrumenta nuptiarum et testamentorum in castris de Caucio et de Cerviano[6] et aliis locis pertinentibus ad bailivias dictorum castrorum; item de hiis quæ emit dominus rex, quæ fuerunt quondam Ermengaudi de Faberzano[7], vobis transmittimus, scientes quod super petitione clavium facta fuit inquisitio per arbitros communiter electos, scilicet Guialfredum, dominum Felgariarum, pro parte domini regis, et R. de Rivo Sicco, pro parte nostra, et tertius fuit dominus Guido Folcodii, tunc in minoribus constitutus. Quam inquisitionem clausam[8], sigillatam sigillo dicti domini Guidonis, ipsemet dominus Guido, postmodum archiepiscopus, tradidit dicto magistro Henrico et suis collegis. Super aliis quatuor petitionibus supradictis fecerunt inquisitionem frater G.[9], de ordine Minorum, et frater Po[ntius] de Sancto Ægidio, de ordine Prædicatorum, et dictus dominus Guido, inquisitores a domino rege deputati, quæ inquisitio in libris ipsorum inquisitorum plenius continetur.

Hee sunt petitiones.

Dominus episcopus Bitterensis declarans et emendans et supplens suas petitiones olim ab eo redditas[10], petit et significat infrascripta, et præsentat petitiones infrascriptas.

Dominus episcopus Bitterrensis petit sibi restitui claves portalium suorum et abbatum Bitterrensium, feudalium et subjectorum ipsius, scilicet portalis Turris Ventosæ, et posterlæ de Bannolis, et posterlæ quæ dicitur d'en Girvais, et posterlæ quæ est juxta cellarium communitatis Sancti Nazarii, et posterlæ quæ est juxta domum Hugonis de Arcisio, et medietatis portalis Sancti Saturnini, et medietatis portalis del Ga, et totius portalis quod dicitur Sancti Jacobi, et totius portalis de Ponte, et totius portalis Sancti Guillelmi, et totius portalis de Corneliano, et posterlæ de Plaga Saumas; quibus clavibus fuit ipse dominus episcopus, et ejus subjecti, a bailivis domini regis injuste spoliatus, cum antea ipse et sui subjecti fuissent in possessione dictarum clavium tanto tempore cujus non extat memoria.

Item significat prædictus dominus episcopus quod ex antiquo more et usu Bitterrensi ædificia et suburbia quæ nunc sunt et facta fuerunt extra muros et prope fossata clausuræ Bitterrensis, in confinio et circuitu villæ seu civitatis Bitterrensis sunt de jurisdictione et districtu illorum dominorum quorum sunt burgi infra villam et civitatem Bitterrensem, in quorum confinio sive fronteria sunt facta illa ædi-

[1] *3 febr. 1179. Jaffé-Lœwenfeld*, n° 8664, *ex* Gallia christ., VI, *instr.*, 110.

[2] *17 nov. 1216. Hoc privilegium in* Histoire générale de Languedoc, *noviss. edit.*, V, 1434, n° 104, *ex Doatensibus collectaneis* (vol. 62, fol. 77) *commemoratum est.*

[3] *8 martii 1246.*

[4] *Ludovico VIII.*

[5] *Romanus, diaconus cardinalis tit. S. Angeli.*

[6] Caux, Hérault, c^on Pézenas. — Servian, Hérault, arr. Béziers.

[7] Fabrezan, Aude, c^on Lézignan.

[8] *Exstat in Archivo reipublicæ* (J. 1028, n° 3) *rotulus quo continetur inquisitio de Biterrensis episcopi juribus anno 1249 facta.*

[9] *Guillelmus Roberti de Bellicadro.*

[10] *Priores Biterrensis episcopi petitiones supra, p.* 693, *editæ sunt.*

ficia sive suburbia, mediis muris sive clausuris et fossatis ipsius civitatis, et hoc cujuscumque fuerit proprietas illorum locorum in quibus illa ædificia sive suburbia sunt constructa. Et sic habent et tenent, utuntur et usi sunt omnes et singuli domini qui habent burgos in Bitterri, quod quilibet in confinio seu fronteria sui burgi habet suam jurisdictionem et districtum in suburbiis et ædificiis factis et sitis extra clausuram et fossatos civitatis seu villæ Bitterris. Et sic habet et tenet dominus rex et dominus episcopus et abbates Bitterrenses[1], et prædictus usus est jure et ratione approbatus. Nam ille qui habet jurisdictionem in civitate, non solum et exercet jurisdictionem et cohercionem et punit infra civitatem, ymo etiam extra in confinio civitatis et maxime in suburbiis, quæ debent esse ejusdem juris et jurisdictionis cujus est et ipsa civitas. Et inde est quod præfectus Urbis non solum habet jurisdictionem et cohertionem infra Urbem, sed etiam extra infra centesimum miliare, ut jura tradunt manifeste[2]. Et ideo patet ex prædictis quod districtus et jurisdictio illius burgi qui est factus et constructus in loco qui solebat esse ferrago hospitalis Sancti Johannis, qui burgus est prope ecclesiam Sancti Saturnini et domum hospitalis prædicti, est et esse debet in solidum districtus et jurisdictionis præfati domini episcopi, cum sit juxta suum portale quod dicitur d'en Gervais, et sic in confinio et fronteria suburbii quod dicitur de Tornamira, mediis muris et fossatis ipsius muri et quibusdam ferraginibus ipsius domini episcopi, et omnes possessiones quæ sunt in circuitu dicti burgi sunt de dominio et jurisdictione ipsius domini episcopi. Unde, cum medietate jurisdictionis ipsius burgi dominus episcopus fuerit a bailivis domini regis injuste spoliatus, petit se restitui.

Item dicit et significat quod ex antiqua consuetudine omnia instrumenta nuptiarum et testamentorum quæ fiebant in castris de Caucio et de Cerviano et aliis locis pertinentibus ad bailivias prædictorum castrorum fieri debent authoritate episcopi Bitterrensis, quibus senescallus ipsum[3] injuste spoliavit, super quo petit restitui.

Item dicit et significat quod curia domini regis sine ipso episcopo vel ejus officiali non debet facere examinationem vel condemnationem occasione ponderis pro pane flequeriarum quæ sunt de burgo ipsius episcopi, quia ita bene debet super prædictis curia episcopi inquirere et punire de flequeriis sui burgi, et abbatum, sicut curia domini regis de flequeriis sui burgi, et ita fieri consuevit quod ambæ curiæ, scilicet domini regis et domini episcopi, simul accipiebant panem in mercato et inquirebant, ponderabant et puniebant. Et cum hiis dictus dominus episcopus sit a domini regis curia spoliatus, petit se restitui.

Item significat dominus episcopus supradictus quod dominus rex emit quædam bona quæ fuerunt quondam Ermengandi de Faberzano, et quædam alia alodia et bona sita extra Bitterrim dominus rex sibi appropriavit, de quibus non constat nec constabat utrum essent de jurisdictione, districtu et dominio domini regis vel domini episcopi. Unde de prædictis bonis, rebus et juribus dominus episcopus debet habere medietatem secundum formam et tenorem compositionis factæ inter dominum regem et ipsum episcopum, ut in instrumento dictæ compositionis evidentius continetur, et ideo petit dictorum bonorum, rerum et jurium medietatem pro indiviso sibi restitui.

[1] *Sancti Jacobi et Sancti Aphrodisii abbates.* — [2] Digest., I, t. 12, c. 1, *De officio præfecti Urbi.* — [3] *Cod.* senescallus sicut ipsum.

ENQUÊTES DANS LES BAILLIAGES

DE VERMANDOIS, D'AMIENS ET DE SENLIS ET DANS LA PRÉVÔTÉ DE LAON.

VERS 1269.

AVERTISSEMENT.

Saint Louis, jusqu'à la fin de son règne, attacha la plus grande importance à réparer les dommages que l'administration royale pouvait avoir causés à ses sujets. Il nous est parvenu plusieurs documents relatifs aux enquêtes qu'il fit faire, en 1269 ou environ, sur le fait des restitutions dans les bailliages de Vermandois, d'Amiens et de Senlis.

Le premier est un rouleau des Archives nationales (J. 1030, n° 60), formé de dix-neuf cédules de parchemin, contenant les plaintes de dix-neuf personnes qui croyaient avoir été lésées par Geoffroi de Roncherolles, bailli de Vermandois, depuis 1260 jusqu'à 1265, ou environ. L'une des plaintes (§ 13) est datée du 10 mars 1269 (nouveau style); toutes les autres doivent être à peu près du même temps. Les enquêteurs auxquels furent remises les plaintes dirigées contre le bailli Geoffroi de Roncherolles, et dont les noms ne nous sont pas connus, avaient pour mission d'examiner en général tous les griefs des sujets du roi dans le pays qu'ils parcouraient. Cela résulte des termes par lesquels débute la plainte de Thibaud de Feigneux (§ 11) : « Segneur enquesteueur, especiaument envoié de par noble homme Looys, roys de France par la grace de Dieu, por les torfez amender en quelcunque mennière que il soient fet en sa terre et en sa potée, soit par lui ou par ses ministres, qui especiaument soient desputez à fere droit à cheucun, ausinc au povre quant au riche, selonc ce que reson et droiture aporte, meismement en cest païs. »

C'est probablement aux mêmes enquêteurs que fut adressée la plainte d'un certain Thierri Le Fèvre, de « Grand Lust en Fay » (Grandlup-et-Fay), qui, sans raison valable, disait-il, avait été emprisonné par Bertier, jadis bailli de Vermandois. Ce Bertier, surnommé Angelart, est connu pour avoir gouverné le bailliage de Vermandois en 1266, après Geoffroi de Roncherolles. La plainte de Thierri Le Fèvre rédigée en français, comme la plupart de celles qui forment le rouleau précédent, est écrite sur une feuille de parchemin qui porte aux Archives nationales la cote J. 1030, n° 62.

A ces deux documents nous avons cru devoir en joindre un troisième, plus étendu, rédigé en latin, dans lequel il est question de

plusieurs actes des baillis Geoffroi de Roncherolles et Bertier Angelart. C'est le procès-verbal d'une enquête faite dans les bailliages d'Amiens, de Vermandois et de Senlis par maître Étienne de Lorris, chanoine de Reims, par frère Robert de Neelle, cordelier d'Amiens, et par frère Thomas de Chartres, dominicain du couvent de Paris, enquêteurs chargés par le roi du fait des restitutions. Ils firent consigner dans leur registre les réclamations qui leur étaient adressées, les témoignages qu'ils recueillaient pour en apprécier le bien fondé, et les décisions qu'ils prenaient. Ce registre est aux Archives nationales sous la cote J. 1032, n° 9; il consiste en quatre cahiers de parchemin, petit in-folio, dont voici la composition : 1° (fol. 1-11) cahier de douze feuillets, relatif au bailliage d'Amiens (§ 1-50 de notre édition); 2° (fol. 12-22) cahier de onze feuillets, relatif au bailliage de Vermandois (§ 51-153); 3° (fol. 23-30), cahier de huit feuillets, relatif au bailliage de Senlis (§ 154-217); 4° (fol. 31-33), cahier de trois feuillets relatif à la prévôté de Laon (§ 218-239).

Nous n'osons pas en fixer la date; mais nous supposons bien que l'enquête est de la fin du règne de saint Louis. Elle est postérieure à la mort de Mahaud, comtesse de Boulogne (§ 157), arrivée le 14 janvier 1259, et à l'administration des baillis Geoffroi de Roncherolles et Bertier Angelart (§ 52 et 58), c'est-à-dire à l'année 1266. Quand elle fut faite, les prévôts ne recevaient plus leurs prévôtés à ferme (§ 48); la terre de Clermont en Beauvaisis était entre les mains du roi (§ 154 et 157); Bernard de l'Escalier occupait la prévôté d'Amiens depuis environ quatre ans (§ 5); Gilles de Brunvillers était prévôt de Saint-Riquier (§ 14); Étienne Blanchart, prévôt de Péronne (§ 53, 54 et 55); Hugues le Bule, prévôt de Chauni (§ 76, 88 et 108); Quentin, prévôt de Saint-Quentin (§ 106); Martin, prévôt de Ribemont (§ 113, 116 et 118); Jean Letence, prévôt de Pierrefont (§ 124 et 149); Raoul le Maître, prévôt de Clermont (§ 154, 155 et 161); Jean du Pont de Senlis, prévôt de Crespi (§ 214); Simon Veret, prévôt de Laon (§ 231) : il avait été précédemment prévôt de Beauquesne (§ 43 et 45).

Ces données permettront sans doute aux savants particulièrement versés dans l'histoire de Picardie de fixer exactement la date de l'enquête.

Dans plusieurs des sentences d'Étienne de Lorris et de ses collègues (§ 140 et 141) il est question de décisions prises par d'autres enquêteurs (*per alios inquestores*), et à un endroit (§ 136) se trouve rappelée la solution qu'une affaire avait reçue en présence de Guillaume à la Chappe, chevalier, et des autres enquêteurs royaux (*coram Guillelmo ad Capam, milite, et aliis inquisitoribus regis*).

IMPRIMERIE NATIONALE.

I

PLAINTES CONTRE GEFFROI DE RONCHEROLLES, BAILLI DE VERMANDOIS. A

1. Pierres Bovez, de Pierrefons[1], demande à monsignor Jofroi de Rocheroles LX s. de parisis qu'il a eu de lui sans raison; et ce il li nie, il est prés de prouver par bones gens et loiaus.

2. Pierres Maaille, de Retondes[2], si se compleint aus enquesteeurs monseigneur le roi
de France de monseigneur Jeffroi de Ronqueroles, qui jadis fu bailliz de la baillie de Ver- B
mendois et de Valois, et de Pierre Martel, de Pierrefons, qui à ce tans estoit prouvoz de la
prouvoté de Choisi[3], qui tolirent et eurent par leur force dou devan dit Pierre Maaille
duques à IIII lb. de parisis, et sanz reison, pour une petite esgratineure que Estevenez, li
fiuz à ce Perron Maille, fist seur le nés d'une fame, de laquelle esgratineure il oisi un petit
de sanc; lesquelles IIII lb. parisis cil Pierre Maaille paia au concierge de Compiengne, qui C
fu prouvoz de Choisi après Pierre Martel, liquieus concierges requenoit bien qu'il les reçut
pour le roi dou devan dit Perron Maaille, mais il ne set si ce fu ou tort ou droit. Pour
laquieu chose cil Pierres Maaille prie et requiert au devan diz enquesteeurs que il li facent
faire raison et droit avenant dou roi ou de ceus qui ou non le roi firent celle toute de
IIII lb. de parisis, comme i n'aferoit d'amende pour le devan dit meffet que XV s. parisis. D

3. Dicunt Elisabet, relicta Bartholomæi dicti Poissonnier, et ejus liberi quod impositum
fuit eidem Bartholomæo quod detinuerat[4] præpositos domini regis cum armis, videlicet
Johannem dictum Tourgis et Albertum, fratrem ejus, ne caperent quosdam pastores quibus
imponebatur quod interfecerant que[m]dam filium Radulphi dicti de May de Troli[5] sub fo-
resta Cusiæ[6], quod nunquam fuit probatum contra ipsum, nec confessus fuit, immo parati E
sunt dicta Elisabet et liberi sui, et semper fuit [paratus][7] dictus Bartholomæus legittimam
inspectare inquestam. Propter quod Galfridus dictus de Roncheroles, miles, tunc ballivus
Veremendensis, extorsit[8] ab eodem Bartholomæo LX libras parisiensium minus juste, quas
petunt sibi reddi, et quos denarios dictus ballivus computavit in compoto domini regis,
quia tradidit dictus Bartholomæus miliciæ Templi Parisius[9]. F

4. Sengneurs enquesteurs de par le roi, sires Hues li Fruitiers, bourgois de la com-
mune de Compiègne, se plaint et dit encontre le roi : car com iceli bourgois devant dis[10]
eust en usage à ce point de prendre et de retenir son dete[ur] ou son plège, en ques lieu
que il le troveroit en la justice de Compiègne, il avint que il prist son deteur en la devant
dite justice, et le mist ès aniaus, si com il avoit eu en usage, et li et tous li bourgois de la G
devant dite commune, très icele eure que ele fu estorée. Seur ce messires Giffrois de Ron-
cheroles, baillieus en iceli tans, taxa le devant dit bourgois à XX libvres de parisis d'amende,
por le devant dit deteur que li devant dis bourgois avoit enprisoné. A ce, li devant dis
bourgois fu prés et apareliés de faire serement et seur se foi, et est encore, que deffence ne
commandemant de par le roi n'avoit oi ne entendu. Por laquele chose il vos prie et requiert, H
si com vos estes establis enquesteurs de par le roi, que les devant dis deniers li fachiés res-
torer por les raisons que vos i poés entendre, comme cil qui ont esté levé sans droit et sans
cause rainable.

5. Vés ci le plainte que Jehans de Guise[11] fait contre mon seigneur Joiffroi de Ronkeroles,
jadis bailliu de Vermendois. Car il avint, I jour qui passa, c'uns contens meut de celi Jehan I
devant dit et d'un fil à I borgois de Compiègne c'on apèle Estienet Larde, entre le bois et la
vile, emmi les chans; là meut I contens d'aus II, et dut cil Jehans avoir feru celui Estienet.
Li mayres de Compiègne enquist de la besoigne, et trouva par bonne enqueste et loial de
ciaus qui avoient esté au contens que en ce fait n'avoit eu fors que paroles, fors que tant
que cil Jehans dut avoir mis main en celui Estienet sans sanc, sans plaie et sans main garnie. J
Et plus eut que cius Estienes ne se fu onques plantius à joustice nule. Là vint li maires qui
adonques estoit et prist celui Jehan, et le mist en prison ou berefroi, et le tint tant com
il vout. Et adonques li baillius devant dis requist que li dis Jehans li fust delivres. Li maires,
qui adonques estoit sire Robers de Mondidier, li delivra à sa requeste, et fu mis cius Jehans
devant dis par le commandement dou dit bailliu en prison en la maison le roi à Compiègne, K

[1] Pierrefont, Oise, c^on Attichi.
[2] Rethondes, Oise, c^on Attichi.
[3] Choisi-au-Bac, Oise, c^on Compiègne.
[4] *Le manuscrit porte* detenuerat.
[5] Trosly-Breuil, Oise, c^on Attichi.
[6] La forêt de Compiègne.
[7] *Le mot* paratus *manque dans le manuscrit.*
[8] Extorsis, *dans le manuscrit.*
[9] *Le ms. porte* Parius.
[10] *Le scribe avait d'abord écrit* dit, *et de même un peu plus bas.*
[11] Guise, Aisne, arr. Vervins.

A et le tint en prison li baillius tant com il vout, et vouloit li baillius adonc qu'il paiast
I amende de LX libvres por ce fet; et cius Jehans devant dis disoit tous jors qu'i n'estoit
mie tenus, et dit encore : car il dit einsint que li baillius ne puet lever amende de LX libvres,
se il n'i a sanc de main garnie dedens la vile de Compiègne. Et de qoi cius Jehans devant
dis dit que cius fais de qoi cius baillius l'acusoit ne doit mie tele amende s'il avoit ore esté
B fais : car, par l'enqueste que li maires en fist, li contens avoit esté hors de la vile de Com-
piègne tel com i fu, et sor ce qu'il n'eut onques plainte faite ne clameur de celui Jehan de
ce fait à joustice nule, si com il est desor dit. Et de qoi cius Jehans requist par pluiseurs
fois au bailliu qu'il li feist droit et raison de tele amende com il li demandoit, car il n'estoit
pas tenus à paier tele amende com il li demandoit, por la raison de ce qu'il n'avoit onques eu
C plainte encontre lui de ceste chose. Et de qoi cius Jehans dit qe demanderres et acuserres
et jugerres ne poait il mie estre. Et de qoi cius Jehans li requist qu'il li menast par raison
selonc les us et les coustumes de Compiègne et de la chastelerie et des chevaliers qui en
sont. Et parmi toutes ces choses li requist il bien que il li feist droit et raison et qu'il ne
levast rien de lui, com cius qui requeroit que drois et raisons li fut faite selonc les raisons
D desor dites. Et sor ce que drois ne jugemens ne li fu onques fais, il a levé de lui LX libvres
de parisis en ce debat, par la raison de le proie de la vile que il fist prendre. Et qant la
proie fu prise, li maires de Compiègne vint à celui Jehan devant dit, et li dist que la proie
estoit prise, et qu'il ne poait mie estriver ne plaidier encontre le bailliu qui estoit ou lieu
dou roi, et qu'il li convenroit finer, fut à tort fut à droit. Li dis Jehans fina de ses LX libvres
E devant dis por le force dou bailliu, et en fu gré fais au dit bailliu ou à sa gent par le force
et par le contraignement, si com il est desor dit. Et de ce requiert li dis Jehans à vous, sei-
gneur enquesteur, qui ci estes venus de par le roi, que vous enquerez bien et loiaument et
diligiaument la verité de ceste chose, et li en faites rendre et restorer le damage qu'il a eu
sans raison et sans deserte.
F 6. Seignor enquesteur de par le roi, Jehans Fermax, de Compiègne, vos mostre et dit
qu'il avint chose que uns vallez, Willemez Pincons, tençoit à se dame, dame Ysabel Mar-
cole, et por ce que Jehans estoit lor voisins, si i ala por bien et por deffaire la tençon, et
eissi com il quida bouter arière Willemet, qui estoit ses cousins, si le hurta par aventure de
sa main arière main sour le nès : et li garçons, qui avoit but et qui estoit eschaufés, si com-
G mença à sainier dou nès I peu, et s'en ala clamer à Jehan Provencel, adonc maieur. Là fu
Pierres Hariaus et Pierres Oliviers et Raous li concierges et autre, qui disoient que ce n'es-
toit pas chose de quoi on deust parler; li valles nel laissa mi à tant, ains s'en clama à mon-
seignor Giefroi de Roncheroles, adonc bailliu. Li baillius le manda devant lui et li dist que
il paiast XX libvres, ou il alast en la tour en prison. Jehans ne le vout mie paier, ains ala en
H la tour, là où il demora près de VI semaines, encor fust il clers, et li cousta bien que en li
requerre qu'en despens XX libvres de tornois. Et com il i eut tant esté, si covint qu'il paiast
XX libvres de parisis, avant qu'il en peust issir, au bailliu devant dit, et de ce a il bons tes-
moignages. Si vous prie Jehans et requiert qu'il li soient rendu, comme cil qui les paia par
force et sans droit et sans raisnable achoison.
I 7. C'est la peticion Henri le Lorgne, de Compiengne. — Sire, il avint que Henris li
Lorgnes aloit à Soissons. Là encontra il un bourgois de Compiengne, qui a nom Jehans
Foures, à cui cil Henris avoit descort. Cil Henris tourna à celui Jehan et le print par le ca-
peron et li donna deus cous dou poing par mi le teste et par mi les espaules. Cil Jehans
moustra ceste chose au bailliu, monseigneur Gieffroi, et s'en plaint. Sire, li baillius a levé
J dou dit Henri LX libvres d'amende. Et sachiez, sire, que cil fais fu fais en la prevosté de
Pierrefons, dont l'amende ne monte de tel fait que VII s. VI d. Et li fais de sanc, se il est
fais en le prevosté, l'amende ne monte que à XV s., sire, et il n'eut ne sanc ne plaie en ceste
chose. Por Dex, si en aiez merci.
8. Segneur enquesteur, dame Annès Lardée, de Compiègne, veve, se complaint à vous
K de monsegneur Goiffroi de Roncheroles, chevalier, jadis baillius de Vermandois, de un
grief que il li fist quant il estoit baillius. Il avint chose que uns homs foreins devoit une
dette à cele dame deseur dite, dont il estoit deffaillanz de paiement; puis grant pièce après
il vint à Compiègne. La dame le sout, se le fist arrester et mener en son ostel pour mettre
en prison, si com il est coustume en la vile de Compiègne. Là fu Jehans Provenciaux,
L bourjos de Compiègne, adonc maires de Compiègne, et la dame devant dite demanda au
proudome, son detteur deseur dit, se il estoit croisiez, il respondi que nenil. De rechief,
ele li demanda lequel il avoit plus cher de tenir prison en sa maison ou en la prison de la
vile, il respondi que il avoit plus cher en la maison la dame devant dite. D'autre part, elle li
requist que, se il pooit livrer plegerie de sa dette paier, que elle le lairoit aler et soi pour-
M chacier : il respondi que il ne troveroit ame qui le plegast. Là vint la dame devant par la

volenté dou detteur devant. Si le tint en sa prison et ės aniaux. Quant li baillius devant dis A
le sout, il manda la dame devant lui et le prisonier avec, et en achoisona la dame qu'elle
l'avoit mis ès aniaux et seur la deffense le roi. La dame li respondi qu'elle n'en seut onques
nient de la deffense; mais elle le tint en sa prison come fuitif de sa dette, as us et as cous-
tumes de le vile de Compiègne. Là vint li ballius et dona le detteur congié sanz paier, et
toli à la dame deseur dite xx livres de parisis de amende et toute sa dette devant ditte, B
dont elle vous requiert, segneur, que vous l'en faciez raison et que vous li faciez rendre ces
xx lb. deseur dis. Et sachiez, biau segneurs, que li bons homs demoura en la prison à la
dame deseur dite par sa bone volenté. Et toutes ces choses se pont offre elle à prover par
devant vous par bone gent souffisant et creables.

9. Segneur enquesteur, Felippes Lardez, de Compiègne, se complaint à vous de grief C
que messire Goiffrois de Roncheroles, qui baillius estoit adonques de Vermandois, li fist
sanz cause raisnable. Voir fu que, un jour que passez est, Lorins li Mouniers, un vallez de
Compiègne, courut sus celui Felippe Larde devant dit et le navra vilainement ou braz,
d'arme molue. Quant cil Felippes fu navrez, il wida le païs. Là vint Lorins li Mouniers au
bailliu, et requist asseurement de icelui Felippon; li baillius fist destraindre celui Felippe D
de venir à droit devant lui; cius Felippes n'i vint mie, car il n'estoit mie ou païs, ne riens n'en
savoit de sont mant. Et quant li baillius devant dis vit que il fu deffaillanz, il fist arrester
tous ses biens et saisir et banir celui Felippon hors dou roiaume, sanz ce que il ne pooit ne
faire devoit, car il est coustume en la terre le roi, quant uns homs est deffaillanz de venir
devant joustice, que on le doit ajourner par III quinzaines au mains, et, puis les III ajourne- E
menz, se cil ne vient avant pour droit faire, on le banit. Segneurs, sanc ce que Felippes
devant dis ne fu ajournez souffisanment, pour une seule deffaute, li baillius le banist, que
faire ne le pooit de droit, si com il est dit par avant, ainz par sa volenté si fist saisir touz
ses biens et en leva, de ses dettes que on li devoit, c'est à savoir de Pierre Werne, de Ver-
berie [1], XL lb. de parisis, et de Hanon de Markateglise XIIII lb. de parisis. Et toutes ces choses [2] F
se pont offrir bien à prover par devant vous, segneurs, par bone gent souffisant.

10. Dicit et petit coram vobis, domini inquisitores illustrissimi viri Ludovici, Dei gratia
regis Franciæ, Nevelonus, filius condam Roardi Carnificis, de Vivariis [3], contra Gaufridum
de Roncheroles, militem, bailglivum tunc temporis in Francia, quod ipse bailglivus minus
juste et sine causa rationabili cepit, extorsit seu capi fecit per Stephanum de Berrona [4], bur- G
gensem Crispiacensem [5], præpositum tunc temporis Crispiacensem, centum solidos parisien-
sium, quam peccuniæ summam idem Stephanus recognovit coram vobis prædictis inquisi-
toribus se recepisse in pecunia numerata a prædicto Nevelone, sed dixit prædictus Stephanus
quod ad mandatum prædicti bailglivi receperat dictam peccuniam, et quod dicta peccunia
in utilitatem et commodum domini regis erat conversa. Et cum dictus bailglivus seu præ- H
positus prædictam peccuniam minus juste et sine causa rationabili ab prædicto Nevelone ex-
torserunt, petit dictus Nevelo prædictam peccuniæ summam per vos, domini inquisitores,
a prædictis bailglivo seu præposito sibi reddi, et ipsos bailglivum seu præpositum in præ-
dictis centum solidis condempnari et ad reddendum compelli.

11. Segneur enquesteueur, especiaument envoié de par noble homme Looys, roys de I
France par la grace de Dieu, por les torfez amender en quelcunque mennière que il
soient fet en sa terre et en sa potée, soit par lui ou par ces menistres, qui especiaument
soient desputez à fere droit à cheucun, ausinc au povre quant au riche, selonc ce que reson
et droiture aporte, meismement en cest païs. Premièrement, je Tibaus de Feniuz [6], fius
jadis Perron, mahieur de Feniuz, me complaing par devant vous tant quant je puis et tant J
quant je sai, premièrement comme hons deseritez et sans reson, c'est à savoir de la merie
de Feniuz qui me duit et de linnage en descendant de par mon père Perron, jadis mahieur
de Feniuz, si comme cil devanz diz Pierres jadiz mes pères l'avoit eu en descendant de par
son père, et li ancessours au père mon père l'avoient eue et tenue pesiblement et en pés de
tant loing quant il puet souvenir à homme; c'est à savoir dès le tans la comtesse Lyennor [7], K
demme de Vermendois et de Valois à cel tans. Et comme cele merie devant dite de Feniuz
me soit estrangiée et ostée sanz reson et sans droiture, comme cil qui sui hoirs marles et
li ainnés de tous les enfans de ce devant dit Perron, jadiz mon père, et cele merie me soit
escheoite par reson de sussession, et comme je requeisse cele devant dite merie au bailgli de
France, ou tans que mes pères trespassa, comme cil à qui elle duisoit, si comme il est dit L
par de devant, c'est à savoir à Geffroi de Ronqueroles, chevalier, bailgli mon segneur le roy

[1] Verberie, Oise, c[on] Pont-Sainte-Maxence.
[2] *Le mot* choses *manque dans le manuscrit.*
[3] Vivières, Aisne, c[on] Villers-Cotterets.
[4] Berogne, Oise, c[on] Attichi, c[ne] Chelles.
[5] Crépi-en-Valois, Oise, arr. Senlis.
[6] Feigneux, Oise, c[on] Crépi.
[7] *La comtesse Aliénor, morte au commencement du* XIII[e] *siècle.*

A à ce tans en la terre de Valois et de Vermendois, et li contasse tout le fet, si comme mi an-
cesseur l'avoient tenue pesiblement et en pès, et que mes pères avoit eue cele devant dite merie
par reson de linnage et de sussession, en descendant de degré en degré, si comme à linnage
apartient, de tant loing quant il puet souvenir, dès le tans la contesse Lyennor devant dite,
et offrice à prouver se que je disoie et requeroie à celui Geffroi, chevalier et bailgli à ce
B tans, qu'en autele possession quant mes pères estoit au jour qu'i mourut me tenist, si comme
mes pères au jour qu'i vivoit i avoit esté tenuz en descendant, quant ses pères ala de vie
à mort, et li ancessour au père mon père ausinc, et bien li disoie en criant : « Merci, gen-
tius bailglis, enquerez ce ce est voirs que je requier par devant vous, comme cil qui suis prés
et appareilgliés d'atendre l'enqueste dou païs, ou de prover par bons tesmoingnages loiaus
C qu'il est ainsinc quant je di. » Liquieus bailglis, par mauvés conseilg de gent qui ne m'amoient
pas, ne m'en vout onques escouter ne entendre, ainsois me mena si longuement d'asise en
asise que je i despendi tant poi quant je avoie en porchasant ceste besongne, ne ne poi
avoir ne droit ne loi par devant lui, n'onques n'en vout descendre à enqueste ne tesmoin-
gnages oir, que je i seusse amener. Et en ceste mennière ce departi li bailglis Geffrois de la
D bailglie, c'onques enqueste n'en voust fere ne tesmoingnages recevoir, ja soit ce que il savoit
bien par oir dire que mi ancessors l'avoient toujours tenue et heue, de tant loing quant il
povoit souvenir à homme, pesiblement et en pés. Et comme mesires li rois n'ait cure ne
volenté ne courage de riens tolir à nul homme qui soit, puis qu'il i sache sa droiture en
quelcunque mennière que ele i puist estre, et vous, segneur enquesteueur, representois la
E persone mon segneur lou roy, en amendant le torfez que vous trouvés en sa terre, puis que
vous le puissiés savoir ne apercevoir, je Tibauz, fius de ce devant dit mahieur jadis, vous
pri et requier que vous en la possession en laquele mes pères mourut me metoiz et tenoiz,
comme cil qui sui drois hoirs de celui Perron, et sui prés et apareilgliés de prover, ou
par enqueste ou par vive vois de tesmongnages bons et loiaus et souffisans, que mi ancesseurs
F l'ont tenue à touz les segneurs qui i ont esté, puis le tans la contesse Lyennor, pesiblement
et em pés, et mes pères ausinc duques au jour qu'il ala de vie à mort, sans contredit de
nului; et toutes ces choses devant dites sui ge prés et appareilgliés de prover ci avant, quant
drois porra esgarder, soit par lais ou par clers ou par chevaliers, qui savoir en puissent et
doient de ceste besongne. Et seur ce si metez conseilg, en remission de voz enmes et por
G reson fere. Diex vous gart.

12. Dicit Colardus dictus Ruffus, serviens domini regis in præpositura Laudunensi, quod,
cum Thomas de Rigni[1] et Robertus, dictus Putefins, de Creci[2], emissent omnia ad dictam
præposituram pertinentia, usque ad certum tempus tenenda et regenda, iidem Thomas et
Robertus vendiderunt ipsi Colardo onus carceris seu prisoniæ custodiendæ, durante termino
H ad regimen præposituræ eis concesso. Cumque dicti Thomas et Robertus non perseverassent
in officio eis commisso causa præposituræ prædictæ, expulsi fuerunt et amoti a præpositura
prædicta, circa tale[3] tempus quod ad præsens est, videlicet Sabbato ante *Isti sunt dies* in
illo anno. Et cum amoti fuissent, dictus Colardus comparuit coram Thoma de Craona, tunc
denuo præposito misso, obtulit ei se redditurum claves carceris et prisoniæ domini regis
I in Lauduno; et emerat dictam præposituram ab ipsis Thoma et Roberto tunc amotis,
et dominus rex eos quitaverat, et res transibat cum onere, et erat unus idem contractus.
Dicto Thoma respondente quod nolebat claves suas recipere, sed custodiret ex parte sua
dictum carcerem, qui dictus Colardus custodivit dictum carcerem ex tunc usque ad nati-
vitatem beati Johannis Baptistæ vel circiter, et per illud levavit de exitibus[4] prisoniæ usque
J ad sexaginta solidos parisiensium. Et tunc dictus Thomas de Craona compulit ipsum Co-
lardum ad hoc quod satisfecit ipse Colardus dicto Thomæ de Craona de decem libris
parisiensium, sed dixit ipse Thomas et asseruit quod hoc fecerat de mandato domini Joiffridi
de Ronqueroliis, tunc baillivi Viromandensis, qui injuriam ipsi Colardo de hoc fecerat.
Quæ prædicta coram vobis deposuit dictus Thomas de Craona, et alii boni coram vobis depo-
K suerunt. Et prædicta injuria facta fuit anno Domini M° CC° LX^mo^ tertio.

13. Nous Willaumes de Saint Freguel[5], Pierres de Boncourt[6], Rogiers li Sages, Jehans
li nies Willaume devant dit, nous plaignons et demandons par devant vous, signeur en-
questeur, qui estes envoié de par le roi, de monsigneur Joiffroi de Ronqueroles, qui ert
baillius de Vermendeis : en l'an de l'incarnation Nostre Signeur mil deus cens et seissante un,
L prist et fist penre sans jugement d'eschevin, as nous honmes devant dis, cent libvres de pa-
risis; et en eurent bien cent libvres de parisis de damages, pour l'oiceison qu'il furent en

[1] Regni, Aisne, c^on^ Ribemont.
[2] Créci-au-Mont, Aisne, c^on^ Couci-le-Château.
[3] Tele, *dans le ms.*
[4] *Le ms. porte* extibus.
[5] Saint-Fergeux, Ardennes, c^on^ Château-Porcien.
[6] Boncourt, Aisne, c^on^ Sissone.

prison en la court le roi à Loon pour une enmessure c'on leur enmist d'un[1] honme qui fu A afolés à Saint Freguel, si con on dist, laquele emmessure ne fu onques ne prouvée n'averée par eschevins ni jugie. Et leur enmist on qu'il l'avoient afolé l'oume devant dit, sur l'apel de la court le rei, si con on dist, çou qu'il ne fisent onques ne ne vaurroient avoir fait, et ne fu onques prové, ains l'enqueste ont li prouvos et li baillius par leur volenté. Pour laquel chose nous vous prions pour Diu, signeur enquesteur, que de ces choses nous veillés faire B raison et nous faites restorer à mon signeur le roi les sonmes d'argent devant dites par les raisons dites par ci deseur. Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Signeur mil CC et LX et VIII, le diemence devant Paskes flourie[2].

14. A vous, seigneur enquesteur, se complaint Wiars d'Oignies, escuiers, gentils homs et homs liges le seigneur d'Audenarde[3] et couchans et levanz souz lui, que, comme il fust C I jor de feste saint Lorent, à Rosoit[4], en un ostel, là vint uns mesages à lui et li dist que li chapitres de Rosoit avoit pris I sien cousin et mis en prison. Là ala Wiars, et demanda que on avoit fait de son parent que on avoit enprisonnet. Li chapitres dist que il l'amerroient à val et l'amenèrent en la feste à val de lor plain gré et de leur volenté. Et quant il l'orent amené en cele feste en tel manière, de laquele feste il l'en avoient mené, il le vosent remener D arrière en prison et misent main à lui. Et Wiars ausi, d'autre part, i mist la main por defendre que on ne l'enmenast mie, sauf ce que il n'i ot ne coutel ne autre armeure, fors que ses mains. A ce que li channoinne virent que Wiars i metoit les mains, il apelèrent touz ceaus qui les efforcieroient de leur prison à la cort le roi à Loon. Après ce que li channoinne orent apelet, cil Wiars n'i mist puis la main. Après cez choses, li chapitres de Rosoit E fisent ajorner celui Wiart par devant Thonmas de Reigni et Robert Putefin, qui adont estoient prevoz de Loon. Cius Wiarz vint à l'ajornement par devant lesdiz prevoz, et l'autre partie ausi contre Wiart, et fist li chapitres sa plainte contre lui. Là dist Wiars devant dit que il estoit homs le seigneur d'Audenarde et couchanz et levanz souz lui et son joustisable, ne n'avoit esté semons ne ajornet de ceste chose en la cort son seigneur F ne traitiet par droit, ne n'estoit li sires trouvez en nule defaute, par coi il demanda son retour en la court à son seigneur. Liquel prevos ne li vosent rendre, ja soit ce que cius Wiars eust requis son retor par pluseurs foiz; et por celui Wiart plus agrever, li prevos misent la querele par devant mon seigneur Geffroi de Roncheroles, qui adont estoit baillius. Par devant lequel bailliu cil Wiars demanda et requist de rechief son retour et ne le pot G avoir, ainz li fist li diz baillius par contrainte de prison amender le fait que on li ametoit, sanz droit, sanz loi et sanz jugement, de la quele chose il n'avoit esté ataint ne convainchu en nule cort par jugement, et leva li diz baillius de cele amende dou dit Wiart LXIIII lb. de parisis. Et parmi cez raisons requiert à vous, seigneur enquesteur, li diz Wiars que li devant dit denier li soient rendu arrière, cum il soit apareillié et ait esté et s'offre de droit faire, H selonc le fait, par devant les eschevins de Loon ou par là au droit le merroit. Et retient à amender li diz Wiarz jusques à droit, et vous requiert, seigneur, que li serjant ne li prevost ne soient oi en tel chose, comme li prevos et li serjanz en aient eu de cez deniers IIII lb. de parisis, par coi leur tesmoingnage ne doit valoir.

15. Saichent tuit cil qui sunt et qui cest escrit veront que, [comme] Anciaus Bernars fust I venus as asises à Loon avesques un cien ami, il avint que, quamt cis Anciaus voust entrer en l'ostel le baillieu, que li garçons qui gardoit l'ostel le baillieu mist à celui Ancel une amesure sus, et dist que cis Anciaus l'avoit boutet, mais cis Anciaus dist qu'il n'i out courpes. Il avint que la plainte en vint devant le baillieu; li baillieus coumanda que cis Anciaus fust mis en prison. Ci ami le requirrent, et li baillieus respondi qu'il enquerroit volentiers dou J fait l'endemain. L'endemain au matin, iains qu'il fust jors, li baillieus ce parti de Loon et coumanda au prouvost qu'il en enquesist. Li prouvos n'en voust enquerre ne ne voust jeter celui Ancel de prison, devant qu'il l'eut amendé. Cis Anciaus, pour ce qu'il ne voust mie estre longuement en prison, l'amenda, san ce qu'il n'avoit courpes ou fait, n'onques l'amende ne fu jugie, ce par le prouvost non. Li prouvos Hues coumanda à celiu Ancel qu'il paiast K LX s. de parisis, et qu'il les portast à Brainne[5] en la maison Willaume[6] de Marieul. Ci Anciaus les i porta et les eut cis Willaumes pour un cheval, et ce fu faist la vegile de l'Asencion eut VI ans[7], et fu au tans que mesire Joifrois de Roincheroles estoit baillieus, et Hues de Saint Just en Biauvoisin estoit prouvos. Et de toutes ces choce Ancious est prés et aparrilliés de prouver et d'amener sa preuve tel com vous dirés. L

16. Seigneur equesteur, Garniers, de derrière le moustier de Vailli[8], dist et vous moustre,

[1] D'une, *dans le ms.*
[2] 10 mars 1269, nouv. st.
[3] Oudenarde, en Belgique, Flandre orientale.
[4] Rozoi-sur-Serre, Aisne, arr. Laon.
[5] Braine, Aisne, arr. Soissons.
[6] *Ici et plus bas, le ms. portait primitivement* Oudart.
[7] 17 mai 1262.
[8] Vailli, Aisne, arr. Soissons.

A pour lui et pour Marie, sa femme, qui jadis fu femme Jehan de Crespi en Loonois[1], bourjois
de Vailli, et pour les oirs celui Jehan de Crespi, que, comme cius Jehans fust venus de la
commune de Crespi comme bourjois le roi et de commune en la commune de Vailli, et fust
devenuz bourjois de la commune de Vailli, et fust receuz dou maieur et des jurez comme
hom delivres et de ladite bourjoisie et de la commune de Crespi, et par le tesmoingnage
B dou maieur et des jurés et des homes de cele commune de Crespi, et en cele commune de
Vailli meist il XIII ans ou plus. Après ce, il ala demorer à Soissons, et il meist grant espace
de tens. Pierre Engelars, adonc baillius de Vermendois, cui on avoit fait entendant que li
diz Jehans estoit hons le roi de cors, traita celui Jehan par devant lui à Loon d'endroit cel
homage de cors et aprist la verité de la besoigne, et, la verité enquise et seue, li diz baillius
C Pierres en la court li dist en plainne assise : « Jehan, vous estes delivres, que je ai trouvé
par enqueste que vous estes bourjois le roi, et devant et après, sans redevance d'onmage de
cors. » Et en demoura cius Jehans quites et en pais par la delivrance dou dit bailliu. Et après
ledit bailliu Perron, fu baillius de cele bailiue messires Mahius de Biaune, chevaliers, qui,
pour la delivrance son devancier, tint en pais ledit Jehan comme bourjois le roi, ne rien ne li
D demanda dudit honmage de cors. Après lequel mon seingneur Mahiu, vint à la bailiue messire
Joifrois de Roncheroles, chevaliers, qui, par la suggession d'aucunes gens pourchasans la
grevance et le damage ledit Jehan, aggrava tant et traita celui Jehan par ajournemens, par
prison et par autre grevance, pour en droit ce que il li metoit sus par sa volenté ledit hon-
mage de cors, que il sans jugement le rahaint III. C. lb. de parisis, et les prist et eust de lui
E sans jugement. Si vous requiert li diz Garniers, pour lui et pour sa femme devant dite, qui fu
femme ledit Jehan, et pour les oirs celui Jehan, que vous leur faisiés rendre lesdis III. C lb.
de parisis comme levez sans jugement, et offre bien li diz Garniers à prouver le fait devant dit.

17. A vous, seigneurs enquesteurs, se complainnent li oir seigneur Haimeri de Vaucele
que, comme on eust fait entendant à monseigneur Geffroi de Roncheroles, qui adont estoit
F baillius de Vermandois, que li devant dit oir avoient passé parmi une vile à armes, li devant
diz baillius les fist ajorner par devant lui à ses assises, liquel oir vindrent à l'ajornement,
ja soit ce que point n'en deussent. Et là leur amist li baillius que li dit oir avoient rendu
une mise desconvenable, de coi il avoient raains I home de IIII lb. de parisis, et de cele
amesure que li baillius leur avoit amis, il en avoient esté delivré par devant Phelipe de
G Bestisi, prevost de Loon, bien II ans devant ce que li a[j]ornemenz leur eust esté faiz de par
ledit bailliu, et delivré en furent sanz damage. A ce que li diz oir furent venu à leur ajor-
nement, li baillius devant dit les fist metre en prison, sanz ce que il ne porent leur defenses
avoir. Là se fisent il requerre par leur amis à ce que il vindrent devant le bailliu et requisent
au bailliu que droit leur fust faiz de toutes amesures que il leur ametoit. Là dist li baillius
H que ja droit ne leur en feroit, se il ne l'amendoient à sa volenté. Là les vost faire mestre en
prison de rechief, por ce que il ne l'amendoient. Là li amendèrent il par la contrainte de
prison et contre leur volenté, et de cele amende, seigneur enquesteur, leva li baillius C et
XVI lb. de parisis, sanz droit, sanz loi et sanz jugement et sanz cause d'apel. Et offrent li de-
vant dit oir à prover cez choses, par tout là où preuve s'afferra, par bones genz et souffisanz.

I 18. Conqueritur, domini inquisitores, Johannes, conciergius Laudunensis, de domino
Gaufrido de Ronqueroles, de decem libris parisiensium quas dictus Gaufridus extorsit ab
ipso conciergio, quam peccuniæ summam quidam probi viri dederant dicto conciergio pro
quadam pace reformanda inter duos consanguineos germanos de quadam guerra mortali,
pro pœna et labore suo, licet dictus Johannes non interesset in faccione dictæ pacis tamquam
J serviens regis, inmo erat tamquam consiliarius et mediator de pace reformanda.

19. Par devant vous, signeur enquesteur le roi, dit et propose Jaquiers de Chievrigni,
escuiers, pour lui et pour les autres amis à Jehennin de Trouissi, le fil Oudart Maucuivent,
que mesire Joiffrois de Roncheroles, chevaliers, adont baillius de la baillie de Vermendois,
par les prevos de Loon qui pour le tans estoient prevost, c'est à savoir Thonmas de Rigni,
K Robert Putefin et Thonmas de Craonne, qui après celui Thonmas de Rigni et Robert Pute-
fin vint en la prevosté, leva et fist lever de celui Jaquier et des autres amis celui Jaquier
XL libvres de parisis, pour la raison de ce que cil prevost disoit et enmetoit à celui Jehennin
que il avoit I homme tuet. Pour ce si leva et fist lever icix baillius cesdiz XL libvres de celui
Jaquier et des autres amis à celui Jehennin, et pour ce ne demoura mie que cil prevost,
L pour la pais des amis à l'averse partie, ne commandassent et feissent aler celui Jehennin
outre mer. Lequel voiage cix Jehannins fist, si conme on li enjoint et on li commanda. Et re-
connurent cil Thonmas de Rigni et Robers Putefin, par devant les maistres, que cil XL libvres
avoient par celui monsigneur Joffroi bailliu estet saisit en leur mains et levet de celui

[1] Crépi-en-Laonnois, Aisne, c^on Laon.

Thonmas de Craonne, qui vint après aus, au commandement de celui Joiffroi, bailliu devant A
dit; liquex Thonmas reconnut bien et reconnoit que il ces XL libvres leva de ses gens devant
dis, et qui les delivra au bailliu devant dit, c'est à savoir monsigneur Joiffroi de Roncheroles.
Donques comme il soit ensi que, pour la raison de l'enmesure devant dite, cil Jehennins ait
le païs perdut, n'est mie raisons que cil Jaquiers de Chievrigni, escuiers, et li autre ami
celui Jehenin perdent ces XL libvres, ja soit ce que il soient ensi à tort levé d'aus. Si vous B
requierent cil Jaquiers et li autre ami celui Jehennin que vous, qui estes envoié pour tex
excez et pour autres, leur faites raison de ce, kar pour ce donnèrent il les XL libvres de pa-
risis que cil Jehenni[n]s peust revenir ou païs sauvement.

II

PLAINTE CONRE BERTIER ANGELART, BAILLI DE VERMANDOIS;
CONTRE BERTIERS, JADIS BALLIF DE VERMENDOIS. C

Thierris li Fevres, de Grant Lut[1], se plaint c'est à savoir que il avint que cius Thierris,
un jour qui passés est, marchanda à la dame Fay de ses terres, pour faire à moitiet un blet
et un mars, et dut avoir cius Thierris letres dou seel ladite dame de tenir ces convenances,
et la dame dist à Thierri que ele n'avoit point de seel, mais il en alast à Loon[2] un faire faire.
Et Thierris i ala et le fit faire. Et cius qui fit celui seel crut tant et tint celui Thierri à D
preudome, que il li bailla le seel. Et cius Thierris en porta le seel en la maison cele dame
et le bailla à la dame. Et après, un autre jour après, il li porta en son ostel les letres de cele
convenance escrites, et cius Thierris en la maison cele dame seela les letres dou seel la
dame, et devant sa maisnie et par sen gret. Et quant cele letres fu seelée, ele fu portée de-
vant le prevost le conte de Rouci et devant les hommes le conte, et là reconnut la dame que E
ce estoit ses seaus propres, et tint adon la dame la letre et le seel à bon. Et après ceste
reconoissance, li diz Thierris ahana les terres, et puist, quand vint à l'aoust, la dame et
autres de par li enpeeschèrent les biens qui estoient sur les terres. Et quant vit Thierris
qu'il enpeeschoient ces biens, il en apela ciaus qui ces biens enpeeschoient à la court le roi
à un certain jour et en un samedi. Là vint Thierris contre la dame, et la dame encontre lui. F
A celui jour, Thierris aporte[3] sa letre en court et en manière de provence. Là noia cele
dame cele letre et son seel. Là respondi Thierris que ce estoit sa letre, et seelée de son
seel, et que bien le proveroit. Li baillius et li prevos, qui adonc estoient, ne vousent onques
oir la provance Thierri. Sur ces paroles, li prevos mist celui Thierri en prison. Quant il fu
mis en prison, il pria au prevost que il mesist hors parmi bons respondans baillans que G
il venroit à jour et pour pourseir sen droit. Li prevos respondi que il n'en feroit riens, si
eust parlé au bailliu. Là demoura cius Thierris en prison VII semainnes ou plus. Quant
li bailliu vint à Loon, la maisnie celui Thierri vinrent au bailliu et requisent celui Thierri.
Li bailliu respondi, se il voloient baillier C livres de parisis, il leur rendroit celui Thierri.
La maisnie vinrent à Thierri : « Sire, vous n'en poés eissir se vous ne paiés C livres de H
parisis. » Thierris respondi à sa maisnie : « Pour Dieu, bele maisnie, faites tant que je soie
hors de prison, que à nul fuer je ne i demorroie plus, se je en puis eissir. » Là finèrent sa
maisnie au bailliu de C livres de parisis. Adonc fu Thierris mis hors de prison. Quant il
fu mis hors de prison, paiement furent assené, et quant il vint au paier, li baillius en prist
LXX livres de parisis, et XXX livres l'en quita. Sur ces choses li diz Thierris prie merci pour lui I
et pour sa maisnie, comme povres hom que il est et qui a XI enfans, qui pour ces choses
sont mis à povretet.

III

INQUISITIONES IN AMBIANENSI, VIROMANDENSI SILVANECTENSIQUE BALLIVIIS
ET IN LAUDUNENSI PRÆPOSITURA FACTÆ.

Fol. 1. HEÆ SUNT PETITIONES, CONDEMPNATIONES ET ABSOLUTIONES FACTÆ IN BAILLIVIA AMBIANENSI CONTRA J
PRÆPOSITOS DOMINI REGIS ET SERVIENTES EJUS, ET COMPOSICIONES SUPER EISDEM PETICIONIBUS
CORAM MAGISTRO STEPHANO DE LORRIACO, CANONICO REMENSI, FRATRE ROBERTO DE NIGELLA, DE
ORDINE FRATRUM MINORUM AMBIANENSIUM, ET FRATRE THOMA DE CARNOTO, DE ORDINE FRATRUM
PRÆDICATORUM PARISIENSIUM, INQUISITORIBUS A DOMINO REGE DATIS IN NEGOCIO RESTITUCIONUM.
— AMBIANIS[4]. K

1. *Peticio.* — Johannes de Rua dicit contra Ber[nar]dum de l'Escalier, præpositum Am-

[1] Grandlup-et-Fai, Aisne, c[on] Marle.
[2] Laon.
[3] *Il faut sans doute lire* aporta.
[4] Amiens, Somme.

A bianensem, quod, cum detinuisset et arrestasset, ad instanciam ipsius Johannis, quendam
palefridum Thomæ dicti Panis, pro decem libris quas eidem debebat ex certa causa, et de-
liberasset eidem in domo sua ipsum palefridum, idem præpositus, contra voluntatem ipsius
Johannis, auctoritate propria, cepit et abduxit a domo ipsius Johannis injuste. Quare petit
sibi restitui equum prædictum vel dictas decem libras. — Ad quæ respondet idem præpo-
B situs quod dictum equum cepit et fecit detineri in salva manu, donec major et scabini
cognovissent super clamo quem fecerat idem Johannes contra dictum Thomam; qui major
et scabini de hoc cognoverunt. Quod negat dictus Johannes, dicens quod prædictum debi-
tum fuit probatum coram ipso præposito. Quod negat idem præpositus, et jurato de calump-
nia a partibus, dies lunæ post festum beati Mathæi est assignatus coram nobis ad proban-
C dum quæ partes sibi viderint expedire.

Testes. — Bernardus de Cruce, civis Ambianensis, testis, juratus et requisitus pro utraque
parte si prædictum debitum fuit probatum coram dicto præposito, dicit quod de hoc nichil
scit, et audivit dici a dicto præposito quod dictum equum arrestavit nomine dicti Johannis,
et postmodum audivit præsencialiter ab illo qui sedebat loco majoris quod ipse præcepit
D dicto præposito quod redderet dicto Thomæ dictum equum, quia non probaverat intencio-
nem suam dictus Johannes, et aliud nescit testis de prædictis. — Major Ambianensis, testis
juratus, concordat cum teste immediate præcedente. — Johannes le Coulaiers, civis Am-
bianensis, testis, juratus et requisitus si prædictum debitum fuit probatum coram dicto
præposito, dicit quod de hoc nichil scit; dicit tamen quod, cum quadam die sederet loco
E majoris Ambianensis quadam necessitate, fecit audiri testes Johannis de Rua productos
contra dictum Thomam per quosdam scabinos Ambianenses. Quibus auditis, retulerunt sibi
quod dictus Johannes bene probaverat intencionem suam contra dictum Thomam, et præ-
cepit testis iste, ut dicit, et alii scabini dicto præposito, ut redderet dicto Johanni ipsum
equum. — Prior dictus Ruffus, testis, juratus et requisitus, dicit quod nescit, *etc.* — Jacobus
F dictus Boulez, testis, juratus et requisitus, dicit quod nescit quod dictus Johannes proba-
verit debitum suum contra dictum Thomam. Dicit tamen quod interfuit præsens tamquam
scabinus, ut sibi videtur, quando pronunciatum fuit a majore dictum Johannem nichil pro-
basse contra ipsum Thomam et propter hoc dictum equum debere reddi a dicto præposito
dicto Thomæ. — Adam, serviens præpositi, testis, juratus et requisitus, dicit quod ad man-
G datum majoris et scabinorum reddidit ipsum equum Thomæ prædicto, et aliud inde nescit.
— Bartholomæus Crassus, testis, juratus et requisitus, dicit quod major et scabini coram
præposito decreverunt quod dictus Johannes bene probaverat debitum suum contra ipsum,
et fuit præsens ad hoc tamquam scabinus, et propter hoc debere capi de suo.

Sententia absolutionis. — Absolvimus dictum Bernardum ab impetitione dicti Johannis.

H 2. *Petitio.* — Dicit Walterus le Meigniens contra Bernardum de l'Escalier, præpositum
Ambianensem, quod injuste extorsit ab eodem XXX solidos parisiensium, unacum quodam
cornu, quos petit sibi reddi. — Ad quæ respondet idem præpositus quod dictos XXX solidos
et cornu habuit, et juste, videlicet pro eo quod vulneravit quendam hominem, ad querimo-
niam cujus vulnerati convenit coram se dictum Walterum. Quod negat dictus Walterus, et,
I jurato de calumpnia a partibus, dies lunæ post festum beati Mathæi apostoli est assignatus
dicto præposito contra dictum Walterum ad probandum de inficiatis, et injunctum fuit
dicto præposito ut redderet dicto Waltero dictum cornu vel quatuor solidos pro valore.

Sententia absolutionis. — Postmodum, inquisita veritate per illum hominem qui fuit vul-
neratus, de assensu ipsius Walteri, imponimus sententiam dicto Waltero in prædictis XXX so-
J lidis petitis a præposito memorato.

3. *Composicio.* — Johanna l'Essaulière quittavit de omnibus querelis Bernardum de l'Es-
calier, et per hujusmodi quittationem dictus Bernardus debet facere reddi ipsi Johannæ C et
X solidos parisiensium, de XI libris parisiensium quas debebat Johannes Carbonarius Gue-
raudo, marito ejusdem Johannæ.

K 4. *Composicio.* — Cum Johannes, dictus de Bequerel, et Rogerus, dictus de Hantum, Fol. 1 v°.
peterent a Bernardo de l'Escalier, præposito Ambianensi, duos porcos ipsorum vel quinqua-
ginta solidos pro valore eorumdem, quos injuste ceperat in domo cujusdam malefactoris,
mediante bonorum consilio, compromiserunt in dominum Guerardum de Lambertsac super
præmissis, promittentes firmiter tenere quod duxerit ordinandum, et debet proferre arbi-
L trium suum infra diem mercurii instantem. Actum die lunæ post festum beati Mathæi
apostoli.

5. *Peticio.* — Dicunt Mathæus Hellouys et Clemens de Ham contra Bernardum de l'Es-
calier, præpositum in Ambianis, quod injuste habuit et recepit ab eisdem X libras parisien-
sium, quas petunt sibi reddi. — Ad quæ respondit dictus præpositus quod de dictis decem
M libris novem libras habuit a dictis personis, residuum negavit, dicens idem præpositus, ad

sui deffensionem, quod ipsam pecuniam juste habuit, videlicet pro eo quod manus injecerunt cognati ipsorum actorum in ipsum præpositum et ejus servientes, cum vellent auferre sibi cultellos[1] suos. Quod negaverunt dicti actores. Et jurato de calumpnia, dies jovis post festum beati Fremini est assignatus dictis partibus ad probandum quæ sibi viderint expedire. Requisitus præpositus prædictus utrum habebat ipsam præposituram cum pecunia vel cum gagiis domini regis, dixit cum pecunia. Et injunximus ei ut nobis tradat VI libras de dictis IX libris nomine regis, cum non potuerit habuisse de jure nisi LX solidos, si probatum esset quod asserit idem præpositus contra cognatos ipsorum actorum.

Testes. — Guillermus Barberius, testis, juratus et requisitus si sciat quod cognati prædictorum actorum manus injecerunt in dictum Bernardum et ejus servientes, dicit quod quatuor anni vel circiter sunt elapsi, in novitate præposituræ dicti Bernardi, quod vidit præsentialiter quod servientes dicti præpositi et præpositus obviaverunt Ambianis prædictis cognatis actorum, et dixerunt ipsis quod cultellos quos habebant ad corrigias suas sibi traderent, quia ipsos portabant contra inhibicionem domini regis; qui hoc facere noluerunt, prout sibi videtur, et tunc voluerunt ipsos ducere in berfridum ipsi præpositus et servientes, sed ipsi se recusserunt secundum quod sibi videtur; et pugnaverunt inter se iidem præpositus, servientes et cognati dictorum actorum, et venerunt ad hoc multæ gentes. Sed videre non potuit ad plenum quod ipsi cognati eosdem servientes et præpositum percuterent, propter turbam gencium ibidem cunfluentem, et tandem ducti fuerunt in berfridum, prout recolere potest, et aliud inde nescit. — Ingerranus de Resnevile, testis, juratus et requisitus quid sciat de prædictis, dicit quod prædicti cognati actorum contra ipsum testem, tunc temporis servientem, quinque annis vel circiter elapsis, alios servientes et præpositum, videlicet Bernardum prædictum, se defenderunt et noluerunt ipsis tradere cultellos suos ad requisicionem suam, sed dilaniaverunt vestes istius testis, ut dicit, et sacaverunt et pepulerunt dictum præpositum, nec voluerunt ire in berfridum nisi vi. Et clamaverunt quidam scabini qui ad hoc factum venerunt communiam super ipsos cognatos, et fuerunt ducti in ipsum berfridum. Et aliud inde nescit. — Johannes de Bleinzau, testis juratus et requisitus, *etc.* — Robertus Cuvelerius, testis, juratus et requisitus quid sciat de præmissis, dicit quod, quatuor annis vel circiter elapsis, vidit quod III homines vel quatuor, non recolit utrum, quorum personas et nomina non novit, qui habebant cognomina de Arkes, sicut audivit dici, sacaverunt et pepulerunt Bernardum præpositum, et fecissent eidem magnam vileniam, nisi fuissent ibidem servientes, *etc.*

Absolutio. — Cognitis ipsius causæ meritis inter partes prædictas, dictum Bernardum absolvimus ab impetitione dictorum actorum, injungentes eidem præposito ut nobis tradat VI libras de dictis IX libris, cum non potuerit habere nisi LX solidos de pecunia prædicta, occasione facti prædicti.

Fol. 2. 6. *Condempnationes.* — Bernardum de l'Escalier, præpositum in Ambianis, condempnamus ad reddendum Eustachio Tanatori XX solidos parisiensium, suspensa totali petitione ipsius Eustachii edita coram nobis per adjudicationem dictorum XX solidorum. — Item eumdem Bernardum, in quatuor libris et quatuor solidis reddendis Johanni Parmentario, crucesignato, infra octo dies, una cum bonis ipsius Johannis petitis. — Item eumdem Bernardum, Hugoni de Belvaco, in XX solidis parisiensium reddendis infra octo dies sub pœna V solidorum parisiensium. — Item eumdem Bernardum, Bartholomæo Vaseurs, in XXIIII^or solidis parisiensium, de summa LX solidorum parisiensium petita ex parte dicti Bartholomæi. — Item Ceciliæ Anglicæ, in quatuor solidis. — Item ipsum Bernardum, Dyonisio de Sanctis[2], bolengario, in XX solidis reddendis infra quindenam. — Item Ysabelli de Puchevilier[3], in octo solidis reddendis infra quindenam. — Item Manerio de Sancto Laurentio, in XI solidis reddendis infra quindenam. — Item dictum Bernardum, Thomæ, clerico, in XVI solidis et duobus denariis reddendis infra quindenam. — Item Bartholomæo Frumentario, in IIII^or solidis infra octo dies reddendis. — Item Guillelmo Berengerii, in octo solidis reddendis infra quindenam. — Item Roberto d'Arondel, in X solidis reddendis infra festum beati Remigii pro debito. — Item Robino de Namuro, in LXX solidis reddendis infra festum Omnium Sanctorum. — Item Ogero de Crufes, in XX solidis reddendis infra octo dies pro debito. — Item Johanni Burserio, in V solidis reddendis infra octo dies.

SANCTUS RICHARIUS[4].

Fol. 2 v°. 7. *Composicio.* — Eustachius d'Estrées et Bernardus dictus Martel, quondam præpositus

[1] *In cod. pro* cultellos *non semel scriptum est* custellos.
[2] Sains, Somme, arr. Amiens.
[3] Puchevillers, Somme, c^on Acheux.
[4] Saint-Riquier, Somme, c^on Ailli-le-Haut-Clocher.

A in Sancto Richario, super XI sextariis bladi X sextariis avenæ et LV solidis parisiensium, quæ dictus Bernardus extorserat ab eodem Eustachio, ut dicebat, compromiserunt in vicecomitem de Ponte Sancti Remigii, qui debet audire raciones hinc et inde, et proferre arbitrium suum infra festum Omnium Sanctorum.

8. *Recognicio.* — Confitetur Gilo de Brunvilier[1] se habuisse a Johanne dicto Martel,
B tempore quo erat præpositus in Belvacesyo[2], VIII libras pro eo quod faceret sibi habere
L libras quas sibi debebat Robertus de Ver, armiger. Debet consuli super hoc an debeat reddi ipsa pecunia et super casibus consimilibus.

9. *Recognicio.* — Confitetur Johannes ad Dentes se habuisse quadraginta solidos a Johanne dicto Herede, eadem ratione.

C 10. *Recognicio.* — Item confitetur Johannes Blatel se habuisse a Roberto clerico LX solidos pro labore suo et pœna habitis, ut dicebat, in faciendo haberi quædam debita ipsius a quibusdam creditoribus ipsius, cum esset præpositus Dullendii[3]. — Item confitetur idem Johannes se habuisse a domina Johanna de Argona[4] C solidos, pro pœna sua et labore in faciendo haberi eidem dominæ doarium suum a quodam nobili qui molestabat eam
D super illo.

11. *Recognicio.* — Item confitetur Mathæus Boulenjer, nomine Johannis, patris sui, ipsum Johannem habuisse a Johanne ad Canes C solidos parisiensium pro XXX libris habendis quas sibi debebat dominus Radulfus de Ailliaco[5], quos C solidos debet reddere idem Mathæus dicto Adæ infra Natale Domini, vel facere habere XXX libras dicto Adæ.

E 12. *Absolucio.* — Bernardum dictum Martel ab impeticione Walteri dicti Harvas, videlicet C solidorum, reddimus absolutum.

13. *Sentencia absolucionis.* — Cum peteret Robertus de Bova, armiger, ab Ægidio de Brunvilier XII libras, quas dicebat ipsum extorsisse ab eo et habuisse injuste, cum XX libris quas expenderat in prisionia, in qua fecerat ipsum poni injuste, ut dicebat, lite super hiis
F contestata et jurato de calumpnia, ipsum Gilonem absolvimus ab impeticione dicti armigeri, cum probaverit idem Gilo quod juste habuerit a dicto armigero dictas XII libras, videlicet pro eo quod interfuit vulnerationi magistri Gerardi, clerici villæ Ambianensis, et quod pro eodem delicto idem armiger fuit bannitus.

14. *Condempnaciones.* — Gilonem de Brunvilier, præpositum in Sancto Ricario, condemp- Fol. 3.
G namus ad reddendum infra quindenam Petro de Moraucourt XXVI solidos.

15. Item Bernardum dictum Martel, quondam præpositum Sancti Richarii, in XXX solidis parisiensium reddendis Willelmo de Braslin, militi, infra quindenam. — Item eundem Bernardum Martel condempnamus ad reddendum Lysiæ de Nebuloso Monte, infra instans festum beati Richarii, unum modium bladi et unum modium avenæ. — Item ipsum
H Bernardum, Willelmo de Bersekes, in XL solidis reddendis in festo sancti Richarii. — Item dictum Bernardum, Fabro dicto Caquet, in XL solidis reddendis in festo prædicto. — Item ipsum Bernardum, Petro Coutant in IIIIor libris et dimidia parisiensium reddendis in dicto festo. — Item Droconi Fabro, de Creciaco[6], in quadraginta quinque solidis redditus ad festum prædictum sancti Richarii. — Item eumdem Bernardum, Petro de Ambri, in XX so-
I lidis redditus ad festum prædictum.

MOUSTEROLIUM[7].

16. *Sentencia absolucionis.* — Cum Eustachius de Wauben[8] peteret a domino rege XX solidos annui census; item peteret exitus et proventus de dictis XX solidis annui census quos idem dominus rex levaverat, duodecim annis elapsis, ut dicebat, cognitis ipsius causæ me-
J ritis per confessionem ipsius Eustachii, prædictum dominum regem absolvimus ab impeticione ejusdem.

DULLENDIUM.

17. *Peticio.* — Dicit dominus de Frechencourt[9] contra Johannem ad Dentes, tunc tem- Fol. 3 v°.
poris præpositum de Bella Quercu[10], quod, cum adjornatus esset coram dicto Johanne pro
K satisfaciendo executoribus Jacobi quondam Nigri, de sexcies viginti libris, tresdecim solidis parisiensium minus, dictus præpositus promisit dicto domino se daturum longum respectum de dicta pecunia, dum tamen daret ei XXV libras parisiensium, ita quod illæ viginti

[1] Brunvillers, Oise, con Saint-Just.
[2] Le Beauvaisis.
[3] Doullens, Somme.
[4] Argoules, Somme, con Rue.
[5] Ailli-le-Haut-Clocher, Somme, arr. Abbeville.
[6] Créci-en-Ponthieu, Somme, arr. Abbeville.
[7] Montreuil-sur-Mer, Pas-de-Calais.
[8] Waben, Pas-de-Calais, con Montreuil-sur-Mer.
[9] *Fort.* Fréchencourt, Somme, con Villers-Bocage.
[10] Beauquesne, Somme, con Doullens.

quinque libræ caderent in solucionem dicti debiti, quando contingeret ipsum dominum A satisfacere de eodem. Unde, cum satisfecerit de dicta pecunia dictis executoribus, nec ceciderint dictæ xxv libræ in solucionem dicti debiti, petit ipsas xxv libras parisiensium sibi reddi, cum dictas xxv libras habuerit idem Johannes.

Testes. — Dominus Johannes, capellanus de Frechencourt, testis, juratus in verbo Domini, requisitus si sciat quod Johannes ad Dentes convenerit cum domino de Frechencourt B de dando sibi longum respectum de sexcies viginti libris quas debet idem dominus Jacobo Nigro, civi Attrebatensi, et si propter hoc idem dominus promiserit sibi dare viginti quinque libras, dum tamen caderent de summa prædicta quando contingeret dictum militem solvere ipsam pecuniam, dicit quod fuit præsens apud Frechencourt, in buto villæ ipsius, tribus annis vel quatuor circiter elapsis, quadam die dominica, ut sibi videtur, ubi vidit et C audivit prædictas convenciones fieri inter ipsum dominum et Johannem. Et fuit præsens ad hoc una cum ipso, ut sibi videtur, Walterus de Henancourt. Requisitus testis si propter convenciones prædictas solvit ipsi Johanni dictas xxv libras, dicit quod nescit, quia ad hoc non interfuit, et credit certissime quod dictæ sexcies viginti libræ solutæ fuerint dicto civi a dicto domino integraliter, et aliud nescit de contentis in ipsa peticione. — Walterus de D Henancourt, testis, juratus et requisitus, *etc.* — Albericus, serviens et forestarius quondam dicti domini, testis, juratus et requisitus quid sciat de contentis in dicta peticione, dicit quod aliud nescit quam quod dicit se tradidisse et solvisse apud Bellam Quercum uxori Johannis ad Dentes xi libras parisiensium, nomine prædicti domini, addens testis ipsi deposicioni quod idem dominus sibi dixit in traditione dictæ pecuniæ quod debe[re]t dicto Johanni E xxv libras, et quod illas xi libras solveret dicto Johanni in diminucionem ipsarum xxv librarum, et fuit præsens Lambinus clericus præmissis, ut dicit testis. — Lambinus de Altia, clericus, testis, juratus et requisitus, *etc.* — Johannes de Lebargue, testis, juratus et requisitus, *etc.* — Et super hiis est dies veneris post festum beati Firmini assignatus dictis partibus ad audiendum jus. F

Composicio. — Compositum fuit postmodum inter ipsos dominum et Johannem, mediante consilio bonorum, super contentis in dicta peticione, per VIII libras VI solidos et VIII denarios, de quibus satisfacere tenetur idem Johannes dicto domino, dum tamen reddat eidem domino quasdam litteras sigillatas sigillo ipsius domini, quas habebat idem Johannes.

18. *Absolucio.* — Cum peteret Petrus de Gardino a Johanne ad Dentes x libras parisiensium G pro quibusdam expensis factis ab Andrea, patre ipsius, in prisione de Bella Quercu et berfrido Ambianensi, per vim et potestatem ipsius, ut dicebat; in quibus[1] quidem prisionibus poni fecerat irracionabiliter dictus Johannes eundem Andream, ut dicebat, auditis veritatibus hinc et inde, delato juramento dicti Johannis ex parte dicti Petri, quod auctoritate propria ipsum Andream capi non fecerat nec in prisionibus prædictis reponi, immo H auctoritate superioris, videlicet baillivi Ambianensis, ipsum Johannem absolvimus ab impetitione Petri prædicti.

Fol. 3 *bis.* 19. *Peticio.* — Dicit Johannes de Herenmesnil contra Johannem ad Dentes, quondam præpositum Dullendii, quod injuste et contra voluntatem ipsius viginti sex sextarios avenæ ad mensuram de Dullendio cepit, et equos ejusdem, et duci fecit ipsos equos et avenam I ubi voluit. Quare petit ipsum condempnari ad reddendum dictam avenam, cum centum solidis pro dampnis et interesse ac detencione dictorum equorum. Quod negavit dictus Johannes, litem contestando; et jurato a partibus de calumpnia, obtulit dictus actor se probaturum præmissa.

Testes. — Johannes de Asenvile[2], testis, juratus et requisitus quid sciat de præmissis, J dicit quod fuit præsens, ubi vidit quod prædictus Johannes ad Dentes in persona sua destellavit equos ipsius actoris de quadriga et fecit duci avenam ubi voluit, et erat secum quidam, Philippotus nomine, et alter serviens cum eodem Johanne. — Senso de Bailliaco, carpentarius, testis, juratus et requisitus quid sciat de præmissis, dicit quod vidit præsentialiter, quatuor annis vel circiter elapsis, quadam die sabbati, apud Herenmesnil, quod K Johannes ad Dentes destellavit equos prædicti Johannis de quadriga ipsius, in qua erant XXVI sextarii avenæ ad mensuram Dullendii, cui mensurationi interfuit testis iste, ut dicit, et erant cum eodem Johanne Philippotus et Johannes, dictus de Laval, tunc servientes ipsius Johannis; quibus equis destallatis, eos duxerunt à Fravanz[3]. Dominica vero sequenti, ut dicit testis, in mane vidit quod Philippotus prædictus revenit et secum adduxit alios L equos, et fecit duci prædictam avenam ubi voluit, sed nescit qua parte fuit ducta. Requisitus testis de causa capcionis prædictæ, dicit quod nescit causam capcionis prædictæ, et aliud inde nescit.

[1] *Cod.* quibusdam. — [2] Agenville, Somme, c[on] Bernaville. — [3] Frévent, Pas-de-Calais, c[on] Auxi-le-Château.

A *Sentencia condempnacionis.* — Cognitis causæ meritis motæ inter Johannem de Heren-
mesnil et Johannem ad Dentes, condempnavimus dictum Johannem ad Dentes ad restituen-
dum dicto Johanni XXVI sextarios avenæ, ad mensuram Dullendii, vel IIII libras parisiensium
pro valore.

20. *Condempnaciones.* — Item Johannem ad Dentes, quondam præpositum Dullendii,
B condempnavimus ad reddendum Rogerio Draperio infra festum Omnium Sanctorum XXX so-
lidos. — Item eumdem Johannem, Ingerranno de Saveuses[1], militi, in XX solidis reddendis
in octabis Omnium Sanctorum. — Item Thomæ dicto Pani et Richaudi, ejus uxori, in XL so-
lidis reddendis ad Natale Domini. — Item eumdem Johannem, Gileberto dou Souyf, in
XIII libris reddendis ad Natale Domini. — Item eumdem Johannem, domino Roberto de
C Fourcheville, in X libris reddendis ad ipsum Natale.

21. Item Hugonem de Brunvilier, Petro Magno et Petro Parvo, in XXXV solidis reddendis
infra festum Omnium Sanctorum.

22. *Sentencia absolucionis.* — Johannem ad Dentes, ab impeticione domini Roberti de Fol. 3 *bis* v°.
Fourchevile, militis, videlicet XV librarum parisiensium, absolvimus; quæstionem C solido-
D rum parisiensium, petitorum ab eodem milite contra ipsum Johannem, usque ad tempus
ponimus in suspenso.

23. *Peticio.* — Dicit dominus Symon de Saveuses, miles, contra Johannem ad Dentes
quod ipse habuit et extorsit, seu ejus mandatum, ab eodem duos bacones valoris XL solido-
rum parisiensium, et XL porcos valoris C solidorum parisiensium, quas pecunias petit sibi
E reddi et restitui idem miles, quod negavit idem Johannes, et, jurato de calumpnia, obtulit
actor se probaturum præmissa.

Testes. — Radulphus de Saveuses, testis, juratus et requisitus si idem Johannes seu ejus
mandatum habuit et extorsit ab eodem milite duos bacones, dicit quod vidit, tribus annis
vel circiter elapsis, quod quidam servientes, quorum nomina ignorat, fecerunt portari
F apud Bellam Quercum quatuor bacones super quendam equum, qui erat ipsius militis, et
juvit iste testis, ut dicit, ad onerandum dictos bacones. Item dicit testis iste quod ipsi ser-
vientes fecerunt duci apud Bellam Quercum XIII porcos ipsius militis, et juvit testis iste, ut
dicit, ad mandatum dictorum servientum, ad ducendum dictos porcos ad dictum locum
et etiam unam vacam ejusdem militis. Requisitus testis de causa capcionis prædictæ, dicit
G quod hujusmodi capcio facta fuit pro quadam fidejussione in qua defecit idem miles. Re-
quisitus quomodo scit, dicit quod scit quia ita audivit dici a dicto milite et aliis. Nescit
si idem Johannes habuerit ipsos bacones, porcos et vacam, et aliud inde nescit testis. —
Renerus de Saveuses, testis, juratus et requisitus quid sciat de prædictis, dicit, *etc.* —
Martineta, uxor Radulphi de Saveuses, testis mediate præcedentis testis, jurata et requi-
H sita, *etc.*

Sentencia condempnacionis. — Johannem ad Dentes, cognitis causæ meritis motæ inter
eum coram nobis et dominum Symonem de Saveuses, militem, condempnavimus ad red-
dendum dicto militi VII libras ab eo petitas ad instans Natale Domini.

24. Cum Petrus dictus li Oirs diceret contra Walterum de Veteri Villa, quondam præ-
I positum Dullendii, quod ipse minus juste extorserat ab eodem LX solidos, pro eo quod
secuerat I plançoun in quodam alneto, licet quædam mulier, cujus erat illud alnetum, super
hoc erga ipsum Walterum nullam querimoniam detulisset, qui plançon non erat valoris II de-
nariorum; item diceret quod propter hoc fecerat capi unam culcitram, unum cacabum,
unam patellam et unum rotier ipsius Petri, et propter hoc idem Petrus peteret sibi restitui
J prædictos LX solidos cum bonis prædictis a Waltero prædicto; respondit dictus Walterus se
præmissa fecisse, et juste, et quod potuit recipere dictam pecuniam ob causam prædictam
secundum consuetudinem patriæ, quia mulier prædicta querimoniam ipsi detulerat de dicto
Petro, pro eo quod contra voluntatem ipsius dictum plançon secuerat. Auditis veritatibus
hinc et inde ac præstitis sacramentis, consenserunt partes quod super præmissis homines
K domini regis judicent et cognoscant, et injunximus præposito de Bella Quercu, sub cujus
jurisdictione partes consistunt, ut præmissa fieri faciat per homines domini regis, qui præ-
positus in præsentia nostra adjournavit partes prædictas ad certam diem.

25. *Sentencia absolucionis.* — Audita petitione hominum de Boukemesouns[2] facta
contra Walterum de Veteri Villa, videlicet LX solidorum quos habuerat ab eisdem injuste,
L ut dicebant, pro blado viridi absciso de terra abbatis de Chercamp[3], jurato a partibus,
auditis veritatibus hinc et inde, ipsum Walterum absolvimus ab impetitione hominum præ-
dictorum, cum dictus Walterus probaverit terram prædictam esse domini regis, tempore

[1] Saveuse, Somme, c^on^ Amiens.
[2] Bouquemaison, Somme, c^on^ Doullens.
[3] Cercamp-sur-Canche, Pas-de-Calais, c^on^ Auxi-le-Château, c^ne^ Frévent. — *Ibi quondam exstabat monasterium ordinis Cisterciencis, sæculo XII conditum; vide* Gall. christ., X, 1336.

bladi abscisi in terra prædicta, et juste potuerit habuisse LX solidos ante dictos ob causam prædictam. A

26. *Composicio.* — Cum diceret Ingerrannus de Courcellis, juvenis, contra Robertum de Ausi, quondam servientem Walteri de Veteri Villa, quod extorserat ab eodem injuste XXIIII solidos, mediante bonorum consilio, compositum extitit inter eos per XII solidos reddendos dicto Ingerranno a dicto Roberto infra festum beati Remigii. B

27. *Composicio.* — Cum peteret Freminus Præpositus a Roberto Morandi, quondam præposito Dullendii, XX solidos quos extorserat ab eodem, ut dicebat, pro capcione ipsius Fremini facta die pacis, videlicet quadam die jovis, cum esset forum Dullendii, quod facere non poterat nec debebat, idem Freminus ut dicebat, secundum consuetudinem villæ Dullendii, idem Robertus pro bono pacis, mediante bonorum consilio, debuit reddere infra C octo dies dicto Fremino unum sextarium bladi.

Fol. 4. 28. *Composicio.* — Cum peteret Johannes de Cantereinne a Renelme, præposito de Bella Quercu, LX et X solidos habitos ab eo, ut dicebat, injuste, mediante bonorum consilio, compromiserunt [super...] de le Vaquerie et Johannem Pinguerez et Guillelmum Gaillart super dicta pecunia petita, et debet proferri arbitrium infra quindenam. D

29. *Recognicio.* — Acquiescit Johannes de Bouquemesouns petitioni decem librarum factæ contra Walterum de Veteri Villa, racione cujusdam emendæ habitarum, nec ulterius voluit prosequi dictam peticionem, cum dictus Walterus offerret se redditurum dicto Johanni dictas X libras, et subiret judicium hominum domini regis super facto pro quo levavit dictam pecuniam; quod facere noluit dictus Johannes. E

30. *Sentencia absolucionis.* — Audita peticione Johannis Rose, clerici, edita coram nobis contra Walterum de Veteri Villa, super LX solidis parisiensium quos extorserat idem Walterus ab eodem, nomine cujusdam fratris sui crucesignati, ut dicebat, necnon confessione dicti Johannis, videlicet quod idem Johannes recognovit ipsum Walterum habuisse dictam pecuniam, pro eo quod idem frater ejus detulerat arma inhibita nec venerat ad jura domini regis, et obtulerat se defensioni contra servientes ejusdem Walteri, ipsi Johanni silencium imponimus in petitis, et reddimus absolutum ab impeticione prædicta. F

31. *Composicio.* — Compromissum est in arbitros inter Walterum de Veteri Villa et dominum Robertum de Toutencourt[1], militem, super omnibus hiis quæ posset petere idem miles ab eodem Waltero ratione præpositurae Dullendii quam tenuit. G

32. *Peticio.* — Dicunt homines de Talemas[2] contra Walterum de Veteri Villa quod injuste habuit et recepit ab eisdem C solidos quos petunt sibi reddi; ad quæ respondit dictus Walterus quod juste habuit dictam pecuniam, pro eo videlicet quod dicti homines, quilibet scilicet pro se, defecit in prosecucione clamorum suorum quos fecerant contra dominam de Talemas, cum advocassent dominum regem contra eam, dicens nichilominus H idem Walterus quod paratus erat eis reddere dictos C solidos, et redirent ad judicium hominum domini regis super facto prædicto seu baillivi. Ad quæ respondit Bartholomæus, procurator dictorum hominum, nomine suo et pro ipsis, quod, positis dictis C solidis in manibus baillivi Ambianensis, bene volebat quod idem baillivus judicaret super facto allegato et rationibus eorundem, quod concessit idem Walterus. Et injunximus dicto Waltero ut I dictos C solidos ponat in manibus dicti baillivi, præcipientes præposito de Bella Quercu ut hoc fieri faciat, si prædicti homines voluerint et super hoc requisiverint eundem.

33. *Composicio.* — Compromissum est inter Baudonnum, dominum de Puchevilier[3] et Robertum Moraudi, de Dullendio, super XXX libris petitis a dicto Baudonno, in Adam clericum, Robertum Cousete et Stephanum Curtum, et debet arbitrium proferri infra quinde- J nam coram præposito de Bella Quercu, qui debet facere tenere quod ipsi arbitri decreverint.

34. *Composicio.* — Compromissum est inter Walterum de Veteri Villa et Guilebertum dou Souyf, super C solidis extortis ex parte dicti Walteri, ut dicebat, a dicto Guilleberto, in arbitros qui debent proferre dictum suum infra quindenam. K

35. *Sentencia absolucionis.* — Cognito super peticione XX solidorum Petri de Cambières facta contra Walterum de Veteri Villa, auditis veritatibus hinc et inde, eundem Walterum absolvimus ab impeticione dicti Petri, per confessionem ipsius Petri factam super quodam facto allegato ex parte dicti Walteri.

BELLA QUERCUS[4]. L

Fol. 4 v°. 36. *Condempnaciones.* — Walterum de Veteri Villa, quondam præpositum Dullendii,

[1] Toutencourt, Somme, c^on Acheux.
[2] Talmas, Somme, c^on Domart.
[3] Puchevillers, Somme, c^on Acheux.
[4] Beauquesne, Somme, c^on Doullens.

A condempnavimus ad reddendum cuidam pellipario de Dullendio xx solidos infra quindenam. — Item eumdem Walterum, Roberto Cousete, in xv solidis infra quindenam. — Item Michaeli de Novo Molendino [1], in xxv solidis reddendis infra mensem ab eodem Waltero. — Item eumdem Walterum, Johanni, curato de Sohyaco, in c solidis reddendis ad instans festum Omnium Sanctorum. Quod si possit ostendere idem Walterus quod sint in expletis B regis, rex restituere tenetur eosdem. — Item prædictum Walterum, magistro Nicholao Blariot, in xix solidis reddendis ad octabas Omnium Sanctorum, cum duabus vacis et duobus vitulis, vel valorem eorumdem.

37. Item Robertum de Ausi, in xii solidis, Ingerranno de Courcellis, reddendis ad instans festum beati Remigii.

C 38. Item Robertum Meraudi, quondam præpositum Dullendii, Fremino dicto Præposito, in uno sextario bladi reddendo infra octo dies dicto Fremino.

39. Item prædictum Walterum de Veteri Villa, Evæ de Montibus, in sexaginta decem solidis reddendis infra festum beati Remigii, ita quod, si possit ostendere quod dicta pecunia sit conversa in expletis regis, rex solvere tenebitur ipsam pecuniam.

D 40. Item Petrum de Reincevaus, Jacobo Barberio, in duobus solidis reddendis infra noctes [2].

41. Item Johannem Blatel, Johanni de Antremesnil, in xx solidis reddendis ad festum beati Remigii.

42. Item Symonem dictum Vairet, quondam præpositum Bellæ Quercus, Johanni Fol. 5.
E Droyen, in xx solidis reddendis infra quindenam. — Item eumdem Symonem, Thebaldo Fautremie, in x solidis reddendis infra quindenam. — Item eumdem Symonem, domino Droconi de Frechencourt, in uno monili aureo, cum quadam littera sigillata sigillo ipsius Droconis, reddendis infra festum Omnium Sanctorum, dum tamen idem dominus solvat custus et usuras habitas super eisdem penes quemdam feneratorem [3] Attrebatensem. — F Item eumdem Symonem, domino Bartholomæo de Molendinis, in xl solidis turonensium reddendis infra festum Omnium Sanctorum, cum quibusdam Decretalibus in romano. — Item eumdem Symonem, in uno pourpoint, cuidam templario, reddendo eodem termino. — Item dictum Symonem, Waltero dicto Belete, in l solidis reddendis termino supradicto.

G 43. *Peticio.* — Dicit Robertus dictus Bolengarius contra Symonem dictum Wairet, Fol. 5 v°.
quondam præpositum de Bella Quercu, quod idem Symon, injuste et sine causa racionabili, contra voluntatem ejusdem, cepit seu capi fecit et detineri unum modium bladi ipsius actoris, ad mensuram Ambianensem, valoris viginti quatuor solidorum parisiensium, cum uno cipho murreo, valoris septem solidorum; quare petit præmissa sibi restitui. Ad quæ respon- H dit, litem contestando, idem reus se habuisse dictum ciphum, negans se cepisse seu capi fecisse et eciam habuisse bladum prædictum, et jurato de calumpnia, partibus ea quæ et ante asserentibus, obtulit se probaturum actor prædicta. Et injunximus eidem reo ut reddat dicto actori dictum ciphum vel quatuor solidos pro valore.

Testes. — Gilo dictus Boiarz, testis, juratus et requisitus si sciat quod prædictus Symon I cepit seu capi fecit bladum dicti Roberti, videlicet unum modium ad mensuram Ambianensem, injuste et contra voluntatem ipsius, dicit quod, anno elapso vel circiter, ut sibi videtur, quadam die de qua non recolit, vidit quod Johannes dictus Roboz [4], tunc serviens dicti Symonis, venit ad domum dicti Roberti et vocavit ipsum testem ad se, ut dicit, ad videndum illud quod volebat facere in domo ipsius Roberti. Qui testis et Johannes cum ibidem J fuissent, præcepit dictus serviens ipsi testi ut juvaret ipsum ad honerandum bladum quod erat ibidem, quia volebat ipsum facere duci apud Bellam Quercum, ad domum ipsius Symonis. Qui testis, ad præceptum ipsius, hoc fecit et ligavit sacos ubi erat illud bladum, et juvit ipsum servientem ad honerandum ipsum bladum super equis. Qui testis, ut dicit, cum juvisset ad honerandum ipsum bladum, inde recessit et ivit apud Bellam Quercum, ubi K habebat facere, et invenit equos qui portabant hujusmodi bladum ante domum ipsius Symonis, et vidit quod, blado exhonerato, fecerunt illud poni prope pedem orrei ipsius Symonis servientes ejus. Requisitus testis si sciat quantum erat bladi in dictis sacis, dicit quod credit melius quod essent xix raselli bladi quantum minus, secundum quod poterat judicare per exterius. Requisitus testis si sciat causam capcionis bladi prædicti, dicit quod credit L quod captum fuit hujusmodi bladum de mandato dicti Symonis, quia idem Symon imponebat ipsi Roberto et ejus uxori quod erant falsi monetarii, sed credit testis, ut dicit, quod nonquam illud cogitaverunt, quia erant bonæ famæ et boni nominis in villa de Talemas, et aliud inde nescit. — Johannetus, filius Walteri Droconis, testis, juratus et requisi-

[1] Neufmoulin, Somme, c[on] Nouvion-en-Ponthieu.
[2] *Hujus vocis lectio dubia. Vide infra*, § 57.
[3] *Cod.* funeratorem.
[4] *Alibi dicitur* Johannes Rabot.

tus, *etc.* — Ansellus dictus Fautremie, testis, juratus et requisitus, *etc.* — Et prædicti XIIII A [raselli bladi] delati fuerunt in domum dominæ de Talemas, *etc.*

Sentencia condempnacionis. — Symonem dictum Wairet, cognitis ipsius causæ meritis, condempnavimus ad reddendum dicto Roberto Bolengario XXIIII solidos parisiensium petitos, infra festum Omnium Sanctorum, et ciphum prædictum aut quatuor solidos parisiensium pro valore ciphi prædicti. B

44. *Sentencia absolucionis.* — Symonem dictum Vairet ab impeticione Galteri dicti Bersaut, videlicet XXXII solidorum quos dicebat ipsum extorsisse ab eodem et habuisse injuste, reddimus absolutum, prout proposita est et formata.

Fol. 6. 45. Dicit Bernardus de Vinacourt, clericus, contra Symonem dictum Vairet, quondam præpositum de Bella Quercu, quod ipse, injuste et contra voluntatem ipsius clerici, cepit C seu capi fecit et asportari de blado ipsius usque ad decem sextarios et dimidium bladi. Quare petit ipsum condempnari ad reddendum dictum bladum vel XXX solidos parisiensium pro valore. Quod negavit dictus Symon, litem contestando, juratoque a partibus de calumpnia, obtulit idem clericus se probaturum præmissa.

Testes. — Bernardus dictus Ceuldeporée, testis, juratus et requisitus, *etc.* — Johannes D Vadois, testis, juratus et requisitus super præmissis, dicit quod vidit quod Radulfus de Donvalle et Guerinus, servientes dicti Symonis Vairet, in domo ipsius testis, fecerunt triturari et mundari de blado dicti Bernardi quod emerat in garba a Johanne [de] Vinacourt, usque ad XXII sextarios et dimidium, *etc.*

Fol. 6 v°. 46. *Peticio contra dominum regem.* — Dicit dominus Guido de la Rosière, miles, contra E dominum regem, quod injuste cepit et detinet VII jornalia terræ, pertinencia ad eundem per mortem cujusdam bastardæ, quæ sine herede de proprio corpore decessit. Item dicit contra ipsum dominum regem quod, si contingeret quod non haberet jus in petendo terram prædictam, quod dominus rex tenetur sibi reddere le relief, terragium et redditum quæ debet terra prædicta, videlicet unum caponem et VI denarios, petens idem miles prædicta sibi F reddi a domino rege prædicto.

47. *Peticio contra dominum regem.* — Dicit Aloudus de Luchuel contra dominum regem quod ipse dominus rex injuste tenet in manu sua terram quæ fuit Henrici dicti Bougier, spectantem ad ipsum Aloudum, tamquam ad dominum, ex delicto ipsius Henrici, videlicet ex occisione Gerardi de Pas, clerici, cujus terræ sitæ in banleuca Dullendii habet et levat G redditus idem Aloudus ratione prædicta, et petit sibi restitui terram prædictam, cum abbas de Auchi[1] terram dicti Henrici, existentem in feodo suo, occasione dicti delicti saisiverit et eandem teneat pacifice et quiete.

48. *Peticio contra dominum regem.* — Dicit Maria dicta la Jumele, de Chevrenmaisnil, contra dominum regem quod, cum magister Johannes de Duilliaco, clericus domini regis, H constituisset G. ejus maritum præpositum apud Bellam Quercum, tempore quo dominus rex fecit amoveri baillivos suos qui erant in servicio suo per empcionem, et poni cum pecunia sua, et idem G., de mandato ejusdem magistri Johannis, emisset pro dicto servicio unum equum precio XIIII librarum parisiensium, ita quod, si moreretur idem equs in dicto servicio, dominus rex eidem G. dictas XIIII libras restituere teneretur, dictus equs in I dicto servicio decessit. Et ob hoc petit dicta Maria dictas XIIII libras sibi reddi et restitui a domino rege, maxime cum, ut asserit dicta Maria, terra sua vendita fuerit pro empcione dicti equi et pro quibusdam aliis dampnis, quæ habuit idem G. in servicio prædicto. Debet autem requiri super prædictis magister Johannes.

49. *Peticio.* — Dicit dominus Robertus de Toutencourt, miles, contra Johannem dictum J de le Bargue, quod dictus Johannes, tunc existens serviens domini regis apud Bellam Quercum, cepi seu capi fecit et absportari de bonis dicti militis injuste, videlicet quatuordecim sextarios bladi ad mensuram de Toutencourt; item unum modium bladi ad eandem mensuram; item XL solidos parisiensium, sine causa. Quæ omnia petit sibi restitui miles prædictus. Quæ omnia, litem contestando, confessus fuit se habere idem Johannes, ac juste, K videlicet dictos XIIII sextarios, pro quadam saisina facta in dictum militem pro Johanne Boutefeu; item dictum modium bladi, pro quadam [saisina] similiter facta in domo ipsius militis pro debito domini Poncardi d'Estrées; item dictos XL solidos, pro alia saisina facta super eundem militem pro dietis ipsius Johannis et aliorum servientum ad querimoniam hominum ipsius militis. Quæ negavit dictus miles, et, jurato de calumpnia, obtulit se probaturum dictus Johannes intencionem suam. L

Fol. 7. *Testes.* — Walterus de Helencourt, testis, juratus et requisitus, *etc.* — Walterus de Veteri Villa, testis, juratus et requisitus, *etc.*

[1] Auchi-les-Moines, Pas-de-Calais, c^on^ le Parcq.

A Pendente vero dilacione alia probandi, compromissum fuit de alto et basso inter partes prædictas, videlicet apud Peronam, in baillivum Viromandensem, super contentis in peticione militis antedicti.

50. *Item peticio contra dominum regem.* — Dicit relicta Petri dicti Fabri, de Athies[1], quod idem Petrus, quondam maritus suus, fuit in servicio domini regis, videlicet senescallus de Fol. 7 v°.
B Biaucayre, per ducentos dies et quinquaginta et unum, de quibus idem Petrus nonquam habuit a domino rege nec ab alio sallarium suum. Quare petit dicta relicta a domino rege sibi reddi et restitui dictum sallarium, videlicet sexies centum libras et XX et septem libras et dimidiam turonensium, scilicet pro qualibet die quinquaginta solidos turonensium, et istud sallarium petit dicta relicta sibi reddi a domino rege ab ultimo compoto domini regis
C facto a dicto Petro, marito suo, tempore quo vivebat, usque ad dictum numerum dierum supradictarum. Et istud intendit probare dicta relicta per dominum episcopum Ebroycensem[2], dominum Johannem de Bello Monte, militem, dominum Gaufridum de Capella, militem, Johannem Sarraceni et per scripta domini regis. Et ad ista repetenda et recipienda dicta relicta constituit coram nobis inquisitoribus pro se procuratorem suum dominum
D Johannem dictum Passart, presbiterum de Athies in Viromandia.

ITEM PETICIONES, ABSOLUCIONES, CONDEMPNACIONES ET COMPOSICIONES FACTÆ CORAM EISDEM INQUISITORIBUS IN BAILLIVIA VIROMANDENSI, ET PRIMO APUD PERONAM. Fol. 11.

PERONA[3].

51. *Sentencia absolucionis.* — Audita peticione domini Mathæi de Hardecourt[4], militis,
E videlicet X librarum, facta contra Petrum dictum Mouton, quondam præpositum Peronensem, quas dicebat dictum Petrum habuisse injuste ab eodem milite, auditis veritatibus sub juramentis præstitis hinc et inde, dictum Petrum ab impeticione dicti militis, prout est proposita, reddimus absolutum, mediante confessione militis prædicti.

52. *Peticio contra dominum regem.* — Dicit dominus de Longa Valle[5] quod, quadam die
F elapsa, licenciavit quosdam quadrigarios de quadrigando per blada sua prope villam suam, videlicet quamlibet quadrigam per duos denarios, ad requestam ipsorum quadrigariorum, et fecit ibidem poni barras, ita quod nulli alii possent ibidem quadrigare. Propter quod Berterius[6] Anguelarz, tunc baillivus Ambianensis, levavit et habuit ab eodem domino XX libras parisiensium, reddendas conquerentibus de hoc facto. Et cum nulli sint et fuerint super hoc
G conquerentes, petit et supplicat idem dominus prædictas XX libras sibi restitui, postquam nullus est conquerens nec fuit præter ipsum; et si aliquis esset super hoc conquerens, dicit dictus dominus quod bene potest hoc facere per coustumam terræ.

53. *Sentencia absolucionis.* — Petro Hochede et Johanni dicto Tatin, super peticionibus factis ab eisdem contra Stephanum dictum Blanchart, præpositum Peronensem, silencium
H imponimus nec eas duximus admittendas propter causam insufficientem.

54. *Solucio.* — Satisfactum est Colardo Gambars, de contentis in peticione sua, per quadraginta solidos a Stephano dicto Blanchart, præposito Peronensi, qui computati erant in expletis domini regis, ut dicebat præpositus prædictus[7].

55. *Condempnaciones.* — Nicholaum dictum le Cayne, quondam præpositum Peronen-
I sem, Colardo Bediau, in X solidis, pro omnibus petitis, condempnamus. — Item eumdem Nicholaum et Johannem Boydin, in XL solidis, Martino de Porta reddendis infra quindenam. — Item Stephanum dictum Blanchart, præpositum Peronensem, Colardo Gambarc, in XL solidis. — Radulpho Merangis, in X solidis. — Galtero Alaudæ, in X solidis. — Chietardo, filio Carnificis, de Clariaco[8], in V solidis turonensium. — Balduyno Balan, in V so-
J lidis turonensium. — Roberto Manec, in V solidis turonensium. — Guerardo de Clariaco, dicto Maquerel, in XXX solidis parisiensium, ita quod, si possit ostendere quod dictæ pecuniæ conversæ fuerint in utilitatem domini regis, rex restituere tenebitur.

ROYA[9]. Fol. 13 v°.

56. *Sentencia absolucionis.* — Cum peteret coram nobis Johannes dictus Rayocel a Petro
K dicto Maton, quondam præposito Royensi, VI libras parisiensium; item X sextarios avenæ

[1] *Is Petrus a. 1239-1243 senescallus fuerat.*
[2] *Radulfus de Capriaco, ut videtur, qui Ebroicensi ecclesiæ ab anno 1263 ad annum 1269 præfuit.*
[3] Péronne, Somme.
[4] Hardecourt-au-Bois, Somme, c[on] Combles.
[5] Longueval, Somme, c[on] Combles.
[6] *Cod.* Bertrandus.
[7] *Hoc caput in cod. cancellatum est.*
[8] Clairi-Créqui, Somme, c[on] Péronne.
[9] Roye, Somme, arr. Montdidier.

IMPRIMERIE NATIONALE.

quæ dictus Petrus injuste, ut dicebat, extorserat ab eodem, lite contestata ab eisdem, jurato A
de calumpnia ac productis testibus ex parte dicti Johannis et auditis, dictum Petrum ab impeticione dicti Johannis absolvimus, silencium ipsi Johanni in præmissis imponentes.

MONS DESIDERII [1].

Fol. 14 v°. 57. *Condempnacio.* — Adam dictum Comitissam condempnamus ad reddendum Ouberto
de Gaudri x solidos infra noctes. B

COMPENDIUM [2].

Fol. 15. 58. *Peticio.* — Dicit Ægidius dictus Luppus, burgensis Compendiensis, contra dominum regem et Berterum dictum Angelart, quondam baillivum ipsius in Viromandia, quod idem Berterus extorsit ab eo xx libras parisiensium, pro quodam facto imposito ipsi Ægidio a
domino Gaufrido, quondam baillivo ipsius domini regis, videlicet quod idem Ægidius ceperat C
quemdam hominem per gulam in plena hala coram majore et juratis villæ Compendiensis, quod factum nondum fuit probatum. Ad quæ respondit baillivus Viromandensis, nomine domini regis, in cujus expletis conversa fuit dicta pecunia, quod idem Berterus, tunc baillivus, habuit et recepit nomine emendæ dictas xx libras, et juste, ea videlicet ratione quod
idem Ægidius traxit quemdam hominem in villa Compendiensi violenter per terram, impo- D
sita eidem a dicto Ægidio quadam corrigia in collo, et fecit eidem homini sanguinem [3] in trahendo taliter. Quod negavit dictus Ægidius, et jurato a dicto Ægidio super præmissis, prædictum factum, propositum a dicto baillivo, negavit esse verum, quod obtulit se probaturum idem baillivus, credens sub juramento facto domino regi ipsum factum, prout est
propositum, esse verum. E

Testes. — Johannes dictus Provincialis, testis, juratus et requisitus quid sciat de facto proposito ex parte dicti baillivi contra dictum Ægidium ad defensionem domini regis, dicit quod, cum esset major Compendiensis, vidit quod quidam homo comparuit coram ipso, conquerens de dicto Ægidio eo quod eidem imposuerat sibi quamdam corrigiam in collo et
traxerat eundem ita quod fecerat eidem sanguinem, et vidit testis eundem hominem sangui- F
nolentum coram ipso, ut dicit, et vocavit testis, ut dicit, quosdam homines coram se ad hoc probandum, qui deposuerunt coram ipso teste secundum quod prædixit, et ibi audivit et intellexit per dictos testes quod suffocasset dictum hominem nisi rescussus fuisset eidem. — Petrus dictus Fermail, testis, juratus et requisitus, *etc.* — Odardus dictus Roussel, testis,
juratus et requisitus, concordat cum Johanne dicto Provinciali, teste mediate præcedente, G
quantum ad hoc quod audivit quod dictus Johannes retulit coram magistro Philippo de Caturco ea quæ deposuit super conquestione dicti hominis facta coram ipso, cum idem Ægidius conquere[re]tur de eodem Johanne dicto magistro Philippo super facto hujusmodi. — Radulfus dictus Berée, testis, juratus et requisitus, concordat cum secundo teste.

Sentencia absolucionis. — Dominum regem et Berterum dictum Angelart absolvimus ab H
impeticione xx librarum parisiensium Ægidii supradicti, dicto Ægidio in præmissis silencium imponentes.

Fol. 15 v°. 59. *Sentencia absolucionis.* — Mathæum dictum Boulenjer, præpositum in Belvacesio [4], ab impeticione Arnulphi de Retro Monasterium, videlicet XL solidorum habitorum pro rescussa
cujusdam vituli facta cuidam servienti cujusdam communitatis per eundem Arnulphum, ab- I
solvimus, cum idem Arnulphus confessus fuerit super rescussa hujusmodi inquestam factam fuisse per dictum Mathæum, et ipsum condempnatum fuisse per ipsam inquestam.

60. *Composicio.* — Compromissum fuit in majorem de Roussiaus et per fidem inter Guillelmum dictum le Fae, quondam præpositum de Petra Fonte [5], de Choisiaco [6], et Johan-
nem Bourdon, [Gerardum Viguereus], Colardum de Porcello, [Petrum Poillart], Johannem J
Jangart, [Guillelmum ad Custellos], Johannem le Bègue, [Manasserum Piscatorem, Petrum Haquelin et Robertum dictum Ducem [7]], omnes de Roussiaus [8], super hiis quæ petebant ab eodem Guillelmo, tanquam illicite extorta.

61. *Sentencia absolucionis.* — Johanni, filio Hellouydis de Visseignel, super x solidis
petitis a Guillelmo le Fae silencium imponimus, cum confessus fuerit idem Johannes se K
dedisse eidem Guillelmo dictos x solidos pro pœna et labore suo habitis in faciendo haberi debita sua a quibusdam suis creditoribus.

[1] Montdidier, Somme.
[2] Compiègne, Oise.
[3] *Cod.* senguinem.
[4] Le Beauvaisis. — *De eodem præposito, vide infra*, § 66 *et* 71.
[5] Pierrefont, Oise, c°n Attichi.
[6] Choisi-au-Bac, Oise, c°n Compiègne.
[7] *In cod. cancellata sunt nomina quæ hic uncis inclusimus. — Vide infra*, § 74.
[8] *Fort.* Ressong-le-Long, Aisne, c°n Vic-sur-Aisne.

A 62. *Composicio*[1]. — Causam Johannis Guilein XVI solidorum petitorum a Guillelmo dicto Fae debet audire præpositus de Choisiaco et eandem terminare. Consentiunt autem in hoc dicti Guillelmus et Johannes.

63. *Composicio.* — Compromissum fuit et per fidem in conciergium domus regis Compendiensis super causis quas habebant contra Guillelmum dictum Fae Gerardus Coquin,
B Petrus Ploque, Renaudus Goulin, Petrus Marreglier, Huetus Boucete, Johannes Cornet, Petrus Bailli et Jaquetus li Bus. Item compromissum fuit in eundem super causis quas habebant contra eundem Petrus dictus Gallicus, Azo de Monmaques, Odinus Loque et Johannes dictus Major. Et debet arbitrium proferri infra festum beati Martini. Item Renaudus de Guni et Robertus Anglicus.

C 64. *Sentencia absolucionis.* — Guillelmum le Fae ab impeticione LX solidorum Martini, armigeri, absolvimus, cum confessus fuerit idem Martinus quod idem Guillelmus habuit dictam pecuniam pro delacione armorum inhibitorum.

65. *Sentencia absolucionis.* — Guillelmum dictum le Fae ab impeticione Johannis de Diquemue XXVI solidorum absolvimus, cum idem Johannes recognoverit se solvisse dictam
D pecuniam pro eo quod percussit quemdam hominem in capite de quadam macua, qui clamorem super hoc detulit apud eumdem Guillelmum.

66. Petro dicto Moraus in sexdecim solidis petitis a Mathæo dicto Boulenjerii silencium imponimus, et eundem ab impeticione hujusmodi reddimus absolutum.

67. *Sentencia absolucionis.* — Radulfo Fabro super peticione ipsius XXI solidorum, item
E super peticione XL solidorum pro quibusdam expensis habitis, factis contra Guillelmum dictum Fae, silencium imponimus, et eundem reddimus super hiis absolutum, cum confessus fuerit idem Radulfus se ter vel quater bellum fecisse adversus quemdam hominem, propter quod levavit dictus Guillelmus dictam pecuniam.

68. *Condempnaciones.* — Odardum Quinqueruel, quondam præpositum de Choisiaco, Fol. 16.
F condempnamus Roberto dicto Amant in LII solidis reddendis ad festum Omnium Sanctorum, nisi voluerit probare pagamentum factum de dicta pecunia.

69. Item Aubertum de Sancto Audomaro, Johanni a la Barbe, in XX solidis prædicto termino.

70. *Restituciones.* — Item restitutum fuit nomine regis Odardo de Caumont de IX libris,
G item Petro Hurteboulie de XXX solidis, pro emendis illicite habitis. — Item Robino Anglico, de XL solidis, pro æstimacione domus ipsius minus sufficienter facta.

71. Guillelmum le Fae, quondam præpositum de Choisiaco, Johanni condempnavimus in XXI solidis, de quibus idem Johannes pro pagato se tenuit coram nobis. — Item tenuit se pro pagata coram nobis Odelina Bache de V solidis, in quibus ipsum Guillelmum condemp-
H navimus ad reddendum. — Item Avelina, uxor Roberti Strabonis, de II solidis, in quibus ipsum Guillelmum condempnavimus. — Item Arnulphus de Retro Monasterium tenuit se pro pagato a Mathæo dicto Boulenjerii, in quibus ipsum Mathæum condempnavimus[2].

72. *Condempnaciones.* — Item Jacobum Cerarium, quondam præpositum de Roya, condempnavimus ad reddendum Johanni dicto Belins X solidos de pecunia regis, si possit
I ostendere quod illi X [solidi] conversi fuerint in expletis regis.

73. Item forestarios regis in foresta Compendii, Petro clerico, in XV solidis, de pecunia regis reddendis ad festum beati Martini hyemalis.

74. Item prædictum Guillelmum Fae, Gerardo Viguereus, in XX solidis. — Item Petro Peillart, in XII solidis. — Item Guillelmo ad Custellos, in XX solidis. — Item Haquelino de
J Bernolio, in XX solidis. — Item Manassero Piscatori, in X solidis. — *Restitucio.* — Item restituit idem Guillelmus Roberto dicto Duci VI solidos.

CHAUNIACUM[3].

75. *Sentencia absolucionis.* — Guillelmum dictum Fae ab impeticione Heberti Mercerii, Fol. 16 v°.
videlicet quatuor modiorum bladi, de valore IIII^or librarum et X solidorum, absolvimus, et
K eidem silencium imponimus; et debet nobis reddere idem Guillelmus XXX solidos de valore dicti bladi nomine domini regis, cum non potuerit levare idem Guillelmus ultra LX solidos pro jure suo.

76. *Sentencia absolucionis.* — Hugonem dictum le Bule, præpositum de Chauniaco, ab impeticione Robini Majoris, videlicet IIII librarum, absolvimus, cum confessus fuerit idem
L Robinus se dedisse dicto præposito dictam pecuniam per dictum bonorum, pro eo videlicet quod impositum fuit sibi ab eodem præposito quod rescusserat servienti domini regis quas-

[1] *Hæc clausula in cod. cancellata est.* — [2] *Vide supra*, § 59. — [3] Chauni, Aisne, arr. Laon.

dam bestias captas per eundem servientem, super quo facto noluit idem Robinus judicium A
expectare, sed finavit cum eodem, ut prædictum est, licet super eodem facto dictus præpositus libenter fecisset eidem judicium, sicut confessus fuit idem Robinus.

77. *Condempnacio.* — Item Philippum de Ambleniaco[1], quondam præpositum Chauniaci, condempnamus Bernero de Chincheniaco[2] in L solidis reddendis in festo beati Martini hyemalis. B

78. *Sentencia absolucionis.* — Guillelmum dictum Fae absolvimus ab impeticione X librarum Petri de Sallenciaco, cum nobis constiterit quod dictas X libras habuit pro eo quod quamdam mulierem niti voluerit idem Petrus, et etiam nisus fuisset, nisi ad clamorem ejus venissent homines, sed de hujusmodi X libris receptis debet idem Guillelmus nobis reddere XXVI solidos nomine regis. C

79. *Condempnacio.* — Item dictum Philippum de Ambleniaco condempnamus Guillelmo Flamingo, in festo beati Martini prædicto, in XIIII solidis.

80. *Sentencia absolucionis.* — Guillelmum le Fae ab impeticione Petri de Crespeigniaco, videlicet LX solidorum, absolvimus, cum nobis constiterit quod eosdem juste habuerit, videlicet pro quadam nova desaisina probata contra ipsum. D

81. *Condempnacio.* — Item prædictum Philippum de Ambleni condempnamus Roberto dicto Præposito in X solidis reddendis in festo prædicto beati Martini hyemalis, ita quod, si possit ostendere quod sint in expletis regis, rex solvere teneatur.

82. *Absolucionis sentencia.* — Guillelmum dictum Fae ab impeticione LX solidorum Milonis de Vasen absolvimus, cum confessus fuerit coram nobis idem Milo quod dictus Guillel- E
mus habuit dictam pecuniam pro eo quod idem Milo dessessiverat quamdam mulierem de feno suo, quod fenum fuerat alias ipsius mulieris et creverat in prato suo.

83. *Condempnacio.* — Item Bradefer, quondam præpositum Chauniacensem, condempnamus Petro de Crespeigniaco in X solidis reddendis termino prædicto beati Martini.

84. *Composicio.* — Super peticione Jacobi Fauvel facta coram nobis contra Brazdefer, F
quondam præpositum Chauniacensem, videlicet cujusdam supertunicalis valoris XLII solidorum, compromissum fuit in gruerium Chauniacensem et Johannem dictum Hurtevin.

85. *Condempnacio.* — Item condempnamus Philippum de Ambleniaco Petro Porée et Roberto Jumevilier, in duobus modiis avenæ, vel XLV solidis pro valore, reddendis in festo prædicto beati Martini, ita quod, si possit docere quod sint in expletis regis, quod rex resti- G
tuere teneatur.

86. *Absolucionis sentencia.* — Guillelmum dictum le Fae ab impeticione Roberti Fabri, videlicet quatuor vacarum, absolvimus, cum nobis constiterit quod idem Guillelmus dictas vacas habuerit et eas vendi fecerit precio XXXIX solidorum pro emenda sua pro verberatione cujusdam hominis graviter facta, qui quidem Robertus nondum voluit super ipso facto stare H
juri coram majore et scabinis Chauniacensibus, licet legitime fuisset super ipso facto coram eisdem majore et scabinis ad judicium evocatus.

87. *Condempnacio.* — Item condempnamus dictum Guillelmum Fae Michaeli de Flaviaco[3] et Fesardo in XL solidis turonensium reddendis termino prædicto.

Fol. 17. 88. *Sentencia absolucionis.* — Hugonem dictum le Bule, præpositum Chauniacensem, ab I
impeticione VIII librarum Aelipdis, relictæ Petri de Piris, reddimus absolutum, cum nobis constiterit quod idem Hugo dictas octo libras habuerit, pro eo videlicet quod prædictus Petrus, maritus ipsius relictæ, super eo quod piscatus fuerat in fossatis domini regis de nocte, noluit expectare judicium hominum domini regis et inquestam super ipso facto, immo composuit super dicto facto cum eodem præposito per dictam pecuniæ summam, de assensu J
amicorum ejus.

89. *Sentencia absolucionis.* — Brazdefer, quondam præpositum Chauniaci, ab impeticione XXV solidorum Andreæ Bouquiau absolvimus, cum idem Andreas confessus fuerit se negasse quasdam peticiones a quodam nepote ipsius Andreæ factas contra ipsum, quæ quidem peticiones postmodum probatæ fuerunt contra ipsum Andream, ob quam causam leva- K
vit et habuit idem Brazdefer dictos XXV solidos.

90. *Condempnacio.* — Item condempnamus Philippum de Ambleniaco Jacobo Fauvelli, in VI libris reddendis ad Natale, et, si possit probare LX solidos fore conversos in utilitatem regis, rex tenebitur restituere.

91. *Composicio.* — Compromissum fuit super peticione IIII^or librarum Colardi de Cau- L
menchon facta contra Braz de Fer, in Hugonem dictum le Bule, præpositum Chauniaci, et dominum Guillelmum Auverniensem, monachum abbaciæ ad Boscum, de alto et basso, quas IIII^or libras dicebat idem Colardus dictum Braz de Fer injuste ab eo habuisse.

[1] Ambleni, Aisne, c^on Vic-sur-Aisne. — [2] Sinceni, Aisne, c^on Chauni. — [3] Flavi-le-Martel, Aisne, c^on Saint-Simon.

A 92. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco, quondam præpositum Chauniaci, ab impeticione LX solidorum Reginaldi Carpentarii absolvimus, cum nobis constiterit, per confessionem dicti Reginaldi, ipsum Reginaldum cepisse seu capi fecisse terram in chemino communi pro negociis suis, post inhibicionem generaliter factam per majorem et scabinos Cha[u]niaci ne in ipso chemino aliqui caperent terram, ob quod factum levavit idem
B Philippus dictos LX solidos pro emenda sua.

93. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticione Ernaudi de Espaigniaco IIIIor librarum absolvimus, cum per confessionem ejus nobis constiterit quod super quodam facto quod fecerat idem Ernaudus, de voluntate ipsius Ernaudi et per composicionem inter ipsos habitam, cum non vellet subire judicium idem Ernaudus super ipso facto,
C habuit dictas IIIIor libras.

94. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticionibus Gerardi Coumoittel XL solidorum, Adæ Flocel LX solidorum, Johannis dicti Cyrou XXV solidorum et Johannis de Pinçon XX solidorum absolvimus, cum nobis constiterit quod dictus Philippus dictas pecuniæ summas habuerit, ea videlicet racione quod de nocte piscati fuerunt in aqua
D domini regis, portantes arcus et sagittas ad rescuendum se, et quod se defenderunt contra servientes domini regis qui eorum naviculas ceperunt, ab eisdem hominibus prius ipsis naviculis derelictis.

95. *Sentencia absolucionis.* — Item eumdem Philippum ab impeticione Petri de Crespeigniaco LX solidorum, per confessionem ejusdem Petri, absolvimus, cum eosdem LX solidos
E juste levaverit.

96. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticione Gregorii de Calceya XX solidorum absolvimus, cum nobis constiterit quod pro delicto porcorum ipsius Gregorii, existencium in aliena jactura, dictos XX solidos levaverit, et super hoc inhibicio facta esset.

F 97. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticione Droardi de Mon- Fol. 17 v°.
tescre L solidorum absolvimus, cum confessus fuerit coram nobis idem Droardus se composuisse cum dicto Philippo, per dictam pecuniæ summam, super verberacione cujusdam hominis et non voluisse subire judicium super hujusmodi facto.

98. *Sentencia absolucionis.* — Odardum Bradefer ab impeticione Bertrandi Fouillebert
G LX solidorum turonensium absolvimus, cum nobis constiterit quod filius dicti Bertrandi portaverit arma, videlicet unam bipennem, contra inhibicionem domini regis, et rescusserit se contra ipsum Odardum, nollens eidem tradere dicta arma, propter quod levavit idem Odardus dictam pecuniam a dicto Bertrando.

99. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticione Petri Majoris
H C solidorum absolvimus, cum confessus fuerit se compromisisse in bonos et fide dignos super cisura quorumdam nemorum domini regis ab ipso Majore minus sufficienter facta, qui protulerunt quod idem Petrus redderet dicto Philippo, nomine regis, racione dictæ cisuræ minus sufficienter factæ, C solidos, quos confessus fuit idem Philippus se habuisse ex prædicta causa.

I 100. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticione XXX solidorum Helluydis de Elemosina absolvimus, cum nobis constiterit quod Johannes Flamingus, quondam ejus maritus, melleyam fecerit cum quodam homine et verberavit eumdem, propter quod levavit dictus Philippus ab eodem Johanne dictos XXX solidos.

101. Guillelmum dictum le Fae ab impeticione Colardi Maçon, videlicet XXX solidorum,
J absolvimus, cum eosdem juste habuerit, prout nobis constitit legitime.

102. *Condempnacio.* — Item Guillelmum dictum le Fae, quondam præpositum Chauniaci, condempnamus ad reddendum Johanni dicti Cerveille X solidos infra festum beati Martini hyemalis.

103. *Restitucio.* — Item restituit idem Guillelmus Petro de Ribecourt[1] XX solidos, in
K quibus ipsum condempnavimus.

104. *Condempnaciones.* — Item dictum Guillelmum, Guerardo Lathomo, in X sol. tur. condempnamus, reddendis infra instans festum beati Martini. — Item ipsum Guillelmum, Matildi de Buchiaco[2], in XL solidis reddendis prædicto termino apud Chauni. — Item dictum Guillelmum, Thomæ de Bondeney, in X solidis eodem termino. — Item ipsum, Ysa-
L belli de Marreigniaco, in uno coopertorio furrato de escurellis, reddendo per manus le Gruier et Laurencii clerici ipso termino. — Item dictum Guillelmum, Julianæ de Betencourt[3] et Mailleto, ejus marito, in XX solidis reddendis in dicto festo. — Item ipsum Guillelmum,

[1] Ribecourt, Oise, arr. Compiègne. — [2] Buci-le-Long, Aisne, c°° Vailli. — [3] Béthancourt-en-Vaux, Aisne, c°° Chauni.

Henrico falconnario de Crespeigniaco, in LX solidis reddendis prædicto festo beati Martini A hyemalis. — Item eumdem Guillelmum, Johanni dicto Gobite, in XL solidis reddendis in festo prædicto beati Martini.

105. Item Philippum de Ambleniaco, Petro de Vileta, militi, in XXX solidis reddendis infra festum beati Martini hyemalis, in præsencia præpositi Chauniaci, ad restituendum Colayæ Fillete et cuidam mulieri vulneratæ, si jus habeant in ipsa pecunia. B

SANCTUS QUINTINUS [1].

Fol. 18. 106. *Composicio.* — Compromissum fuit et per fidem coram nobis in Quantinum, præpositum domini regis in Sancto Quintino, a Petro li Acherais et Balduyno, ejus fratre, ex parte una, et Lorencio, Raymundo et Guilleberto, servientibus domini regis in Sancto Quintino, ex altera; super causis eorum, videlicet centum solidis turonensium et XXV solidis parisiensium, et faciemus tenere quod idem arbiter super prædictis duxerit ordinandum. C

107. *Condemnpaciones.* — Item condempnavimus Remondum, servientem præpositi Sancti Quintini, Guillelmo Carnifici, de Alta Villa [2], in una culcitra reddenda in festo beati Andreæ apostoli.

108. Item Hugonem le Bule, præpositum Chauniaci, Johanni de Besaches, in L solidis reddendis in festo prædicto beati Andreæ apostoli. — Item eumdem Hugonem, Radulfo de D Alta Villa, in XX solidis reddendis in festo prædicto.

109. Item debent reddere executores testamenti Petri Blacel Thomæ de Furno LXX solidos.

RIBOUDI MONS [3].

E

Fol. 18 v°. 110. *Sentencia absolucionis.* — Gerardum, præpositum quondam Riboudi Montis, ab impeticione Johannis dicti Minouns, videlicet XVI sol., et V sol. pro quibusdam expensis, absolvimus, cum nobis constiterit, per confessionem ipsius Johannis, compromissum fuisse super prædicta pecunia inter ipsos præpositum et Johannem in arbitros, super eo quod idem Johannes vinum vendiderat apud Riboudi Montem sanz aforer, quod facere non poterat nec debebat idem Johannes, ut dicebat idem præpositus, qui arbitri protulerunt suum F dictum in hunc modum, videlicet quod solveret idem Johannes dicto Gerardo prædictam pecuniam.

111. *Composicio.* — Compromissum fuit per fidem coram nobis a Gerardo de Betencourt et Eustachio de Martevilla, super decem modiis avenæ et uno equo precio IIII^or librarum, quos dicebat idem Eustachius dictum Gerardum extorsisse ab eodem, in Hugonem dictum G le Bule, præpositum Chauniaci, et Quantinum, præpositum Sancti Quintini, quibus arbitris potestatem dedimus faciendi tenere quod super præmissis duxerint arbitrandum.

112. *Composicio.* — Compromissum fuit coram nobis et per fidem a Gerardo de Betencourt, quondam præposito Riboudi Montis, et Ymberto dicto Marbotin, in abbatem Beati Nicholai de Riboudi Monte et Johannem dictum Chevenciaus, super XIIII libris et H XV solidis quos petebat idem Ymbertus ab eodem Gerardo sibi reddi, pro denariatis suis eidem venditis et deliberatis, et faciemus tenere quod iidem arbitri super hoc duxerint ordinandum.

113. *Composicio.* — Item compromissum fuit et per fidem a Guerardo de Betencourt et Roberto dicto de Croiz, in Martinum, de Riboudi Monte præpositum, super trecentis gar- I bis quas injuste dicebat dictus Robertus dictum Guerardum habuisse ab eodem, et debet dictus arbiter infra instans festum beati Andreæ apostoli compromissum hujusmodi terminare. Faciemus autem tenere quod idem arbiter super præmissis duxerit ordinandum.

114. *Composicio.* — Compromissum fuit et per fidem a Guerardo de Betencourt et Gaufrido des Pisiaus in Huardum, scabinum Ribaudi Montis, et Gilonem dictum Piouns, J super centum solidis quos idem Guerardus ab eodem Gaufrido injuste extorserat, ut dicebat, quorum arbitrorum dictum teneri faciemus a partibus antedictis.

115. *Sentencia absolucionis.* — Guerardum de Betencourt, quondam præpositum de Riboudi Monte, ab impeticione Colardi dicti Haterel, armigeri, videlicet XII librarum parisiensium, absolvimus, cum nobis constiterit, per confessionem ejusdem Colardi, quod compro- K missum fuit inter ipsum Guerardum et Colardum in arbitros, super eo quod petebat idem Guerardus ab eodem Colardo XX libras, pro eo quod procuraverat sibi solvi quamdam pecuniæ summam a quodam milite subjecto comiti Blesensi [4], ejusdem Colardi debitore, qui

[1] Saint-Quentin-en-Vermandois, Aisne.
[2] *Fort.* Hauteville, Aisne, c^on Guise.
[3] Ribemont, Aisne, arr. Saint-Quentin.
[4] *Johanni de Castellione.*

A arbitri protulerunt dictum Colardum ipsi Guerardo debere solvere super hujusmodi pe-
titis XII libris. — Debet autem prædictus Guerardus nobis respondere de IIII^{or} libris, quas
habuit ab Arnulpho de Sociaco, ultra summam LX solidorum, quæ IIII^{or} libræ debuerunt
tradi a dicto Guerardo domini regis mandato pro jure suo, et sunt in expletis domini regis,
ut dicit.

B 116. *Composicio.* — Compromissum fuit coram nobis et per fidem a relicta Tassini de Fol. 19.
Oreigniaco[1] et Eustachio de Nova Villeta[2] et Monacho in majorem de Oreigniaco et Marti-
num, de Riboudi Monte præpositum, super LX solidis et uno denario quos injuste habuerat
idem Eustachius ab eadem, ut dicebat, et debent ipsi arbitri suum proferre arbitrium hoc
instanti festo beati Andreæ apostoli. Fidejussit autem Hugo dictus li Bule pro dicto Mona-
C cho, tunc absente, de ratihabicione hujusmodi compromissi, et quod inviolabiliter obser-
vabit quod super hiis duxerint arbitrandum arbitri supradicti.

117. *Composicio.* — Item compromissum fuit et per fidem a Guerardo de Betencourt et
Petro Sellario, super XXIIII^{r} solidis petitis ab eodem Petro, in scabinos de Riboudi Monte,
videlicet duos vel tres ipsorum, qui debent suum proferre arbitrium hoc instanti festo
D beati Andreæ apostoli, quorum arbitrium faciemus inviolabiliter observari.

118. *Composicio.* — Item compromissum fuit per fidem a Guerardo de Betencourt et
Goberto Piscatore in Martinum, præpositum de Riboudi Monte, et Huardum dictum Choete,
super XXIIII^{or} solidis petitis a dicto Goberto, qui debent hujusmodi arbitrium proferre hoc
instanti festo beati Andreæ apostoli.

E 119. *Sentencia absolucionis.* — Guerardum de Betencourt ab impeticione XX solidorum
Aelipdis Gacete absolvimus.

120. *Composicio.* — Item compromissum fuit per fidem a Guerardo de Betencourt et
Roberto dicto Sesone, super VI libris petitis ab ipso Roberto, in abbatem Sancti Nicholai
de Riboudi Monte, et debet hujusmodi arbitrium terminari in instanti festo beati Andreæ
F apostoli.

121. *Condempnaciones.* — Condempnavimus Guerardum de Betencourt Guillelmo Deur-
lanz in XX solidis reddendis infra festum beati Andreæ. — Item eumdem Guerardum,
quondam præpositum de Riboudi Monte, Eustachio de Nova Villeta, in uno modio avenæ
reddendo in festo beati Remigii.

G

PETRA FONS[3].

122. *Sentencia absolucionis.* — Guillelmum dictum Fae ab impeticione Reginaldi dicti Fol. 19 v°.
Piscis, videlicet C et XIII solidorum, absolvimus, delato prius juramento dicti Guillelmi ex
parte dicti Reginaldi super dicta pecuniæ summa.

123. *Sentencia absolucionis.* — Petrum de Sayaco, quondam præpositum de Petra Fonte,
H ab impeticione Porjoun, videlicet XXVII librarum quas extorserat ab eodem, ut dicebat, ab-
solvimus, cum nobis constiterit quod idem Porjoun vulneravit quemdam majorem regis in
foresta Compendii in die fori existentis apud Petram Fontem, et quod convictus fuit idem
Porjoun per inquestam super hujusmodi facto, propter quod levavit dictam pecuniam ad
mandatum dicti baillivi a dicto Porjoun dictus Petrus.

I 124. *Sentencia absolucionis.* — Johannem dictum Letance, præpositum de Petra Fonte,
ab impeticione LX solidorum Petri de Solario, armigeri, absolvimus, cum nobis constiterit,
per confessionem ejusdem armigeri, quod idem armiger conquestus fuit Bertero Anguelart,
tunc baillivo, super dicta pecunia injuste levata et non judicata per homines regis super
quodam facto sibi imposito, et quod idem baillivus obtulit se facturum eidem judicium per
J homines regis super illo facto, videlicet super capcione cujusdam hominis in quadam terra
in qua non habebat aliquam justiciam, nisi solummodo campipartem, quorum hominum
judicium per consilium bonorum noluit expectare, immo acquievit taxacioni factæ per Guil-
lelmum dictum Faez, tunc præpositum, usque ad summam dictorum LX solidorum.

125. *Composicio.* — Compromissum fuit et per fidem inter Philippum de Ambleniaco et
K Petrum Burserium in præpositum Sancti Gervasii Suessionensis, super X libris turonensium
petitis ab eodem Petro, quas ab eodem extorserat, ut dicebat, cujus arbitri faciemus arbi-
trium observari.

126. *Composicio.* — Compromissum fuit in Philippum de Ambleniaco a Symone clerico
et Guillelmo Faez, super XL solidis quos extorserat ab eodem, ut dicebat, cujus arbitrium
L faciemus teneri.

127. *Sentencia absolucionis.* — Johanni dicto le Meignan, super XXX solidis petitis a

[1] Origni-Ste-Benoite, Aisne, c^{on} Ribemont. — [2] Neuvillette, même c^{on}. — [3] Pierrefont, Oise, c^{on} Attichi.

Petro de Foisselles, silencium imponimus, cum nobis constiterit quod vulneravit quemdam servientem domini regis au Lastelier, propter quod levavit dictos xxx solidos a dicto Johanne. A

128. *Absolucionis sentencia.* — Dominum regem ab impeticione Roberti Donniars, super dampnis quibusdam habitis, ut dicebat, pro vendicione molendini de Bekerel, quod est domini regis, facta per ministros domini regis, absolvimus. B

129. *Absolucionis sentencia.* — Renaudum de Dernestal super xxxii libris petitis nomine dampnorum a Waltero dicto Cocart absolvimus.

130. *Absolucionis sentencia.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticione lx solidorum Huardi Fabri, de Croceyo, absolvimus, quos extorserat ab eodem, ut dicebat.

Fol. 20. 131. *Sentencia absolucionis.* — Guillelmum le Fae ab impeticione iiii^or^ librarum et x solidorum Renaudi de Longueil absolvimus, cum nobis constiterit quod verberaverit graviter quemdam porcherium, propter quod levavit, ad preces quorumdam bonorum, dictas iiii^or^ libras et x solidos, de quibus debet nobis reddere idem Guillelmus, nomine regis, xxx solidos. C

132. *Absolucionis sentencia.* — Petrum de Foisseles, forestarium, ab impeticione Werrici Rouart, videlicet x solidorum, absolvimus, cum nobis constiterit quod dictus Werricus forefecerit in foresta secando[1] plançouns, qui fuerunt inventi in quadriga ipsius per servientes forestæ, ob quam causam levavit idem Petrus dictos x solidos. D

133. *Sentencia absolucionis.* — Petrum de Sayaco ab impeticione Hubeleti Munerii absolvimus, videlicet vii solidorum et vi denariorum, cum nobis constiterit quod idem Hubeletus dixerit coram ipso Petro, tunc præposito[2], cuidam majori regis quod vellet quod haberet unum stercus in gutture suo, propter quod levavit dictos vii solidos et vi denarios. E

134. *Composicio.* — Compromissum fuit per fidem a Petro dicto Bare et Guillelmo le Faez, super xx solidis quos extorserat ab eodem idem Guillelmus, ut dicebat dictus Petrus, in majorem de Ruissiaus[3], cujus majoris teneri arbitrium faciemus. F

135. *Composicio.* — Item compromissum fuit per fidem a Johanne la Coille, Petro, filio Audæ, Augero, ejus fratre, et Gaufrido dou Ru, ex parte una, et Petro de Sayaco, ex altera, in Johannem Ameuri et Robertum, dictum Monachum de Coloisi[4], super causis eorum. — Item compromissum fuit a Stephano de Mortuo Fonte, super causa mota coram nobis et Petro de Sayaco, in Johannem Amouri, Philippum Quinquernel et Stephanum clericum. G — Item compromissum fuit a dicto Petro de Sayaco et Mathæo de Mortuo Fonte, in Stephanum de Mortuo Fonte et Guillelmum Nigrum, super causa mota coram nobis.

136. *Absolucionis sentencia.* — Guillelmum dictum Faez ab impeticione xl solidorum Thomæ Medici absolvimus, et in peticione hujusmodi non exaudivimus, cum nobis constiterit quod coram Guillelmo ad Capam, milite, et aliis inquisitoribus regis hujusmodi peticio fuerit terminata et adjudicata prædicta pecuniæ summa Thomæ prædicto. H

137. *Absolucionis sentencia.* — Robertum Market ab impeticione xx solidorum Baudeloti de Castelleto, dampnorum nomine petitorum, absolvimus, cum in petendo dictam pecuniam non habuerit racionem, pro eo videlicet quod, capiendo eumdem Baudelotum et ponendo in locum securum, propter periculum vulneris ipsius Baudeloti quod habebat in cruribus et inimicos ejusdem Baudeloti, nullam injuriam eidem irrogavit, immo sibi hoc facere licuit tamquam servienti. I

138. *Sentencia absolucionis.* — Johannem Letance et Walterum Fabrum ab impeticione Petri Malin xv solidorum absolvimus.

Fol. 20 v°. 139. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticione vii solidorum et vi denariorum Guiberti de Roy absolvimus, cum nobis constiterit, per confessionem ejusdem Guiberti, quod quidam ejus filius, in mainburnia sua existens, secuit i plançon, et ad querimoniam majoris ipsius loci factam coram ipso Philippo levavit dictam pecuniam. J

140. *Sentencia absolucionis.* — Philippum de Ambleniaco ab impeticione relictæ Vaugondein, videlicet bladi et avenæ quæ creverunt in terris defuncti Johannis dicti Gresis, de Crespeyo[5], quæ bladum et avena[6] cepit et saisivit idem Philippus racione manus mortuæ, absolvimus, cum nobis constiterit quod idem Philippus super peticione prædicta liberatus fuerit per alios inquestores. K

141. *Sentencia absolucionis.* — Guillelmum Faez ab impeticione Meinneri de Monmaques, videlicet lx solidorum, absolvimus, ac peticionem ipsam non admisimus, cum nobis constiterit quod dictus Guillelmus per alios inquestores super dicta peticione fuerit liberatus et L

[1] *Cod.* sequendo.
[2] Apud Petram Fontem. *Vide supra*, § 123.
[3] *Fort.* Ressons-le-Long, Aisne, c^on^ Vic-sur-Aisne.
[4] Couloisi, Oise, c^on^ Attichi.
[5] Crépi-en-Valois, Oise, arr. Senlis.
[6] *Cod.* quas bladum et avenæ.

A per arbitrium Philippi Quinquernel, qui adjudicavit dicto Meinnero arbitrando XX solidos turonensium.

142. *Condempnaciones.* — Item Philippum de Ambleniaco, quondam præpositum de Petra Fonte, condempnamus ad reddendum Guillelmo Maquerel infra Natale IIII^or solidos.

143. Item Guillelmum Fae, Arnulpho dicto Cognato, in X solidis reddendis ad Natale
B Domini. — Item eumdem Guillelmum, Biardo, in V solidis reddendis in Natali prædicto.

144. Item Philippum de Ambleniaco prædictum, Johanni de Reteuil[1], in XL solidis reddendis dicto Natali.

145. Item prædictum Guillelmum Fae, Philippo de Reteuil, clerico, in XX solidis reddendis prædicto termino.

C 146. Item Petrum de Foisseles, Johanni de Noviomo, in V solidis.

147. *Restituciones.* — Item restituit idem Guillelmus Faez Bertaudo Doulans V [solidos], in quibus fuit condempnatus. — Item restituit Arnulphus Larde Johanni Passet V [solidos], in quibus fuit condempnatus. — Item restituit Renaudus de Dernestal Emelinæ la Gadesse X solidos, in quibus est condempnatus.

D 148. *Condempnacio.* — Item condempnamus Petrum de Foisseles, ad reddendum Guillelmo Carpentario infra quindenam X solidos.

149. *Restituciones.* — Item restituit Johannes Letance, præpositus de Petra Fonte, Symoni Cucu XX solidos, X solidos pro se, et X pro rege. — Item restituit dictus Guillelmus Faez Arnulpho Bolengario V solidos.

E 150. *Condempnaciones.* — Item condempnamus regem ad reddendum XXX solidos relictæ Fol. 21.
Johannis Belli Nepotis, pro dampnis quæ habuit ipsa relicta occasione regis pro sallicibus de Ret et de Marnival, qui sunt domini, et præcepimus Johanni Letance, præposito de Petra Fonte, ut solvat nomine regis XXX solidos antedictos.

151. Item condempnamus Philippum de Ambleniaco Petro dou Larriz, in VI solidis red-
F dendis ad Natale Domini.

152. Item Petrum de Sayaco, Doardo de Portis, in V solidis reddendis ad dictum Natale Domini. — Item ipsum Petrum, Huybeto de Bovenlez, filio Fouquardi, in V solidis eodem termino.

153. Item prædictum Guillelmum Fae, Alermo Piscatori, in XLV solidis prædicto Natali
G reddendis.

ITEM PETICIONES, COMPOSICIONES, ABSOLUCIONES ET CONDEMPNACIONES FACTÆ SUPER DICTO NEGOCIO CORAM IPSIS INQUISITORIBUS IN BAILLIVIA SILVANECTENSI. — ET PRIMO APUD CLARUM MONTEM[2]. Fol. 23.

154. *Absolucio.* — Radulphum dictum Magistrum, præpositum de Claro Monte, ab im-
H peticione Heberti Salnerii, videlicet XXV solidorum quos dicebat se ab eodem injuste habuisse, reddimus absolutum, cum eosdem juste habuerit et ex causa sufficienti, videlicet pro eo quod fecit convenciones cum Cayn Carnifice, in præjudicium et dampnum reddituum regis, videlicet thelonei salis villæ Clari Montis, de non emendo ipsum carius.

155. *Absolucio.* — Item eumdem Radulphum præpositum, ab impeticione Johannis dicti
I Agot, videlicet XLIII solidorum, absolvimus, eidem Johanni in prædictis silencium imponentes.

156. *Absolucio.* — Item Odoni dicto Montyon, super peticione ipsius V solidorum facta contra ipsum Radulfum, silencium imponimus.

157. Peticionem priorissæ de Castelleto, videlicet arpenti et dimidii vineæ factæ contra
J Renaudum Flouri, quondam præpositum Clari Montis, non admisimus, cum, per inquestam factam et judicium hominum domini regis subsecutum, ipsa vinea eidem Renaudo fuerit adjudicata contra dictam priorissam, et silencium positum ipsi priorissæ super peticione prædicta, et etiam cum nobis constiterit quod, tempore quo dictus Renaudus a dicta priorissa dictam vineam dicitur extorsisse, dictus Renaudus erat præpositus comitissæ Boloniæ[3], quo tempore
K rex non erat dominus Clari Montis.

158. *Condempnacio.* — Item condempnamus Johannem de Champeigne, quondam præpositum Clari Montis, ad reddendum infra VII dies Odardo dicto Espoille X solidos, pro quibusdam expensis factis in domo ipsius Odardi a servientibus ejusdem Johannis. — *Absolucio.* — In aliis vero petitis ex parte dicti Odardi a dicto Johanne, racione cujusdam implagii
L doliorum, scilicet XX solidis cum tribus solidis pro expensis servientum, reddimus absolutum.

[1] Retheuil, Aisne, c^on Vic-sur-Aisne. — [2] Clermont-en-Bauvaisis, Oise. — [3] *Mathildis, Boloniæ et Domni Martini comitissa, Philippi Hurepel uxor, quæ anno 1259 obiit.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

159. *Absolucio.* — Item Droconi dicto Willon, super peticione cujusdam culcitræ facta A
contra dictum Johannem de Champeigne, silencium imponimus, ipsum ab impeticione hujusmodi absolventes.

Fol. 23 v°. 160. *Absolucio* — Item eumdem Johannem de Champeigne ab impeticione Ingerranni armigeri, videlicet unius vacæ et vituli, absolvimus.

161. Tenetur restituere Radulfus dictus Magister, præpositus Clari Montis, infra VII dies, B
Philippo de Monciaco[1] x solidos, de pecunia regis si conversi fuerint in expletis ipsius.

162. Item debet reddere prædictus Johannes de Champeigne Renaudo Eri IIII libras infra festum beati Martini hyemalis. — Item Emelinæ de Ouns, eodem termino v solidos. — Item Mariæ dictæ Siccæ, v solidos eodem termino, et quittavit eamdem Mariam de omnibus emendis. — Item Aalipdi, uxori Guiselin, eodem termino IIII libras. — Item eodem ter- C
mino v solidos, Garnerio Corderio, et quittavit eum de omnibus emendis. — Item eodem termino, Johanni le Serreurier x solidos. — Johanni de Ravenel[2], XVIII solidos eodem termino, et absolvimus ipsum Johannem super quadraginta solidis petitis ab armigero supradicto. — Item Symoni dicto Mancion, eodem termino, VIII solidos.

163. *Composicio.* — Item compromissum fuit in ministrum hospitalis Trinitatis Clari D
Montis inter Laurencium de Sescaus et Johannem de Campeigne, super contentis in peticione dicti Laurencii edita coram nobis, videlicet super quibusdam utensilibus domus traditis[3] dicto ministro, et debemus facere tenere quod decreverit dictus minister super contentis in ipsa peticione.

SILVANECTUM[4]. E

Fol. 24 v°. 164. *Composicio.* — Compromissum est inter Johannem de Ponte, ex una parte, et Symonem de Bouleu et Adam Cerveille, consortes in lite, ex altera, in præpositum Silvanectensem, super septem libris petitis ab eisdem consortibus contra dictum Johannem, et faciemus tenere, si necesse fuerit, quod idem arbiter super præmissis duxerit ordinandum. F

APUD CREDULIUM[5].

165. *Absolucio.* — Droconem, quondam majorem de Saint Quies[6], ab impeticione Theobaldi dicti Scriptoris, videlicet XXI solidorum VI denariorum, quos dicebat ab eodem injuste habuisse, reddimus absolutum, cum eosdem juste habuerit et ex causa sufficienti, recepto etiam juramento eorumdem et auditis testibus qui erant audiendi. G

166. *Condempnacio.* — Item Theobaldum de Pratis, quondam majorem de Saint Quies, ab impeticione Mikaelis dicti Scriptoris, videlicet v solidorum quos dicebat ab eodem injuste habuisse, reddimus absolutum.

167. *Condempnacio.* — Item injunximus Varino de Fovea, quondam majori de Saint Quies, [ut] redderet Arnulpho dicto Converso nanta sua, a quo petebat octo solidos quos sibi H
promiserat, ut dicebat, quando fuit noviter major prædictæ villæ, et non poterat dictus Varinus dictum Arnulphum nantare, quia non poterat esse judex in causa sua.

168. Item injunximus Johanni dicto Gouvernaus ut redderet Theobaldo Scriptori quemdam potum cupreum, soluta emenda XXX[a] denariorum in quam invenimus eumdem Theobaldum per ejus sacramentum contra dictum Johannem incurrisse. I

Fol. 25. HEÆ SUNT PETITIONES, COMPOSITIONES SUPER IPSIS PETICIONIBUS, ABSOLUCIONES, CONDEMPNACIONES FACTÆ SUPER NEGOCIO RESTITUCIONUM PER INQUESTORES DOMINI REGIS PRÆDICTOS, ET PRIMO CONDEMPNACIONES.

169. Audita peticione Odardi de Anbleniaco[7], videlicet XL solidorum parisiensium, facta contra Symonem d'Eschanbaudon, quondam præpositum de Crispeio[8], quos dicebat dictum J
Symonem habuisse injuste ab eodem Odardo, auditis veritatibus sub juramentis præstitis hinc et inde, dictum Simonem condempnamus ad reddendum dictos XL solidos dicto Odardo infra dominicam qua cantatur *Oculi mei*.

170. Petrum de Say, quondam præpositum de Crispeio, Waltero de Mornevail, in LX solidis parisiensium ad dictum terminum condempnamus. K

171. Item dictos Petrum et Symonem Johanni Guendris, in VII solidis parisiensium condempnamus.

[1] Monchi-Saint-Éloi, Oise, c[on] Liancourt.
[2] Ravenel, Oise, c[on] Saint-Just.
[3] *Cod.* tradita.
[4] Senlis, Oise.
[5] Creil, Oise, arr. Senlis.
[6] Cinqueux, Oise, c[on] Liancourt.
[7] Ambleni, Aisne, c[on] Vic-sur-Aisne.
[8] Crépi-en-Valois, Oise, arr. Senlis.

A 172. Item dictum Petrum, Dyonisio de Firmitate Encon, xxiiii libras turonensium in hunc
modum, videlicet ad istud instans Pascha viii libras turonensium, ad festum nativitatis beati
Johannis Baptistæ viii libras turonensium, et residuas viii libras turonensium ad festum beati
Remigii.

173. Item dictum Symonem, Guillermo Setaie[1], vi solidos vi denarios parisienses infra
B noctes.

174. Item dictum Petrum, Laurencio de Vilers, viii solidos paris. infra Pentecosten.

175. Item dictum Symonem, Haimeto de Vilers, viii solidos parisiensium ad eumdem
terminum. — Item eumdem Symonem, Christoforo de Vilers, xxxii solidos parisiensium
infra Pascha. — Item eumdem Symonem, Varnero clerico, unum ciphum argenteum et alia
C pignora quæ detinet, solutis prius dicto Symoni xl solidis parisiensium.

176. Item eosdem[2], Johanni de Baubri, xxxv solidos parisiensium infra octabas Paschæ.
— Item restituerunt prædicti Richardo dicto le Boisteus xvi solidos parisiensium. — Item
eosdem, Johanni Bourderon, xxv solidos parisiensium ad octabas Paschæ. — Item eosdem,
Odardo Coumin, iiii libras parisiensium infra Pentecosten. — Item restituerunt Guiardo
D Blanchart vi solidos parisiensium. — Item eosdem condempnamus, per compromissum reddi-
tum coram nobis[3], Arnulpho de Vilers les Poestes[4] vi sextarios avenæ et xx solidos parisiensium
infra Ascensionem Domini, pro quibus avenæ sex sextariis et xx solidis sic reddendis Heber-
tus de la Barre se fecit et constituit coram nobis principalem debitorem et redditorem, pro
parte dictum Symonem contingente, et idem Hebertus se fecit plegium pro parte ipsum
E Petrum contingente. — Item eosdem, in xxx solidis parisiensium, Gaufrido de Grandi Campo, Fol. 25 v°.
ad dictum terminum, dicto Heberto principali debitore pro dicto Simone et plegio pro
dicto Petro. — Eosdem, ad deponendum c solidos parisiensium in manu præpositi de
Crispeio, quos habuerunt a Guiardo dicto Potin, eo quod vulneraverat unum hominem
de cutello, qui c solidi erunt in deposito in manu illius præpositi quousque discussum erit
F de jurisdictione coram baillivo inter regem et dominum Reginaldum, quondam priorem de
Rouvres[5].

176 *bis*. — Petrum de Say, Richardo Labane, servienti forestæ de Rest, xxiiii solidos
parisiensium infra Ascensionem Domini. — Dictum Petrum, ad reddendum præposito Cris-
piensi pro rege xl solidos, de c solidis parisiensium, quos habuit a Johanne le Dru, si dictus
G Petrus recte habuit dictos c solidos, cum talis emenda pertineat ad regem.

IN PRÆPOSITURA DE FIRMITATE MILONIS[6] CONDEMPNACIONES.

177. Eumdem Petrum, unam zonam de serico argentatam, Stephano Testart, solutis
prius dicto Petro xxiiii solidis parisiensium coram præposito Crispiensi. — Eosdem[7], Odardo
de Ri, lx solidos turonensium infra Pentecosten. — Eosdem, Guiardo dicto Potins, xx solidos
H parisiensium ad dictum terminum, Froissart plegio pro parte dictum Petrum contingente.
— Dictum Symonem, ad reddendum Heberto clerico xxviii solidos turonensium infra Ascen-
sionem Domini. — Eos insimul, Petro Tiefaine, xvi solidos turonensium ad eundem termi-
num. — Eosdem, Roberto le Charron, xv solidos turonensium ad eundem terminum. — Eos,
Mariæ la Moustardière, xx solidos turonensium ad eundem terminum. — Dictum Symonem,
I dictæ Mariæ, v solidos turonensium ad eundem terminum. — Eosdem, Foucardo et Ber-
tranno de Troine, xxiiii solidos parisiensium. — Symonem Lorifambro, iiii solidos turonen-
sium infra Ascensionem Domini. — Eos, Auberto Bobin, iii solidos parisiensium. — Eos,
Mathæo le Saugnier, iii solidos parisiensium infra Ascensionem Domini.

178. *Restituciones*. — Restituerunt Petro Cain x solidos parisiensium; Hubeleto, iii so- Fol. 26.
J lidos parisiensium; Henodino le Vachier, xx solidos turonensium; Raart Gadin, v solidos
turonensium; Reginaldo de Courtohaut, v solidos parisiensium.

ISTÆ SUNT CONDEMPNACIONES FACTÆ CONTRA MAJORES, TAM APUD CRISPEIUM QUAM APUD FIRMITATEM MILONIS.

179. Arnulphum Mauquidant, quondam majorem de Vivers[8], ad reddendum Mariæ de
K Mauloi[9] xxvii solidos de noirés infra dominicam qua cantatur *Lætare Jerusalem* condemp-

[1] *Fort.* Secaie. *Vide infra*, § 206.
[2] *Id est* Petrum de Say et Symonem d'Eschanbaudon.
[3] *Subaudi* ad solvendum.
[4] Villers-les-Pottez, Oise, c[on] Betz, c[ne] Cuvergnon.
[5] Rouvres, Oise, c[on] Betz. — *Vide infra*, § 196.
[6] La Ferté-Milon, Aisne, c[on] Neuilli-Saint-Front.
[7] *Id est, ut supra*, P. de Say et S. d'Eschanbaudon.
[8] Vivières, Aisne, c[on] Villers-Cotterets.
[9] Mauloi, Aisne, c[on] Neuilli-Saint-Front, c[ne] la Ferté Milon.

namus. — Item eumdem Arnulphum, Johanni Soustain, XI solidos VI denarios parisienses ad A
terminum prædictum.

180. Item dictum Johannem Soustain, dicto Arnulpho, VI solidos parisiensium per reconvencionem.

181. Nicholaum Strabonem, Hugoni Kakot, unum ensem vel valorem.

182. Guillelmum de Casteleto, le concierge[1], XII solidos parisiensium de pecunia regis. B

183. Robertum l'Escevelé, quondam majorem de Morneval, VI solidos parisiensium ad mediam Quadragesimam.

184. Injunximus præposito de Crispeio ut inquirat per Petrum de Pisseleu, militem, super peticione Jaqueti de Lerni, de XL solidis parisiensium contra prænominatos Simonem
et Petrum. — Item injunximus eidem præposito ut inquirat de querela Giborti contra C
eosdem.

Fol. 26 v°. ISTÆ SUNT COMPROMISSIONES FACTÆ IN PRÆPOSITURA DE CRISPEIO, QUÆ SUNT INJUNCTÆ PRÆPOSITO DE CRISPEIO AD OBSERVANDUM PER IPSUM.

185. Cum Mailleth diceret contra prædictos præpositos, scilicet Symonem et Petrum[2],
quondam præpositos de Crispeio, quod minus juste extorserant ab eodem XX solidos pari- D
siensium pro eo quod dictus Mailleth abutebatur falsis litteris citatoriis, et cum [propter] hoc detinuerunt eum in prisionem, et fregit prisionem, ut dicunt, quod negavit dictus Mailleth, auditis partibus a nobis, injunximus dictis præpositis quod dictos XX solidos deponerent in manu præpositi Crispiensis qui nunc est, injungentes eidem præposito, sub cujus
jurisdictione partes consistunt, ut inquirat de negocio eorumdem; qui præpositus in præ- E
sencia nostra adjornavit partes prædictas ad certam diem.

186. Item compromissum est inter eosdem, ex una parte, et Symonem le Parmentier, ex altera, super petitione XX solidorum, in Stephanum de Berron, quondam præpositum de Crispeio, et promiserunt dictæ partes per fidem coram nobis quod ipsi tenebunt quicquid
idem Stephanus duxerit ordinandum. F

187. Compromissum est in dominum Guillermum, presbiterum de Vilers Gouderest[3], inter Petrum dictum Bienlevaut, ex una parte, et Guillermum de Casteleto, concierge de Vilers, ex altera, super eo quod dictus Petrus dicebat et petebat a dicto Guillermo bladum quod extorserat ab eodem, et quod dictus Guillermus verberaverat dictum Petrum; deinde
habito bonorum consilio, promiserunt coram nobis, per fidem in manu præstitam corporalem, G
quod tenebunt quicquid dictus Guillermus super hiis duxerit ordinandum, et quod dictus presbiter ordinabit super hujusmodi compromisso præpositus Crispiensis faciet observari.

188. Cum controversia mota esset inter Philippum de Mareul, [ex una parte], et prædictos præpositos, scilicet Symonem et Petrum, ex altera, super eo quod fecerant justiciam
ubi non debebant et super aliis multis, tamdem, habito bonorum consilio, dictæ partes H
compromiserunt in arbitros, videlicet in Petrum Tiefaine et Petrum Jahenne, promittentes coram nobis per fidem quod[4] ipsi tenebunt quicquid dicti arbitri super contencionibus prænominatis motis inter ipsos duxeri[n]t ordinandum.

Fol. 27. HEÆ SUNT ABSOLUCIONES FACTÆ IN PRÆPOSITURA DE CRISPEIO CONTRA PRÆPOSITOS DOMINI REGIS
ET SERVIENTES EJUS CORAM INQUESTORIBUS EJUSDEM IN BALLIVIIS PRÆDICTIS. I

189. Dicit Hugo Kakot contra Symonem d'Eschanbaudon et Petrum de Say, quondam præpositos de Crispeio, quod injuste extorserunt ab eodem XIX sextarios tam bladi quam avenæ, quod petit sibi reddi. Ad quæ responderunt dicti præpositi, ad sui deffensionem, quod dictum bladum et avenam non habuerunt, negando. Ideo addebat dictus Hugo, in sua
peticione, quod de mandato dictorum præpositorum dictum bladum et avena[m tradiderat] J
scilicet quibusdam servientibus eorumdem, Panelier defuncto et Girardo de Vilers. Jurato de calumpnia, dies lunæ post dominicam qua cantatur *Oculi mei* est assignata dictis partibus, ad probandum quæ sibi viderint expedire, et debet probare dictus Hugo coram nobis quod de mandato dictorum præpositorum dicti servientes habuerunt bladum et avenam.

Hii sunt testes Hugonis dicti Kakot contra dictos præpositos. — Gillebertus de Lisi, testis K
juratus, *etc.* — Hebertus li Brioies, testis juratus, *etc.* — Adeno de Lisi, testis juratus, *etc.*
— Item Gilo, testis juratus, *etc.*

[1] *Vide infra*, § 187. — [2] *Vide infra*, § 189. — [3] Villers-Cotterets, Aisne, arr. Soissons. — [4] *Cod.* qui.

A HEÆ SUNT ABSOLUCIONES FACTÆ PER INQUESTORES DOMINI REGIS IN PRÆPOSITURA DE CRISPEIO.

190. Guillermus de Dantleu[1] dicit contra Symonem d'Eschanbaudon et Petrum de Say, quondam præpositos de Crispeio, quod ipsi extorserunt ab eodem LX solidos parisiensium, pro eo quod idem Guillermus intraverat per vim quamdam granchiam de Vausseri[2], et percussit janitorem illius domus, ut dicebant, quod negavit dictus Guillermus. Auditis verita-
B tibus hinc et inde et adductis testibus dictorum Symonis et Petri, dicto Guillermo super peticione dictorum LX solidorum silencium imponimus, ipsos ab impeticione hujusmodi absolventes. Fol. 27 v°.

191. Item prædictos ab impeticione Hugonis dicti Kakot, videlicet XX librarum quas extorserant ab eodem, ut dicebat, sed cognito de causa, ipsos ab impeticione hujusmodi
C reddimus absolutos.

192. Item cognito de causa quæ vertitur inter prænominatos et Baudet, filium Johannis dicti Fabri, super peticione XX solidorum quos extorserunt ab eodem, ut dicebat, per dictum castellani de Vilers, in quem dictæ partes compromiserant, ab impeticione dicti Baudet reddimus absolutos.

D 193. Item prædictos ab impeticione Lembeloti, videlicet XII solidorum parisiensium, reddimus absolutos.

194. Item prædictos ab impeticione Thomæ dicti Fabri, videlicet XX solidorum parisiensium, causa facti coram nobis cognita, ipsos reddimus absolutos.

195. Compromissum fuit inter eosdem, ex una parte, et Johannem dictum Burgensem et Fol. 28.
E Petrum Cornil, ex altera, in Guillermum dictum Fae super peticione LIIII solidorum parisiensium quos dicti præpositi extorserant ab eisdem, et promiserunt dictæ partes, per fidem in manu nostra præstitam corporalem, quod tenebunt quicquid dictus Guillermus super hoc duxerit ordinandum. Et nos, audita veritate super hujusmodi compromisso, ab impeticione eorumdem ipsos reddimus absolutos.

F 196. Item eosdem ab impeticione Guiardi dicti Potins, videlicet super peticione VIII librarum parisiensium, per dictum domini Reginaldi, quondam prioris de Rouvres, reddimus absolutos, quæstione C solidorum de dictis VIII libris reservata, quousque de jurisdictione loci inter regem et dictum priorem discuciatur.

197. Item eosdem ab impeticione Petri Pillier et Agnetis, ejus uxoris, videlicet XX soli-
G dorum, cognito de modo facti, reddimus absolutos.

198. Item eosdem ab impeticione Adæ dicti Coignet, videlicet LX solidorum parisiensium, probata effusione sanguinis contra eundem, reddimus absolutos.

199. Item eosdem ab impeticione Bartholomæi Tegularii, videlicet IIII sol., reddimus absolutos.

H 200. Item eosdem ab impeticione Johannis dicti Meret, videlicet XII sol., probata emenda, reddimus absolutos.

201. Item ab impeticione Roberti de Glaigne, videlicet XL solidorum, reddimus absolutos.

202. Item eosdem ab impeticione Roberti d'Ormai reddimus absolutos. Fol. 28 v°.

I 203. Item super peticione Johannis dicti Burgensis, videlicet XX solidorum parisiensium, contra prædictos præpositos, auditis veritatibus hinc et inde, eosdem ab impeticione hujusmodi reddimus absolutos.

204. Item dictum Petrum de Say ab impeticione Johannis dicti le Potier reddimus absolutum[3].

J 205. Item eosdem ab impeticione Theobaldi de Capella, videlicet VIII librarum parisiensium, reddimus absolutos.

206. Item Guillermo Setaie super peticione XXX solidorum parisiensium contra prædictum Symonem silencium imponimus, ipsum ab impeticione hujusmodi absolventes.

207. Laurencio dicto Sutori super peticione XXV waires de lana contra prænominatos
K Symonem et Petrum silencium imponimus, ipsos ab impeticione hujusmodi absolventes.

208. Item ipsos ab impeticione Petri de Crispeio, videlicet C solidorum parisiensium, cognito de causa, reddimus absolutos.

209. Item ab impeticione Richardi, filii Reusse, et Guilloti, videlicet LX solidorum parisiensium, cognita causa et modo facti, reddimus absolutos.

[1] Dampleux, Aisne, con Villers-Cotterets. — [2] Valseri, Aisne, con Vic-sur-Aisne, cne Cœuvres. — [3] *Cod.* absolutos.

HEÆ SUNT ABSOLUTIONES FACTÆ PER INQUESTORES DOMINI REGIS IN PRÆPOSITURA FIRMITATIS MILONIS. A

Fol. 29. 210. Theobaldus de Cenloiles dicit contra Petrum de Sayaco et Symonem d'Eschanbaudon, quondam præpositos de Firmitate Milonis, quod dicti præpositi ab an[te]cessore suo, tempore quo vivebat, [extorserunt] XL solidos parisiensium. Qui dicti præpositi recognoverunt coram nobis, dicentes se ex bona causa et recta emenda habuisse dictos XL so- B lidos. Auditis veritatibus hinc et inde per sacramentum, dictos præpositos ab impeticione hujusmodi ratione prædicta reddimus absolutos.

211. Item dictos ab impeticione Galteri dicti Cornete, videlicet VI solidorum, reddimus absolutos.

Fol. 29 v°. 212. Dicit Hugo de Platea [contra] dictum præpositum, scilicet Symonem d'Eschan- C baudon, quod extorsit ab eodem Hugone L solidos parisiensium, eo quod dictus Hugo fregerat assecuracionem factam coram dicto præposito inter dictum Hugonem et defunctum Petrum, fratrem dicti, eum verberando usque ad effusionem sanguinis; ad quod probandum dictus Symon castellanum de Firmitate Milonis [et] Johannem, fratrem dicti Symonis, juratos, adduxit in testes. Invenimus per attestaciones eorum intencionem dicti Symonis D probavisse, et ideo ab impeticione dicti Hugonis dictum Symonem super dictis L solidis reddimus absolutum.

213. Item dictos præpositos ab impeticione Philippi de Maeroles, videlicet XL solidorum parisiensium, reddimus absolutos, salvo in aliis compromisso.

214. Præcepimus Johanni de Ponte de Silvanecto, præposito de Crispeio, ut reddat E Emelinæ la Chandelière, de Vivers, nanta sua, videlicet quoddam supertunicale, soluta tamen prius emenda X solidorum de neirés.

215. Radulphum dictum Maurroie, servientem de foresta de Rest[1], ab impeticione Valteri dicti Derout, qui recognovit se abscidisse in dicto nemore sine licencia alicujus, et inde accepit a dicto Waltero XX solidos pro emenda, et recte et de jure, reddimus abso- F lutum.

Fol. 30. 216. Item Tierricum de Autolio, quondam servientem forestæ de Rest, ab impeticione Petri de Ri, filium nobilis[2] mulieris Frandinæ de Ri, reddimus super XL solidis parisiensium absolutum.

217. Item Huardum de Lauduno, castellanum de Vivers[3], custodem forestæ de Rest in G parte, ab impeticione Stephani dicti Mailleth, de Crispeio, reddimus absolutum.

Fol. 31. HEÆ SUNT ABSOLUCIONES, COMPROMISSIONES, PETITIONES ET CONDEMPNACIONES FACTÆ PER INQUESTORES DOMINI REGIS FRANCIÆ IN SILVANECTENSI, AMBI[AN]ENSI ET VIROMANDENSI BALLIVIIS CONSTITUTOS, FACTÆ INQUAM IN PRÆPOSITURA LAUDUNENSI. — ET PRIMO ABSOLUCIONES IN EADEM.

218. Cum Renaudus dictus Gousle peteret a Thoma de Reigniaco, quondam præposito H Laudunensi, XL modios vini, quos XL modios vini dictus Thomas extorsit ab e[o]dem, ut dicebat, et nos, cum invenerimus per testes quod dictos XL modios vini dictus Thomas habuerit juste ab eodem, eumdem Thomam ab impeticione hujusmodi absolvimus, eidem Johanni in prædictis silencium imponentes.

219. Johannem dictum Robaille, quondam præpositum Laudunensem, ab impeticione I Petri dicti Daisi, videlicet LX solidorum parisiensium quos dicebat se ab eodem extorsisse, reddimus absolutum, cum eosdem juste habuerit et ex causa sufficienti, videlicet pro eo quod arrestavisset quemdam hominem post appellacionem factam ad curiam Laudunensem a dicto homine, et eum verberavit et vestes suas dilaniavit, in præjudicium dictæ curiæ Laudunensis. J

220. Item [cum] Bernardus de Moreigniaco peteret a Thoma de Regniaco et Roberto Putefin, quondam præpositis Laudunensibus, et insimul VI libras parisiensium quas extorserant ab eodem, ut dicebat; unde, cum dictos Thomam et Robertum invenerimus dictas VI libras a dicto Bernardo juste habuisse et ex sufficienti causa, eosdem ab impeticione hujusmodi reddimus absolutos. K

[1] *Pars silvæ dictæ* de Villers-Cotterets, Aisne, arr. Soissons.

[2] *Cod.* nobile.

[3] Vivières, Aisne, c[on] Villers-Cotterets.

A **HEÆ SUNT CONDEMPNACIONES FACTÆ IN PRÆPOSITURA LAUDUNENSI PER INQUESTORES DOMINI REGIS IN SILVANECTENSI, AMBI[AN]ENSI ET VIROMANDENSI BALLIVIIS CONSTITUTOS.**

221. Cum dominus abbas Sancti Medardi, Suessionensis civitatis, diceret contra Thomam de Reigniaco et Robertum Putefin, quondam pariter præpositos Laudunensis civitatis, quod dicti præpositi, tempore quo erant præpositi Laudunenses, extorsissent xx libras pa- Fol. 31 v°.
B risiensium a quodam lombardo, qui erat homo et de dominio sive jurisdictione dicti abbatis Sancti Medardi, et dicti præpositi, audita veritate dictarum partium, sub juramento præstito coram nobis, dictas xx libras se habuisse recognoscerent coram nobis, nullam bonam causam super capcione dictarum xx librarum assignando, ipsos ad reddendum dicto abbati dictas xx libras condempnamus.

C 222. Item dictos Thomam et Robertum, qui extorserunt a Petro de Charmisiaco xx solidos parisiensium, prout probatum invenimus ex parte dicti Petri per testes, dicto Petro dictos xx solidos ad reddendum infra octabas[1] Paschæ condempnamus.

223. Item Ansellum et Johannem de Quercu, servientes Lauduni, ad reddendum Reginaldo dicto Galet infra Pascha XIIII solidos parisiensium condempnamus.

D 224. Item Johannem dictum Robaille, quondam præpositum Laudunensem, ad reddendum Petro de Chaveignon nanta sua et removendam seisinam quam poni fecerat super rebus dicti Petri, pro eo videlicet quod dictus Petrus debebat dicto Johanni LX solidos parisiensium pro quadam emenda, ut dicebat, et dictus Petrus recognovit dictam emendam se aliquando[2] debuisse, sed dictos LX solidos se dicebat solvisse; et sic probavit per testes
E coram nobis.

225. Item Johannem dictum Misauns ad reddendum Johanni le Feingnier VII solidos II denarios parisienses infra VIII dies condempnamus. Fol. 32.

226. Item Johannem de Prices et Richardum le Normannum, quondam servientes insimul Laudunenses, condempnamus ad reddendum Crispino li Escuchier XXXII solidos parisiensium
F infra quindenam Paschæ, coram præposito Laudunensi.

227. Item Petrum dictum Pierreltart, per confessionnem suam, condempnamus ad reddendum Gobino de Vallibus XII libras XVI solidos parisiensium infra quindenam Paschæ, nisi dictus Petrus possit probare coram præposito Laudunensi quod aliquo modo aliquid dicto Gobino solverit de prædictis.

G 228. Item Johannes, conciergius et castellanus Laudunensis, restituit Goberto XXVI solidos parisiensium.

229. Item restituerunt frater Robertus de Nigella, de ordine Fratrum Minorum Ambi[an]ensium, et Johannes dictus Blassel, executores defuncti Petri dicti Blassel, quondam præpositi Laudunensis, et pro ipso, V solidos parisiensium Guarino, filio Ingerranni Serpin.

H 230. Magister Odardus de Chaveigniaco, qui petebat a prædicto defuncto Petro quoddam dolium vini de valore VIII librarum parisiensium et XVI solidos parisiensium pro quibusdam expensis, tenuit se pro pagato de prædictis, et hoc prædictus Odardus recognovit coram prædictis fratre Roberto et Johanne Blassel, executoribus dicti Petri, ut superius est prædictum.

I 231. Dominus episcopus Laudunensis[3] dicit contra Johannem dictum Robaille, quondam præpositum Laudunensem, cum esset dictus episcopus in seisina omnium bonorum Jacobi de Monte Chamllaut[4], et specialiter V doliorum vini, dictus Johannes spoliavit dictum episcopum a prædicta seisina, videlicet V doliis vini prædicti. Unde petit dictus episcopus a vobis, domini inquestores, pro se et pro dicto Jacobo, ipsum Johannem compelli ad hoc Fol. 32 v°.
J quod restituat dicto episcopo et dicto Jacobo prædicta V dolia vini; qui Johannes recognovit coram nobis se dicta V dolia habuisse, et hoc de mandato et per litteras sigillo ipsius episcopi clausas fecisse. Et quia nimis longum erat, cum testes essent valde remoti ab illis partibus, quos dictus Johannes ad hoc probandum adducere volebat, injungimus Symoni dicto Veret, tunc præposito Laudunensi, ut audiat testes dicti Johannis et causam motam inter eos fine
K debito decidat loco nostri.

232. Item eidem Symoni, præposito Laudunensi, ut inquirat super LX solidis parisiensium quos Johannes de Ruis, serviens Laudunensis, extorsit ab Harione dicto Poignet, ut dicebat, et causam ipsam determinet loco nostri.

233. Item eidem, ut causam quam[5] movet seu movere intendit Eude Garbe contra dictum
L Johannem determinet loco nostri.

[1] *Cod.* octob. *adjecta compendii nota.*
[2] *Cod.* aln, *compendii nota super* n *addita.*
[3] *Guillelmus de Monasteriis, alias de Trecis, ab anno 1261 ad a. 1271 Laudunensis episcopus, ut conjicimus.*
[4] Montchalons, Aisne, c^on Laon.
[5] *Cod.* quæ.

234. Item eidem, ut causam motam coram nobis inter Robertum Gallum et Thomam de Craone[1], quondam præpositum Laudunensem, super VI libris parisiensium quas dictus Thomas extorsit ab eodem, ut dicebat, determinet loco nostri. A

235. Item eidem, super LXX solidis quos Johannes de Novio extorsit a Johanne dicto Maugart, ut dicit coram nobis.

Fol. 33. 236. Item eidem, de dicto Johanne, qui removit de domo relictæ magistri Odardi de Chermisiaco duas culcitras et quoddam pluminar et unum cacabum pro quadam manu mortua, ratione mariti sui, cum esset persona libera, ut dicebat coram nobis. B

HEÆ SUNT COMPROMISSIONES QUAS PRÆPOSITUS LAUDUNENSIS FACIET OBSERVARI LOCO NOSTRI.

237. Compromiserunt in arbitros, videlicet in Ansellum Kaberot et Milonem li Escot, Ægidius de Silvanecto et Robertus Patof super XL solidis parisiensium quos dictus Ægidius extorsit ab eodem Roberto, ut dicebat, promittentes coram nobis et per fidem quod ipsi tenebunt quicquid dicti arbitri super hiis duxerint ordinandum. C

238. Item, cum causa mota esset inter Thomam de Reigni sæpe dictum et Radulphum dictum Fagot, super eo quod dictus Radulphus petebat a prædicto Thoma XII solidos VI denarios parisienses, pro quibusdam expensis factis a dicto Thoma in domo ipsius Radulphi, tandem, habito bonorum consilio, dictæ partes promiserunt coram nobis quod ipsi tenebunt quicquid uxor dicti Radulphi super prædictis XII solidis duxerit ordinandum. D

239. Compromissum est in arbitrum, videlicet in justiciarium de Chernisiaco[2] inter Radulphum li Guelle, ex una parte, et Petrum dictum Bailae et ejus socium, ex altera, super XL solidis parisiensium quos extorserunt ab eodem, ut dicebat, promittentes per fidem quod tenebunt quicquid idem arbiter super hiis duxerit ordinandum. E

SUPPLEMENTUM.

MONITUM.

Fragmenta quæ sequuntur, numero quinque, nobis serius innotuerunt quam ut hoc in volumine congruo loco disponerentur. Ea tamen minime omittenda, sed in supplementum edenda censuimus.

I. Primum, in residuis Thesauri chartarum membranis a deflendæ memoriæ Simeone Luce anno 1891 repertum, nobis exhibet petitiones sive querimonias Henrici de Avaugor, potentissimi Britanniæ baronis, cui circa annum 1230 successorio jure obvenerant normannica Gileberti Aquilensis feoda. Hoc fragmentum, in quo memoratur bellum britannicum « octodecim annis elapsis » gestum, anno 1247 eo verisimilius adscribendum est quo membranæ adversæ bis exarata sit hæc notula : « Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, die dominica ante festum beati Martini. » Ad easdem videtur pertinere inquisitiones ad quas Normannorum Querimoniæ, supra, p. 1-73, editæ.

II. Secundum fragmentum constat octo foliis membranaceis, quæ, cooperiendis scolarium libris a barbaro quodam artifice olim adhibitæ, nunc autem, ex dono tum Alfredi Richard tum R. P. Ingold, nomine domini abb. Delsor, in Bibliotheca Maxima Parisiensi (nouv. acq. lat. n° 471) asservatæ, non paucas continent querimonias, a regiis inqui-

[1] Craonne, Aisne, c°ⁿ Laon. — [2] Chermizi, Aisne, c°ⁿ Craonne.

sitoribus in Ambianensi, Silvanectensi et Viromandensi balliviis anno 1247 exceptas, ut anno 1889 coram Academia Inscriptionum Humaniorumque Litterarum[1] probare tentatum est. In ultimi hujus regesti articulis (§ 121-168) recensentur ea quæ a Judæis, præcipue apud Sanctum Quintinum, ratione usurarum, dicebantur fuisse extorsa.

III. Simili modo, in duobus membranaceis foliis quæ cum codice latino 16471, olim Sorbonicæ domus, compacta sunt, tenuissimis characteribus notatas habemus querimonias, numero 52, vel circiter, spectantes ad pecuniæ summas quas, in septentrionalibus Galliæ partibus, usurarii duo, litteris H. et J. signati, uterque verisimiliter Judæus, a conquerentibus extorsisse dicebantur. Isti H. et J., ni fallimur, iidem sunt ac Johannes dictus Pulietthe ac Hadewis, dicti Johannis uxor, ad quos spectant sexdecim aliæ querimoniæ, quarum textum codici latino 15964, olim Sorbonico, assutum habemus; has querimonias, numeris 53-68 distinctas, querimoniis quas exhibet codex 16471 subjungendas esse censuimus. Omnes querimonias quas e codicibus 15964 et 16471 eruimus eodem tempore conjicimus exceptas fuisse quo superiores in quibus de Judæorum Sancti Quintini exactionibus agitur, id est anno 1247 vel 1248. Quidquid a Judæis inique exactum fuerat, summa cura notabant regii inquisitores, ut singulis conquerentibus ex parte regis, cui Judæorum bona devoluta fuerant, satisfieri posset.

IV. Ultimum fragmentum, quo continentur querimoniæ episcopi Agathensis, universitatis castri de Nazinano et Raimundæ Rainardæ, cuique in archivo Reipublicæ addicta est nota J. 1032, n° 4 bis, non sejungendum videtur a regesto quo anno 1247 consignatæ sunt Biterrensium querimoniæ, cujusque textum supra, p. 319-385, juris publici fecimus.

V. Ultimo loco occurrit charta a. 1255 Nemausi data, spectans ad restitutiones de quibus supra, p. 531-541, actum est.

I. QUERIMONIA HENRICI DE AVAUGOR, ANNO 1247.

A Heæ sunt vendiciones quas dominus Henricus[2] fecit in terra [et] foresta sua de Aquila[3] postquam terra excidit sibi de morte Gilleberti, condam domini de Aquila[4], de quibus dominus rex habuit tercium suum et dongerium injuste. De prima vendicione habuit dominus rex viginti libras; de secunda vendicione habuit trecentas libras, de quarta vendicione quadringentas et undecim libras et tredecim solidos quatuor denarios, de quinta vendicione
B sexcentas libras et sexaginta sex libras et tredecim solidos et quatuor solidos, de sexta et ultima vendicione trecentas libras et septem libras decem solidos, et de cheeta abatata per ventum viginti et tres libras, sexdecim solidos, octo denarios. Summa istarum ventarum præcedentium : mille et septem centum libras et viginti et novem libras, tredecim solidos, quatuor denarios. Et hoc bene probabitur per ballivos domini regis qui receperunt soluciones,
C et per venditores domini regis qui habuerunt dongerium, et per illos qui dictas ventas eme-

[1] Comptes rendus des séances de l'année 1889, p. 315-326.

[2] *Henricus de Avaugor, qui infra se dicit nepotem et heredem Gileberti de Aquila circa annum 1230 mortui. Henrici avia, cujus nomen nobis ignotum est, amita fuit Gileberti de Aquila, ut videre est apud Gabrielem Vaugeois,* Hist. des antiquités de la ville de Laigle, p. 286 et 287.

[3] Laigle, arr. Mortagne.

[4] *Gilebertus de Aquila, qui, tempore Philippi Augusti, tenebat* Aquilam cum pertinentiis suis et Haiam Richeri de comite Ebroicensi per servicium trium militum apud Ebroicas. *Vide tomum nostrum* XXIII, *p.* 618 B.

IMPRIMERIE NATIONALE.

runt. Et ecce per quos ballivos offert dictus Henricus probare : per Johannem de Domibus A
in tempore suo et per Guernes de Verbrie. Et ecce venditores qui habuerunt dongerium :
Gaufridus Canutus, burgensis de Eschaufou[1], Nicholaus le Charron, Guillelmus le Charron,
burgenses de Aquila, Petrus le Bigot, burgensis de Ferreria, Ginart de Budi, ejus socius.

Item, conqueritur idem Henricus de domino rege ex eo quod perdidit terram suam de
Anglia ex parte patris sui[2] pro suo servicio, de qua erat sesitus et levabat redditus in pace B
quando dictus Henricus intravit servicium domini regis[3], quæ terra bene valebat et adhuc
valet trecentas et quinquaginta libras sterlinguorum. Unde videtur dicto Henrico quod do-
minus rex tenetur ei restaurare dictam terram postquam eam perdidit pro servicio domini
regis. Et sunt octodecim anni elapsi quod dictus Henricus est dessesitus de terra supradicta.
Item, conqueritur de hoc quod perdidit terram domini Aquilæ, avunculi sui, de Anglia, de C
qua est rectus heres, et eam perdidit pro eo quod nolebat dimittere servicium domini regis,
quia, si voluisset, [et] dimisisset servicium domini regis pro servicio domini regis anglici, dic-
tam terram libenter habuisset. Quæ terra valet tres mille septem et quinquaginta libras ster-
linguorum et plus, sine nemoribus de quibus multum habetur. Et de hoc obiit dominus
Aquilæ, avunculus dicti Henrici, sesitus in pace sine contradicione aliqua octodecim annis D
elapsis post hoc Natale completis. Præterea dictus Henricus sustinuit majora dampna infra
treugas captas inter dominum regem et comitem Britanniæ de contencione sua[4]. Et dominus
rex pepigit dicto Henrico quod ei restauraret integre dicta dampna, quæ dominus rex ei
non restauravit. Et videtur dicto Henrico quod ea deberentur ei restaurari.

Dominus Henricus de Avaugor petit Haiam Richerii[5], sitam in parrochia de Vilaret, in bal- E
livia de Vernolio, in vicecomitatu de Britolio, quæ est jus suum et antecessorum suorum.
Et hac de causa capta fuit in manu regis Philippi, quia Rogerius de Bremecort[6], miles, ve-
nator domini regis Philippi, fecit intelligi domino regi Philippo quod feræ de foresta domini
regis, scilicet foresta Ebroycensi, veniebant ac transibant in dictam Haiam, et quod venatores
domini de Aquila, Gilleberti scilicet, ultimo defuncti, currebant et sequebantur feras quas F
movebant de illa Haia in forestam domini regis. Unde dominus rex jussit dicto Rogerio ve-
natori quod caperet Haiam in manu domini regis, et, ut credimus, triginta annis elapsis,
tempore, ut credimus, Bartholomæi Droon, ballivi de Vernolio. Et etiam tunc ivit dominus
Ludovicus in Albigense ad Tolosam, et super hoc expectaret dominus Ludovicus inquestam
trium parrochiarum vicinarum vel quinque, scilicet de Vilaret, de Vilers, de Montenon, de G
Sacco et de Bona Villa[7].

Item, petit feodum Guidonis de Charneles[8], de ballivia et vicecomitatu Vernolii, scilicet
octavam partem unius feodi loricæ, qui cecidit in manu domini regis eo quod dominus
Guido ivit in Angliam tempore Bartholomæi Droon, tunc temporis ballivi, tempore etiam
quo terra fuit acquisita. Qui Guido tenebat dictum feodum de Rogerio Cane, avunculo suo, H
et Rogerius de domino Henrico, dominus Henricus de domino episcopo Ebroycensi. Et sic
intelligendum est quod dominus Henricus non petit in hoc feodo nisi justiciam suam et re-
levia et auxilia, quando exciderint, secundum usus et consuetudines Normanniæ, et quod
dominus rex Philippus dedit illum feodum Bartholomæo Droon, et Bartholomæus Droon
reliquit Bartholomæo, filio suo, militi, et iste Bartholomæus filius vendidit Gervasio Orient, I
burgensi de Vernolio, qui non vult obedire nec justiciari per dominum Henricum. Unde
petit dominus Henricus quod faciat justiciam suam et capiat jura sua in dictum feodum,
ut dictum est, quoniam dominus rex non potuit dare de jure dominium quod dominus de
Aquila ibi habebat, licet potuisset dare terram dominicam forisfactam.

Item, petit feodum Johannis de Monasteriis, qui fuit de latrocinio irretitus seu callump- J
niatus et se subtraxit exeundo extra patriam. Unde feodus ejus captus fuit in manu domini
regis Philippi, viginti quinque annis elapsis[9]. Et valet triginta francis[10] annuatim, et est in
episcopatu Ebroycensi, in parrochia de Escublae[11], in baillivia et vicecomitatu Vernolii.
Postquam enim dominus rex tenuit per annum, debuisset reddi domino capitali, et hoc fuit
tempore dicti Bartholomæi in ballivia et vicecomitatu Vernolii. K

[1] Échauffour, Orne, c[on] le Merlerault.

[2] *Alani.*

[3] *Henricus de Avaugor regis Ludovici IX partibus adhæsit anno verisimiliter 1229, cum Petrus, Britanniæ dux, Henricum III, Anglorum regem, in auxilium suum advocavit. Anno 1231, mense maio, supradictus Henricus regi Ludovico de toto suo feodo Britanniæ fecit homagium.* Layettes du Trésor des chartes, II, 208, n° 2135.

[4] *De istis treugis vide instrumentum die 4 julii 1231 confectum.* Layettes du Trésor des chartes, II, 210, n° 2141.

[5] Haia Richeri *in Regesto feodorum* (*supra, p.* 729, *not.* 4) *memorata, sita in Villareto :* Villalet, Eure, c[on] Damville.

[6] *De Rogerio de Bremecuria* (Bémécourt, Eure, c[on] Breteuil), *vide Le Prévost,* Mémoires et notes pour servir à l'histoire du départ. de l'Eure, I, 252 et 253.

[7] Villalet, Villez-Champ-Dominel, Manthelon et le Sacq, Eure, c[on] Damville. — La Bonneville, Eure, c[on] Conches.

[8] Charnelles, Eure, c[on] Verneuil. *Vide Le Prévost,* Notes, I, 502.

[9] *Id est circa annum 1222.*

[10] *Ita scripsit Simeo Luce.*

[11] Ecublé, Eure-et-Loir, c[on] Châteauneuf-en-Thimerais.

A Præterea dicit dominus Henricus quod dominus rex injuriatur ei capiendo tertium ventarum de foresta Aquilæ, quod nunquam captum fuit, nisi in tempore istius regis, a domino Henrico, sexdecim annis elapsis, tempore ballivi Johannis de Mesons, super quo inquestam patriæ expectaret.

Item injuriatur ei capiendo tercium chaetarum de vento abatatarum in dicta foresta.

B Item, injuriatur super dongerio ventarum.

Item, injuriatur super licencia vendendi, quæ nonquam solebat peti nisi in nemoribus marchiarum, quæ dominus rex non permittebat vendi sine licencia propter guerras, quia nemora marchiarum et fossata inpediebant introitum inimicorum.

Item, injuriatur tenendo Judæos in villa sua de Aquila contra ipsius voluntatem, qui non-
C quam ibi fuerunt præterquam in tempore domini Henrici, ecciam quinque annis elapsis.

Item, injuriatur tenendo duos servientes in villa Aquilæ, quia non solebat nisi unum. Et petit Boaes, quod dominus Symo de Viliers[1] tenet. Cepit dominus rex ad manum suam eadem racione qua cepit haiam supradictam.

Item, idem Henricus posuit se in dictum domini regis de contencione inter ipsum et do-
D minum comitem Britanniæ, et fecit super hoc dominus rex inquestam suam de injuria quam dominus comes dicto Henrico faciebat, nec audivit dictam inquestam nec dictum domini regis. Et ita per defectum domini regis perdidit dictus Henricus suam hereditatem in Britannia, quæ valet annuatim quatuor mille libras turonensium. Ideo supplicat dictus Henricus domino suo regi ut dicat suum dictum, et dictam inquestam, prout eam inquisivit[2], teneri
E faciat, si placet.

II. QUERIMONIÆ IN AMBIANENSI, SILVANECTENSI ET VIROMANDENSI BALLIVIIS EXCEPTÆ, ANNO 1247 VEL 1248.

1[3] *Herisi*[4]. — Conqueritur Dro[uardus] de Cherisi quod, IIII annis elapsis, Johannes de Bruières, tunc præpositus Sancti Quintini[5], ad querimoniam domini Michaelis....., de Fol. 1.
F Cherisi, falso dicentis quod prædictus D[rouardus] fecerat eum verberari per cognatos suos, capiendo carrucas prædicti D[rouardi] et saisiendo domum ejus, extorsit ab eo XII libras parisiensium, et dictus præpositus requisitus noluit eum ducere per jus et legem. Testes : dominus Clarembaudus de Vendolio, dominus Theodericus de Maioc, milites, Gibertus de Cherisi, Gilo d'Islaincort et Gobertus dictus Sapiens.

G 2. *Lier*[6]. — Conqueritur Odardus de Lier quod, XII annis elapsis, Drouardus de Pinon, tunc præpositus Sancti Quintini, pro Emmelina de Courtemenche, quam prædictus Odardus in domum suam recepit, raptam a Johanne dicto Grenier, cognato suo, ipso Odardo raptum ignorante, saisiendo domum prædicti Odardi, extorsit ab eo XXII libras parisiensium, qui præpositus requisitus noluit eum ducere per jus et legem. Testes : dominus Clarembaudus
H de Vendolio, dominus Eradus de Crespigni, milites, Henricus Passe l'iaue et Drouardus de Cherisi.

3. *Ramegni*[7]. — Conqueritur Oda, relicta Wiardi Potier, quod, VII annis elapsis, Odardus dictus Strabo, tunc præpositus de Chauni[8], abstulit a Wiardo dicto Potier, quondam marito prædictæ Odæ, II culcitras, unum coussinum, unum cacabum, valencia L solidos
I parisiensium, pro eo quod dictus Wiardus non solvebat ei VI solidos parisiensium quos promiserat prædicto præposito de servicio. Quare petit prædictos L solidos sibi reddi dicta Oda. Testes : Petrus Cornars, Petrus li Velus et Hubertus (?) Viaus.

4. *Flavi*[9]. — Conqueritur Johannes li Bl... quod, circiter octo annis elapsis, Oudardus Makeriaus, tunc præpositus Calniaci, falso ei inponens quod....................
J interfuerat, qui villam domini Clarembaldi fregerat, capiendo eum, extorsit ab eo XXXIII solidos parisiensium, et dictus præpositus requisitus noluit eum per jus et legem ducere. Testes : Michael li Micaus, Mathæus Juvenis, prior Calniaci.

[1] *Simon de Villaribus, miles, testis in inquisitione anno 1249 facta* super sorprisuris quas dominus Symon de Normanvilla et heredes sui fecerunt apud Normanvillam. (Cartulaire normand, p. 80, n° 481; Mémoires de la Société des antiquaires de Normandie, t. XVI.)

[2] *Charta* : inquesivit.

[3] *In superiore parte folii quo continentur articuli 1-19, tenuissimis characteribus, præfixus est titulus* : Vendoel, pp., *id est* Querimoniæ contra præpositos, apud Vendoel (Vendeuil, Aisne, c^on Moi) et in vicinis locis receptæ.

[4] Cerisi, Aisne, c^on Moi.

[5] Saint-Quentin-en-Vermandois, Aisne.

[6] Liez, Aisne, c^on la Fère.

[7] Remigni, Aisne, c^on Moi.

[8] Chauni, Aisne, arr. Laon.

[9] Flavi-le-Martel, Aisne, c^on Saint-Simon.

5. *Jussi*[1]. — Conqueritur Simon quod, in anno præterito, Ernaldus Putepaine, tunc A
præpositus Calniaci, pro quodam debito LXX solidorum parisiensium de quo plegius erat
erga Thomam filium....., capiendo ipsum et carrucam suam, extorsit ab eo XLIIII solidos
parisiensium pro servicio, promittens ei quod liberaret eum de dicta plegiacione, quod
tamen non fecit; [et] postea coactus fuit totum debitum solvere. Testes : Bernardus de Jussi
et alii. B

6. *Travechi*[2]. — Conqueritur Ægidius de ....so quod, circiter VIII annis elapsis, Jake-
rus de Parengni, tunc præpositus Sancti Quintini, per vim suam fecit Johannem ... reci-
pere fructus cujusdam decimæ dicti Ægidii, per III annos, valentes annuatim XXXII libras
parisiensium, cum nichil juris dictus Johannes in hoc haberet, cum super hoc sentenciatum
esset auctoritate domini papæ. Et propter hoc dictus præpositus, capiendo dictum Ægi- C
dium, et detinendo in prisoniam per V septimanas, extorsit ab eo XV libras parisiensium.
Fecit etiam dictus præpositus dictum Johannem tenere prata dicti Ægidii per V annos, va-
lencia annuatim IIII libras parisiensium. Unde incurrit dampna usque ad..... libras pari-
siensium, nec unquam dictus præpositus voluit eum per jus et legem ducere, licet super
hoc pluries fuisset requisitus. Testes : dominus Clarembaldus de Vendolio, Guido de Lier, D
milites, dominus Simon de Cameli, dominus Oudardus Bavars.

7. ..... — Conqueritur Felice vidua quod, circiter IX annis elapsis, Jakerus de Pa-
rengni, tunc præpositus Calniaci, ad querimonium Thomæ Gaudin, falso dicentis quod
Jacobus de Marival, condam maritus ejus, injuste spoliaverat unam mencondulatam[3] terræ,
de qua dictus Johannes per majorem et scabinos..... emerat fructus a Petro de Durel, E
saisiendo domum dicti Jacobi, extorsit ab eo LX solidos parisiensium, nolens eum per jus et
legem ducere, licet super hoc fuisset requisitus. Testes : Petrus Pouciaus, Gabinus major,
Balduinus de Marival, Huardus major.

8. *Capone*[4]. — Conqueritur Jacobus li Sés quod, circiter III annis elapsis, Johannes de
Bruières et Thomas Cornellos, tunc præpositi Sancti Quintini, falso ei imponentes quan- F
dam plegiacionem quam quidam homo alius qui similiter vocabatur Jacobus fecerat cum
quibusdam aliis, ceperunt eum et in prisoniam tenuerunt, et sic extorserunt ab eo IIII mo-
dios avenæ, et incurrit dampna usque ad sex libras parisiensium, nec super hoc dicti præ-
positi ab eo aliquam excusacionem recipere voluerunt, cum dicti plegii de dicta plegiacione
excusarent eum. Testes : major de Benais[5], Petrus Tabernarius, Phillippus li Beghes, Petrus, G
frater ejus.

9. ..... — [Conqueritur .... quod,]..... annis elapsis, Oudardus
Makereaus, tunc præpositus Calniaci, extorsit ab eo............... quod super terram
suam fructus acceperat, cum dicta terra esset ipsius David, quam dictus H. araverat, et
dictus præpositus recusavit eum per jus et legem ducere, licet super hoc pluries fuisset H
requisitus. Testes : Robertus Dolles, Reinoardus Gonterus scabinus et alii.

Fol. 1 v°. 10. *Cerizi*[6]. — Conqueritur Huardus Glorieus quod[7], in anno nuper præterito, cum Tho-
mas Cornellos, tunc præpositus Sancti Quintini, rogasset dictum Huardum ire ad nemus
cum quadriga dicti Huardi ut ei ligna adduceret, precibus dicti præpositi acquievit et ligna
ei adduxit. Et cum dictus præpositus denarios de dictis lignis solvere noluisset, custos præ- I
dicti nemoris per justiciam domini Clarembaldi de Vendolio coegit dictum Huardum dictos
denarios ei solvere, quos petit a dicto præposito sibi reddi. Testes : Simon del Puis, Oudar-
dus frater ejus, Gobertus Dives et alii.

11. *Rumengni*[8]. — Conqueritur Colardus Sutor quod, in anno præsenti, Wiardus de
Parengni, tunc præpositus Calniaci, pro quadam querimonia quam Mathildis Hutrue dicto J
præposito fecerat de quadam terra quam dictus Colardus et pater ipsius per XV annos tenue-
rant, adjornando eum in curia regis apud Calniacum, cum ibidem de dicta terra non debe-
bat judicari, et licet dicto Colardo per justiciam et scabinos de Rumengni fuisset adjudicata,
extorsit ab eo sine lege et judicio XL solidos parisiensium. Testes : Walterus li Manesiers,
Robertus Rufus et alii. K

12. *Jussi*[9]. — Conqueritur Johannes Fusée quod, in anno nuper præterito, Ernaldus
Putepaine, tunc præpositus Calniaci, pro XXVII solidis parisiensium, pro servicio quod domi-
nus Guido de Gibecort[10] debebat dicto præposito, ut dicebat, dictus præpositus abstulit
ei VI solidos [et] duas culcitras valentes X solidos parisiensium. Testes : Willelmus Saveurs,
Petrus Faber, Petrus Carpentarius. L

[1] Jussi, Aisne, c^on Saint-Simon.
[2] Traveci, Aisne, c^on la Fère.
[3] *Vide Du Cange*, Gloss., v° Mencaldata.
[4] Caponne, Aisne, c^on Moi, c^ne Benai.
[5] Benai, Aisne, c^on Moi.
[6] Cerisi, Aisne, c^on Moi.
[7] *Hanc vocem* quod *omisit amanuensis.*
[8] Remigni, Aisne, c^on Moi.
[9] Jussi, Aisne, c^on Saint-Simon.
[10] Gibercourt, Aisne, c^on Moi.

A 13. *Herviler*[1]. — Conqueritur Ricoldis, relicta Colardi Berbis, quod, circiter VII annis elapsis, Johannes de Bruières, tunc præpositus Sancti Quintini, ad querimoniam Petri Rufi, falso dicentis quod dictus Colardus tenebatur ei in VI libris parisiensium pro blado quod eidem Colardo tradiderat nomine solucionis, pro domino Johanne de Bretengni, milite, cui dictus Colardus serviebat, extorsit ab eo XXXIII solidos parisiensium. Testes : Gois-
B lains, Gombertus li Monniers.

14. *Herviler*. — Conqueritur Petrus Rufus quod, circiter VII annis elapsis, Jakerus de Parengni, tunc præpositus Sancti Quintini, falso ei imponens quod debebat quoddam debitum cuidam militi, accepit duos equos suos, valentes C solidos parisiensium, quos nunquam potuit rehabere, et dictus præpositus requisitus noluit eum per jus et legem ducere. Testes :
C Wiardus Crespeaus, Balduinus Carpentarius, Johannes Soligos et alii.

15. *Jussi*. — Conqueritur Radulphus Bouvars quod, circiter IIII annis elapsis, Wiardus de Parengni, tunc præpositus Calniaci, imponens ei quod quemdam hominem banitum de terra regis invenerat fod[i]entem in manso dicti Radulphi, ipso nichil inde sciente, nec de voluntate sua, dictum[2].....

D 16. *Herviler*. — Conqueritur Johannes Rés d'avaine, Gobertus de Guise, Bartholomæus Canis, Stephanus Nases et socii eorum quod, circiter VIII annis elapsis, cum Jacobus et fratres ejus composuissent cum Jakero de Parengni, tunc præposito Sancti Quintini, super quodam homicidio quod eis imponebatur, et de XXX libris parisiensium assignassent dictum præpositum, per majorem et scabinos loci, ad quandam terram quam habebant apud Her-
E viler, tali conditione quod, si dicta terra non sufficeret ad solucionem dictæ pecuniæ, dictus Johannes et socii ejus obligaverunt se quod de dicta pecunia satisfacerent dicto præposito tanquam plegii; qui præpositus postmodum, corpora dictorum plegiorum capiendo et bona eorum saisiendo, per vim suam coegit eos solvere integraliter dictas XXX libras. Unde incurrerunt dampna C solidorum parisiensium; quæ omnia petunt sibi reddi. Testes : Petrus Ma-
F jor, Herbertus de le Bare, Renerus li Manesiers et alii.

17. *Castres*[3]. — Conqueritur Willelmus Baloqins quod, circiter XII annis elapsis, Jakerus de Parengni, tunc præpositus Sancti Quintini, falso ei imponens quod erga servientes suos resconsserat Fouketum de le Barc, saisivit bona sua et cepit eum, et sic extorsit ab eo X libras parisiensium, et dictus præpositus requisitus noluit eum per jus et legem ducere.
G Testes : Ghilebertus, Walterus Sutor, Adam Boloqins et alii.

18. *Herviler*. — Conqueritur Margha quod, circiter IX annis elapsis, Jakerus de Parengni, tunc præpositus Sancti Quintini, abstulit ei bona sua usque ad valorem VIII librarum parisiensium, pro eo quod fratres ipsius interfecerunt Simonem Bonum, corpora sua defendendo, licet idem G.[4] non interfuisset. Testes : dominus Hubertus presbiter, Goislanus, Al-
H bricus de Cartengni, Petrus de Cherizi.

19. [*Rum*]*engni*[5]. — Conqueritur Ermengardis, relicta Willelmi Sutoris, quod, circiter V annis elapsis, Jakerus de Parengni, tunc præpositus Sancti Quintini, falso inponens dicto Willelmo quod nemus domini regis houwaverat[6], cepit eum et incarceravit, et sic extorsit ab eo XI libras parisiensium, et dictus præpositus requisitus per jus et legem eum ducere re-
I cusavit. Testes : Gobertus Constans, Adam de Durel. — Item conqueritur quod, VI annis elapsis, Jakerus de Parengni et Guido, ejus filius, pro eo quod quemdam rubum in terra sua hauwaverat, extorserunt ab eo XL solidos, et requisiti ut eum per legem et jus ducerent, hoc facere noluerunt. Testes : Robertus Rufus, Gonterus Scabinus et alii.

20. *Jehancourt*[7]. — Conqueritur Henricus de Vendaile, crucesignatus, quod, circiter Fol. 2.
J dimidio anno elapso, Laurencius, serviens .... præpositi Sancti Quintini, falso ei imponens quod se ipsum erga ipsum Laurencium quadam vice resconserat, extorsit ab eo unum equum et unam vaccam et XV oves et XVIII sextaria frumenti et XX rasa avenæ, valentia X libras parisiensium, et XX .... de expensis factis in domo sua. Testes : Laurencius de Johencort, Jacobus ...., Jacobus de Vendaile, Willelmus Truilles, Petrus Faber,
K de Gricort.

21. *Jehancourt*. — Conqueritur Jacobus de Vendaile quod, quatuor annis elapsis, Johannes de Bruières, tunc præpositus Sancti Quintini, et Laurentius Fa[ucille], falso ei imponentes quod adduxerat garbas de præpositura Sancti Quintini in præpositura de Athies, saisiendo bona sua, extorserunt ab eo VI libras parisiensium, licet dictus Jacobus requisisset
L eos ut ipsum Jacobum per jus et legem ducerent, quod facere recusaverunt. Testes : Henricus de Vendaile, Laurencius de Jehancort, Willelmus Trulles.

[1] Urvillers, Aisne, c[on] Moi.
[2] *Hujus querimoniæ residuum amanuensis omisit.*
[3] Castres, Aisne, c[on] Saint-Simon.
[4] *Quis fuerit iste G. non liquet.*
[5] Remigni, Aisne, c[on] Moi.
[6] Houware *aut* hauware, *ut infra scriptum, id est* terram ligone versare. *Vide* Du Cange, v[is] Haware *et* Hoare.
[7] Hancourt, Somme, c[on] Roisel.

22. *Roiset*[1]. — Conqueritur Walterus Auriga quod, circiter IIII annis elapsis, Johannes A
Cokins, tunc præpositus Arowasiæ[2], imponens ei quod bannum domini regis fregerat, pro
eo quod filius suus cum alio puero sagittaverat ludendo, cepit eundem puerum, filium ejus,
et incarceravit, et sic extorsit ab eo XXX solidos parisiensium. Testes : Nicholaus filius Majoris,
Johannes filius Walteri.

23. Item conqueritur quod idem præpositus, IIII annis elapsis, injuste detinuit de suo B
IIII libras parisiensium de quodam debito quod domina de Haemel ei debebat, quod fecit
dictam dominam integraliter solvere. Testes : major d'Athies[3], Robertus Hurei, Johannes
de Norbercort. Extorsit etiam ab eo de eodem debito Laurencius Faucille XXX solidos. Testis
Johannes Cokins.

24. Item conqueritur quod idem præpositus extorsit ab eo XL solidos parisiensium pro C
servicio cujusdam debiti VI librarum parisiensium, quod fecit eum integraliter solvere præ-
posito de Falevi[4], creditori suo. Testes : Radulphus major, Randous de Falevi.

25. Item conqueritur quod idem præpositus, falso ei inponens quod Willelmus dictus
Bos de eo conquestus fuerat de quodam debito L solidorum, extorsit ab eo III culcitras, va-
lentes XL solidos parisiensium, quas nunquam rehabere potuit, licet totum debitum solverit. D
Testis fama loci.

26. Item conqueritur quod idem præpositus extorsit ab eo XX solidos parisiensium pro
quodam debito III librarum, quas integraliter sine aliqua coactione persolverat. Testes : Ja-
cobus li Chaisnes, Johannes filius Johannis Aurigæ.

27. Item conqueritur quod, III annis elapsis, Thierricus, tunc præpositus Arowasiæ, E
pro quodam debito XVI solidorum parisiensium, quos fecit eum solvere integraliter Guidoni,
burgensi Sancti Quintini, extorsit ab eo XVI solidos parisiensium ultra dictum debitum, pro
servicio suo. Testes : Richardus de Norbercort, Petrus Boute lièvre, Balduinus Furnarius.

28. *Jehancort*[5]. — Conqueritur Petrus de Vendaile quod, circiter XI annis elapsis, Jo-
hannes de Bruières, tunc præpositus Sancti Quintini, falso inponens Adæ de Vendaile, patri F
dicti Petri, quod vi intraverat domum Johannis Rossel, saisitam a dicto præposito, quam
domum dictus Adam nesciebat esse saisitam, et sine vi intravit, saisivit bona dicti Adæ et
posuit custodes in domo sua, et sic extorsit ab eo XII libras et X solidos, nolens eum ducere
secundum jus et legem, licet super hoc dictus præpositus fuisset requisitus. Testes : Adam
de Courceles, Laurencius de Jehancort, Quintinus de Buihec[6]. . . . . G

29. Item conqueritur quod, III annis elapsis, Johannes de Bruières et Thomas Tornedos,
præpositi Sancti Quintini, imponentes ei quod secutus fuerat Remigium Baudoul cum ar-
mis, quem a terra regis banierant pro homicidio, capiendo eum et ducendo in prisoniam,
extorserunt ab eo L solidos parisiensium, nolentes eum ducere per jus et legem, licet super
hoc a dicto Petro pluries fuissent requisiti. Testes : Laurencius de Jehancort, Renaldus de H
Jehancort, Johannes Chibros de Berne[7].

. . . .

Fol. 2 v°. 30. . . . . Item conqueritur quod idem præpositus, ad falsam et solam querimoniam Col-
triæ, quod eam verberasset, cepit eum et bona sua fecit [saisiri, et ext]orsit ab eo, non con-
victo nec confesso, XL solidos parisiensium, nolens eum ducere per jus et legem. Testes : I
Robertus de Preiers, ... de Jehancort, Laurencius de Vendaile, Nughes de Ven-
daile.

31. [Conqueritur] . . . . .cius de Maiseini, miles, quod, circiter VII annis, Willelmus de
Milliaco, tunc præpositus Peronæ[8], falso ei imponens [quod in w]arenna domini regis ca-
chaverat in haia de Pevellet, ubi non est warenna, extorsit ab eo III modios [bladi], nolens ei J
jus et legem facere, licet super hoc[9] fuisset requisitus. Testes : dominus Mathæus de Buires,
miles, dominus Mathæus de Cartengni.

32. Conqueritur Simon de Bello Manso quod, circiter II annis elapsis, Oudardus de
Esrache et Johannes Brodous, tunc præpositi d'Athies, ei inponentes quod stratam regiam
fregerat, propter hoc quod soror dicti Simonis, in manuburnia sua existens, ibat sine licen- K
cia sua in patriam suam minus secure et inhoneste, cepit eam prædictus Simon supra ke-
minum et reduxit eam de voluntate sua, capiendo bona sua, extorsit ab eo sine lege et
judicio XII sextaria bladi ad mensuram Peronæ. Testes : Ægidius de Bello Manso[10], major
ejusdem loci, Matheus d'Essie.

[1] *Fort.* Roisel, Somme, arr. Péronne.
[2] Arrouaise, *juxta* le Mesnil-en-Arrouaise, Somme, c[on] Combles.
[3] Athies, Somme, c[on] Ham.
[4] Falvi, Somme, c[on] Nesle.
[5] Hancourt, Somme, c[on] Roisel.
[6] *Evanuerunt ultima hujus nominis elementa. — Fort.* Bihécourt, Aisne, c[on] et c[ne] Vermand.
[7] Bernes, Somme, c[on] Roisel.
[8] Péronne, Somme.
[9] *Vox* hoc *ab amanuensi omissa.*
[10] Beaumetz-lès-Loges, Pas-de-Calais, arr Arras.

A 33. Conqueritur Eligius dictus Makaires quod, circiter III annis elapsis, Johannes de
Bruières, tunc præpositus Sancti Quintini, falso ei inponens quod ad ecclesiam ierat ut ad-
juvaret Remigium Baudoul, consanguineum ejus, qui interfecerat Robertum de Vendaile,
cum fugiisset ibidem, ad tuendum se, saisiendo bona sua, extorsit ab eo quindecim libras
parisiensium, nolens eum per jus et legem ducere, licet super hoc pluries dictus præposi-
B tus fuisset requisitus. Testes: Gilo Lanchars, Laurencius Lanchars, Mathæus Lanchars.
34. Conqueritur Walterus Tellarius quod Robertus, præpositus Arowasiæ, extorsit ab eo
VIII solidos parisiensium pro quodam debito V solidorum, ut dicebat, nemine[1] de ipso con-
querente. Testes : Hubertus Binnart, Johannes de Biart.
35. Conqueritur dominus Petrus de Vermans, miles, quod, circiter IIII annis elapsis,
C cum, quadam die, de licentia Mathæi Torel, tunc præpositi d'Aties, venando, cepisset
unum leporem, quam licenciam negans dictus præpositus se dedisse, cepit dictum Petrum,
et cum super hoc litigatum fuisset inter ipsos coram ballivo Ambianensi fere per annum,
dictus præpositus capiendo et Gaufridus de Milli, ballivus, extorserunt ab eo, sine lege et
judicio, C solidos parisiensium. Testes : Johannes Flamens et dominus Phillippus, milites,
D Mathæus Tokelon, Bertrannus, Simon li Truie, Johannes.
36. Conqueritur Johannes, filius Mariæ filiæ Wikarbin, quod, circiter X annis elapsis,
Petrus Tonoiles, serviens tunc Jakeri de Parengni, præpositi Sancti Quintini, falso ei inpo-
nens quod pater suus, qui, XX annis tunc elapsis, mortuus fuerat, debebat ei XL solidos pa-
risiensium, cepit carrucam suam et deduxit apud Sanctum Quintinum, quam dictus Johannes
E sequebatur, et tunc Jakerus præpositus cepit eum et turpiter incarceravit, et sic per coher-
cionem carceris extorsit ab eo sine lege et judicio X libras parisiensium et XX solidos pro ex-
pensis. Testes : major de Jehancort, Lanceles de Beauvoir, Oda de Goy.
37. Item conqueritur quod, III annis elapsis vel circiter, Johannes Cokins, tunc præpo-
situs Arowasiæ, extorsit ab eo XXXV solidos parisiensium, propter quod interfuit cuidam
F vendicioni terræ, ut debuit, nolens aliter interesse, de qua vendicione non debebat de jure
habere nisi tantummodo XII denarios. Testes : dominus Ymbertus de Temples, dominus
Escos, dominus Johannes Major, milites.

. . . .

38. [Conqueritur H. . . . . quod] . . . . Quintinus, tunc Fol. 3.
G præpositus, capiendo carrucam suam occasione cujusdam burgensis de Perona . . . . . , licet
dictus burgensis diceret coram dicto præposito quod nichil petebat a dicto H.
39. Item conqueritur idem [H. quod] . . . . . . acceperat . . . . . unum potum cupreum
et unum caldarium, valentes V solidos, quos ipsi Quintino debebat; quæ vadia [non habe]re
potu[it] . . . de XI solidis. Petrus[2] Ganbars, Radulphus Billouars, Petrus Beals vasles.
H 40. *Clari*[3]. — Conqueritur Robertus de Clari quod, XI annis elapsis vel circiter, Petrus
Faber, tunc præpositus Peronæ, falso ei inponens . . . . nemus de domino rege,
quod dictus Robertus dicebat se tenere de domino Mathæo de Hardecort, quod nemus
emerat a Johanne [de Malre]past, saisivit bona sua, et postea, inquisita veritate, invenit
quod a dicto domino Mathæo de Hardecort dictum nemum [debebat] teneri; et tamen dic-
I tus præpositus dictam saisinam noluit deliberare, donec dictus Robertus satisfecisset ei de
XX libris parisiensium; [et ideo] incurrit dampna XX librarum parisiensium. Unde petit dictas
XL libras sibi reddi. Testes : Monardus de Clari, Adam de Malrep[ast].
41. *Genchi*[4]. — Conqueritur Waukes de Gainnemot quod, circiter XVI annis elapsis,
Petrus Faber, tunc præpositus Peronæ, falso ei inponens quod p[legiaverat] de VII libris pa-
J risiensium pro Johanne de Malrepast, fratre uxoris dicti Waukes, erga Herbertum, cepit
eum et misit in prisoniam, et sic ex[torsit ab] eo injuste XLVII libras parisiensium; qui præ-
positus, pluries requisitus, noluit eum ducere per jus et legem. Testes : Oda de Clari, Ma-
thæus de . . . . .
42. *Haisecourt*[5]. — Conqueritur Heledinus de le Chele quod, XI annis elapsis, Mathæus
K Toreaus, tunc præpositus Arrowasiæ, falso ei inponens quod ipse Heledinus re[scusserat]
cuidam servienti præpositi quasdam res quas ceperat in villa de Haisecort, quam dictus
Heledinus loco domini sui custodiebat, exto[rsit ab] eo injuste, sine lege et judicio, tenens
eum in prisoniam, XLV solidos parisiensium, quos petit sibi reddi. Testes : . . . . . ardus,
Walterus, fratres, Henricus Juvenis.
L 43. *Genchi.* — Conqueritur Willelmus de Gentele, pro se et Yzabella, uxore sua, quod,
circiter IX annis elapsis, Willelmus de Milli, tunc præpositus Pe[ronæ], falso inponens Jo-
hanni Gainemont, defuncto, tunc marito dictæ Yzabellæ, quod prædicti Johannes et Yza-

[1] *Cod.* nemene.
[2] *Conjicimus vocem* Testes *ab amanuensi hic omissam esse.*
[3] Clairi-Créqui, Somme, c[on] Péronne.
[4] Ginchi, Somme, c[on] Combles.
[5] Aizecourt, Somme, c[on] Péronne.

bella, uxor ejus, non faciebant stagium [suum] apud Capi sicut burgensis, cum de dicta A
villa essent burgenses, et propter hoc dictus præpositus cepit ipsos et imprisonari fecit, et
si[c injuste] extorsit ab eis XV libras parisiensium. Testes : Robertus Lupus, Waukes, Mo-
nardus, major et jurati de Capi.

44. Item conqueritur dictus Willelmus [de Gentele quod], circiter IIII annis elapsis,
idem præpositus saisivit quoddam nemus situm apud Genchi, quod nemus erat dictæ Yza- B
bellæ et ejus liberorum, nullam causam prætendens; propter quam saisicionem ipse Willel-
mus, maritus dictæ Yzabellæ, centum solidos parisiensium amisit. Testes : Monardus de
Clari, Radulphus.....

45. *Escaiencurt*[1]. — Conqueritur Johannes Proniers quod, circiter VII annis elapsis,
Theodericus, tunc præpositus Peronæ, falso ei inponens quod idem Johannes duxerat bl[a- C
dum suum] extra terram domini regis, contra prohibicionem super hoc factam, extorsit ab
eo XX solidos parisiensium sine lege et judicio. Testes : dominus Simon [de Es]caiencort,
miles, Wenricus Faber.

46. *Frise*[2]. — Conqueritur Balduinus Sare quod, circiter IIII annis elapsis, Petrus de
Causni et P., socius ejus, servientes Johannis de Susene, tunc præpositi [de Capi][3], dixerunt D
ei quod daret[4] eis II solidos ad bibendum; quo respondente quod nec unum habebat dena-
rium, ceperunt duos equos suos [pro nulla] alia occasione, quos equos redemit erga dictos
servientes de XL solidis parisiensium, et alia dampna incurrit propter hoc usque ad.....
[libras] parisiensium; quæ omnia petit sibi reddi. Testes : Balduinus de Grangia, Mathæus
Vairet, Johannes Sare. E

....

Fol. 3 v°. 47. [Conqueritur R.... quod] ..... Et propter hoc tantummodo cepit eum et incar-
ceravit et saisivit bona sua..., [et ex]torsit ab eo [sine lege] et judicio XXX libras parisien-
sium, cum dictus R. instanter requireret ut dictus præpositus ei jus et [legem fa]ceret, quod
[facere recusavit. Testes] : Johannes de Roie, Johannes Grossars. F

48. [Conqueritur] ...ardus .....ci quod, duobus annis elapsis, Johannes Vavaseres,
Petrus Gambars, tunc præpositi, falso ei inponentes [quod non] faciebat stagium suum
apud Capi, uxorem suam ceperunt, cum adhuc non esset tempus stagii faciendi, et in pri-
soniam tenuerunt, nemine de ipsis conquerente, [et sine lege et] judicio extorserunt ab eis
VIII libras parisiensium; qui præpositi jus et legem eis facere recusaverunt, licet super hoc G
pluries [fuerint requisiti.] Testes : Colardus li Truie, Renaldus, frater ejus.

49. [Conqueritur .....] quod, circiter VIII annis elapsis, Willelmus de Milli et Petrus
Faber, tunc præpositi Peronæ, falso inponentes Hugoni [de] .....cort, servienti ejus, quod
ipse araverat keminum regis, ceperunt equos suos et VI vaccas et C et XL oves, [et injuste
sine] lege et judicio extorserunt ab eo XXX libras et X solidos; qui etiam præpositi, licet re- H
quisiti, noluerunt eum ducere [per jus et] legem. Testes : Rabous de Caumont, Johannes
de Halu.

50. [Conqueritur] Petrus Major quod, circiter ... annis elapsis, Johannes de Basentin,
tunc præpositus Peronæ, extorsit ab eo II modios bladi, [valente]s L solidos parisiensium, pro
servicio cujusdam debiti XI librarum, quod debebat domicellæ Johannæ de Cepois, quod I
debitum integraliter ultra [supradictum] servicium coegit eum solvere.

51. Item conqueritur quod idem præpositus extorsit ab eo LXX solidos parisiensium pro
servicio suo, pro quibusdam debitis [quæ d]ebebat burgensibus Peronæ idem Petrus, quæ
debita totaliter persolvit.

52. Item conqueritur quod, circiter IIII annis elapsis, Johannes, tunc præpositus Peronæ, J
[injuste ext]orsit ab eo XXXVIII solidos parisiensium pro servicio suo, pro quodam debito
quod debebat Achilli Gloiset, quod debitum totaliter [per]solvit. — Testes bladi : Johannes
de F...cort, Colardus frater; de aliis, Petrus li Blons et alii.

53. Conqueritur Agnes de Bievilla (?) quod, circiter X annis elapsis, Gaufridus de Milli,
ballivus, Petrus Faber, Willelmus de Milli, tunc præpositi Peronæ, extorserunt ab ea sine K
lege et judicio VII libras parisiensium, pro quodam forefacto a Johanne et Auberto, filiis ejus
emancipatis, quod forefactum dicti præpositi quitaverant integraliter filiis prædictæ Agnetis
antequam dictos denarios extorsissent. Testes : Petrus Buletes et ejus uxor, Engerrannus
Justicia.

54. Conqueritur Balduinus de Grangia quod, circiter VII annis elapsis, Johannes de Su- L
sane, tunc præpositus, falso ei inponens quod bene non faciebat [stagium] suum apud
Capi, propter hoc capi fecit uxorem suam et imprisonari, nemine de ipso conquerente;

[1] Équancourt, Somme, c[on] Combles. — [2] Frise, Somme, c[on] Brai-sur-Somme. — [3] Cappi, Somme, arr. Péronne. — [4] *Cod.* darent.

A extorsit ab eo [sine] lege et judicio xxv solidos parisiensium; qui præpositus, licet re-
quisitus, noluit eum ducere per jus et legem. Testes : Jacobus Vaires, Robertus, Milo
Potier.

55. [Conqueritur] Margha, relicta Johannis Maubert, quod, vii annis elapsis, Johannes
de Susane, tunc præpositus, falso eis inponens quod bene non [ten]eba[n]t burgesiam de
B Capi, dictam Margham gravidam et dictum Johannem, tunc maritum ejus, capi fecit et in
prisoniam detineri, et sic [sine] lege et judicio extorsit ab eis xlv solidos parisiensium. Qui
præpositus, licet requisitus, noluit eis facere jus et legem. Testes : Gibertus [dictu]s Hu-
checoc, Guibertus de Maricort, Johannes de Basentin.

56. [Conqueritur] Radulphus quod, circiter vii annis elapsis, cum Willelmus tunc præ-
C positus Peronæ, emisset ab eo m c de raime pro xxxiiii . . . . . parisiensium, per potenciam
suam dictos denarios nunquam dicto Radulpho solvere voluit. Testes : Walterus Carpen-
tarius, Thomas de Brai. . . . .

57[1]. *Chaule*[2]. — Conqueritur Philippus de Chaule quod, vii annis elapsis vel circiter, Fol. 4.
Johannes Kok[ins, tunc præpositus Aroasiæ, dicens] quod dictus Philippus interfuerat inter-
D fectioni Rogeri de Viterhole, capiendo eum et detinendo [bona sua, usque ad valorem. . .]
parisiensium, sine lege et judicio, licet requisisset dictum præpositum ut duceret eum se-
cundum jus et [legem, hoc facere] recusavit. Testes : Ægidius de Ais, Henricus de Flecin
et Mathæus Pelés.

58. *Trestrich*[3]. — Conqueruntur Andreas d'Ais et Robertus li Rols, fratres, quod, x annis
E elapsis vel circiter, Mathæus . . . ., præpositi de Athies, capiendo eos, extorserunt
ab eis iiii libras parisiensium sine lege et ju[dicio, quia dixerant] coram prædictis præposi-
tis quod Symon dictus Bouteleu non interfuit quando prædictus Andreas fuerat [vulneratus.
Testes] : Wasses Waigne, Gaufridus Boutelliers d'Ais, Albricus li Carliers d'Ais.

59. *Pcuelli*[4]. — Conqueritur Gilo de Puillé quod, vii annis elapsis vel circiter, Ægidius
F Haimmars et Johannes Kokins, præpositi Aroasiæ, [dicentes] quod prædictus Gilo excoluerat
terram Roberti Rousel, a prædictis præpositis sasiatam, sine lege et judicio, [eum capiendo
et volendo] habere de suo, extorserunt ab eo xl solidos parisiensium, et dampnificatus fuit
propter hoc in decem solidis et . . . . Testes : Ægidius d'Ais, Jacobus de Flechin[5] et
Gaufridus de Puillencort.

G 60. *Harvelli*[6]. — Conqueritur Cholardus Postiaus quod, iiii annis elapsis vel circiter,
Johannes Kokins, tunc præpositus Aroasiæ, ... volebat et per capcionem dicti equi
fecit expensas usque ad iiii solidos parisiensium, et per hoc incurrit . . . . de dietibus[7]
suis. Testes : Robertus de Priers, Johannes Boistiaus.

61. *Cartegni*[8]. — Conqueritur Gaufridus de Cruce quod, x annis elapsis vel circiter,
H Petrus Brongiaus, serviens . . . . . [præpositi] de Aroasia, pro eo solum quod quidam pueri
pugnabantur[9] in curia sua, et in illo bello quosdam i . . . . interfuerat cum illis, et
propter istam occisionem extorsit ab eo xx solidos parisiensium sine lege et judicio, [et licet
requisitus ut eum] per jura et leges patriæ pertractaret, hoc idem præpositus contra justi-
ciam facere recusavit. Testes . . . .

I 62. *Athies*[10]. — Conqueritur Albricus de Curia Monaci quod, v annis elapsis vel circiter,
Laurentius Faucill. . . . . pro quodam debito x librarum quod promiserat dictus Lau-
rentius quod eidem faceret integraliter solvere. . . [extorsit ab] eo xx solidos parisiensium
pro servicio, et non fecit quod promisit. Testes : Oudardus Es. . . . .

63. *Marcais*[11]. — Conqueritur Robertus de Hamelet quod, v annis elapsis vel circiter,
J Johannes Kokins, tunc præpositus [Aroasiæ] . . . . frumenti quod fecit eum sol-
vere integraliter Mathæo clerico de Roisest[12], creditori suo . . . . ultra dictum
debitum. Testes : Cholardus Lokes, Petrus Lokes, et alii si nec[esse fuerit].

64. *Cartegni*. — Conqueritur Maneserus Bailles, de Beeloi[13], quod, xii annis elapsis vel
circiter, Johannes de C. . . . . inponens quod pirgum[14] domini regis araverat,
K cepit karrucam suam et sic ex[torsit] ab eo . . . . cum ipse peteret ut idem præ-
positus per jura et leges patriæ pertractaret, hoc idem . . . . .

65. *Jehancort*[15]. — Conqueritur Bernardus de Jehancort quod, vii annis elapsis vel cir-

[1] *Foliam quo continentur articuli* 57-73 *hanc præ se fert titulum :* Athies, *id est* Querimoniæ apud Athies et in adjacentibus vicis receptæ.
[2] Chaulnes, Somme, arr. Péronne.
[3] Tertri, Somme, c^on Ham.
[4] Pœuilli, Somme, c^on Roisel.
[5] Fléchin, Somme, c^on Roisel, c^ne Bernes.
[6] Hervilli, Somme, c^on Roisel.
[7] *Pro* dietis.
[8] Cartigni, Somme, c^on Péronne.
[9] *Ita in cod.*
[10] Athies, Somme, c^on Ham.
[11] Marquaix, Somme, c^on Roisel.
[12] Roisel, Somme, arr. Péronne.
[13] Belloi-en-Santerre, Somme, c^on Chaulnes.
[14] *Id est* viam regiam; *vide* Du Cange, *vocibus* Pergus, Pirgius *et* Pirgus.
[15] Hancourt, Somme, c^on Roisel.

IMPRIMERIE NATIONALE.

citer, Laurentius . . . . Sancti Quintini, falso ei imponens quod de nemore A de Priers[1] asportaverat . . . . Jehancort, et propter hanc causam cepit eum et incarceravit eum apud Sanctum Q[uintinum] . . . . parisiensium sine lege et judicio, cum dictus Bernardus peteret ut serviens . . . . justitiam facere recusavit. Testes : Mathæus Kokin . . . . .

66. *Vaaerae.* — Conqueritur Robertus Passars quod, IIII annis elapsis vel circiter . . . . B
. . . .
[sine lege] et judicio, et cum ipsum peteret ut ipsum per jura et leges pertractaret, hoc [facere recusavit]. Testes : Ægidius . . . . . , Philippus de Peuelli et Symon de Lyhons[2], et alii si neccesse fuerit.

67. . . . . — [Conqueritur . . . . quod] . . . . . annis elapsis vel circiter, Johannes C de Friskans, tunc ballivus domini regis, falso imponens fratribus . . . . [cujus]-dam mulieris. Postmodum dicto R. imposuit falso quod fidem suam promiserat pro dictis fratribus . . . . prædicto, et cum non venissent, hac occasione fecit capi bona dicti R. per Cholardum de Roisest . . . . [et sic ext]orsit ab eo dictus baillivus injuste C libras parisiensium sine lege et judicio, cum ipse peteret ut [ipsum per jura et D leges patriæ pertractaret], quod idem præpositus contra justiciam facere recusavit, et dictæ C libræ pervenerunt ad usus regis . . . . tionem domini regis apud Peronam in domo Albrici de Pedagio. Testes : Albricus de Pe[dagio] . . . . st, serviens dicti baillivi, et alii si neccesse fuerit.

68. . . . . . — [Conqueritur . . . . quod . . . . .] annis elapsis vel circiter, Ægidius E Haimmars, tunc præpositus de Athies, eo quod non fecerat stagi[um . . . . . . , cepit bon]a ipsius, et propter illam causam extorsit ab eo XXX solidos parisiensium sine lege et judicio. Testes . . . . Radulfus Bacons.

69. . . . . — [Conqueritur . . . .] quod, VI annis elapsis vel circiter, Willermus de Milliaco, tunc præpositus Peronæ, eo quod arabat quandam . . . . quæ arari F solebat, cepit eum indebite et incarceravit eum apud Monchi, et per cohercionem carceris . . . . [sine] lege et judicio, et in dicta prisonia fecit expensas usque ad decem solidos parisiensium, cum ipse instan[ter peteret ut ipsum per jura et leges] patriæ pertractaret, quod idem præpositus contra justiciam facere recusavit. Testes : dominus Walterus de . . . . , Mathæus de Joncort, dominus Mathæus Malsreis . . . . . G

70. . . . . . — [Conqueritur . . . . quod Robertus] de Hargicort et Petrus Passars, præpositi de Aroasia, imponentes ei falso quod filius (?) . . . . verberaverat, et propter hoc extorserunt ab eo XV solidos parisiensium sine lege et judicio, et nemine [conquerente] . . . . .

71. . . . . — [Conqueritur . . . . quod] Petrus Durans, præpositus de Athies, H cepit eum et deduxit [in carcerem, imponens ei quod voluer]at capere volucres . . . in loco communi, quod cuique licitum erat, et extorsit ab eo XX . . . . [Testes :] . . . . Willermus li Teriers (?), Gillenus de Bohaincourt et Huardus de Peuelli . . . . .

72. . . . . — [Conqueritur . . . . quod . . . annis elapsis vel] circiter, Godefridus Peincele, serviens tunc Mathæi Torel, tunc præpositi de Athies, ... propter . . . I valentem XV solidos parisiensium, falso dicentis quod Johannes de . . . . solverat, dederat sibi, quod idem Johannes postea negavit. Testes : Radulfus . . . . .

73. . . . . — [Conqueruntur . . . . filii] quondam Huberti Buket, de Peuelli, quod Robertus li Dragons et Radulfus Broiars . . . . [extorserunt a] patre eorum L solidos parisiensium sine lege et judicio, imponentes[3] quod ara[verat . . . .] Testes : J Petrus de Rothi, Huardus li Forniers, Ægidius de Puillé.
. . . .

Fol. 5. 74. *Gilocort*[4]. — Conqueritur Petrus de Clos quod, XI annis elapsis vel circiter, Renaldus dictus . . . . quamdam mulierem, capiendo eum et in prisonia detinendo, extorsit ab . . . [Qui, licet requisitus, noluit ei facere jus] et legem. Testes : Radulfus Bouviers et K Walterus dou Clos, et alii s[i necesse fuerit].

75. *Gilocort.* — Conqueritur Mainnerus de Gilocort quod, II annis elapsis vel circiter, Petrus d . . . . bat, capiendo eum in dicta vinea, extorsit ab eo XXVI solidos parisiensium, sine le[ge et judicio] . . . sua. Testes : Alermus de Berival et Ricardus de Templo, et alii s[i necesse fuerit]. L

76. *Gilocort.* — Conqueritur Ermengardis, relicta Thomæ de Puteo, quod, XI annis elapsis, ... Petrus dictus Hastins, tunc serviens majoris de Gilocort, ceper . . . .

[1] *Fort.* le Priez, Somme, c[on] et c[on] Combles.
[2] Lihons-en-Santerre, Somme, c[on] Chaulnes.
[3] *Cod.* preponentes.
[4] Gilocourt, Oise, c[on] Crépi-en-Valois.

Compendio adducebant de Crespi, dicentes quod calceiam domini regis asp.......... veniens dixit illis carnificibus : « Solvite quod debetis et eatis viam v[estram] »......... parisiensium, sine lege et judicio. Testes : Petrus, frater dicti Philippi, Johannes dictus H.....

77. *Gilocort.* — Conqueritur Johannes de Clos quod, VI annis elapsis vel circiter, Renaldus Hou........... suum in pastura regis et quod incluserat eam, citando eum coram se....... [sine lege et] judicio. Testes : Radulfus Fexdiu, Renaldus de Pierefite, et alii.

78. *Gilocort.* — Conqueritur Martinus de Puteo quod, II annis elapsis vel circiter, Petrus d......... verberaverat, et abstulit ab eo XXI solidos parisiensium et VI denarios sine lege et j[udicio].....

79. *Gilocort.* — Conqueritur Petrus Bigaus quod, X annis elapsis, Hugo li Touaillires[1] cum..... [re]gis quam ad medietatem excolebat, male folaverat, propter quod capi..... præpositus requisitus noluit eum ducere per jus et legem. Testes : Ter.....

80. *Mornival*[2]. — Conqueruntur Robertus dou Bos et Chardes quod, in hoc anno, cum Symon...... [Radul]fum[3] dictum Clergie, tunc præpositum de Crespi, duxissent dicent[es].......... venantes de nocte vulpes, tunc prædictus præpositus capiendo......... et Arnulfus Patins et Auscous de Loncmaisnil, servien[tes]..........par., et Robertus Goulars, custos turris de Crespi, pro e.....

81. *Morgnival.* — Conqueritur Cholardus de Fausemont quod, III annis elapsis, cum Robert............ Crespi eum cepisset et ante prædictum præpositum duxisset, dicens quod can....... unum cuniculum, licet penitus hoc ignoraret, ponendo eum in pris[ione]........ [recusavit] eum ducere per jus et legem. Testes : frater Adam de Lessart, Walte[rus].....

82. *Bervial*[4]. — Conqueritur Herbertus de Bervial quod, III annis elapsis vel circiter, ball......... Crespi, falso ei inponentes quod Herbertum Pichot verberaverat, ca.......... [sine lege] et judicio. Qui præpositi requisiti noluerunt eum ducere per jus [et legem].....

83. *Bestesi*[5]. — Conqueritur Oudardus de Sancto Crispino quod, duobus annis elapsis vel c[irciter],........ vini ad eundem Oudardum, et de eodem vino totum solvisset præter.......... Unde petit dictus Oudardus dictos decem solidos parisiensium sibi reddi. Testes :.....

84. Conqueritur Albricus d'Autone quod, tribus annis elapsis vel circiter, G.......... falso testes ante eum conduxerat, propter quod abstulit ab eo XX.....

85. Conqueritur Johannes li Macliers quod, III annis elapsis, ...conduxerat, ante eum, propter quod abstulit ab [eo].....

86. Conqueritur Gaufridus dictus Flastres quod, VII annis............bat Oudardus Moriaus, tunc præpositus de Bestisiaco..
....

87. [Conqueritur.......quod]...., tunc præpositus de Bestesi, falso ei inponens Fol. 5 v°. quod keminum domini regis......... ab eo IIII minas avenæ et X solidos parisiensium, sine lege et judicio, falso ei........... Qui præpositus requisitus noluit eum ducere per jus et legem. Testes :....

88. [Conqueritur]...... [præpositus de Be]stesi, falso ei imponens quod interfuerat cuidam pugnæ, in qua quidam........... extorsit ab eo VIII solidos parisiensium, sine lege et judicio, nemine de ipso [conquerente]........ Quæ omnia supradicta petit sibi reddi. Testes : Balduinus de Rosières, Johannes clericus.

89. [Conqueritur]....... nemus domini regis a Petro, præposito de Senlis; ille præpositus coegit ipsum.......... [prædi]ctos denarios portaret Parisius, quod facere non debebat. Unde incurrit dampna............. XV libras parisiensium quas non debebat. Qui præpositus requisitus noluit [eum ducere per jus et legem. Testes :]...... et alii.

90. [Conqueritur] ..... [Oudardus] Moraus, tunc præpositus de Bestesi, recepit ab eo XL solidos parisiensium........... qui ab eo petebat escaitteam Petri, fratris sui, ratione manus mortuæ.

91. [Conqueritur]...........[Oudard]us Moriaus, tunc præpositus de Bestesi, pro quodam debato, XVII............. unum cousinum valentem V solidos parisiensium, quam (*sic*) nunquam rehabuit........... [Testes :] ..... [et] alii.

92. [Conqueritur].......... præpositus de Bestesi, ad solam querimoniam Balduini

[1] Crispiacensis præpositus, *ut infra*, § 93, *expressum est.* — Crépi-en-Valois, Oise, arr. Senlis.

[2] Morienval, Oise, c[on] Crépi-en-Valois.

[3] *Vide infra*, §§ 99 *et* 112.

[4] Le Berval, Oise, c[ne] Crépi, c[on] Bonneuil-en-Valois.

[5] Béthizi, Oise, c[on] Crépi-en-Valois.

Megete, falso dicen[do]............ Extorsit ab eo XL solidos parisiensium. Qui præpo- A
situs noluit eum ducere [per jus et legem]....... [Testes :]....... et plures alii.

93. [Conqueritur]....... Hugo li Touailliers, tunc præpositus de Crespi, nemine de
ipso conquerente,............. [inj]uste, capiendo eum et comminando ei prisoniam,
extorsit ab eo............. duceretur. Testes : Herbertus de Loncmaisnil et Petrus
Trufes. B

94. [Conqueritur]........ tunc præpositus de Bestesi, cepit vadia sua, eo quod debebat
alicui............ litteras suas quod vadia sua redderet dicto R.; quod fecit dictus præ-
positus........... sua, extorsit ab ea dictas VI libras et dimidiam parisiensium, et co-
egit.............t in dotem; de qua venditione recepit XXX libras parisiensium, com-
putatis........... injuste extorto, quitari. Testes : Stephanus de Atrio, Albricus del C
Tiertre.

95. [Conqueritur]..........esi, tunc præpositus de Bestesi, cepit ipsam et misit in
prisoniam...... [extor]sit ab ea C libras parisiensium, quas habuit rex Philippus. Testis
fama patriæ.

96. [Conqueritur].......... de dicta Rouce, falso ei inponens quod assecuracionem D
quam fecerat.......... III solidos parisiensium, sine lege et judicio. Testes : Balduinus
Quenes[1].......

97. [Conqueritur].......[annis el]apsis, Buesars Lokes, præpositus de Pont, falso ei
impo[nens]........... [ca]piendo eum et detinendo eum in prisonia, extorsit ab eo...
.... [Testes] : Buesars Lokes et alii plures. E

98. [Conqueritur]...... serviens Petri Mouton, tunc præpositi de............
Compend[ium], capiendo bona sua, ex[torsit ab eo].....
....

Fol. 6. 99. *Orooir*[2]. — Conqueritur Johannes clericus.....[quod], anno præterito, Radulfus
Clergie[3], tunc præpositus de Crespi, falso ei inponens quod non debebat tenere domum F
.........ris sui, quia extra (?) patriam duxerat Erembourgam, uxorem (?) Johannis dicti
Pietin (?), causa adulterii (?), et prohibendo ei ne intraret dictam domum, [et capiendo bona]
sua, extorsit ab eo XXVI solidos parisiensium, sine lege et judicio. Testes : Johannes major,
et dominus Petrus, presbiter d'Ajou (?).

100. *Orooir.* — Conqueritur Renaldus....... [quod], XIII annis elapsis vel circi- G
ter, Johannes de Chaumont et Wiardus de Maruel, tunc præpositi de Crespi, cum acce-
pisset...[av]ene in...... Oudardi, fratris sui, per voluntatem dicti Oudardi, tunc dicti
præpositi, inposuerunt ei falso quod illam avenam fu[ratus fuerat]..... extorsit[4] ab eo
LX solidos parisiensium sine lege et judicio. Testes : Dionisius de la Bove et alii.

101. *Orooir.* — Conqueritur Aloudus de....... [quod], anno præterito, cum Petrus H
de Sai, tunc præpositus de Crespi, prohibuisset Johanni, majori d'Orooir, servienti suo, ne
ad......... teneret placita sua, et dictus Aloudus dicto præposito dixisset quod bene
faciebat quod in quolibet anno prædictus Johannes serviens.......... usque ad XX vel
circiter solidos parisiensium, propter hæc verba dictus præpositus detinuit eum in priso-
nia (?) de Crespi, et extorsit ab eo.......... [sine] lege et judicio. Testes : Petrus (?) de I
Bello Visu, et Radulfus Migues, et alii.

102. *Orooir.* — Conqueritur Gaufridus....... [quod]..... annis elapsis, Balduinus
et Renaldus de Crespi, tunc præpositi de Crespi, falso ei inponentes quod verberaverat Ma-
thæum............. capiendo eum et in prisonia detinendo, extorserunt ab eo unum
modium avenæ, valentem XVIII........, et expendit in prisonia V solidos parisiensium. J
Testes : Arnulfus Taboue (?), Johannes Becars (?), dominus Petrus presbiter.....

103. *Morgnival*[5]. — Conqueritur Stephanus de Gla...... [quod Radulfus] Clergie,
Petrus[6], gener ejus, Adam Thaons, tunc præpositi de Crespi, ad querimoniam Ansculphi,
majoris de Morgnivalle, falso dicentis quod dictus Stephanus se rescusserat (?) erga ipsum,
capiendo ipsum et in prisoniam detinendo, extorserunt ab eo, sine lege et judicio, XXV soli- K
dos parisiensium, licet dictus Stephanus non esset de justicia nec homo (?) domini regis, sed
abbati[ssæ] de Morgnival. Testes : dominus Gobertus de Telloles, domicella Maria (?) de
Berongnes[7].

104. *Bestisi*[8]. — Conqueritur Colardus Hoerons (?) quod, circiter VII (?) annis elapsis,
Vuernus (?) de Verbrie, tunc præpositus de Bestisi, falso ei imponens quod bladum emerat L

[1] *In margine notatum est :* Andreas Belis, *id est nomen præpositi de quo in ista agitur querimonia.*
[2] *Fort., ut conjicimus,* Orroui, Oise, c[on] Crépi.
[3] *Amanuensis primum scripserat* Radulfus Putepainne, *quod nomen delevit.*
[4] *Fort. corrig.* extorserunt.
[5] Morienval, Oise, c[on] Crépi.
[6] *Fort.* Petrus de Sai; *vide infra,* §§ 116 *et* 117.
[7] Berogne, Oise, c[on] Attichi, c[ne] Chelles.
[8] Béthizi, Oise, c[on] Crépi.

A contra inhibitionem domini regis, saisiendo bona sua et ponendo custodes in domo sua,
extorsit ab eo xx libras parisiensium, sine lege et judicio. Testes : Johannes Hoerons, Ghilebertus, frater ejus, Oudardus Moreaus.

IN DECANATU DE VILLA . . . . . . DOMO CONTRA PRÆPOSITOS.

105. *Firmitas Milonis*[1]. — Conqueritur Walterus le. . . rons quod. . . . . Wer-
B nerus de Selli et Berars de Maruel, tunc præpositi de Firmitate Milonis, capiendo eum et
detinendo eum in annulis (?). . . . extorserunt ab eo x solidos parisiensium, sine lege et judicio, pro eo quod quædam turpia verba dixerat, et nemo de ipso conquerebatur. Qui præpositi [noluerunt] eum ducere per jus et legem. Testes : Robertus Ysengrins, et Johannes, serviens ejus, et alii.
C 106. Item idem Walterus [conqueritur quod] iidem præpositi, capiendo bona sua, extorserunt ab eo x solidos parisiensium, sine lege et judicio, pro eo quod intraverat domum suam pro quibusdam utensilibus suis. . . . ., quæ domus assignata erat Adam Fortin, de qua domo prius ejectus fuerat de mandato prædictorum [præpositorum]. Testes : Robertus Ysengrins, et Johannes, serviens ejus, et Aloudus li Portiers, et alii.
D 107. Item idem Walterus conqueritur quod. . . . ., capiendo eum, extorsit ab eo
x solidos parisiensium, pro eo quod afferebat quamdam caudam aratri quam. . . . . dederat. Testes : magister hospitalis de Firmitate Milonis, et alii.
108. Conqueritur Robertus. . . . . [quod] Berardus de Maruel, tunc præpositus de
Firmitate Milonis, ad querimoniam solam Petri. . . . . extorsit ab eo IIII libras
E parisiensium, licet pro emenda talis forefacti non deberet nisi IIII solidos et VI denarios nigellorum. Qui præpositus requisitus noluit eum ducere per jus et legem. Testes : Clemens li Taneres, Johannes. . . . ., et alii, si necesse fuerit.
109. Conqueritur Johannes Brenges quod. . . . . [annis] elapsis, cum vendidisset Johanni Eschine medietatem cujusdam domus XI libras turonensium, quam. . . . .
F . . . .
110. *Firmitas Milonis.* — Conqueritur Johannes Heroues quod, in hoc anno, Warnerus Fol. 6 v°.
de Seilli et Berardus de Maruel, tunc præpositi de Firmitate Milonis, ad querimoniam Giletæ, falso dicentis quod ipsam verberaverat dictus Johannes et per vim carnaliter cognoverat eam, capiendo dictum Johannem et in prisonia detinendo, extorserunt ab eo II solidos
G parisiensium et unum sestarium frumenti, valens VI solidos forcium, et dampnificatus fuit prædictus Johannes in dicta prisonia de labore suo usque ad XX solidos parisiensium. Testes : Gillebertus de Danmart, et Renuardus li Oliiers, et alii.
111. Conqueritur Matildis Magistri, relicta Petri Majoris, quod, x annis elapsis vel circiter, Walterus de Maruel, tunc præpositus de Firmitate Milonis, pro quodam debito XX so-
H lidorum parisiensium, de quo dominus Radulfus dictus li Turs, dominus dicti Petri, quondam mariti dictæ Matildis, plegius erga præpositum[2], abstulit ab ea unam culcitram et unum cousinum, valentes XX solidos turonensium, præter dictum debitum, quæ omnia petit sibi reddi. Testes : dominus Radulfus, miles, dominus Renaldus, presbiter de hospitali Firmitatis Milonis.
I 112. *Russi*[3]. — Conqueritur Odo del Larris quod, in anno isto, cum recepisset in custodia sua unam vacam per campos vagantem, et cum Ægidius dictus Lupus, major de Russi, dictam vacam recepisset et Radulfo dicto Clergie, tunc præposito de Crespi, hoc dixisset, præpositus prædictus, capiendo dictum Odonem et in prisonia detinendo, extorsit ab eo VI solidos parisiensium, falso dicens quod concelaverat domino regi spavium suum; qui
J dictus Odo dampnificatus fuit in expensis et custibus usque ad IIII solidos parisiensium. Testes : dominus Haimmardus de Montegni, presbiter, et Ernals.
113. *Russi.* — Conqueritur Helvidis quod, in hoc anno, cum faceret fodere terram suam et implere quod[d]am stannum quod erat in medio dictæ terræ, Petrus de Sai, tunc præpositus de Crespi, falso ei imponens quod contra inhibitionem suam adimplebat dictum stan-
K num et operari in eadem terra faciebat, dampnificavit eam in XL solidis parisiensium; quæ petit sibi reddi et dictam terram cum dicto stanno sibi restitui. Testes : Radulfus li Chas, et Petrus Blanchars.
114. *Retuel*[4]. — Conqueritur Geroudus li Lous[5] quod, VI annis elapsis vel circiter, Petrus dictus Moutuns, tunc præpositus de Petra Fonte, falso ei imponens quod noluit ire per
L mandatum suum ad capiendum quemdam hominem qui quandam mulierem verberaverat,

[1] La Ferté-Milon, Aisne, c^on Neuilli-Saint-Front.
[2] *Sabaudi* fuerat.
[3] Russi-le-Mont, Oise, c^on Crépi.
[4] Retheuil (Cassini), *juxta* Pierrefonds, Oise, c^on Attichi, *aut fort.* Retheuil, Aisne, c^on Vic-sur-Aisne.
[5] *Vel fort.* li Lons.

capiendo eum et detinendo eum in prisonia, extorsit ab eo xxx solidos parisiensium, sine lege A
et judicio. Testes : Wybertus de Limaie, Richardus Waudikes.

115. *Verbrie*[1]. — Conqueritur domina Beatrix, relicta domini Philippi de Mota, militis,
quod, VII annis elapsis vel circiter, Johannes Provenchiaus [et] Petrus Lokes, tunc præpositi
de Compendio, abstulerunt ei VI modios tam frumenti quam avenæ, pro eo quod ipsi im-
ponebant ei quod promiserat eis C solidos parisiensium pro eo quod de suo habere volebant. B
Testes : Ægidius Dausniaus, et Stephanus Boutevilain, et alii.

116. *Chavres*[2]. — Conqueritur Adam de Chavres quod, in anno præterito, cum Renaldus
de Chavres, tunc major de Vochines[3], per odium fecisset equum suum pergere super eum,
sicut ille qui ad dictum Adam non loquebatur, tunc dictus Adam, timens ne eum interficeret,
percussit eum sine plaga et sanguine, et hac sola occasione Johannes de Combaudouc, Pe- C
trus de Sai et Radulfus Clergie, præpositi de Crespi, falso ei imponentes quod majorem de
Vauchienes verberaverant, capiendo eum et detinendo eum in prisonia, extorserunt ab eo
IIII libras parisiensium, sine lege et judicio, et dampnificaverunt eum in expensis usque ad
XX solidos parisiensium; quæ petit sibi reddi. Testes : Gerbertus de Boursone, Theobaldus
de Builemont, et alii, si neccesse fuerit. D

117. *Lergni*[4]. — Conqueritur Petrus de Postis et Aubertus, frater ejus, quod, in hoc
anno, Petrus de Sai et Radulfus Clergie, falso eis imponentes quod Thebaldum, fratrem
eorum, dederunt crucem[5] in prisonia de Crespi, detinendo eos in prisonia, extorserunt ab
eis X solidos parisiensium. Testes : Petrus Moriaus, de Haramont[6], Arnulfus Mariete, Teo-
baldus Chosete. E

118. *Carci*[7]. — Conqueritur Droardus li Peletiers quod, V annis elapsis, Warnerus li
Coffres, tunc præpositus de Firmitate Milonis, ad querimoniam Warneri le Taneur, falso
dicentis quod prædictus Droardus, de nocte et in domo sua, eum verberaverat, capiendo
eum, extorsit ab eo LX solidos nigellorum, sine lege et judicio. Testes : dominus Robertus
de Vilers, presbiter, et alii. F

119. *Carchi*. — Conqueritur Michael li Useriers quod, duobus annis elapsis vel circiter,
cum Erembourgis, tunc vidua, uxor dicti Michaelis, promisisset XXX solidos parisiensium,
Warnero le Coffre et Adæ Paupers, tunc præpositis de Firmitate Milonis, ut facerent ei
solvi. . . libras parisiensium, de domino Willelmo de Selli et domino Bertranno (?) de Bove,
militibus, in quibus ei tenebantur mutuò, quod tamen non fecerunt . . . . XX so- G
lidos parisiensium de dicto promisso. Testes : Mathæus Outrecuidies, et alii.

120. Conqueritur Adam li Arrivés quod, circiter VIII annis elapsis, cum ipse vendidisset
quoddam pratum domino Arnulpho le Bougre, militi, Marghareta, tunc præposita. . . . .,
noluit dictum militem de dicto prato revestire nisi prius de dicto Arnulpho haberet XL so-
lidos parisiensium, et sic extorsit ab eo dictos XL solidos quos. . . . . H
. . . .

Fol. 7. 121[8]. Conqueritur Foukardus de Chastellon quod, a IIII annis, Bienvenus et Ja[cob, judæi,
extorserunt ab eo] per usuram octo solidos parisiensium. Testes : Walterus clericus, Em-
melin. . . . .

122. Conqueritur Emmelina li Candelière quod, a III annis, Bienve[nus]. . . [extorsit ab I
ea per] usuram X solidos. Testes : Willelmus de Insula, Widele li Lan. . . . .

123. Conqueritur Asselina li Potiere quod, a octo annis, Agnes, Bonevic. . . . . [extorse]-
runt ab ea per usuram X libras parisiensium. Testes : Ludardus Bolenga[rius]. . . . .

124. Conqueritur Heilewidis, uxor Walteri l'Engelé, quod[9] Ysaac, Daniel, Agnes,
Scri. . . . . . [extorserunt ab ea], a V annis, XXX solidos parisiensium. J

125. Conqueritur Gerardus dictus Frères quod, a IX annis, Durée et maritus ejus. . . . .
[et] ejus uxor extorserunt ab eo per usuram XXX solidos parisiensium; et h[oc offert se pro-
baturum].

126. Conqueritur Maria vidua de Sisi, a VII annis, quod Hixas et Durée. . . . . . [extor-
serunt ab ea] per usuram XV solidos parisiensium; et offert se probaturam. K

127. Conqueritur Adam dictus Cordelois quod, a VI annis, Vivanus et uxor ejus. . . . .
et ejus uxor extorserunt ab eo per usuram XII solidos parisiensium; et offert [se proba-
turum].

128. Conqueritur Robertus dictus de Sisi quod, a IX annis, Durée et maritus [ejus]. . .
Jacob et ejus uxor extorserunt ab eo per usuram XXX solidos. Testes. L

[1] Verberie, Oise, c[on] Pont-Sainte-Maxence.

[2] Chavres (Cassini), *prope* Gondreville, Oise, c[on] Betz.

[3] Vauciennes, Oise, c[on] Crépi.

[4] Largny, Aisne, c[on] Villers-Cotterêts.

[5] *Ita in cod.*

[6] Haramont, Oise, c[on] Pont-S[te]-Maxence, c[ne] Verberie.

[7] *Fort.* Chercy (Cassini), *juxta* la Ferté-Milon, Oise, c[on] Neuilli-Saint-Front.

[8] *Quæ sequuntur* (§§ 121-168) *spectant ad pecuniæ summas quas Judæi usurarum ratione, ut dicebatur, extorserunt.*

[9] *Vox* quod *ab amanuensi omissa.*

A 129. Conqueritur Petrus de Monchi quod, a v annis, Bonete, Daniel, judæi, [extorserunt ab eo per usuram] xxx solidos parisiensium. Testes : uxor ejus et soror dictæ uxoris.

130. Conqueritur Liegardis de Cartenis quod, a v annis, Dieudonés et Ag[nes].... [extorserunt ab] ea per usuram L solidos parisiensium. Testes offert competentes.

131. Conqueritur Willelmus Blanchekewe quod, a III annis, Yvo de Roie..........
B extorserunt ab eo per usuram XXXVI solidos parisiensium. Testes : Reneras.....

132. [Conqueritur]...... [quod, a]... annis, Bienvenus et Bonechose, judæi, extor- Fol. 7 v°.
serunt ab ea per [usuram]..... [Testes] : Berta li Costurière, Robertus de Grengies.

133. [Conqueritur]....... [quod], a x annis, Manasserus, Rebeuse, judæi, extorserunt ab eo [per usuram]..... Et offert se probaturum.

C 134. [Conqueritur]........quod, a octo annis, Jacob, Ysaac, Bonefille, Mathæus, c solidos per [usuram ab eo extorserunt.] Testes : Johannes de Vermans, Robertus de Orengni, Wiardus d'Orengni.

135. [Conqueritur].........s, crucesignatus, quod, a VII annis, Bonefille et ejus uxor, judæi, extorserunt [ab eo per usuram]...... Testes : Ysabella, Marghareta.

D 136. [Conqueritur].........res quod, a IX annis, judæi extorserunt ab ea per usuram LIIII solidos...... [Testes :] Johannes Dors, Maria d'Aisengni.

137. [Conqueritur]........euse quod Bienvenus et soror uxoris ejus et Marghareta, judæi, [extorserunt ab... per usur]am xxx libras parisiensium. Testes : Richardus, Bertinus, Radulphus, filius ejus,......... nsens d'Autrevile.

E 138. [Conqueritur]......... quod, a x annis inde, judæi extorserunt ab eo per usuram C et X solidos parisiensium.........[M]eliote et Daniel. Testes : Petrus Tarteron, Quintinus de Flavi, Balduinus Agnus.

139. [Conqueritur] ....le quod, a v annis, Ysaac[1] judæus extorsit ab eo per usuram......... [Testes :]...ndus li François, et ejus uxor, Agnes de Vilechole.

F 140. [Conqueritur].......quod, a VI annis, Josses, Melia uxor ejus, Floria, Daniel, judæi, [extorserunt ab ... per usur]am sex libras parisiensium. Testes : Robertus Auriga, Johannes Pencoigne, Johannes Pietrekam.

141. [Conqueritur..... quod], a octo annis, Vivanus, uxor ejus, Bonechose, Meliote, judæi,..... [extorserunt ab... per usu]ram XIII libras parisiensium.

G 142. [Conqueritur.... quod] Vivanus, Sanso, Liones, Agnes de Perona et Aunée de Letor....., judæi, extorserunt ab ea per usuram VII libras parisiensium. Testes : Maroie li.........te, Maria Cinc ans, Ada de Sissone, Ermengardis de Priches.

143. [Conqueritur.......]s de le Titerie quod Donatus, Meliota, Agnes, judæi, extorserunt [ab eo per usuram. ..... et] amisit vadia apud dictos judæos de valore x soli-
H dorum. Offert [se probaturum]...... [mu]lier...... Carpentarii.

144. [Conqueritur]....... extorserunt ab eo per usuram XL solidos. Testis Maria Tiran.

....

IN PAROCHIA SANCTÆ MARGHARETÆ IN SANCTO QUINTINO, CONTRA JUDÆOS. Fol. 8.

145. Conqueritur Robertus de Calniaco, crucesignatus, quod, a v annis, Agnes et alia
I Agnes, judææ, extorserunt ab eo per usuram x libras. Testes : Alardus Carlarius, Emmelina de Chauni, Balduinus Croquefier, Flandrine.

146. Conqueritur Johannes Faber quod, a octo annis, Daniel, Agnes et ejus maritus, judæi, extorserunt ab eo per usuram C solidos parisiensium. Testes : Arnulphus Faber, Gerardus li Clos, et Eighelina.

J 147. Conqueritur Warnerus de Goseaucourt quod, a tribus annis, Croissans judæus extorsit ab eo per usuram XXX solidos. Testes : Rogereus de Chapehi, Heuda, ejus filia.

148. Conqueritur Jacobus Marescaldus quod, a tribus annis, Agnes et soror ejus, judææ, extorserunt ab eo per usuram LX solidos. Testes : Johannes de Montbrehaign, Ywainus de Lesdaing, Agnes Calliele, Johannes de Lesdaign.

K 149. Conqueritur Arnulphus Faber quod, a VIII annis, Bonevie et ejus uxor, judæi, extorserunt ab eo per usuram XL solidos. Testes : Johannes, Stephanus et Robertus.

150. Conqueritur Bourgha de Chavengni quod, a VII annis, Ysaac, Daniel, judæi, extorserunt ab eo per usuram L solidos. Testes : Ermengdis, Helwidis.

151. Conqueritur Johannes Cochars quod, a x annis, Bonevie, Sones, Arnulphus de
L Roie, Samuel, judæi, extorserunt ab eo per usuram VI libras. Testes : Willelmus des Boskeaus, Maria Clokarde, Maria, soror ejus, Jacobus, Ægidius de Vilechole.

[1] *Cod.* quod a v annis quod Ysaac.

152. Conqueritur Foukardus li Fourriers quod, a x annis, Agnes, et frater ejus, Ysaac, et mater ejus, judæi, extorserunt ab eo per usuram xv libras. Testes : Thomas li Fourriers, et ejus uxor, et Clarissa. A

153. Conqueritur Heilewidis li Contesse quod, a x annis, Vivans, Meliota, Agnes, judæi, extorserunt ab ea per usuram x solidos. Testes : Willelmus Rufus, Maria li Contesse.

154. Conqueritur Adam li Fourriers quod, a v annis, Elias, Daniel, Ysaac, judæi, extorserunt ab eo per usuram vii libras. Testes : Aelidis la Machonesse, Willelmus Anglicus, Frabours de Vallibus, Maria de Karitate, Odardus d'Aisengni. B

IN PARROCHIA SANCTI MARTINI IN SANCTO QUINTINO, CONTRA JUDÆOS.

Fol 8 v°. 155. Conqueritur Maria li Contesse quod, a iiii annis elapsis, Daniel, Manesserus, Durea, Precieuse, judæi, extorserunt ab eo per usuram x libras. Testes : Contesse, Johannes clericus, et Flandrina Crokefer. C

156. Conqueritur Ægidius clericus de Valencenis quod, a iii annis, David, judæus, pignora dicti clerici, scilicet capam valentem xx solidos, impignoratam pro vii solidis, detulit quando discessit a villa. Præterea Bonevie, Mathæus, Daniel, a vi annis, extorserunt ab eo per usuram xxx solidos. Testes : Alais, et Alelmus. D

157. Conqueritur Emmelina Cervele quod, a octo annis, Agnes et alia Agnes et filia Samuelis, judææ, extorserunt ab ea per usuram xii solidos. Testes : Jacobus Cervele et Maria, ejus soror.

158. Conqueritur Walterus de Seckehart quod, a iii annis, Samuel, Helias, judæi, extorserunt ab eo per usuram xvi solidos. Testes : Alardus de Valencenes, Johannes li Eschains, et Heilewidis. E

159. Conqueritur Thomas li Carboniers quod, a tribus annis, Vivans, Samuel, Meliota et Ysaac, judæi, extorserunt ab eo per usuram xvi solidos. Testes : Jacobus Allevaus, et ejus uxor, Arnulphus Faber.

160. Conqueritur Ægidius Magister quod, a iii annis, Dieudonés, Agnes, judæi, extorserunt ab eo per usuram c solidos parisiensium. Testes : Johannes Rousseaus, Ricaus de Folloel, Maria Cadete. F

161. Conqueritur Johannes de Sancto Martino quod, a iii annis, Meliota, judæa, extorsit ab eo per usuram ii solidos. Testes : presbiter Sancti Martini, Wibaldus clericus, famulus presbiteri. G

162. Conqueritur Maria Crokefer quod, a iii annis, Agnes, Margha, judææ, extorserunt ab ea per usuram xxx solidos. Testes : Flandrina li Corlière, Maria Comitissa.

163. Conqueritur Arnulphus Faber quod, a iii annis, Ysaac, Bonevie, soror Agnetis, Daniel, Samuel, maritus Margæ, Joseps de Capi, judæi, extorserunt ab eo per usuram iiii libras. Testes : Thomas et Carbonarius, Johannes Faber, Ludovicus Faber. H

164. Conqueritur Arnulphus li Lardiers quod, a iiii annis, Daniel, Meliota, Bienvenus, judæi, extorserunt ab eo per usuram vii libras parisiensium. Testes : Petrus Alutarius, Robertus Denore, Dyonisius li Lardiers.

165. Conqueritur Maria dicta Audeline quod, a x annis, Sones et ejus uxor Floria et Agnes, judæi, extorserunt ab ea per usuram lx solidos parisiensium. Testes : Ysabella, Simon Audelins, Oda Corte Vilaine. I

166. Conqueritur Maria, relicta Othonis, quod, a x annis, Jacob, Founiere, Precieuseus, Boenefille, Meliote, Emmelina, Ivete, Agnes, Onorata, Durée, judæi, extorserunt ab ea per usuram x solidos. Testes : Beatrix et Ysabella.

167. Conqueritur Margha de Vermans quod, a iii annis, Agnes et soror ejus, judææ, detulerunt vadia sua quando fugati fuerunt a villa, videlicet supertunicale mariti sui, quoddam pellicium, succaniam, valentia xxii solidos, impignorata pro vii solidis. Testes : Emmelina de Maion, Arnulphus li Poignières. J

168. Conqueritur Flandrina Crokefer quod, a iiii annis, Agnes, judæa, extorsit ab ea per usuram xl solidos parisiensium. Testes : Maria uxor Roberti, Maria Dives, Comitissa. K

III. DE USURIS JUDÆORUM, *UT VIDETUR*, CIRC. ANNUM 1247.

SANCTI GEORGII[1].

A 1. *Peticio.* — Waltir de Hoain, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram
xxx sol., quos petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit inde.

2. *Peticio.* — Rogir li Massun, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram
dictæ H.[2] XIII solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit inde.

3. *Peticio.* — Helekin Caulirs, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram
B dictæ H. XIII libras, quas petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit inde.

4. *Peticio.* — Gile Minghette, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram
dictæ H. IX solidos. Rehabuit autem III solidos; petit ergo residuum.

5. *Peticio.* — Anselin Muharde, jurata, non habens testem, dicit se dedisse per usuram
x solidos, quos petit sibi reddi. Idem dicit se solvisse in propria persona, pro patre suo de-
C functo, dictæ H. per usuram xx solidos, quos petit sibi reddi et coheredibus suis. Nunquam
redditum aliquid inde [fuit] sicut credit.

6. *Peticio.* — Gode li Purie, jurata, non habens testem, dicit se veraciter credere pa-
trem suum et matrem solvisse per usuram dictæ H. xx solidos, et hoc credit quia sæpe ivit
cum matre quando accepit mutuo pecuniam et quando solvit usuram dictæ H. Nunquam
D aliquid redditum inde fuit, sicut credit. Petit ergo dictos xx solidos.

7. *Peticio.* — Maroia li Englemil, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usu-
ram dictæ H. XI solidos. Item dicit se veraciter credere matrem suam solvisse per usuram
dictæ H. xxx solidos, cui matri successit in solidum. Petit autem in universo XL solidos.
Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

E 8. *Peticio.* — Vuestasse Muffe, jurata, non habens testem, dicit, sicut veraciter credit,
patrem suum solvisse per usuram dictis J. et H. x libras, quas petit sibi reddi tanquam he-
redi in solidum. Nunquam aliquid inde redditum fuit, sicut credit.

9. *Peticio.* — Emma Tertarun, jurata, dicit se solvisse per usuram dictis J. et H. centum
solidos, testante filia sua per juramentum suum præstitum, super hoc admissa, quæ se dixe-
F rat solutioni dictæ usuræ sæpius interfuisse, quos centum solidos dicta Emma petit sibi
reddi. Nunquam autem aliquid rehabuit inde.

10. *Peticio.* — Johannes de Armentires, juratus, non habens testem, dicit se solvisse
per usuram dictis J. et H. L solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit
inde.

G 11. *Peticio.* — Erma li Furnire, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram
IIII solidos, quos petit sibi reddi. Item dicit patrem suum, sicut veraciter credit, solvisse
per usuram dictæ H. XIII [solidos] et amplius, quos petit sibi reddi et coheredibus suis. Nun-
quam autem aliquid redditum inde fuit, sicut credit.

12. *Peticio.* — Frater Johannes de Sen Lazare, juratus, non habens testem, dicit quod
H dudum, cum serviret in domo Sancti Lazari, ipse præsentavit ex parte domus Sancti Lazari
dicto J. VI porcos valentes VI libras, sicut credit. Item alia vice præsentavit eidem J. ex parte
domus Sancti Lazari duos modios bladi valentes IIII libras, sicut credit, et hæc omnia mitte-
bantur præfato J. pro servicio et usuris de octoginta libris quas ei debebat tunc temporis
domus Sancti Lazari, quas petit sibi reddi pro domo Sancti Lazari. Nunquam autem aliquid
I rehabuit inde dicta domus.

13. *Peticio.* — Gilia li Cuvelire, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram
dictis J. et H. LX solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam autem aliquid rehabuit inde.

14. *Peticio.* — Ysabeaus Mahiarde, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usu-
ram dictæ H. XL solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

J 15. *Peticio.* — Odilia de Caviuncle, jurata, non habens testem, dicit se et maritum suum,
alio tempore, quando fiebat restitucio pro dictis J. et H., petivisse L solidos parisiensium.
Rehabuit autem x solidos alb[orum]. Petit autem residuum sibi reddi.

16. *Peticio.* — Philippus de Sen Lazare, juratus, non habens testem, dicit se solvisse
dictæ H. per usuram centum solidos et amplius, quos petit sibi reddi. Nunquam autem re-
K habuit aliquid inde.

[1] *Titulus in superiore prioris folii margine inscriptus.* — [2] *Fort.* Hadewidi, *cujus nomen integrum infra*, § 53, *occurrit, et quæ ibidem* uxor Johannis Pulietthe *dicitur.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

17. *Peticio.* — Erma Pinghernot, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram A
dictæ H. centum solidos. Rehabuit autem IX denarios sterlinghorum. Petit ergo residuum sibi reddi.

18. *Peticio.* — Maroia li Cornua, jurata, dicit se solvisse per usuram dictis J. et H. IIII libras. Item dicit se obligasse dictis J. et H. pallium quoddam viridem[1] pro XV solidis, quod valuit XXX solidos, quod etiam nunquam rehabuit vel rehabere potuit. Petit autem in B
universo IIII libras. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

19. *Testimonium.* — Maroia Cabosce, testis jurata, dicit maritum dictæ Maroiæ[2] accepisse sæpe denarios mutuo ad usuram a dictis J. et H. et solvisse eisdem usuram, sed nescit quantum. Requisita quomodo hoc scit, quod quandoque portavit pignora ad domum dictorum J. et H. tanquam famula dictorum Maroiæ li Cornua et ejus mariti. C

20. *Peticio.* — Giles de Calri, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. XIII sol. et amplius, quos petit sibi reddi. Nunquam rehabuit aliquid inde.

21. *Peticio.* — Lambertus Muliars, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. XIII libras. Petit autem centum solidos. Nunquam autem rehabuit aliquid inde. D

22. *Peticio.* — Margareta li Vosouse, jurata, non habens testem, dicit patrem suum, sicut veraciter credit, solvisse per usuram dictis J. et H. XXX libras. Petit autem X pro se et coherede[3] suo. Nunquam autem redditum inde aliquid fuit.

23. *Peticio.* — Ghila Conthela, jurata, non habens testem, dicit patrem suum, sicut veraciter credit, solvisse per usuram dictis J. et H. X libras, quas petit sibi reddi tanquam he- E
redi in solidum. Nunquam autem redditum aliquid inde fuit.

24. *Peticio.* — Ada Carbonira, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. L solidos parisiensium, quos petit sibi reddi. Nunquam aliquid inde redditum fuit.

25. *Peticio.* — Maroia et Balduinus de Hase, jurati, non habentes testem, dicunt F
patrem eorum et matrem solvisse per usuram dictis J. et H. X libras, quas petunt eis et coheredibus suis reddi. Nunquam aliquid redditum inde fuit.

26. *Peticio.* — Johannes Basins, juratus, non habens testem, dicit se et uxorem suam solvisse per usuram dictæ H. XXX solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam rehabuit aliquid inde. G

27. *Peticio.* — Demensce Lusevin, jurata, non habens testem, dicit patrem suum et matrem, sicut veraciter credit, solvisse per usuram dictis J. et H. centum solidos. Petit autem X solidos tanquam heredi in solidum. Nunquam autem redditum aliquid inde fuit, sicut credit.

28. *Peticio.* — Johannes Patelaus, juratus, non habens testem, dicit patrem suum, H
sicut veraciter credit, solvisse per usuram dictis J. et H. VII libras. Petit autem centum solidos pro se et coheredibus suis. Nunquam autem redditum inde aliquid fuit.

29. *Peticio.* — Robertus li Cambirs, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. L solidos, [quos] petit sibi reddi. Item dicit patrem suum, sicut veraciter credit, solvisse dictæ H. L [solidos], quos petit sibi et coheredibus suis reddi. Nunquam I
autem redditum aliquid inde fuit, sicut credit.

30. *Peticio.* — Wiris li Keus, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictis J. et H. XIII libras. Petit autem L solidos. Nunquam aliquid rehabuit.

31. *Peticio.* — Herbes li Clers, dictus Apenas, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. centum solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit J
inde.

32. *Peticio.* — Jacobus de Ypre, juratus, non habens testem, dicit matrem suam, sicut veraciter credit, solvisse per usuram dictæ H. centum solidos. Petit autem sibi et coheredibus suis LX solidos. Nunquam autem rehabuit ipsa vel aliquis coheredum, sicut credit.

33. *Peticio.* — Anees li Hubline, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram K
dictæ H. VI solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam rehabuit aliquid inde.

34. *Peticio.* — Maroia Boscreis, jurata, non habens testem, dicit se et maritum suum solvisse per usuram dictæ H. XX solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

35. *Peticio.* — Johannes Casirs, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram L
dictæ H. LX solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit inde.

36. *Peticio.* — Wautuf Jude, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictis J. et H. VI libras, quas petit sibi reddi. Item dicit patrem suum, sicut veraciter credit,

[1] *Cod.* viridem. — [2] *Illius quæ, in* § 18, Maroia li Cornua *dicitur.* — [3] *Cod.* coheredi.

A solvisse per usuram XIIII libras, quas petit sibi et coheredibus suis reddi. Nunquam autem aliquid inde redditum fuit, sicut credit.

. . . .

SANCTI SALVATORIS, CANTIANI ET REMIGII[1].

37. *Peticio.* — Moraus li Furnirs, juratus non habens testem. dicit se et uxorem suam
B solvisse per usuram dictis J. et H. centum solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

38. *Peticio.* — Johannes Cardon, juratus, non habens testem, dicit se et uxorem suam solvisse per usuram dictæ H. X libras et amplius. Petit autem VI libras. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

C 39. *Peticio.* — Mahaut Baleche, jurata, non habens testem, dicit se et maritum suum solvisse per usuram dictæ H. XL solidos. Rehabuit autem V solidos; petit ergo adhuc XXXV solidos.

40. *Peticio.* — Maroia li Oliresce, jurata, non habens [testem], dicit se et maritum suum solvisse per usuram dictæ H. X libras, quas petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit
D aliquid inde.

41. *Peticio.* — Mahaut Deicurt, jurata, non habens testem, dicit dictam H. extorsisse ab ea L solidos per usuram. Rehabuit autem V solidos. Petit ergo residuum sibi reddi.

42. *Peticio.* — Jacobus li Everas de Seles, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. IIII libras. Rehabuit autem X solidos. Petit ergo residuum sibi reddi.

E 43. *Peticio.* — Adam Putsins, juratus, non habens testem, dicit patrem suum, sicut veraciter credit, et quia sæpius interfuit solucioni, solvisse per usuram dictæ H. X libras. Rehabuit autem, ipse et quidam frater ejus, IIII solidos. Petit ergo sibi, pro se et fratre, de residuo satisfieri.

44. *Peticio.* — Mahaut de Ozi, jurata, non habens testem, dicit se et maritum suum
F solvisse per usuram dictis J. et H. XVI libras et amplius, quas petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit inde.

45. *Peticio.* — Wautir de Ymir, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. XXX solidos parisiensium. Item dicit se obligasse dictæ H. quemdam pottum æreum, valentem VII solidos, pro XVIII denariis, quem nunquam rehabuit vel rehabere potuit.
G Petit ergo in universo XXXV solidos. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

46. *Peticio.* — Johannes de Grencurt, supra notatus, juratus, non habens testem, dicit patrem suum, sicut veraciter credit, solvisse per usuram dictæ H. X libras. Petit autem inde IIII libras, tamquam heres in solidum. Nunquam autem aliquid redditum inde fuit, sicut credit.

H 47. *Peticio.* — Maroia Latduine, de Sen Remis, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictis J. et H. centum solidos. Petit autem XXX solidos. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

48. *Peticio.* — Johannes li Ribaus, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. centum solidos, quos petit sibi reddi. Idem dicit se obligasse quandam
I cappam dictæ H., valentem XXXVI solidos, pro X solidis, quibus X solidis solutis propter usuram quam nitibatur a dicto J. extorquere, dictam cappam retinuit, et nunquam aliquid inde rehabuit. Petit ergo XXXVI solidos, preter centum solidos prædictos.

49. *Peticio.* — Gilia de Limont, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ H. XV solidos. Petit autem X solidos. Nunquam aliquid rehabuit.

J 50. *Peticio.* — Pires li Olirs, juratus, non habens testem, dicit se et uxorem suam solvisse per usuram dictæ H. centum solidos. Petit autem L solidos. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

51. *Peticio.* — Robertus de Sancurt, de Sen Remis, juratus, non habens testem, dicit se dampnificatum per perdicionem pignorum suorum apud dictam H. in XXX solidis, quos
K petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

52. *Peticio.* — Gerart Grattegamme, de Sen Remis, juratus, non habens testem, dicit se et uxorem suam solvisse per usuram dictæ H. XL solidos. Petit autem XXX solidos sibi reddi. Nunquam rehabuit aliquid inde.

. . . .

[1] *Titulus in superiore secundi folii margine inscriptus.*

IN PARROCHIA SANCTI GEORGII[1]. A

53. *Peticio.* — Johannes Cornetthe, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram Hadewidi uxori Johannis dicti Pulietthe, xxx libras. Petit autem xx libras. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

54. *Peticio.* — Balduinus li Isavetires[2], juratus, non habens testem, dicit patrem suum B et matrem solvisse per usuram dictis Johanni et Hadewidi LX solidos. Petit autem XL solidos. Nunquam aliquid inde redditum fuit, credit.

55. *Peticio.* — Waltir li Andriwain, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictis Johanni ex Hadewidi XL libras. Petit autem xxx libras. Nunquam autem rehabuit aliquid inde. C

56. *Peticio.* — Ida li Franke, jurata, non habens testem, dicit se dampnificatam per perdicionem cujusdam pignoris quod dictæ Hadewidi impignoraverat pro XVII solidis, de quibus solverat per annum integrum et amplius qualibet septimana VI denarios, in XX solidis quos petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit aliquid inde.

57. *Peticio.* — Lijart li Fors, jurata, non habens testem, dicit maritum suum, sicut ve- D raciter credit, solvisse per usuram dictis Johanni et Hadewidi x libras, quas petit sibi reddi. Nunquam autem aliquid rehabuit inde, vel maritus.

58. *Peticio.* — Mahaut li Brune, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ Hadewidi xx solidos quos petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit inde.

59. *Peticio.* — Sara du Caufur, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram E dictis Johanni et Hadewidi x libras et amplius. Rehabuit autem XII denarios sterlinghorum. Petit ergo residuum.

60. *Peticio.* — Rasceus Passeu Tayche, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictis Johanni et Hadewidi VIII solidos, quos petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit inde. F

61. *Peticio.* — Mahaut du Troket, jurata, non habens testem, dicit se et maritum suum solvisse per usuram dictis Johanni et Hadewidi IIII libras, quos petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit inde ipsa, vel ejus maritus.

62. *Peticio.* — Beatris de Avennes, jurata, non habens testem, dicit se et maritum suum solvisse per usuram dictis Johanni et Hadewidi VIII libras. Rehabuit autem ejus mari- G tus XIIII solidos. Petit ergo residuum.

63. *Peticio.* — Eva li Fournire, jurata, non habens testem, dicit se solvisse dictæ Hadewidi XII solidos. Rehabuit autem II solidos. Petit ergo residuum.

64. *Peticio.* — Perona de le Porta, jurata, non habens testem, dicit se dampnificatam per perdicionem cujusdam tunicæ suæ, quam impignoraverat dictæ Hadewidi, in XI solidis, H quos petit sibi reddi. Nunquam aliquid rehabuit inde.

65. *Peticio.* — Thomas Bruire, juratus, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictis Johanni et Hadewidi XVII solidos et amplius. Petit autem VIII solidos. Nunquam autem aliquid rehabuit inde.

66. *Peticio.* — Majora de Ligni, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram I dictæ Hadewidi L solidos. Petit autem XX solidos. Nunquam autem aliquid rehabuit inde.

67. *Peticio.* — Marvia li Cambresce, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ Hadewidi VI libras, quas petit sibi reddi. Nunquam autem rehabuit inde.

68. *Peticio.* — Denise Jhesu Christ, jurata, non habens testem, dicit se solvisse per usuram dictæ Hadewidi LX solidos quos petit[3]. J

[1] *Titulus inscriptus in superiori margine folii codici latino* 15964 *assuti. Primitus hoc folium, ut conjicimus, subjunctum fuit folio quo continentur articuli supra,* § 1-36, *editi.*

[2] *Fort. corrig.* li Savetires.

[3] *Nihil amplius exaratum est in folio cujus pars adversa vacua remansit.*

IV. QUERIMONIÆ EPISCOPI AGATHENSIS, UNIVERSITATIS CASTRI DE NAZINANO ET RAIMUNDÆ RAINARDÆ.

A Significat episcopus Agathensis quod Guillelmus de Ulmellis, tempore quo erat senes-
callus, habuit et extorsit, per violentiam et contra Deum et justiciam, M. D. solidos melgo-
riensium ab ipso episcopo, pro eo quod, cum inter ipsum episcopum et quendam militem
feudatarium dicti episcopi esset questio super jure piscium, et dictus miles implorasset
auxilium dicti senescalli contra prædictum episcopum, dictus senescallus, convocata multi-
B tudine armatorum tam militum quam peditum, volens facere insultus et deprædaciones in
terra prædicti episcopi, compulsus fuit dictus episcopus se redimere, terram suam et homines
suos, prædictos denarios solvere et LXXV libras. Et prædicta volebat facere dictus senescallus
quia sibi dictum fuit quod quidam nuncius in dicta senescallia fuerat percussus cum quo-
dam pisce in facie.

C Significat P. de Hospitali, consul castri de Nazinnano[1], pro universitate ejusdem castri,
quod, tempore guerræ inter comitem Tolosanum et dominum regem Franciæ, ipsa univer-
sitas tradidit castrum et villam de Nasignano, se reddidit cum burgensibus de Podio Soriga-
rio[2] contra Ecclesiam et dominum episcopum Agathensem, cujus erat dictum castrum et
contra regem Franciæ. Postmodum, cum dominus Umbertus de Bello Joco venisset ad partes
D istas et ivisset versus Pennam de Agenesio[3], Guillelmus de Ulmis, senescallus Carcasso-
nensis, venit ad Sanctum Tiberium, de cujus voluntate et assecuritate de barrigio dicti ho-
mines castri de Nazinnano se reddiderunt archidiacono[4] Agathensi, tunc locumtenenti
episcopi Agathensis, cui dictus senescallus fecerat promissionem pro dictis hominibus quod
ipsos non permitteret barreiari nec res eorum permitteret occupari seu auferri, dummodo se
E redderent ad Ecclesiam et partem domini regis. Qui senescallus postmodum, non attendens
quod dictus archidiaconus promiserat, cum dicti homines se reddidissent dicto archidiacono
sub forma prædicta, eos fecit barreiari et res eorum permisit auferri et asportari, tam mili-
tibus et genti suæ quam hominibus de Sancto Tiberio[5] [et] quam aliis pluribus de terra[6].

Item, idem significat quod, cum quadam vice Nicholaus, baiulus de Podio Sorigario,
F [cavalcasset] ad castrum de Nazinnano, retinuit duas oves prægnantes de Raimundo Rainardo,
ejusdem castri, et unam ovem de Raimundo Savi, de quibus redidit pelles.

Item, idem significat quod dictus Nicholaus extorsit a G. Ægidii duas gallinas et unum
carterium de moto et unam capram et unum cabritum et duas anceres et sexdecim dena-
rios, hac scilicet occasione quod cavalcaverat ad dictum castrum pro facto de Sancto Tibe-
H rio, quia dominus episcopus excommunicaverat homines de Sancto Tiberio. Item, a Rai-
mundo Rainardi, unum sestarium ordei eo quod, cum dominus episcopus teneretur dare
unum austurem domino regi, cavalcavit ad dictum castrum.

Item, idem significat quod Johannes de Bolo, condam serviens domini regis, abstulit
duas flaciatas quas habebat apud Sanctum Tiberium, tempore barrigii castri de Nazignano.

I Item, significat quod G. de Fontaina, baiulus castri de Cerviano[7], extorsit de St. Cas-
telnou quinque solidos, eo quod quædam vedella fuit inventa in quodam blado et tenuit
boves suos captos per unam diem.

Item, idem significat quod P. Bernardus, condam baiulus castri de Pedenacio[8], extorsit a
G. Esquiu unam trabem valentem duos solidos et retinuit tres solidos, ea occasione quod
J faceret sibi solvi viginti solidos in quibus erat sibi condempnatus quidam homo de Cogna-
tio[9] qui vulneraverat uxorem suam.

Item, Raimunda Rainarda, quod, cum, tempore comitis Montis Fortis, haberet duos
fratres qui se faidierunt, dictus comes M[ontis F]ortis [saisivit] tam frairescam ipsius quam
fratrum; et, licet recuperasset tempore quo comes Fuxensis terram tenebat pro vicecomite
K Biterrensi, baillivus domini regis, tempore quo dominus rex habuit terram post adventum
ad Avinionem, totum[10] acceperunt et occupaverunt.

De castro de Nazinano. — P. de Hospitali, consul castri de Nazinnano, significat quod

[1] Nézignan-l'Évêque, Hérault, c^on Pezénas.
[2] Puisserguier, Hérault, c^on Capestang.
[3] Penne, Lot-et-Garonne, arr. Villeneuve-sur-Lot. *Ab amanuensi primum scripta fuerant verba hæc :* ad Carcassonam propter guerram.
[4] *Cod.* Archidiachono.
[5] Saint-Thiberi, Hérault, c^on Pezénas.
[6] *Ab amanuensi primum addita fuerant verba :* nulla causa rationabili.
[7] Servian, Hérault, arr. Béziers.
[8] Pezénas, Hérault, arr. Béziers.
[9] Conas, Hérault, c^ne et c^on Pezénas.
[10] *Hæc verba :* totum acceperunt et occupaverunt, *posterum et ab altera manu addita fuerunt.*

dominus Barba Auri, miles[1], tempore quo erat castellanus de Pedenacio, extorsit ab univer- A
sitate dicti castri ducentos solidos melgoriensium, ea scilicet ratione quod, cum sui servientes
venarentur vivarium capellanni ejusdem castri quod est in devesa seu........., fuit eis
prohibitum a dicto capellano et suis ne venarentur in dicto vivario. Quare dictus castellanus
minando[2] quod cavalgaret et deprædaretur dictum castrum quousque fuit sibi satisfactum in
dictis ducentis solidis. B

Item, idem significavit quod B. Mabilii, vicarius quondam Biterrensis, ab eis extorsit
centum solidos, hac scilicet ratione quod, cum esset controversia inter homines de Nazinano
et homines de Sancto Tiberio super retrodecima, dictus vicarius extorsit ab eis centum
solidos occasione expensarum quia compulerat eos litigare in curia regis, cum essent parati
facere jus in curia domini episcopi. C

Item, idem significat de eodem B. Mabilii, conquerens scilicet quod, cum habuissent
causam homines de Cognatio cum hominibus castri de Nazinnano, in curia domini regis,
et dicta curia vellet habere centum solidos pros expensis ab hominibus dicti castri de Nazin-
nano, licet in dicta optinuissent causa et dictos centum solidos ad certam diem non solvis-
sent, extorsit ab eis duodecim solidos cum cavalcasset in dicto castro. D

Item, idem significat quod, cum quondam esset controversia inter dictum castrum et
homines de Sancto Tiberio super retrodecima, et dominus episcopus excommunicasset dictos
homines de Sancto Tiberio, Poncius Girberti, baiulus de Torvesio[3] pro domino rege,
cucurrit ad castrum dictum et cepit animalia quædam et inde habuit viginti solidos, nulla
causa cognita. De eodem cursu seu predonage, B. Faber, de Cognatio, baiulus ejusdem cas- E
tri pro domino rege, habuit XXII denarios de Michaele Boneto, nomine custodiæ ovium
suarum.

Item, idem significat quod, tempore quo B. Vincencii teneret reditus de buaca domini
regis quos emerat, et invenisset in garbis duos boves in termino scilicet de buaca, et propter
hoc vellet pignorare, extorsit ab eis dictus B. Vincencius quindecim solidos. F

Item, idem significat pro dicta universitate quod, cum quadam vice dominus episcopus
excommunicasset homines de Sancto Tiberio, Nicholaus, baiulus de Pedenacio, cavalcavit ad
castrum de Nazinnano et duxit animalia et habuit occasione prædonagii a dicta universitate
undecim solidos et, nomine custodiæ, duos solidos; et de eadem cavalcada redidit pelles dua-
rum ovium et duorum asinorum Michaeli Boneti, quia comederat carnes, et tenuit equam G
per octo dies et hoc......... viginti solidos.

EXTRAIT

D'UNE CHRONIQUE FRANÇAISE DES ROIS DE FRANCE,

PAR UN ANONYME DE BÉTHUNE.

AVERTISSEMENT.

Aux procès-verbaux des enquêtes faites par l'ordre de saint Louis sur les excès des officiers royaux il a paru bon de joindre une chronique, jusqu'ici inédite, dans laquelle se trouve un écho des plaintes des populations qui avaient eu le plus à se plaindre de ces excès. La Chronique dont nous avons été ainsi amenés à publier la partie originale nous a été conservée dans le ms. français 6295 des nouvelles acquisitions de la Bibliothèque nationale. La valeur et les caractères en ont été appréciés dans les *Notices et extraits des manuscrits*[4] et dans

[1] *De quo milite vide supra*, p. 353 et 354, § 157. — [2] *Fort. leg.* minatus est, *nisi restituendæ fint voces* extorsit ab eis CC solidos. — [3] Tourves, Hérault, c[on] Pezénas. — [4] T. XXXIV, part. I, p. 365.

l'*Histoire littéraire de la France*[1]; il suffira de résumer ici ce qui a été dit, avec preuves à l'appui, sur un texte d'une réelle importance, puisque c'est un des plus anciens essais tentés pour faire passer en français l'histoire des rois de France, et que la dernière partie, celle que nous allons publier, se classe parmi les meilleurs témoignages auxquels il faut recourir pour étudier plusieurs événements du règne de Philippe Auguste.

Le plan suivi par l'auteur est assez défectueux; les différentes parties de l'ouvrage sont mal coordonnées, et la lecture la plus superficielle suffit pour y faire constater un manque absolu de proportions. Il y faut distinguer quatre parties.

La première commence à la ruine de Troie et s'arrête au dépôt que Charlemagne fit à Aix-la-Chapelle de reliques rapportées de Jérusalem. Le texte, sauf de légères variantes, est identique à celui de la Chronique française des rois dé France, dont l'un des meilleurs et des plus anciens manuscrits est le n° 10130 du fonds français de la Bibliothèque nationale, venu de l'abbaye de Braine.

La seconde partie est une traduction de la relation de Turpin, se rapprochant beaucoup de celle que renferme le manuscrit II.6.24 de l'université de Cambridge, et plus encore de celle du manuscrit français 1850 de la Bibliothèque nationale, dont la version a été publiée à Lund, en 1881, par M. Fredrik Wulff[2].

La troisième partie, comprenant l'histoire des successeurs de Charlemagne jusqu'à l'année 1182 ou environ, n'est, à proprement parler, qu'une traduction de l'Histoire des rois de France en trois livres, dont une édition partielle a été imprimée dans notre Recueil[3]. Cette traduction est tout à fait indépendante de celle qui fut offerte à Alfonse, comte de Poitiers, par un de ses ménestrels.

Reste la quatrième partie, qui est une histoire du règne de Philippe Auguste, depuis environ l'année 1185 jusqu'en 1216. Dans certains endroits, elle offre une ressemblance frappante avec les passages correspondants de la chronique intitulée : *Histoire des ducs de Normandie et des rois d'Angleterre,* que M. le Dr Holder Egger[4] a démontré avoir été rédigée par un anonyme de Béthune et qui a été publiée en 1840, par Francisque Michel, pour la Société de l'histoire de France, sous le titre de *Histoire des ducs de Normandie et des rois d'Angleterre.* Cet anonyme est aussi très vraisemblablement l'auteur de la Chronique que nous publions aujourd'hui. Les faits et gestes des seigneurs de Béthune n'y occupent pas, en effet, moins de place que dans l'Histoire. Ainsi, en dehors des détails consignés dans l'Histoire, la Chronique nous révèle beaucoup de particularités relatives à plusieurs membres de la famille de Béthune.

Entre autres détails, ce que l'auteur rapporte des excès reprochés

[1] T. XXXII, p. 219.
[2] *La Chronique dite « de Turpin », publiée d'après les mss B. N. 1850 et 2137;* Lund, 1881, in-4°.
[3] T. X, p. 277; t. XI, p. 319; t. XII, p. 217; t. XVII, p. 424.
[4] *Monumenta Germ. hist., Scriptores,* t. XXVI, p. 699.

à Nivelon le Maréchal, gouverneur de l'Artois au commencement du XIII[e] siècle, dénote incontestablement une origine artésienne.

Le chroniqueur appartenait donc à l'Artois et il était au service de la maison de Béthune, peut-être en qualité de ménestrel, comme l'a conjecturé M. Petit-Dutaillis[1]. Ce sont là les traits qui caractérisent l'auteur de l'*Histoire des ducs de Normandie et des rois d'Angleterre*. Est-il vraisemblable qu'il se soit rencontré en même temps, à la suite du même baron artésien, deux hommes qui aient eu la pensée et le moyen de raconter les événements qui s'accomplissaient sous leurs yeux? N'est-il pas naturel de supposer que la Chronique et l'Histoire sont toutes les deux l'œuvre d'un seul et même écrivain?

L'hypothèse est d'autant plus acceptable qu'on saisit dans la Chronique et dans l'Histoire les mêmes procédés de composition et les mêmes façons de parler. On retrouve dans la Chronique des dialogues et des anecdotes du même genre que les dialogues et les anecdotes de l'Histoire.

Beaucoup de récits sont communs à la Chronique et à l'Histoire; ils n'y sont pas cependant reproduits en termes identiques. Souvent le texte est plus développé dans l'Histoire, et les narrations y ont un tour plus vif. Les traits sont parfois un peu émoussés dans la Chronique, mais on y rencontre, çà et là, des noms et des particularités qu'on chercherait vainement à la page correspondante de l'Histoire. C'est là, du reste, le moindre mérite de la Chronique. On y trouve minutieusement racontés beaucoup d'événements qui sont à peu près complètement passés sous silence dans l'Histoire. Nous pouvons en citer un exemple frappant. Dans l'Histoire, la bataille de Bouvines est simplement l'objet d'une allusion en quelques lignes; le récit de cette mémorable journée n'occupe pas moins de dix colonnes de la Chronique, et il abonde en renseignements nouveaux sur les incidents de la bataille.

Dans beaucoup d'autres passages, la Chronique n'est ni moins originale ni moins instructive. Elle nous apporte des informations que les historiens contemporains ont négligé de nous donner sur le traité conclu en 1185 entre Philippe Auguste et Éléonore de Vermandois; sur le douaire assigné à Mathilde de Portugal par son mari Philippe, comte de Flandre; sur le prétendu séjour de Jean sans Terre à Fontainebleau au mois de juillet 1201; sur la campagne de Philippe Auguste en Bretagne (été de 1206), qui se termina par l'entrevue du roi et de Gui de Thouars dans le château de Vitré; sur les fêtes de la chevalerie du prince Louis à Compiègne, le 25 mai 1208; sur le mariage de l'héritière du comté de Ponthieu avec Simon de Dammartin en 1208; sur le traité qui fut conclu la même année avec le comte de Namur pour la garde des filles de Baudouin, comte de Flandre et empereur de Constantinople; sur la campagne que le prince Louis dirigea vers la fin de l'année 1211 contre le comte de Ponthieu et

[1] *Revue historique*, septembre-décembre 1892, p. 69.

qu'il mit à profit pour s'emparer des châteaux d'Aire et de Saint-Omer.

La divergence qui existe entre l'Histoire et la Chronique pour l'exposition des mêmes événements ne saurait être invoquée pour soutenir que les deux ouvrages n'ont pas la même origine. Cette divergence s'explique par l'objet même de chacune des compositions, qui se complètent l'une l'autre. L'Histoire est avant tout consacrée aux annales de l'Angleterre, et la Chronique aux annales de la France. Dans toutes les deux, les rapports des Flamands et des Artésiens avec Jean sans Terre et Philippe Auguste sont traités avec un soin tout particulier.

Les pages de la Chronique consacrées au règne de Philippe Auguste émanent, sans contredit, d'un auteur contemporain. Nous sommes portés à croire qu'elles ont été écrites avant l'avènement de Louis VIII au trône, c'est-à-dire avant 1223. Malheureusement nous ne pouvons pas dire jusqu'à quelle date le récit se poursuivait. L'unique exemplaire de la Chronique qui nous est parvenu est incomplet; le copiste s'est arrêté au cours du récit d'un épisode du siège de Douvre, dans lequel figure Eustache Le Moine, en 1216. Cet exemplaire, dont la transcription doit être fixée au XIIIe siècle, est d'origine flamande; après avoir fait partie des collections de W. H. Crawford, il est entré en 1891 à la Bibliothèque nationale, où il porte le n° 6295 dans le fonds français des Nouvelles acquisitions.

La Chronique a été mise à contribution, dans le cours du XIVe siècle, pour la rédaction de cette indigeste compilation que Denis Sauvage a publiée en 1562, sous le titre de *Chronique de Flandre anciennement composée par un auteur incertain*, et dont une nouvelle édition, intitulée *Istore et croniques de Flandres*, a paru en 1879 et en 1880, par les soins du baron Kervyn de Lettenhove dans la Collection des chroniques belges inédites[1].

Beaucoup des pages que cette compilation consacre au règne de Philippe Auguste, celles notamment qui se rapportent à la bataille de Bouvines, sont littéralement empruntées à la Chronique dont nous publions la partie originale. Toutefois, le compilateur ne s'est pas fait scrupule d'y modifier ou d'y supprimer beaucoup de détails intéressants, pas plus que d'y ajouter des interpolations de fort mauvais aloi. C'est ce qui explique le discrédit dans lequel sont tombées les Chroniques de Flandre; ce discrédit ne saurait atteindre la Chronique que nous a conservée le ms. 6295 du fonds français des Nouvelles acquisitions : elle a sa place marquée parmi les monuments historiques du règne de Philippe Auguste, à côté de l'*Histoire des ducs de Normandie et des rois d'Angleterre*.

[1] Voyez la dissertation de M. Pirenne intitulée *Les sources de la Chronique de Flandre jusqu'en 1342*, p. 361-371 des *Études d'histoire du moyen âge dédiées à Gabriel Monod* (Paris, 1896, in-8°).

Quant[1] li rois Looys li Pius fu mors, Phelippes, ses fils, reçut le règne de France, et ot A
tot à governer el xv ans de son aage. Et sachiés que il ne soit mie à dire legiere chose de com
grans sens cil rois Phelippes fu, et combien il acrut le règne de France, et coment il fist re-
noveler les fermetés des chastels ki deceues estoient, et com forment il fist fermer les cités
et les bors et les chastels de France qui sans fermeté estoient, et coment il fist paver ses
cités et ses bones viles, et coment il mist le règne de France fors de la signorie et de la poesté B
des rois d'Engleterre, qui tozjors ont esté rebelle as rois de France, ja soit ce que tot ce sa-
chent, haut et bas, et povre et riche, viel et joene, non porquant aucunes choses en doivent
estre mises en escrit, por ce que eles ne soient obliées à en avant.

Cil rois Phelippes prist à feme une sainte damoisele, qui Margerite ert apelée, fille au conte
Baldewin de Heynau, de la soror à conte Phelippe de Flandres, la contesse Margerite. C

Cil[2] rois Phelippes, el commencement de ses roiaus oevres, sot que les iglises de Bor-
goigne, et meismement celes de Cluigni, estoient agrevées des haus homes qui entor eles
manoient, et il vint sor els à force, et les constrainst à rendre as eglises ce que il i avoient
tolu, et lor fist livrer bons ostages que jamais n'i forferoient rien.

Ne demorra gaires après ce que la plus grant partie de ses haus homes se relevèrent en- D
contre lui[3], si com li cuens Philippes de Flandres, à qui ses pères, li rois Looys, l'avoit con-
mandé à garder, et li cuens de Haynau, qui fille il avoit, et li cuens Estevenes, et Reinaus de
Disaire, li fils le conte de Nevers, et li cuens de Champaigne, et li cuens de Chartres, et
molt autre; l'archevesques de Rains n'estoit ne de çà ne de là; mais por ce qu'il n'aidoit al
roi son neveu, qui oncles il estoit, sambloit il qu'il fust contre lui. E

En cel tempoire, avint que cil rois Phelippes ert od toute s'ost à Senlis, et li jouene rois
Henris d'Engleterre, qui Margerite, sa soror, ot à feme, l'ert venus servir od grant ost[4]; et
li cuens de Flandres et li cuens de Haynau, od tote lor pooir, estoient à Crespi en Valois, et
gastoient les terres d'ilec entor; et li cuens Estevenes gastoit le païs entor Borges et entor
Lorris; et li dus de Borgoigne et le sien destruisoient les terres entor la cité de Sens. Quant F
li rois Phelippes, qui enfes estoit, oï dire que tuit cil gastoient son règne, il respondi en tel
manière : « Se Dieu plaist, je croistrai en aage et en force et en sens, et il descroisteront de
force et d'aage et de sens ». Et tot ce avint, si que on le vit. Car il ne demorra gaires après
ce que li cuens de Flandres s'acorda à lui, et lui convint rendre tot Vermendois que il tenoit
à tort. Et en après ce trestout cil qui le conte de Flandres avoient aidié refistrent pais al roi; G
ne ainç puis ne s'osèrent vers lui movoir[5].

Cil cuens Phelippes de Flandres ot tenue la contée de Vermendois de par sa feme, le
contesse Ysabel[6], qui morte estoit sans oir avoir de lui, et il sor ce tenoit la terre à force et
en deshiretoit le conte de Beaumont, qui l'autre soror avoit à feme. Cil cuens Philippes fist
tant de tors à un haut home de Vermendois, que on apeloit de Bove, que cil traist al roi[7], et H
fist tant à lui que li rois vint od toute s'ost dusques à Bove. Et li cuens vint d'autre part à
Amiens, et fist pais al roi[8], et li convint guerpir par destrèce ansdeus les contés, celui de
Vermendois et celui de Valois. Li rois rendi la contée de Valois al conte de Beaumont et à
sa feme; mais de Vermendois ne voloit il point rendre. Puis se departi li cuens de Beaumont
de sa feme, et ele traist al roi, et li cria tant merchi et tant fist por lui qu'il li rendi Saint I
Quentin et Ribemont et Oreigni et Chautni sor Oise et Reissons sor le Marc, et les ho-
mages del signor de Neele et del signor de Ham et del seignor de Vendoeil et del signor de
Guise et del signor de Leskiere, et moult d'autres haus homages; mais Amiens et Montdis-
dier et Capi et Clari et Pierone et Aties et Roie et Choisi et Torote coretint il à son oes.

Cil cuens Phelippes de Flandres, quant la contesse Ysabiaus, sa feme, fu morte, reprist à J

[1] *Ce paragraphe est littéralement traduit de l'Histoire latine des rois de France en trois livres;* Recueil des historiens, t. XVII, p. 424.

[2] *Ce paragraphe et les deux suivants sont traduits de la même Histoire latine;* Recueil des historiens, t. XVII, p. 424 et 425.

[3] *D'après ce texte, les barons révoltés auraient été Philippe, comte de Flandre; Baudouin, comte de Hainaut; Étienne, comte de Sancerre; Renaud de Décise, fils de Guillaume, comte de Nevers; Henri, comte de Champagne; Thibaud, comte de Chartres. Mais le rédacteur de la Chronique s'est ici mépris sur le sens de l'original latin qu'il traduisait. Suivant l'original latin, les comtes de Champagne et de Chartres gardèrent une apparence de neutralité, comme Guillaume, archevêque de Reims.*

[4] *Dans le texte latin il n'est point question du service du jeune roi d'Angleterre. L'*Histoire des ducs de Normandie et des rois d'Angleterre (édit. de la Société de l'Histoire de France, p. 82) *mentionne incidemment la présence à Senlis du jeune roi Henri.*

[5] *Ici s'arrêtent les emprunts faits à l'Histoire latine des rois de France.*

[6] *Isabelle de Vermandois, femme de Philippe, comte de Flandre, mourut en 1182. Sa succession fut réclamée par Mathieu, comte de Beaumont-sur-Oise, qui avait épousé Éléonore, sœur d'Isabelle.*

[7] *Il y a peut-être ici quelque confusion. On ne sait pas bien dans quelles conditions Philippe Auguste vint assiéger le château de Boves, en 1185.*

[8] *La paix fut définitivement conclue à Aumale, le 7 novembre 1185. Ce qui en est dit dans notre Chronique doit être exact. Les conditions qu'on y voit exprimées sont à peu près celles qui furent stipulées en 1191 dans un traité conclu entre Philippe Auguste et la comtesse Eléonore; voyez* Catal. des actes de Philippe Auguste, p. 86, n° 354.

A feme[1] la fille le roi de Portuigal qui Tarraise ot à non; mais cele, por le non qui n'ert pas usés en France, se fist apeler Mahaut quant ele fu venue en Flandres. Cele fu molt sage feme et molt dame de son signor. Ce parut bien al grant dowaire qu'ele ot : car li cuens li dona en dowaire le chastel de Lille od les apartenances, et entre la Lis et la mer ot ele Bailluel en Flandres et Cassel sor le Mont et Breborc sor la mer et Berges et Furnes et Di- B kemue. Tous ces chasteax od les apartenances od ele en douwaire et se fist adés par signorie apeler roine.

Après ce que li cuens fist sa pais al roi, ala li rois à ost sor le duc de Borgoigne[2] et prist sor lui Chastellion sor Saine et le destruit, et revint li dus à sa merchi.

En l'an de l'incarnation Jhesu Crist mil ans et cent et quatre vins et set[3] od Ysabeaus, la C roine de France, la fille le conte de Heynau, del roi Phelippe, son signor, un fil ki fu apelés en baptesme Looys, soentre le boen roi Looy le Piu, son aiol.

En cel meisme an[4], avint, si com Dieu plot, que la sainte terre de Jherusalem, où Dieux espandi son precieus sanc por nous, fu conquise des Sarrasins, et, por rescorre cele sainte terre et metre fors de la poesté des anemis Dieu, se croisièrent grant partie des haus homes D devers Occident.

L'emperere de Rome Ferris se croisa en cel tempoire, et s'esmut od merveille grant gent por aler secorre la sainte terre de Surie, et ot enpensé d'aler par Constantinoble. Or oés quel mescheance : si com il estoit par Romenie, avint que il se herberga lès un flun qui n'ert mie molt grans; pluisor de ses chevaliers s'i alèrent baignier ens por la calor, et il meismes E s'i ala baignier avoec, et avint par pechié qu'il vit un de ses chevaliers qui en une radeur ert entrés, où il noioit, et nus ne li oisoit aidier; et quant ce vit l'emperere, il meismes li vout aler aidier, et cil le saisi quant il vint à lui, et tant le tint qu'il andui furent peri[5]. Ce fu une des plus grans dolors qui en cel point peust estre avenue à la crestienté.

En cel tempoire que li emperere Ferris se croisa, dont tels mescheance avint, se croisa F Phelippes[6], li rois de France, et Henris, li rois d'Engleterre, et Richars, ses fils, qui cuens ert de Poitiers, et oirs de sa terre. Car li preus et li vaillans et li larges et li cortois Henris, li jouenes rois, ert ja mors[7], dont si grans damages fu. Od ces II rois se croisièrent maint haut home de France et d'Engleterre. Il se croisa Phelippes, li cuens de Flandres, Henris, li cuens de Champaigne, Oedes, li dus de Borgoigne, et maint autre haut home.

G En Alemaigne se croisa li dus d'Osteriche[8], qui molt ert riches hom.

Et en Lombardie se croisa Bonefaces, li marchis de Montferaet[9], ki ert uns des plus larges homes del monde. Cil marchis fu puis rois de la sainte terre de Surie, et od de sa feme une fille qui puis fu roine, et il meismes fu puis ocis des Hassasis. Mais, avant que li dui roi venissent en la terre, reconquist il par grant aventure et par grant vigor la cité de Sur, qui H dut estre perdue, et en geta fors le banière Sahaladin, le soudan de Babylone, qui ert uns des plus vaillans sarrazins qui onques fust. Ce ert cil qui la sainte terre avoit conquise, ce que al règne de Jherusalem aferroit, fors seulement la cité de Sur, que cil gentils marchis rescoust. Et saciés que par cele aventure fu molt plus legierement l'autre terre reconquise. Et quant ce avint que cil boens marchis fu mors[10], si fu rois de la sainte terre li cuens Henris I de Champaigne, qui espousa la fille Hainfroi del Tolon, qui drois oirs ert del règne; et cele laissa por lui son signor par l'assentement del clergie. Puis ot de li li rois Henris II filles, dont l'une ot à non Margerite, et l'autre Phelipe. Et puis fu mors cil rois Henris par grant mescheance. Et fu rois après lui Haimeris, li frère au roi Guion, qui fu rois de Jherusalem devant le marchis.

J Après[11] le croisement des II rois sorst une descorde entr'els por Margrite, la soror al roi de France, qui feme ot esté al jouene roi Henri d'Engleterre, à qui li rois Henris li père toloit

[1] *Sur ce mariage qui eut lieu au mois d'août 1184 et sur le douaire qui fut assigné à la princesse, voy. Gilbert de Mons, dans le* Recueil des historiens, t. XVIII, p. 375.

[2] *Sur l'expédition de Philippe Auguste contre Hugues, duc de Bourgogne, en 1186, voy. Rigord et Guillaume le Breton, éd. de Fr. Delaborde*, t. I, p. 51 et 183; t. II, p. 32.

[3] *Le 5 septembre 1187. Voy. Rigord, éd. Delaborde*, t. I, p. 81.

[4] 1187.

[5] *L'empereur Frédéric Ier périt le 25 juillet 1190.*

[6] *En janvier 1188.*

[7] *Henri Court-Mantel, mort à Martel le 11 juin 1183.*

[8] *Léopold V.*

[9] *Il s'agit ici de Conrad, marquis de Montferrat, qui partit pour l'Orient en 1186, délivra en 1187 la ville de Tyr, assiégée par Saladin, fut élu roi de Jérusalem en 1192, et périt assassiné le 29 avril de cette année, laissant de sa femme, Isabelle, fille d'Amauri Ier, roi de Jérusalem, une fille Marie, qui épousa Jean de Brienne, roi de Jérusalem. Voyez la note suivante.*

[10] *Conrad de Montferrat fut assassiné en 1192, au moment où il était reconnu roi de Jérusalem. Sa veuve, Isabelle, fille d'Amauri Ier, roi de Jérusalem, femme séparée de Honfroi de Thoron, épousa Henri de Champagne, roi de Jérusalem, à la mort duquel (1197) elle se remaria à Amauri de Lusignan, roi de Jérusalem, frère de Gui de Lusignan. Du mariage d'Isabelle avec le comte de Champagne naquirent trois filles : Marie, morte sans alliance; Alix, femme de Hugues de Lusignan, roi de Chypre, et Philippe, femme d'Érard de Brienne.*

[11] *Ce qui suit, jusqu'au départ pour la croisade, a été copié par le compilateur des* Anciennes Chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 52-54.

son doaire. Par qoi li rois de France porta son mantel à Saint Denise, et le fist pendre en A
l'eglise od tote la crois, et jura son sairement qu'il ne se movroit devant ce qu'il auroit cel
afaire adrecie. Lors[1] semoust ses os molt efforciement, et li rois d'Engleterre les soies. Si
vint li rois d'Engleterre, et Richars, ses fils, qui cuens ert de Poitiers, od lor os dusques à Gi-
sors, et li rois de France vint d'autre part dusques à Trie, et avint là que bataille fu prise
entre le conte Phelippe de Flandres, qui devers le roi de France estoit, et le conte Richart B
de Poitiers, por cele querele qui entre les II rois estoit; et devoit estre chascuns soi tierç de
chevaliers. Puis se refu à Trie[2], qu'il se combatroient cors à cors; mais ains li rois d'Engle-
terre n'i laissa aler son fil.

Al jor que la bataille dut estre, issi li rois de France toz armés de la vile de Trie et fist
ses eschieles ordener por combatre, et si faitement chevauça vers Gisors. Mais ainç li rois C
d'Engleterre ne volt laissier ses gens partir des barbacanes, et li cuens Phelippes feri cheval
des esperons, et se parti de ses gens, et vint en une augarde toz seuls, si com devisé estoit,
et se paroffri de sa bataille; mais ainç li rois d'Engleterre n'i volt laissier aler le conte Richart,
son fil.

Endementres que li cuens de Flandres atendoit sa bataille, vint Guillaumes des Bares, un D
des millors chevaliers del règne de France, ot grant partie des François, asambler as gens le
roi d'Engleterre devant les barbecanes de Gisors, et i ot molt boen poigneis. Et endementres
que cil poigneis fu, colpèrent les gens le roi de France un trop bel orme qui de fors la vile
de Gisors estoit. Après cel fait, se traist li rois de France arière, et li rois d'Engleterre d'autre
part. Puis parlèrent tant li sage home à l'un et à l'autre que pais fu faite entr'els[3], et puis ra- E
vint devant lor muete qu'il i rot molt grant guerre.

Richars, li cuens de Poitiers, à cele daerraine guerre, se torna vers le roi de France en-
contre son père[4], par descorde qu'il ot entr'els. Tant guerroièrent qu'il avint à un jor que
li rois de France et li cuens Richars s'en alèrent od toute lor ost vers Le Mans[5], où li rois
d'Engleterre estoit, qui pas ne les atendi, ains lor vuida la cité et fist ens bouter le feu, et F
s'en ala à Chinon, où il morut tost après[6]. Si eschai li règnes al conte Richart, son fil, qui
premièrement se fist duc de Normendie[7], et fist son homage al roi de France[8], et puis passa
la mer, et vint en Engleterre, et se fist coroner à roi[9]. Et quant il fu repairiés en Normendie,
si s'apareillièrent entre lui et le roi de France de movoir por aler outre mer[10]. Si jurèrent
sor sains que ce qu'il conquerroient en la voie partiroient loiaument. G

En l'an de l'incarnation Jhesu Crist mil ans et cent et quatre vins et X s'esmut la tierce
mute vers Jherusalem. En cel saint pelerinage fu li premerains li rois Phelippes de France
apareilliés à vengier la honte Jhesu Crist. Après lui, s'esmurent li autre qui croisié estoient:
li rois Richars d'Engleterre et dus de Normendie, Phelippes, li cuens de Flandres, Henris, li
cuens de Champaigne, Oedes li dus de Borgoigne, Pieres, li cuens de Nevers, Thiebaus, li H
cuens de Chartres, et maint autre haut home. Des menues gens qui avoec els alèrent sot le
nombre Diex, qui tot le set.

Li rois de France entra en mer de Geneue[11]; li rois d'Engleterre à Marsaille en galies[12]. Li
cuens de Flandres s'en ala par Lombardie et par Toskane[13].

En cele voie morut à Sutre[14] uns haus hom de sa terre, qui od lui s'en aloit, qui ert apelés I
Robers[15]; avoés ert de la cité d'Arras et sire del chastel de Betune. Grans damages fu de la
mort à cel preudome; car ce ot esté uns des meillors vavasors del monde. Mais sa terre ne
remest pas sans oir; car il ot V molt bons fils: Robert l'aisné, un saint home et bon cheva-
lier, qui après lui fu avoés, mais poi dura; Guillaume, qui refu puis avoés, et sire del chastel
de Tenremonde par mariage, molt preudom et molt loials, mais molt ot d'aversités; Bau- J
dewin, uns très bons chevaliers, qui puis fu cuens d'Aubemarle; Johan, un clerc, qui puis fu
evesques de Camberai[16]; Cuenon le puis né, qui puis fu maistre chamberlens de l'empiere de

[1] *Au mois d'août 1188.*

[2] *Le ms. porte* a Tire.

[3] *Allusion à la trêve conclue, le 18 novembre 1188, entre Bonmoulins et Soligni.*

[4] *Ce fut dans l'entrevue du 18 novembre 1188 que Richard fit hommage à Philippe Auguste.*

[5] *La campagne de Philippe Auguste et de Richard contre Henri II dans le Maine est du mois de mai 1189.*

[6] *Le 6 juillet 1189.*

[7] *Le 20 juillet 1189.*

[8] *Le 22 juillet 1189.*

[9] *Le couronnement de Richard Cœur de Lion eut lieu à Westminster le 13 août 1189.*

[10] *Le traité entre les deux rois fut conclu à Nonancourt le 30 décembre 1189.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 263.

[11] *Suivant les Annales d'Anchin, Philippe Auguste s'embarqua à Gênes le 10 août 1190.*

[12] *Le roi Richard quitta Marseille le 7 août 1190.*

[13] *Philippe, comte de Flandre, qui était parti au milieu d'août 1190, passa l'hiver en Italie.*

[14] *Sutri, siège d'un évêché dans les États de l'Église.*

[15] *La mort de Robert V, seigneur de Béthune et avoué d'Arras, arriva le 18 janvier 1191. Son fils et successeur, Robert VI, mourut en 1193 ou 1194. La seigneurie de Béthune échut alors à Guillaume, frère de Robert VI, mari de Mathilde, héritière de la seigneurie de Tenremonde. Il mourut, selon toute apparence, en avril 1213. Ce que le chroniqueur dit des autres enfants de Robert V est parfaitement exact. Voyez l'*Hist. de la maison de Béthune, par Duchesne, p. 133 et suiv.

[16] *Jean de Béthune, évêque de Cambrai, de 1200 à 1219.*

A Constantinoble et uns des plus preudomes et des plus sages del monde; et ce parut bien en la terre tant com il vesqui.

En cel saint voiage fist Richars li rois d'Engleterre maint anui al roi Phelippe de France, son signor, dont puis avindrent maint mal. Car de Cypre, que il conquist, ne de ses autres gaaignes qu'il gaaigna, ne li vout faire partie, et maint autre anui li fist. Non porquant, quant B il furent venu en la terre de Surie, et il orent asise la cité d'Acre, où li cuens Henris de Champaigne et li marchis de Montferrat orent longement sis à grant ost et à grant anui, mist plus grans paine li rois de France el prendre la cité que li rois d'Engleterre n'en fist; et tesmoigna on que par son sens et par sa vigor, après la miracle de Dieu, fu ele plus tost prise que par nule autre chose. Et sachiés que mainte aversité soufrirent crestien à cel siège. Car Sa- C lehaidins, li soudains de Babylone, qui tant ert vaillans sarrazins, les avoit asis de fors ausi bien com il avoient asis cels de la cité. Par qoi il fistrent enclore lor ost de bons fossés et de palis et de boenes barbecanes, où il ot faites assés de beles chevaleries.

A cel siège d'Acre morut li bons cuens Phelippes de Flandres[1], dont l'os fu molt desconfortée. Non porquant, tant fistrent li dui roi al siège que la cité d'Acre fu prise[2]. Mais sa- D chiés que ce fu molt plus par le roi de France que par le roi d'Engleterre, et à cele prise fu ocis Haubers, li mareschaus le roi de Franche[3], et ot en la cité pris II haus homes turs, qui estoient maistre de cels de la cité, dont on apeloit l'un le Mestolt et l'autre Karaqois[4], qui molt fu de grant aage.

Après ce que la cité d'Acre fu prise, amaladi li rois de Franche, par qoi il l'en covint E repairir[5]; mais il enporta bien en son cuer escrite la haine qu'il ot al roi d'Engleterre, por les anuis qu'il li ot fais en cele voie et al siège d'Acre. Et quant il fu revenus en France, il saisi la cité d'Arras, et ot l'Artois, qui escheu li estoit del conte Phelippe de Flandres. Et la roine de Portingal[6], la feme al conte Phelippe de Flandres, qui la terre ot maintenue, se traist à son doaire qu'ele ot grant.

F Et la contesse de Flandres[7] eschai al conte Balduin de Haynau, de par sa feme la contesse Margerite, qui fu seur al conte Phelippe de Flandres, de qui li cuens Balduins ot trois fils et trois filles, dont li ainsnés des trois fils ot à non Balduins, qui puis fu cuens de Flandres et de Hainau, et puis fu emperere de Constantinoble; li secons fu Philippes, qui puis fu cuens de Namuir; li tiers, Henris, qui puis fu empereres de Constantinoble, après la mort l'empe- G reor Balduin, son frère; li ainsnée des filles fu Margerite[8], qui fu roine de Franche; la seconde, Yolens, qui fu mariée à Pieron, le conte d'Auçuerre, et puis fu emperris de Constantinoble; la tierce fu Sebile, qui fu mariée à Guichart de Belgieu.

Li chasteaus de Giens[9] vint en la main le roi de France de Hervieu, le seignor del castel, qui li dona por le mariage que li rois li dona de l'oir de Nevers, qui ert fille le roi de Cor- H tenai, son cousin, dont li rois ot ausi le chastel de Montargis[10], por le mariage la mère celui.

Tantost[11] que li rois revint en France od ses autres afaires, commença il à guerroier la terre le roi d'Engleterre, qui n'estoit encore repairiés, et prist la cité d'Everewes et le chastel de Vernon et Gisors et Paci et autres assés chasteaus[12].

En cel tans[13] morut Ysabeaus, sa feme, la roine, et li rois prist puis à feme Engleborc, I une jouene damoisele, fille au roi de Denemarke[14], que il laissa. Puis si espousa sor celi la fille au duc de Merane[15], de qui il ot II enfans, un fil Phelippe[16], et une fille Marie[17], lesquels l'apostoiles Innocens li tiers souffri à estre loiaus[18], por ce que sainte Eglise soffri le mariage, qui deceue en fu par Guillaume, l'archevesque de Rains, et par Pieron, l'evesque d'Arras, qui ert uns moines de l'ordene de Chisteaus, et par maint autre haut clerc, qui jurèrent pa-

[1] *Le comte Philippe mourut le 1er juin 1191.*

[2] *La ville d'Acre se rendit aux croisés le 12 juillet 1191.*

[3] *Aubri Clément, maréchal de Philippe Auguste.*

[4] *Benoît, l'historien anglais, appelle ces deux chefs* Mestoch et Karracois. *Voy. plus haut*, t. XVII, p. 522 B et D.

[5] *Philippe Auguste quitta l'armée des croisés le 31 juillet 1191.*

[6] *Mathilde, fille d'Alphonse Ier, roi de Portugal. — Le ms. porte :* et de par la roine de P., *leçon fautive que nous avons pu corriger à l'aide des* Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 55.

[7] *C'est-à-dire le comté de Flandre. — Ce paragraphe est passé dans les* Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 70.

[8] *Cette princesse, qui épousa Philippe Auguste, se nommait Isabelle ou Élisabeth.*

[9] *En 1199, Hervé, sire de Donzi, à qui Philippe Auguste fit épouser Mathilde, fille de Pierre de Courtenai, comte de Nevers, abandonna au roi la châtellenie de Gien.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 568.

[10] *Montargis fut cédé en 1199 à Philippe Auguste par Pierre de Courtenai.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 100.

[11] Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 71.

[12] *Cette campagne est du commencement de l'année 1193.*

[13] *15 mars 1190. Cf.* Anciennes chroniques de Flandre, I, 77.

[14] *Le mariage du roi avec Ingeburge de Danemark fut célébré le 14 août 1193.*

[15] *Le mariage d'Agnès de Méranie est de l'année 1196.*

[16] *Philippe Hurepel, comte de Boulogne.*

[17] *Marie, qui épousa Philippe, comte de Namur, puis Henri, duc de Brabant.*

[18] *La lettre d'Innocent III pour la légitimation des enfants d'Agnès de Méranie est du 2 novembre 1201.* Potthast, n° 1499.

rage entre le roi et la roine Engleborc; dont il avint que tuit cil qui le parage jurèrent mo- A
rurent puis de laide mort. Mais[1] quant sainte Eglise s'aperçut qu'ele ot esté deceue, si volt l'apostoiles destraindre le roi à ce qu'il repreist s'autre feme et laisast celui; et por ce qu'il ne le vout faire, fu mise France en entredit[2], et la roine Engleborc fu cachiée de la terre, et mainst lonc tans à une abeie en Flandres que on apele Chisoign[3] près del chastel de Lisle. B

En cel tans avoit Oedes, li dus de Borgoigne, espousée la roine de Portingal, la feme al conte Phelippe de Flandres, de qui il se departi puis, et prist la damoizele de Vergi, por le fort chastel qu'il convoitoit[4].

Revenir voz voeil al roi d'Engleterre. Quant il sot les noveles outre mer, là où il estoit, del roi de Franche qui sa terre li toloit, il repassa la mer au plust tost qu'il pot. Si fu pris C
en son repairir del duc d'Osterriche, qui le livra à l'empereor d'Alemaigne, qui le raienst molt grant avoir[5]. Et quant ce avint qu'il fu raiens et delivrés de sa prison, et il fu revenus en sa terre, molt commença vighereusement à guerroier le roi de France, et reconquist pluisors chasteaus que li rois de France li avoit tolu. Tant guerroièrent que par un jor fistrent devant Ysodun une pais[6] qui poi dura. Voirs est que on dist que ja dui orgueilleus ne che- D
vauceront bien un asne. Li rois d'Engleterre ert orgueilleus sor tous homes; si ne daignoit estre obediens al roi de France son seignor, et li rois de Franche ne pooit souffrir son orgoeil, ne ne voloit. Por ce et por molt d'autres baras recommença la guerre entr'els molt grans et molt cruels.

Si convint le roi de France soufrir molt d'aversités de cele guerre : car li rois Richars estoit E
trop riches et de terre et d'avoir, asés plus que li rois de France n'estoit. S'avoit adès trop grant ost, que de ses homes que de ses souders. Les Flamens avoit, qui od lui estoient en soudées, et les Brabençons. S'avoit par somonce les Englois et les Normans et les Bretons et les Manseaus et les Angevins et les Poitevins. Adès avoit pluisors routes, par qoi il damagoit molt la terre al roi de France; car li routier estoient trop mal destruiseor de terres. Un rou- F
tier i ot que on apeloit Markadé[7], qui molt fu de grant renon en cele guerre; non porquant si le desconfi sovent uns sergans le roi de France, que on apeloit Cadoc, qui autresi menoit route. Celui Cadoc[8] fist puis li rois de France chastellain de Gaillon par son service et por sa grant proece, dont plains estoit, et si estoit il petis.

Encore ot li rois d'Engleterre une autre manière de gent que on apeloit Galois, qu'il amena G
de sa terre de Gales. Cels doutoient molt li François quant il estoient logié près de forest : car cil venoient à els traire par nuit, et lor faisoient molt de maus.

Non porquant si prist li rois de Franche sor le roi d'Engleterre le chastel d'Aubemarle[9] et l'abati; ne onques li rois d'Engleterre ne l'osa atendre en champ, se il souprendre ne le pot. Une[10] fois le souprist devant Gisors, où li rois de France ot poi de gens; si le damaga H
de LXXX chevaliers et XV[11]. Une autre fois refist il une chevaucie, où il prist l'evesque de Beauvais[12], qui haus hom estoit, od grant gent. Ensi adamagoit sovent par engien et par souprisure li rois d'Engleterre son liege seigneur le roi de France. Il li toli par son engien le service del conte Bauduin de Flandres et de Hainau, qui jouenes hom estoit, à qui le conté de Flandres ert escheue de par sa mère, la contesse Margerite, qui fu suer al conte Phelippe I
de Flandres, et le conté de Heinau, qui ert escheue de par son père le conte Baudewin de Haynau. Or oés en quel manière. Il fist[13] tant à celui conte Baudewin qu'il demanda al roi de France Arras et Lens et Bapaumes et Saint Homer et Aire et Hesdin, qui li estoient doné en mariage avoec Ysabel la roine, la soror à celui conte Balduin, de qui il ot Loys, son fil. Et

[1] *Ce qui suit manque dans les* Anciennes chroniques de Flandre.

[2] *Le 15 janvier 1200.*

[3] *Ingeburge fut enfermée en 1193 dans l'abbaye de Cisoing.*

[4] *Eudes, duc de Bourgogne, épousa en 1193 Mathilde de Portugal, qu'on qualifiait de reine et qui était veuve du comte de Flandre. Il ne tarda pas à l'abandonner, pour épouser en 1199 Alix de Vergi.* (E. Petit, Hist. des ducs de Bourgogne, III, 92 et 115.) *Guillaume, archevêque de Reims, fait allusion à la séparation d'Eudes et de Mathilde, dans une charte de l'année 1195.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 446.

[5] *Richard Cœur de Lion quitta l'armée des croisés le 8 octobre 1192; il tomba entre les mains de Léopold, duc d'Autriche, le 20 décembre suivant, fut livré le 23 mars 1193 à l'empereur Henri VI, et recouvra la liberté le 4 février 1194.*

[6] *Le traité fut conclu le 5 décembre 1195 entre Issoudun et Charost.* Catal. des actes de Phil. Aug., n[os] 462-465.

[7] *Voyez la notice de Géraud sur Mercadier, dans la* Bibliothèque de l'École des chartes, 1[re] série, t. III, p. 417-443.

[8] *Les enquêtes publiées dans le présent volume contiennent beaucoup d'articles relatifs aux exactions que les Normands reprochaient à Cadoc.*

[9] *La prise d'Aumale est de l'année 1196. Au mois de juillet de cette année, Philippe Auguste data d'Aumale une charte accordée à l'abbaye de Foucarmont.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 502.

[10] *L'équivalent de cette phrase et de la suivante se trouve dans* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 89.

[11] *La déroute des troupes de Philippe Auguste auprès de Gisors eut lieu le 28 septembre 1198.*

[12] *Philippe de Dreux, évêque de Beauvais, fut fait prisonnier par une troupe d'Anglais, en mai 1197. Voy. un mémoire de Géraud, dans la* Bibliothèque de l'École des chartes, 1[re] série, t. V, p. 8.

[13] Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 78.

A por ce que li rois ne li vout rendre, le guerroia il molt outrageusement, et il arst sa terre, et
prist sor lui Saint Thomer et Aire et pluisors autres chasteaus, et assist la cité d'Arras[1]. Mais
sachiés que, se li rois n'eust aillors à entendre, il li eust faite sa folie molt chière achater.

Reinaus[2] de Dantmartin, qui il ot fait conte de Bologne[3], li failli, et devint homs le conte
de Flandres, et Hue, li cuens de Saint Pol, autresi, et Baudewins, li cuens de Ghisnes. N'en
B ot gaires baron en cele marche de Flandres, fors Willaumes, l'avoé de Betune, et Guillaume
le chastelain de Saint Homer, qui malvais samblant ne li feissent.

Molt fist d'anuis cil rois Richars d'Engleterre al roi Phelippe de Franche, son signor liege.
Il ferma de fors l'isle d'Andelis, un trop fort chastel, que il apela Chastel Gaillart[4], et un autre
vers le Goulet, que il apela Boutavant[5], où il ot parlement entre lui et le roi de France.

C Tant ala la chose que la feme le roi de Franche, cele de Merane, morut, et li rois reprist
celui de Danemarche[6], par qoi la chanterie revint en France; mais li rois, qui fel estoit, en-
serra la roine là entor à Estampes[7], où ele fu maint jor, et li rois, qui sa guerre avoit et à
qui si baron faillirent, si com voz avés oï, fu sovent à grant meschief. Une fois mena il s'ost
dusques à Hesdin por aler destruire la terre del conte de Bologne et la terre [del] conte de
D Saint Pol; mais il vindrent là à sa merchi et fistrent pais à lui[8]. Une autre fois[9] mena il s'ost
dusques à Bailluel en Flandres, et outre dusques vers Ypre. Là fu faite une pais entre lui et
le conte Balduin[10], qui puis fu recooillie assés tost.

En cel tans que cele guerre estoit si grans, avint que Heinris, l'emperere d'Alemaigne,
morut[11], et li rois Richars fist tant as Alemans qu'il eslurent à empereor Othon, son neveu,
E qui cuens estoit de Poitiers, et qui fu fils au duc Heinri de Saissoigne de la soror au roi Ri-
chart[12]; més Phelippes, li dus de Soave[13], li frère l'empereor Henri, qui mors estoit, mist con-
tredit en cele election, à son pooir, qui grans estoit, por ce que il voloit estre emperere. Si
avint que cil Othes asambla grant ost, que de cels de la terre son oncle, que del conte Bal-
duin de Flandres, que de cels qui l'avoient esleu à empereor; si asist Ais, où Charlemaines
F fist la bele chapele en l'onor Nostre Dame, et la prist, et fu puis coronés à roi, et l'apela on
roi d'Alemaigne; mais li dus de Soave ot puis la force vers lui, par l'aide le roi de France,
qui li aidoit à son pooir[14], por la haine qu'il avoit al roi d'Engleterre, l'oncle celui Othon,
que par cels de l'Empire, dont la plus grant partie se tenoit devers lui, que par cels de la terre,
dont il avoit grant force. Si avint qu'il reprist puis Ais, et se fist ensement coroner à roi[15],
G et destrainst tant le roi Othon qu'il ne s'osoit movoir de la cité de Cologne ou del chastel de
Brunzewich, qui ses yretages estoit, et bien puet estre qu'il le meist del tuit fors de la terre,
se ne fust por l'apostoile, qui trop durement li aidoit et sostenoit.

Tant dura la guerre en tel manière com je vous ai dit entre les II rois que li rois Richars
fu ocis[16] en Limozin d'un quarel d'arbaleste. Et Johans, ses frère, fu rois après lui, de qui
H li rois de France ne fu pas si grevés com il ot esté del roi Richart, son frère. Asés tost après
le coronement le roi Johan[17], fu faite pais de II rois entre Goulet et Boutavant[18]. Si dona li
rois Johans à Looys, le fil le roi de France, une soie nièce à feme, qui fu fille al roi d'Es-
paigne de la soror al roi Jehan; cele damoisele fu apelée Blance[19]. Si dona od lui li rois Johans,
ses oncles, en mariage tot le Vergesin normant. En dementres que Looys li enfes ert entre

[1] *Cette campagne de Baudouin IX, comte de Flandre, eut lieu en 1198. Le siège de Saint-Omer dura du 6 septembre au 4 octobre de cette année.*

[2] Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 79.

[3] *Renaud de Dammartin avait fait hommage du comté de Boulogne à Philippe Auguste en 1191.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 352.

[4] *Sur la construction du Château Gaillard, voyez les notes que M. Fr. Delaborde a jointes à son édition de la Chronique de Guillaume le Breton* (§ 111, t. I, p. 208).

[5] Munitio super ripam Sequane, quam vocavit Boutavant, quod sonat pulsus in anteriora. *Guill. le Breton*, § 111, *éd. Delaborde*, t. I, p. 209.

[6] *Agnès de Méranie mourut à Poissi en 1201. La même année, Philippe Auguste se réconcilia avec Ingeburge.*

[7] *En 1201.*

[8] *En juin 1196, Renaud de Dammartin, comte de Boulogne, fit sa soumission à Philippe Auguste.* Catal. des actes de Phil. Aug., n°s 499 et 500. — *En avril 1196, Renaud renouvela cette promesse et en fit garantir l'exécution par Hugues, comte de Saint-Paul; les actes de ce nouvel engagement sont datés de Hesdin.* Ibid., n°s 529-531.

[9] *Suivant la Chronique d'Andre* (*ci-dessus*, t. XVIII, p. 572 A), *Philippe Auguste envahit la Flandre à la mi-août 1196; il se serait avancé* usque ad Montem Cati, inter Ipram et Balliolum oppida situm, ut Ipram obsideret.

[10] *La soumission de Baudouin, comte de Flandre, est du mois de juin 1196.* Catal. des actes de Phil. Aug., n°s 497 et 498.

[11] *Henri VI mourut le 28 septembre 1197.*

[12] *Othon, fils de Henri, duc de Saxe, et de Mathilde, sœur de Richard Cœur de Lion, qui se fit couronner à Aix-la-Chapelle, le 12 juillet 1198.*

[13] *Philippe, duc de Souabe, dont le couronnement eut lieu à Worms, le 5 avril 1198.*

[14] *Le 29 juin 1198, un traité fut conclu entre Philippe, roi des Romains, et Philippe Auguste. Celui-ci écrivit alors une lettre au pape Innocent III pour lui exposer combien l'élection d'Othon lui serait préjudiciable. Voyez* Catal. des actes de Phil. Aug., n°s 535 et 536.

[15] *Philippe se fit couronner à Aix-la-Chapelle le 6 janvier 1205.*

[16] *Richard Cœur de Lion mourut le 6 avril 1199.*

[17] *Jean sans Terre fut couronné à Londres le jour de l'Ascension, 27 mai 1199.*

[18] *Le traité du Goulet fut conclu au mois de mai 1200.* Catal. des actes de Phil. Aug., n°s 604-612.

[19] *Le mariage de Blanche de Castille avec le prince Louis dut être célébré au Goulet, le 23 mai 1200. Voyez* Petit-Dutaillis, Étude sur la vie et le règne de Louis VIII, p. 6 et 7.

les gens le roi d'Engleterre, là où il espousoit sa feme, se mist li rois d'Engleterre en ostages A
devers le roi de France[1]. Après les espousailles amena li rois de France le roi d'Engleterre
od lui[2], par sa proière, deduire à Paris, où il li vuida son palais et l'onora quan qu'il pot. Là
dona li rois d'Engleterre à Blanche, sa nièce, la feme Looys l'enfant, toute la terre d'essi ça
l'ewe d'Andele, et li conferma par sa chartre, puis se parti de Paris, et s'en ala par Fontaine-
bliaut, où li rois de France li rebailla son palais, ot tote la garnison qui dedens estoit. Si B
orent entre le roi de France et ses gens molt bone risée, de ce que les gens le roi d'Engle-
terre i burent toz les mauvais vins, et les boens i laissièrent.

Quant li rois d'Engleterre fu revenus en sa terre, onques nul covent ne vout tenir à sa
nièce de la terre que il li ot donée, par qoi li rois de France ala sor lui à ost, et prist sor lui
tote la terre Huon de Gornai, un mal traïtor[3]. Celui Huon de Gornay cacha li rois de France C
de la terre, quant il li ot sa terre tollue, et cil n'osa aler al roi d'Engleterre, vers qui il ot
mainte traïson faite. Si s'enfui à Cambrai, où il fu longement. Là li dist un trop boen mot un
borgois de Betune c'on apeloit Raol Bordon[4]. Une fois que Hue prisoit la cité, qu'ele estoit
bele et bone, li dist li borgois que bele et bone ert ele, mais trop ert mal enthecie de toz
les traïtors et de toz les larrons qu'ele receoit[5]. D

Li rois de France fist sa pais al conte de Flandres[6], et li laissa tenir, par pais faisant, Saint
Omer et Aire, que li cuens ot sor lui conquis, et l'omage del conte de Ghisnes[7] et del chas-
tellain de Saint Omer[8] et pluisors autres.

Très le vivant le roi Richart, ot venu en France un saint home, un precheor qui ert apelés
maistres Folques de Nuelli. Par la volenté Nostre Seignor et par les sermons de cel preudome E
se croisièrent maint haut home el règne de France por aler reconquerre la sainte cité de
Jerusalem que Safadins tenoit, li frère Salehadin, qui ja ert mors.

Il se croisa Thiebaus li cuens de Champaigne[9], li fils al conte Henri et la bone contesse
Marie, la seror le roi de Franche, et frère le roi Henri de Jherusalem. Cil cuens Thiebaus
prist à feme une damoisele qui ert apelée Blanche, fille le roi de Navarre et seur germaine F
la roine Berengière, la feme al roi Richart, qui Le Mans tenoit en doaire[10]. Cele Blanche fu
molt bele dame et molt sage, ce parut puis. Si ot de lui li cuens Thiebaus un fil, qui ot à
non Thiebaut, et une fille, qui morut à Mahante en la garde le roi de France.

Avoec celui[11] conte Thiebaut se croisa Garniers[12], l'evesques de Troies, Gautiers, li cuens
de Briene, Joiffrois de Gienvile, li seneschaus de Champaigne, et Robers, ses frère, Gautier G
de Gaignon lieu[13], Gautiers de Montbeiliart, Ustases d'Escouflans[14], et Guis del Plaissie, ses
frère, Henris d'Ardellières, Ogiers de Saint Cheron, Vilains de Nuelli, Joifrois de Vile hardin,
li marecheaus de Champaigne, et Joifrois, ses niés, Guillaume de Nueilli, Gautiers de Foil-
lines, Everars de Montengni, Miles li Braibans, Manesiers de L'Isle, Machaires de Sainte Ma-
nehaut, Guis de Chapes et Clarenbaus, ses niés, Renars de Dantpière, Joifrois Foisnons[15], H
et maint autre.

Li cuens Looys, qui tenoit Chartres et Blois, et qui ert niés le roi de France et cousins
germains le conte Thiebaut de Champaigne, se croisa ensement en cel point. Cil dui conte,
qui cousin germain estoient, issirent des deus ainsnées filles le roi Looys, qu'il ot de la roine
Alienor[16]. Avoec celui conte Looys se croisièrent cil haut home que je voz nomerai[17] : Ger- I
vaise del Chastel et Hervieus, ses fils, Johan de Viesvi[18], Oliviers de Rochefort, Henris de

[1] *Ce détail se trouve dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 91.

[2] *Les détails donnés sur ce prétendu voyage de Jean sans Terre à Paris et à Fontainebleau ne doivent pas être acceptés sans beaucoup de réserves. D'après les itinéraires dressés par sir Thomas Duffus Hardy, en tête des* Rotuli Litterarum patentium, *Jean sans Terre ne paraît pas s'être approché de Paris en 1200. Le seul séjour de ce roi à Paris que mentionnent les itinéraires est du 1er juillet 1201.*

[3] *L'anecdote relative à Hugues de Gournai se retrouve en termes un peu différents dans l'*Histoire des ducs de Normandie, éd. Michel, p. 92. — *Sur ce personnage, qui mourut en 1214, voyez* Daniel Gurney, The Record of the house of Gournay, p. 128-152.

[4] *L'*Histoire *met simplement en scène* un bourgeois.

[5] *Le ms. porte* qu'ele le receoit.

[6] *Ce traité fut conclu à Péronne, le 2 janvier 1200 (n. st.).* Catal. des actes de Phil. Aug., nos 579-591.

[7] *Baudouin.*

[8] *Guillaume. Voyez* Giry, Les châtelains de Saint-Omer, *dans la* Bibliothèque de l'École des chartes, 1875, t. XXXVI, p. 91.

[9] *Thibaud III, fils du comte Henri le Libéral et de Marie, sœur de Philippe Auguste, succéda comme comte de Champagne à son frère Henri, mort roi de Jérusalem, le 10 septembre 1197. Il épousa Blanche, fille de Sanche, roi de Navarre.*

[10] *En 1204, Bérengère, veuve de Richard Cœur de Lion, reçut de Philippe Auguste la ville du Mans, en échange du douaire que son mari lui avait assigné à Falaise, à Domfront et à Bonneville-sur-Touque.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 805.

[11] *Le ms. porte* Iluec celui. — *Les listes qui vont suivre sont à peu près identiques à celles que renferme la relation de Geoffroi de Ville-Hardouin, § 5-10 de l'édition de M. de Wailly, qui a identifié la plupart de ces personnages. On peut aussi en rapprocher la nomenclature par laquelle débute la relation de Robert de Clari.*

[12] *Comparez Ville-Hardouin, § 5.*

[13] Gautier de Vignori. *Ville-Hardouin.*

[14] De Conflans. *Ville-Hardouin.*

[15] Johans Foisnons. *Ville-Hardouin.*

[16] *Du mariage de Louis VII avec Aliénor naquirent deux filles, Marie, qui épousa Henri, comte de Champagne, et Alix, femme de Thibaud, comte de Blois.*

[17] *Liste à peu près identique à celle qui est dans Ville-Hardouin, § 6.*

[18] Johans de Virsin. *Ville-Hardouin.*

A Monsteruel, Paiens d'Orliens, Pierres de Braiecuel et Hues, ses frère, Guillaumes de Sans,
Johans de Friaise, Gautiers de Gaudunvile, Hue de Cormenoi[1] et Joifrois, ses frère, Henris
de Belveoir[2], Robers del Quartir, et maint autre preudome[3].

Balduins, li cuens de Flandres, se croisa ensement en cel point, et sa feme od lui, la contesse Marie, de qui il ot II filles, Johanc et Margerite. Cele contesse Marie fu seur germaine al
B conte Thiebaut de Champaigne. Avoec celui conte Balduin se croisa Henris, et Tierris, ses
niès[4], qui fu fils le conte Phelippe de Flandres de bast, et cist autre haut home que je vous
nomerai se croisièrent ensement avoec lui[5] : Guillaumes, li avoés de Betune, et Cuenes, ses
frère, Johans de Neele, li chastelains de Bruges, Reiniers de Trit et Reiniers, ses fils, Mahius
de Waulaincort, Jakes d'Avesnes, Balduins de Belvoir, Hue de Belmés, Girars de Mauchicort,
C Oedes de Ham, Guillaumes de Goumengnies, Drius de Belraim, Rogiers de Marke, Eustaces
de Saubruic, François de Colombi[6], Gautiers de Bosies, Renniers de Mons, Gautiers li Estombes[7], Bernards de Soubrenghien, et maint pluisor preudome dont li livres ne parole pas.

Hue, li cuens de Saint Pol, se croisa ensement en cel point. Si se croisièrent od lui cist
baron que je voz nomerai[8] : Pierres d'Amiens, Ustases [de] Chanteleu, Nicholes de Mailli,
D Ansieaus de Kaieu, Guis de Hosdaign, Gautiers de Neele et Pierres, ses frère, et maint autre
preudome.

En France se croisa[9] Nevelons, l'evesque de Soissons, Mahius de Montmorenci, Guis, li
chastelains de Couchi, li niés à celi Mahiu, Robers de Roinssoi, Ferris d'Ière, et Johans, ses
frère, Gautiers de Saint Denise et Henris, ses frère, Guillaumes d'Aunoi, Robers Malvoisins,
E Drius de Gressonessart, Bernars de Morrueil, Engorrans de Bove et Robers, ses frère, et
pluisor autre preudome.

Ensement se croisa en cel point Joifrois, li cuens del Perche[10], et Estevenes, ses frère,
Rotrous de Montfort[11], Ive de la Jaille, Haimeris de Vileroi, Joifrois de Belmont et pluisor
autre.

F Symons[12], li cuens de Montfort, que je voz avoie oblié à nomer, qui puis fu molt preudom, et reçut martyre por le service Nostre Signor, se croisa en cel point, et Reinaus de
Montmirail autresi, et maint autre haut home, qui tuit ensamble fistrent lor chievetaigne del
conte Thiebaut de Champaigne, qui morut devant lor muete[13]. Et Blanche, sa feme, remest
enchainte de Thiebaut, son fil. Et li baron refistrent lor chievetaigne de Boneface, le mar-
G chis de Montferrat[14], qu'il mandèrent en Lombardie, qui molt estoit preudom.

En l'an de l'incarnation Jhesu Crist Nostre Signor mil ans et CC et deus s'esmurent cil haut
home que je voz ai ci només, por aler vengier la honte Nostre Signor. Si alèrent passer en
Venise. Et li Venisien les menèrent sor la cité de Gadres en Esclavonie, qu'il haioient; si la
destruistrent par la force as pelerins. Iluec vint à els li fils[15] l'empereor de Constantinoble, qui
H de Romenie ert chaciés par son oncle, qui son père, ainsnés frères estoit, ot deshireté del
empire et geté en sa prison et li ot fait les oels crever. Tant fist cil enfes as pelerins qu'il les
mena od lui en Romenie, et il li delivrèrent la cité de Constantinoble et le fistrent empereor, et il les trahi puis, par qoi il conquistrent la cité à force, si en firent empereor del
conte Baudewin de Flandres.

I En cel tans[16] que cil croisié murent, dont je voz ai dit, avoit li rois de France od lui Artu,
le fil le conte Joifroi de Bretaigne, qui fu fils le roi Henri d'Engleterre et frère le roi Richart. Cil Artus ert drois oirs de Bretaigne, et avoit fiancié Marie, la fille le roi de France[17],
qu'il ot de cele dame por qui li entredis fu en France. Après ce que li croisié s'en furent
alé, fist li rois de France de celui Artu chevalier, et l'envoia en Poitou por guerroier le roi
J Johan, son oncle, sor qui il calengoit la conté d'Angou, et il meismes ala sor Normendie.

Devant un chastel que l'on apeloit Mirabel prist li rois Johans Artu, son neveu, et les Poitevins od lui, par le sens et par l'engien Guillaume de[s] Roches, un boen chevalier. Si mist li

[1] Cormeroy. *Ville-Hardouin.*

[2] Hervis de Belveoir. *Ville-Hardouin.*

[3] *Ville-Hardouin ajoute ici les noms de :* Roberz de Froevile, Pierres ses frères, Oris de L'Isle.

[4] *Henri de Flandre, qui fut empereur de Constantinople après son frère le comte Baudouin IX. — Thierri, cousin germain de Baudouin IX, fils naturel du comte Philippe d'Alsace.*

[5] *Liste semblable à celle de Ville-Hardouin,* § 8.

[6] Colemi. *Ville-Hardouin.*

[7] Gautier des Tombes. *Ville-Hardouin.*

[8] *Comparez la liste de Ville-Hardouin,* § 10.

[9] *Liste identique à celle de Ville-Hardouin,* § 7.

[10] *Mêmes noms dans Ville-Hardouin,* § 10.

[11] *Le ms. porte* Montfont.

[12] *Comparez le paragraphe 4 de Ville-Hardouin.*

[13] *Thibaud III, comte de Champagne, mourut le 24 mai 1201. Blanche, sa veuve, était enceinte de l'enfant qui fut le comte Thibaud IV, le chansonnier; peu de jours après la mort de son mari, elle conclut avec Philippe Auguste un traité, par lequel elle s'engageait à livrer au roi une fille qu'elle avait eué du comte Thibaud et l'enfant qu'elle portait dans son sein.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 670.

[14] *Boniface, frère puîné et successeur de Conrad, marquis de Montferrat.*

[15] *Alexis IV le Jeune, fils de l'empereur Isaac l'Ange et neveu d'Alexis III l'Ange. Isaac avait été détrôné en 1195 par son frère Alexis III.*

[16] Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 86.

[17] *Marie, fille d'Agnès de Méranie, qui epousa Philippe, comte de Namur, puis Henri, duc de Brabant.*

IMPRIMERIE NATIONALE.

roi Artu son neveu en prison en la tor de Ruuein, et puis le mordri, si com on tesmoigna. A
Par qoi Willaumes de[s] Roches se parti de son service et vint al roi de France, qui li dona la seneschaucie d'Angou[1]. Et tuit li Poitevin, qu'il ot delivrés sor lor fiances et sor lor sairement, li refaillierent de rechief; car il le haioient molt por Hugon le Brun, le conte de le Marche, à qui il ot sa feme tolue, la damoisele d'Engoumois[2]. Et Robers, li cuens d'Alençon, se torna ensement en cel point devers le roi de France, qui grant joie en ot[3]. B

Lors[4] rentra en Normendie li rois de France à grant ost molt efforciement et plains de joie. Si prist l'isle d'Andelis, et le Val del Rueil, et le Pont de l'Arche, et Radepont, et pluisors autres chastels; et mist un siège de ses gens devant Chastel Gaillard, et fist faire une fosse par qoi vitaille ne pot venir à cels dedens; dont il les prist à force par la destrece de la famine. Et li rois Johans s'en fui en Engleterre, et li guerpi Normendie, où il ainç puis ne C retorna[5].

En l'autre esté après fist tant li rois de France qu'il conquist la cité de Ruuein et la cité de Lisiewies et la cité de Constances, et le chastel de Faloise, et Caan et Dantfront en Passois et Buenevile sor Touke et le Pont Audemer, et près toute Normendie. Cele anée fist li rois Phelippes en cel esté. D

En l'autre esté asist il le chastel de Chinon, qu'il prist à force. Et là vindrent les noveles[6] de Balduin, l'empereor de Constantinoble, qui cuens ert de Flandres et de Hainau, qu'il ert desconfis et pris des Blas et des Comains, et que li cuens Looys de Blois ert ocis en cele bataille, et li cuens Hue de Saint Pol ert mors d'une maladie dedens la cité de Constantinoble; et Henris, que on apeloit Henri d'Angou, li frère l'empereor Balduin, ert bals de l'Empire, E et puis fu emperere[7] quant les vraies noveles vindrent de son frère, qu'il ert mors en la prison Johanis le Blac.

En[8] l'autre esté après, rala li rois od grant ost sor Guion de Thoart, qui la conté de Bretaigne tenoit de par sa feme, de qui il ot une fille[9]. Si prist la cité de Nantes[10] et chevauça par la terre. Si convint celui Guion de Thoart venir à sa merchi à un chastel c'on apele Viteri[11], et là il aporta il sa fille, et li bailla en ostages. A repairement de cele ost, quant li rois F fu venus al Pont de l'Arche, fist il un mariage de Marie, sa fille[12], celi qu'Artus de Bretaigne, qui mordris fu, devoit avoir. Si le dona al conte Phelippe de Namuir, qui bals estoit de Flandres et de Hainau, de par ses nièces[13], les filles l'empereor Balduin de Constantinoble.

Après ce, ravint que li rois d'Engleterre revint en Poitou od grant ost. Si se torna vers lui G li viscuens de Thoart[14], et li rois cevauça par la terre et prist la cité d'Angiers, où la foire ert toute plaine; par qoi ses gens gaaignièrent molt. Puis passa outre, dusques à Bordeaus sor Gironde[15].

Et quant li rois de France sot sa venue, il vint dusques à Chinon od la soie gent. Et quant il sot les noveles del roi d'Engleterre qu'il s'en ert outrepassés, et s'en repaira en Franche, et H laissa en garnison à Chinon Oedon, le duc de Borgoigne, et Guillaume, le conte de Pontieu[16], qui sa soror avoit à feme, celi que li rois Richars ot fiancie, une molt laide dame.

Quant li rois d'Engleterre ot esté en Gascoigne et il ot ses tenses prises et fait son afère, il s'en repaira vers Poitou, et vint dusques al chastel de Thoart[17]. Et quant li dus de Borgoigne et li cuens de Pontieu sorent sa revenue, il le laissièrent savoir al roi de France, qui I tantost entor le chastel de Thoart, où li rois d'Engleterre ert dedens, qui onques ne s'en osa issir; et si avoit il plus gent que n'eust li rois de France. Là parut bien la coardise le roi d'Engleterre : car od ce qu'il ne s'osa combatre, autre si tost que li rois de France se fu trahis

[1] *Cette phrase se lit dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 96.

[2] *Isabelle d'Angoulême, enlevée en 1200 par Jean sans Terre à Hugues de Lusignan, comte de la Marche.*

[3] *Ce passage relatif au comte d'Alençon doit être rapproché de l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 96.

[4] *Comparez l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 96 et 97.

[5] *Le roi Jean abandonna la Normandie le 5 décembre 1203.*

[6] *Comparez l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 104. — *L'empereur Baudouin fut défait le 15 avril 1205 par Joannice, roi des Bulgares.*

[7] *Henri fut couronné empereur le 20 août 1206.*

[8] Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 104.

[9] *Gui de Thouars épousa en 1199 Constance, duchesse de Bretagne, qui lui donna une fille, Alix, laquelle fut mariée en 1212 à Pierre de Dreux.*

[10] *Philippe Auguste data une charte de Nantes au mois de mai 1206.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 997.

[11] *En revenant de son expédition en Bretagne, Philippe Auguste dut s'arrêter à Vitré, dont le seigneur André de Vitré avait reçu du roi, en mai 1206, la terre de Saint-Sever en Normandie.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1000.

[12] *Les conditions du mariage du comte de Namur avec Marie de France sont l'objet d'une charte du mois d'août 1206.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1002.

[13] *Jeanne et Marguerite, filles du comte Baudouin IX.*

[14] *Aimeri.*

[15] *Un paragraphe identique se retrouve dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 108. *Le roi Jean arriva à la Rochelle le 8 juin 1206. Il était à Saint-Émilion le 13 août.*

[16] *Comparez l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 108. — *Guillaume, comte de Pontieu, qui avait épousé Alix, sœur de Philippe Auguste.*

[17] *Le roi Jean séjourna à Thouars pendant le mois d'octobre 1206. Le 26 de ce mois, il data de cette ville une lettre relative à la trêve de deux ans qu'il avait conclue avec Philippe Auguste et qui partait du 17 octobre.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1006.

A arière, s'en rala il vers la mer et repassa en Engleterre[1]. Si laissa Savari de Maulion et le visconte de Thoart gardes de sa terre.

Après ce, avint que uns haus hom d'Alemaigne mordri le roi Phelippe[2], celui qui ert dus de Soaus, dont li rois de France se fu molt dolans. Car li rois Othes fu lors eslis à empereor de tous les haus barons de l'empire sans nul contredit, et s'en ala à Rome, et le reçut
B l'apostoiles à grant honor et le corona à empereor. Et il l'en rendi tel guerredon que, tantost après son coronement, saisi il la terre l'apostoile et li volt tolir à force. Par qoi l'apostoiles l'escumenia[3] si malement qu'il ainç puis ne fist s'abaissier non, car l'apostoiles, qui sages et vighereus estoit, envoia à Palerne por le fil l'empereor Henri, qui Ferris ert apelés. Et celui Ferri, por ce qu'il perdi tempre son père, l'apela on l'enfant de Puille dusqu'à dont
C qu'il fu parcreus et que li nons d'empereor li toli le non d'enfant. Celui Ferri envoia l'apostoiles en Alemaigne, et le fist enprendre al roi de France[4], et puis le fist guerroier l'empereor Othon, qui moult le mist à desous.

En[5] cel tans que li rois Phelippes fu mordris, cil de Soave, qui oncles ert à l'enfant de Puille, fist li rois de France un mariage, dont molt de gens s'esmerveillièrent. Car il dona
D à Symon de Dantmartin une soie nièce qui Marie ert apelée[6]; et si ert oir de la contée de Pontieu, fille le conte Guillaume de la soror le roi. Cil Symons de Dantmartin estoit frère germains le conte Renaut de Boloigne.

Après ce, refist tant li rois al conte de Namur[7], qui sa fille avoit, qu'il li bailla ses nièces les filles l'empereor Balduin de Constantinoble, dont il fu molt blasmés.

E En cel tans, vint uns pardons en France d'aler sor cels d'Abigois, qui mescreant estoient, si come Rogiers, li viscuens de Beders, qui tenoit Carkasone et Aube et maint chastel de grant valor; et Raimons, li cuens de Tholose[8], qui cousins germains estoit le roi de France, et de la soror le roi d'Engleterre[9] avoit un fil qui Raimons ert apelés, les aidoit molt à sostenir, et par lui fu ocis uns cardonaus l'apostoile[10], par qoi cis pardons commença molt.

F Si se croisièrent pluisor haut home del règne de France por aler en cele voie, si come Oedes, li dus de Borgoigne, Hervieus, li cuens de Nevers, Symons de Montfort, li cuens de Leicestre, Gauchiers de Chastellion, li cuens de Saint Pol, et molt autre. Si mistrent por la difference de la crois d'outre mer les signes d'iceles crois qui lors pristrent devant lor pis.

Ce fu en l'an de l'incarnation mil ans et CC et IX que Phelippes, li rois de France, fist
G Loys son fil chevalier, à une Pentecoste[11], à Compiègne, où il ot molt de haus homes. Si servi des deus premerains més Guis de Thoart, qui cuens ert de Bretaigne; et des autres deus après li cuens Robers de Drewes, qui cel jor ot deus fils à noveaus chevaliers, Robers et Pierron, qui puis furent de grant afaire[12]. Et des daerrains més servi Renaus de Dantmartin, li cuens de Beloigne. Et Pierres, li cuens d'Auchuerre, trancha devant monsignor
H Looys.

Et d'icele feste s'en alèrent cil haut baron que je voz ai només devant sor cels d'Abigois. Et ce fu la première voie qui i fu faite. Tant alèrent qu'il entrèrent en Bederrois, et assistrent la cité de Beders, qui à force fu prise, et i avint uns grans miracles tels com je voz dirai. Lun tans qui passés ert avoient cil de la cité lor signor[13] mordri en la maistre eglise,
I par un jor de la feste madame sainte Marie Magdaleine, en qui honor l'eglise estoit. Si avint, par la volenté de Dieu qu'ensement, par la jor de la feste madame sainte Marie Magdalene[14], en cele meisme eglise, furent près tuit cil de la vile ocis al prendre de la cité.

D'iluec s'en alèrent à Carkasone, où molt avoit forte cité, qui rendue lor fu. Si fu Rogiers de Beders pris et mis en la prison, où il morut[15].

[1] *Le roi Jean débarqua en Angleterre au commencement du mois de décembre 1206.*

[2] *Le roi Philippe fut tué le 21 juin 1208 par Othon de Wittelsbach. — Othon fut couronné à Rome le 4 octobre 1209.*

[3] *Innocent III manifesta l'intention d'excommunier l'empereur Othon le 18 novembre 1210; la sentence d'excommunication fut solennellement prononcée le 31 mars 1211* (*n. st.*). Potthast, Reg. pontif. Rom., t. I, p. 356 et 363.

[4] *Ce fut le 19 novembre 1212 que l'empereur Frédéric conclut un traité avec Philippe Auguste.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1408.

[5] Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 105.

[6] *La charte du roi relative au mariage de Marie, fille de Guillaume, comte de Pontieu, et d'Alix de France, avec Simon de Dammartin est du mois de septembre 1208.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1092.

[7] *Les conventions arrêtées au mois de septembre 1208 entre Philippe Auguste et Philippe, comte de Namur, pour la garde de Jeanne et de Marguerite, filles de Baudouin, comte de Flandre et empereur de Constantinople, ont été publiées à la suite du* Catalogue des actes de Philippe Auguste, p. 514.

[8] *Raimond VI, comte de Toulouse, était cousin germain de Philippe Auguste, par sa mère, Constance, fille de Louis le Gros et femme de Raimond V.*

[9] *Jeanne, sœur de Jean sans Terre, mère de Raimond VII, comte de Toulouse.*

[10] *Pierre de Castelnau, moine de l'abbaye de Fontfroide, légat du Saint-Siège, assassiné le 15 janvier 1208.*

[11] *Le 25 mai 1208.*

[12] *Des deux fils du comte de Dreux, Robert et Pierre, le premier fut comte de Dreux après la mort de son père, en 1218; le second épousa l'héritière du duché de Bretagne.*

[13] *Trencavel, vicomte de Béziers, massacré en 1167 dans l'église de Béziers, consacrée à sainte Marie-Madeleine.*

[14] *22 juillet 1208.*

[15] *Raimond Roger, vicomte de Béziers, mort le 10 novembre 1209.*

Après cel fait, conquistrent il molt de chasteaus de la terre le roi de France à Symon, A le conte de Montfort, qui molt benignement en reçut le fais, et manda sa feme et ses enfans, et les fist venir en la terre, et puis sofri mainte paine et maint travail por le service Nostre Signor, et Nostre Sire fist maint bel miracle por lui.

En cel tans que cele os dont je voz ai davant dit conquist la terre d'Abigois, avoient cil de la sainte terre de Surie envoié en France por Johan, le conte de Briene, le frère al B conte Gautir qui ert ocis en Puille[1], por ce qu'il le voloient faire roi, et doner à feme la fille le marchis de Montferrat, qui drois oirs ert del règne de Jherusalem; et cil cuens Johans[2] i ala. Si fu receus à grant honor en la terre et prist la damoisele à feme, et puis fu rois de grant vaillance, et ot puis une fille[3] de sa feme.

Après ce que cil rois Johans fu coronés, avint que Rainaus, li cuens de Bologne, fu C meslés al roi de Franche, si qu'il le chaça de France, et Symon, son frère, od lui[4], qui sa nièce avoit à feme[5], et lor toli toutes lor terres, et cil s'enfuirent od lor femes al conte de Bar[6], lor cousin, qui les retint molt bonement.

En cel tans avoit la roine de Portingal[7], la feme al conte Phelippe, mandé en Espaigne un sien neveu, qui Ferrans ert apelés : fils ert al roi de Portingal, son frère, mais ce n'ert pas D li ainsnés. Et cil ert venus à lui, et ele fist tant al roi de Franche, qui les damoiseles de Flandres avoit en garde, par cinquante mil livres qu'ele li dona, et par grant avoir que cil de son conseil en orent autresi, que li rois dona à celui Ferrant l'ainsnée des damoiseles, qui Johane ert apelée. Si li fist espouser à Paris.

De cel mariage se corrouça molt Looys, li fils le roi, et ce parut bien. Car il s'en ala E tantost molt en haste vers Pontieu[8], où li dui fil le conte Robert de Drewes, od lor grant lignage, estoient alé sor le conte Guillaume por tors qu'il faisoit à Thomas de Saint Galeri, qui fille Robers, li ainsnés des frères, avoit à feme. Looys fist tantost pais de cele guerre, et puis le mena toz ensamble od lui sor Aire et sor Saint-Homer, que on tantost li rendi.

Et la roine de Portingal et li cuens Ferrans, ses niés, et la contesse Johane, qui molt F jouenes estoit, s'en revindrent en France, et lor covint soffrir cel afaire, come cels qui amender ne le porent.

Après ce, traist li rois de Franche la roine Engleborc, sa feme, de la tor d'Estampes, où il l'ot enserrée. Et fu puis molt bien de lui[9].

En[10] cel tans, avint une granz merveille al roi. Une matinée qu'il se gisoit en son lit sailli G il sus molt effreement, et esveilla ses chamberlens, et dist, oiant els, coment vint ce qu'il n'aloit en Engleterre.

Tantost manda ses conseilliers frère Garin, un hospitelir, qui trop ert sire de lui. Car trop ert sages et bien en parles[11], et se ert il de basses gens; cil frère Garins fu puis evesques de Senlis. Ensement manda li rois Henris le Mareschal, un petit chevalier, qui molt H ert bien de lui : car molt l'avoit bien servi en ses guerres; si li ot doné li rois Argentuen en Normendie[12]. Bertelmeu de Roie manda ensement li rois, un gras chevalier, qui molt ert bien de son conseil, et pluisors autres de ses conseillieres, et lor monstra que il voloit aler Engleterre conquerre. Lors fist envoier par tout as pors de mer, et fist retenir totes les nés

[1] *Gautier, comte de Brienne, mort à Sarno en Pouille, en 1205.*

[2] *Jean, comte de Brienne après la mort de son frère Gautier, devint roi de Jérusalem en 1209, épousa en 1210 Marie, fille de Conrad, marquis de Montferrat. De ce mariage naquit Isabelle de Brienne.*

[3] *Les mots* une fille *sont répétés dans le ms.*

[4] *Il doit y avoir quelque confusion dans ce qui est dit ici d'une expulsion de Renaud et de Simon de Dammartin et de la retraite de ces deux barons auprès de leur cousin le duc de Bar, vers l'année 1210. — Le compilateur des* Anciennes chroniques *s'est approprié ce passage; voy. l'édition de* Kervyn de Lettenhove, I, 106.

[5] *Simon de Dammartin avait en effet épousé une nièce de Philippe Auguste, Marie, fille de Guillaume, comte de Pontieu.*

[6] *Thibaud Ier.*

[7] *Thérèse, fille d'Alfonse Ier, roi de Portugal, laquelle s'était fait appeler la reine Mathilde après son mariage avec Philippe, comte de Flandre, fit venir de Portugal son neveu Ferrand, second fils du roi Sanche; de concert avec Philippe Auguste elle fit épouser audit Ferrand sa petite-nièce, Jeanne, fille aînée de Baudouin, comte de Flandre et empereur de Constantinople. Cette combinaison paraît avoir été préparée dès le mois de septembre 1208, comme on le voit par le traité qui fut conclu à cette date entre Philippe Auguste et Philippe, comte de Namur, oncle des héritières du comte de Flandre, traité dont le texte a été publié dans le* Catalogue des actes de Philippe Auguste, p. 515. — *Comparez* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 127.

[8] *Ce dut être vers la fin de l'année 1211 que le prince Louis se dirigea sur le Pontieu, avec les deux fils du comte de Dreux, Robert et Pierre, pour soutenir les droits de Thomas de Saint-Valeri, beau-père de Robert de Dreux. Le coup de main par lequel il s'empara d'Aire et de Saint-Omer a été mentionné dans la Chronique de Robert de Saint-Marien d'Auxerre, dans une Généalogie des comtes de Flandre et dans la Chronique de Saint-Bertin.* Recueil des historiens, t. XVIII, p. 281, 563, 564 et 603.

[9] *La réconciliation de Philippe Auguste avec Ingeburge est de l'année 1213.*

[10] *Ce qui suit, jusqu'au refus que le comte de Flandre fit de suivre Philippe Auguste en Angleterre* (p. 765, ligne 5), *se lit dans* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 120. — *Comparez les* Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 106.

[11] *La première syllabe de ce mot est figurée dans le manuscrit par un* p *dont la queue est coupée par un trait horizontal.*

[12] *Ce fut en juin 1204 que Philippe Auguste donna Argentan à Henri Clément, son maréchal.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 831.

A que on pot trover, et s'en fist faire des noeves à grant planté. Puis manda toz ses haus homes à parlement, et lor monstra son afaire, et lor requist qu'il alaissent en Engleterre od lui por le règne conquerre.

Tuit li otroièrent, fors Ferrans, li cuens de Flandres, qui ne volt aler se li rois ne li rendoit Saint Homer et Aire, ses deus chasteaus que Looys, ses fils, li avoit tolu. Li rois[1] respondi
B que Looys, ses fils, les avoit repris si come son hyretage; mais por la pais qu'il ot faite al conte Balduin par destrece, estoit il près qu'il li eschangast en France. Li cuens ne volt pas ce fere, par qoi li rois entra en grant ire, et l'en remist jor à Arches[2]. A cel jor à Arches vint li cuens, mais il ne fist nule rien al roi. Si li remist jor à Gravelinges sor la mer, et bien li dist que, se il là ne venoit aprestés de son servise faire, qu'il le deffioit d'iluec en avant.
C A cel tans avoit li rois un mariage fait de Pieron, le puis fil le conte Robert de Drewes, et de la fille[3] Guion de Thoart, le conte de Bretaigne, par qoi cil Pierres ert cuens de Bretaigne.

Li rois vint à Gravelinges[4], un port de mer en Flandres, od ses grans os, et si com il quida passer, si li fu li passages deffendus de par l'apostoile, por sa terre que li rois d'Engle-
D terre od reçue de l'Eglise à Rome. Li rois n'osa pas sor[5] ce passer; ains s'en ala sor le conte de Flandres[6], qui n'ert pas venus à sa somonse. Li rois od o lui des haus homes de Flandres que li cuens ot chaciés de sa terre : Johan de Neele, le chastelain de Bruges, et Soihier, le chastelain de Gant. Cil erent od lui en l'ost.

Si com li rois se parti de Gravelinges, fist il se navie, ki molt ert riche, aler dusques à
E Dam, un port de mer en Flandres près de Bruges. Et li rois vint od s'ost à Ypre, où li cuens vint à lui por merci crier; mais rien n'i esploita. Ains li commanda li rois qu'il feist cele nuit meisme son gré, ou, se ce non, vuidast la terre. Et li cuens s'en ala, ne revint pas al roi; et li roi prist la vile d'Ypre, et puis prist Bruges et Gant, dont il ot boens ostages.

A Gant vint encontre lui Henris, li dus de Lovaign, qui sa fille avoit à feme, celui que li
F cuens Phelippes de Namur, qui ja ert mors, avoit eue[7]. Si amena molt grant ost, et se loga outre la rivière de l'Escelt devers le Brabant. Là vindrent noveles al roi de France que li cuens de Flandres et li cuens de Boloigne et les gens le roi d'Engleterre avoient ses nés prises al Dam et arses[8], par qoi il s'en ala en grant haste cele part. Si avint que ses gens trovèrent les gens le conte de Flandres, et les gens le roi d'Engleterre s'i asamblèrent à els.
G Il[9] les desconfirent et pristrent XXII chevaliers des lor. Là furent pris entre Gautier de Formezeles et Johan, son frère, et Thomas Chieret et Gautiers d'Aines[10], uns bons chevaliers, et Ghiselins de Haveskerke, li frères Boidin, et Guillaume d'Ypre, uns riches hom[11], et Hues de la Bretaigne, qui Robers de Betune, qui cousins il ert, avoit fait novel chevalier, et autres chevaliers i ot pris tant que XXII en i ot par tuit.
H Li cuens de Flandres s'enfui en l'isle de Wancres[12], et li cuens de Boloigne od lui, qui là ert venus de par le roi d'Engleterre, à qui il ert alés come princes deshiretés. Et li rois de France fist totes ses nés ardoir[13], et puis se traist arière vers Gant, et s'en mena les ostages de Bruges[14], et quant il vint à Gant il prist ostages ensement de cels de la vile. Et puis s'en ala à L'Isle[15]; si le prist. Et de L'Isle s'en ala il à Douai, et le prist ensement, et i laissa sa gar-
I nison. A L'Isle[16] laissa il Looys, son fil, et Gautier de Chasteillon, le conte de Saint Pol, et Henri le Mareschal, et autres haus homes od lui, et il meismes s'en repaira en France od tote sa grant ost.

Quant[17] li rois s'en fu alés, et Looys ses fils fu demorrés à L'Isle, il ot conseil qu'il iroit ar-

[1] *Ce qui suit n'est pas dans l'*Histoire des ducs de Normandie. — *Les événements dont le récit commence à cet endroit se placent au printemps de l'année 1213.*

[2] Arques, près de Saint-Omer.

[3] *Le ms. porte :* de sa fille Guion. — *Pierre, second fils de Robert, comte de Dreux, épousa Alix, fille de Gui de Thouars, héritière du duché de Bretagne, dont il fit hommage à Philippe Auguste le 27 janvier 1213 (n. st.).* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1421.

[4] *Nous avons une charte de Philippe Auguste de l'année 1213 datée de Gravelines.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1452. — *Les incidents racontés dans ce paragraphe sont du mois de mai 1213. Voy. l'édition de Guillaume le Breton, de M. Fr. Delaborde,* t. I, p. 251.

[5] *Il y a dans le ms. :* n'osa par sor ce (force?).

[6] *Sur cette campagne de Philippe Auguste en Flandre, voy. les* Anciennes chroniques de Flandre, éd. Kervyn de Lettenhove, I, 107.

[7] *Au commencement d'avril 1213, Henri, duc de Lothier, s'était engagé à épouser Marie, fille de Philippe Auguste.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1438. — *Cette princesse était veuve de Philippe, comte de Namur.*

[8] *Les nefs du roi furent brûlées le 30 mai. Ce fut le surlendemain que Philippe Auguste arriva à Damme.* Histoire des ducs de Normandie, p. 130-135.

[9] *Voy. le passage correspondant de l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 133.

[10] Gautiers d'Anies *ou* d'Ainnes, *dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 133.

[11] *Les mots* li frères Boidin et Guillaume d'Ypre uns riches hom *manquent dans l'*Histoire, p. 133.

[12] *L'île de Walcheren, en Hollande.*

[13] *Au commencement de juin 1213.*

[14] *Sur les otages de Bruges et des autres villes flamandes, voy.* Catal. des actes de Phil. Aug., n[os] 1518 A-1521.

[15] *Philippe Auguste data du camp de Lille, au mois de juin 1213, une charte qu'il accordait aux bourgeois de Douai.* Catal. des actes de Phil. Aug., n° 1451.

[16] *Cette phrase est dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 137.

[17] *Ceci est à rapprocher d'un passage de l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 137. — *Sur la part que le prince Louis prit aux campagnes de Flandre en 1213 et 1214, voy.* Petit-Dutaillis, Étude sur Louis VIII, p. 42-44.

doir la vile de Cortrai; il si fist; mains ains i ot bon poigneis, où Daniels de Maskelines et A
Phelippes de La Gastine[1] furent pris. Si entra Looys à force en la vile et la destruist. Et puis
s'en repaira à L'Isle; més, se il fust auques demorrés, il eust eue la bataille al conte Ferrant,
qui jà ravoit et Bruges et Gant, et s'en venoit cele part à force por garantir Cortrai, dont il
avoit noveles oïes que on la devoit venir ardoir; mais ains que il i venist, od Looys tot fait
et s'estoit trais arière. Et li cuens Ferrans s'en ala à Ypre, qui tantost li fu rendue, et il la B
fist fermer molt durement.

Si com Looys fu revenus à L'Isle, et il ot arse la vile de Cortrai, il n'i demorra pas grant-
ment, ains s'en parti, et s'en ala en France après son père, et enmena le conte de Saint-Pol
et Henri le Mareschal et ses françois; et de ses gens d'Artois laissa il II^c chevaliers en gar-
nison en la vile. C

Si com Looys se fu partis de L'Isle et ralés en France, li cuens Ferrans vint aseoir Erkin-
ghien[2], une forte maison sor l'ewe de la Lis, où li rois ot garnison mise; mais rien n'i
esploita li cuens; et si fist bien XV jors devant. Et quant il se parti d'iluec, il vint passer la
rivière de la Lis de Warnestoen[3], un chastel l'avoé de Betune, et vint à L'Isle. Si l'asist et fu
quatre jors devant à poi de conquest; et quant il vit qu'il rien n'i feroit, il s'emparti, et cil D
de la vile issirent fors des portes à son deslogier, et asamblèrent à ses gens, et pristrent Alard
de Borgele[4] es rues del forborch et l'enmenèrent en la vile en prison, où il rentrèrent à
grant joie. Et sachiés qu'il se loèrent molt des borgois de la vile, qui adès faisoient trop boen
samblant d'els aidier.

Li rois[5], quant il sot les noveles que li cuens Ferrans ot sis devant L'Isle et que ses gens i E
orent si bien esploitié, molt fu liés et molt sot boen gré as borgois de la vile del boen
samblant qu'il orent fait à ses gens d'els aidier. Sor la fiance de lor bel samblant, en osta il
tote sa garnison, et laissa la vile en la garde des borgois meismes, fors tant que il mist gent
en une forterece que on apeloit Dereignau[6], qui en tel manière joignoit à la forterece de
la vile que ou la parant pooit issir et entrer en la vile; mais puis se repenti li rois de cele F
chose. Car ausi tost com li cuens Ferrans revint devant la vile, puis que garnisons s'en fu
alée, li rendirent li borgois, et il asist les gens le roi dedens la forterece de [De]reingnau.

Molt[7] fu iriés li rois de cele traïson que li borgois de L'Isle orent faite vers lui. Il s'asambla
vers lui tantost ses os, et rentra en Flandres et dessega ses gens qui en Dereignau estoient:
quar li cuens Ferrans ne l'osa pas atendre. Et li rois vint à L'Isle. Si fist toute la vile ardoir, G
et les maisons la roine[8] ensement, et puis fist abatre la forterece de Reignau, et celui d'Er-
kingheem et celi de Cassel, qu'il toutes trois faisoit garder et dont s'en retorna il vers Paris
od toute s'ost.

Devant le quaresme[9], après cele destruction, rala Looys, li fils le roi, ardoir Bailluel en
Flandres[10], où li fus souspris si lui et ses gens qu'il quidièrent estre toz ars. Car la presse i H
estoit grans, que de ses gens que del charoi, et il estoit nuis, et li fus l'apressoit. Si voz di
bien qu'il n'i ot si hardi, ne fil de roi ne autrui, qui n'eust paor de soi et qui molt ne fust
liés quant il vint as chans.

Mais devant cel arsin ot Looys arse une vile en Flandres que on apeloit Estanfort[11], et molt
de la terre la roine de Portingal[12], l'antain le conte Ferrant, qui lors estoit alés en Engleterre I
por faire son homage al roi Johan et por parconfremer s'emprise[13]. En cel point que la vile
de Stamfort ardoit, dist frère Garins, qui lors estoit od Looys, une parole dont il fu molt ris.
Il apela les chevaliers et lor dist: « Seignor, or oés! Gardès si voz onques veistes nul estan-
fort miels taint en graine de cestui. » Et ce disoit il por la roge flambe qui en issoit. Cele
parole li tornèrent maint preudome à mal; car ele n'aferroit pas à dire à home de religion. J

Quant Looys ot ars Bailluel en Flandres, où il ot tel paor del feu, il ala puis ardoir Cassel
sor le Mont, et assés maisons as vavasors del païs, et puis s'en repaira en Franche.

[1] *Sur ces deux seigneurs, voy.* Catal. des actes de Phil. Aug., n°s 1588, 1589 et 1594.

[2] *La tentative du comte Ferrand pour s'emparer d'Erquinghem-Lys* (Nord, c^on Armentières) *et de Lille est rapportée dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 138.

[3] Warneton sur la Lys, Nord, c^on Quesnoy-sur-Deûle.

[4] Boisars de Bourghiele, *dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 138. — Alard de Bourgelles *doit être le véritable nom de ce chevalier; voy.* Catal. des actes de Phil. Aug., n°s 1718-1725.

[5] *Comparez l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 139.

[6] *Ici ce nom est écrit* de Reignau, *en deux mots, dans le ms. Un peu plus loin nous trouverons* qui en Dereignau estoient. *L'*Histoire des ducs de Normandie, p. 139, *porte* Deregnau, *ce qui est d'accord avec le texte de la Philippide* (l. IX, vers 592): in vico nomine Darnel. *Une place de Lille s'appelle ou du moins s'appelait, il y a quelques années,* la place des Reigneaux.

[7] *Comparez* Histoire des ducs de Normandie, p. 139.

[8] *Mathilde, comtesse de Flandre.*

[9] *Avant le 13 février 1214.*

[10] *L'incendie de Bailleul* (Nord, arr. Hazebrouck) *est mentionné dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 141.

[11] Steenvoorde, Nord, arr. Hazebrouck. *Voy.* Histoire des ducs de Normandie, p. 141.

[12] *Mathilde, comtesse de Flandre.*

[13] *L'entrevue de Ferrand, comte de Flandre, et du roi d'Angleterre doit se placer au commencement du mois de janvier 1214. Suivant l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 140, *elle eut lieu à Cantorbéry, et ce fut le 8, le 9 et le 10 janvier 1214 que Jean sans Terre séjourna dans cette ville.*

A Entre tandis repaira li cuens Ferrans d'Engleterre et guerroia molt durement la terre
Looys en son repairir. Ses gens chevaucièrent une fois devant Saint Homer à force[1] et se
repairièrent par la terre le conte de Ghisnes, dont il arstrent une partie. Ce fu en un quaresme[2].

Et en après, quant la pasque fu passée[3], rala li cuens Ferrans meismes de rechief ardoir
B et destruire la terre le conte de Ghisnes. Et Robers de Betune, li fils l'avoé Guillaume, qui
lors estoit en l'ost le conte Ferrant prist Beatris, la contesse de Ghisnes, qui cousins germains
il ert, el chastel à Ghisnes, où li cuens Ernols, ses maris, l'ot enprisonée; si l'enporta en
Flandres à garant. A celui Robert vindrent en cel point noveles de son père, qui estoit
mors[4].

C D'iluec repaira li cuens en Flandres. Mais, devant ce, ot il abatu un chastel le conte de
Ghisnes que on apeloit Bruenehem[5], qui seoit en la chastelrie de Borborc.

L'avoeresse de Bietune, qui Mahaus ert apelée, la feme l'avoé Guillaume[6], remest à Betune
quant ses sires fu mors; s'envoia ses messagiers à Looys, le fil le roi, qui lors avoit saisi le
chastel de Betune. Si ot tant d'aies en la cort que Looys li rendi toute la terre, fors le
D maistre chastel, et bien volt qu'ele en tenist la baillie dusq'à tant c'on seust les voires noveles
de Daniel, son ainsné fil, qui drois oirs ert de la terre, qui s'en ert alés devant la gerre en
Constantinoble et en la terre de Surie. Cele dame maintient puis si bien la terre et si loiaument se prova que li viscuens de Meleun, qui la terre d'Artois gardoit de par Looys le fil le
roi, li rendi le maistre chastel et le laissa estre dame de tot[7].

E Li cuens Ferrans, après ce qu'il ot destruite la terre le conte de Ghisnes, refist puis une
autre chevaucie molt cointe : car il arst à trois liewes près d'Arras une vile que on apele
Souches[8], et puis ala gesir devant Lens[9], et landemain ala ardoir la maison le chastelain de
Gant à Housdaign[10], et toute la vile autresi. Et d'iluec ala aseoir le chastel d'Aire[11], où il fist
tant que li rois l'en osta, qui cele part s'en vint od toute ses os, quant il en ot les noveles
F oïes. Et li cuens se traist arière, qui pas ne l'osa atendre[12].

En cel meisme esté dont je voz ai dit, passa li rois d'Engleterre mer[13] et arriva en Poitou,
et ot molt grant ost, que de cels qu'il amena, que de cels qu'il trova en Poitou. Il chevauça
à force devant la cité de Nantes, où il prist Robert, le cousin germain le roi de France[14];
puis ala asseoir un chastel c'on apeloit la Roche as Moines, et i fist drechier ses engiens.
G Loois, li fils le roi de France, qui lors estoit à Chinon, quant il sot les noveles de cel siège,
par le conseil Henri le Mareschal, chevauça molt hardiement vers le roi d'Engleterre, et le fist
del siège molt vilainement[15], et i gaigna à grant plenté de ses paveillons et de ses autres
choses. Et sachiés que ce fu une chose dont ses pères fu molt liés, et dont il li sot molt boen
gré, et toz cels ki li loèrent.

H En[16] cel tans meisme revint Othe l'empereor de Rome enl'aie le conte Ferrant, por l'amor
de son oncle le roi d'Engleterre; et quant li rois de France sot noveles de sa venue, il ne
fist pas samblant de pereceus, ains manda ses haus homes, et assambla molt grant ost, et
chevauça vers l'empereor qui à Valencienes estoit, et li cuens Ferrans od lui, et Henris, li
dus de Louvaign, et Galerans, li dus de Lemborch, et Rainaus de Dantmartin, li cuens de
I Bologne; et si iert uns cuens d'Alemaigne que on apeloit le conte Velu[17], et si iert li cuens
de Rekeneborc[18], uns moult boens chevaliers, en qui l'emperere od grant fiance.

[1] *Comparez* Histoire des ducs de Normandie, p. 141.

[2] *Du 12 février au 29 mars 1214.*

[3] *Après le 30 mars 1214.*

[4] *Voy.* Histoire des ducs de Normandie, p. 142.

[5] Bonehem, *dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 141, *où il n'est pas dit que ce château dépendait de la châtellenie de Bourbourg. Il s'agit sans doute de* Booneghem, Nord, c^on^ Wormhoudt, c^ne^ Lederzeele.

[6] *Mathilde de Tenremonde, qui avait le bail de son fils Daniel. Voy. plus haut, p. 756 1.*

[7] *Voy. l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 142.

[8] *Le ms. porte* Soriches. *La véritable forme est donnée par les manuscrits de l'*Histoire des ducs de Normandie : Soucies, Souchie. *Aujourd'hui* Souchez, Pas-de-Calais, c^on^ Vimy.

[9] Lens, Pas-de-Calais, arr. Béthune.

[10] Houdain, Pas-de-Calais, arr. Béthune. — *Le châtelain de Gand est appelé* Sohier *dans l'*Histoire des ducs de Normandie.

[11] Aire-sur-la-Lys, Pas-de-Calais, arr. Saint-Omer.

[12] *L'équivalent de ce paragraphe se trouve dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 142.

[13] *Jean sans Terre était débarqué à La Rochelle le 15 février 1214.*

[14] *Robert de Dreux; voy. l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 143. — *Cette campagne, dont le récit se trouve aussi dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 143 et 144, *doit se placer au mois de juin 1214. L'itinéraire de Jean sans Terre, tel que l'a dressé Thomas Duffus Hardy, peut aider à suivre la marche de l'armée anglaise :*

Mai. 25-28. Partenay. — 29. Chiché.

Juin. 2-4. Spina. — 5, 6. Pilem. — 7. Chezelles. — 10. Spina. — 11. Spina. Ancenis. — 12. Ancenis. Rochefort. Saint-Florent. — 14. Blaison. — 15. Blaison. Ancenis. — 17, 18. Angers. — 19-30. Roche-aux-Moines.

Juillet. 1, 2. Roche-aux-Moines. — 4. Saint-Maixent. — 5. Podang. — 7, 8. Mauzé. — 9-11. La Rochelle.

[15] *Ici le copiste paraît avoir omis un mot tel que* retraire.

[16] *Le compilateur des* Anciennes chroniques de Flandre, éd. de M. Kervyn de Lettenhove, I, 116 et suiv., *a copié la meilleure partie de cette relation de la bataille de Bouvines, qui a déjà été publiée dans les* Notices et extraits des manuscrits, t. XXXIV, part. I, p. 385 *et suiv.*

[17] *Le Raugrave, qui est ainsi désigné dans la Philippide* (l. X, v. 409) : comitem quem Theutonici dixere Pilosum. *Voy. la note de François Delaborde sur ce vers.*

[18] *Othon de Tekeneburg.*

Et si ièrent venu od l'empereor dui autre haut home qui molt erent de grant pris, dont A
li uns ot à non Bernars d'Ostemale, et li autres Conras de Tremoigne. Li cuens Guillaume
Longe espée, qui cuens ert de Salesbieres et frères le roi d'Engleterre, et ert venus de par
son frère, et Jehans li fils Hue, et Hue de Bove ièrent venu od lui et maint autre chevalier.

Li Flamenc ièrent venu molt efforciement, et totes les comugnes de Flandres. Galerans
de Lemborch, li fils le duc qui la contesse de Lusseborc avoit espousée, venoit à eaus, od B
bien VII^c chevaliers; mais li rois de France, qui n'ert pas chiverc, envoia par engien frère
Garin à els à Valencienes, qui prist triewes à els XV jors, et parlement à Haimon Chaisnoi,
puis passa outre et fist tant par deniers à Galeran qu'il l'en fist retorner et faillir d'aie l'em-
pereor et les Flamens.

Tel sont li non des haus homes qui od le roi de Franche alèrent à cele bataille : Oedes, C
li dus de Borgoigne; Heinris, li cuens de Bar; Henris, li cuens de Grañtpré; Johans, li cuens
de Beaumont; Gauchiers de Chastellon, li cuens de Saint Pol; Guillaumes, li cuens de
Pontiu; Ernols, li cuens de Ghisnes; Raols, li cuens de Soissons; Mahieus de Montmorenci;
Guillaumes des Bares; Engourans de Couchi, et si doi frère, Thumas et Robert, et maint
autre haut home, dont je n'en voeil pas les nons nomer, car trop i auroit paine. D

À Tornai, sa cité, vint li rois de France, et l'emperere et cil de là vindrent, d'autre part,
à Mortaigne, un chastel Everard Radol, le chastelain de Tornai, qu'il tenoit del conte Fer-
rant. Et quant li rois de France sot les noveles qu'il erent si près de lui, il ot doute; car il
n'avoit que trois lieues de Tornai dusq' à Mortaigne. Lors manda ses haus homes, et trova
à son conseil qu'il s'en iroit landemain vers Franche. E

Quant ce vint landemain, li rois fist totes ses gens armer et ses eschieles ordener. Si s'en
issi de Tornai et s'en ala le chemin de L'Isle od s'ost tot ordenéement. Mais ce fu si grant
aleure que tuit cil qui le virent tesmoignièrent bien que onques mais si grans os armé si
grant aleure ne chevauça. Et quant ce sot l'emperere, et li cuens Ferrans, et lor gent qui à
Mortaigne estoient, il que fistrent? Il montèrent tuit armé et alèrent après li à defroi, com F
se il corrussent por proie rescorre; et atainstrent le duc de Borgoigne et les Champenois,
qui l'arière garde faisoient, à un boschel à deus liewes près de Tornai, et les apressèrent
tant que cil de l'arière garde s'arestèrent et tornèrent les visages devers els, et envoièrent lor
arbalestiers traire à els por lor gent metre arière. Ensi fistrent li Flamenc cel jor V fois l'arière
garde arester et torner devers els, tant que li dus de Borgoigne manda al roi qu'il chevauçast G
belement; car on les apressoit molt.

À un monstier que on apele Bovines près de Cisoign, où la roine mest jadis, vint frère
Garins al roi; si le trova descendu, où il s'estoit disnés de pain et de vin. Si li dist : « Que
faites vos? — Bien, dist li rois, chi me sui disnés. — C'est boen, dist frère Garins; or vos
armés; car cil de là ne voelent en nule fin la bataille metre en respit dusq' à demain, ains H
l'aurés ja. Car véés les chi à meisme de nous. »

Il estoit diemenches, et por ce vousist li rois molt volentiers que la bataille eust esté mise
en respit jusqu'à landemain, por l'onor del boen jor; mais quant il vit qu'il autrement ne
pooit estre, il s'arma, et puis entra el monstier et fist ses orisons, et ot molt tost oré. Puis
monta sor son cheval et ne sambla pas effréés; car il devisa et ordena molt sagement et I
molt seurement son afaire et non esbaiement, et fist crier que tuit, et chevalier et autre, ra-
laissent à lor batailles. Et sachiés que grant partie de l'ost estoit ja passée un pont qui là
estoit fais sor une petite rivière, et ot ja pluisors paveillons tendus outre le pont en une
prairie où li rois ot empensé à herbergier.

Si come li rois ot ses eschieles ordenées, et eles chevauçoient de front, molt i poissiés J
veoir bele gent et plenté de riches armes et de beles banières, et d'autre part autresi. Mais
sachiés qu'il ne se venoient pas si bien ni si ordenéement com li François aloient vers els,
et ce lor parut.

Si com les os s'estoient tant entreprochiés qu'eles s'entreveoient de plain, longement
s'arestèrent d'une part et d'autre, et atierèrent lor afaires. Tant que li rois manda à une K
bataille de sergans à cheval, qui portoient tot penonceaus en lor glaives, qu'il alaissent asam-
bler, et il si fistrent. Si corrurent sus as Flamens et fistrent molt bone alée.

Ernols, li chastelains de Raisse, qui devers les Flamens estoit, ains qu'il i eust rien fait
dont on parler deust, laissa corre entre II rains, et corrut sore les arbalestiers, et les mist à
la voie, et en porta un à terre, et corrut outre dusqu'as chevaliers, et porta en son venir L
molt roidement à terre un bacheler que on apeloit Michiel d'Auchi, et passa outre, et
revint sains et saus à ses gens; par qoi il fu molt proisiés.

Lors corrut li cuens de Flandres as Champenois, et li Champenois à lui, et ot trop bone
meslée entre aus. Mais li Champenois furent mis arière.

Lors corrut li viscuens de Meleun, en qui bataille se tenoient li quens de Pontieu et li M

A cuens de Ghisnes et tot cil del fief Looys, le fil le roi, qui manoient entre Some et la Lis. Cele bataille fist arester la chace, et i ot lors si boen estor que li preudome qui là furent tesmoignièrent qu'il onques mais n'avoient veu si boen tornoiement com la bataille fu une pièce.

Bauduins de Praet, uns riches hom de Flandres, porta Huon de Malaunoi, qui molt ert
B bons chevaliers, od le cheval à terre, en mi l'estor, à une pointe qu'il fist à lui.

Lors corurent les routes d'une part et d'autre sans atargier, et s'entr'asamblèrent, et les trompes le roi sonèrent; car il meismes vint à l'estor, si fondi ses chevaux desous lui, mais tost fu relevés. Cel jor porta son ensaigne Gales de Monteigni, uns cevaliers de Vermendois, qui molt bien la porta.

C Gauchiers de Chasteillon, li cuens de Saint Pol, corrut tot outre la bataille et la desrompi molt malement. Et quant ce vit Henris, li dus de Louvaign, qui encor n'ert asamblés, il se mist à la fuie et commencha la desconfiture.

Lors fu pris li cuens Ferrans, et li Flamenc commencièrent à formier, et se commencièrent à metre à la voie li uns après l'autre. Qui lors veist les preudomes de France aler par
D cele bataille et metre les Flamens et les gens l'empereor à mal, bien li peust membrer de gentils barons.

Mahius de Montmorenci tenoit un faussart en sa main et seoit sor un grant cheval. Qui lors le veist com il corroit par mi cel estor, et com il s'en aloit bruiant, et com il portoit chevaliers à terre et metoit lor gent à mal, por nient ramenteust nul meillor chevalier.

E Oedes, li dus de Borgoigne, qui la cote à armer Guillaume des Barres le boen chevalier avoit vestie, mais il portoit son meisme escu. Sachiés qu'il i fist tant d'armes qu'il en fu parlé en bien dusqu'en la terre de Surie. Il se regarda d'une part, et vit Ernol d'Audenarde, uns des plus haus homes de Flandres et un des meillors chevaliers, tos fust il petis, où il estoit arestés devant les sergans. Si li corut seure. Et quant Ernols le vit venir, il dist à ses gens :
F « Seignor, véés ci Guillaume des Bares, lor boen chevalier, où il vint sor noz. Tornons lui les chies des chevaux, car s'il nos prent al travers, il nos metra ja trop à mal. » Et ce disoit il por ce qu'il quidoit del duc que ce fust Guillaumes de[s] Bares, por sa cote à armer qu'il portoit. A ces mos, lor vint li dus, et Ernols l'atendi bien et hardiement. Si com il tenoient meslée entr'els, li dus s'abaissa et li volt son cheval esboeler, mais Ernols tint un coutel en sa main,
G et visa le duc à ferir en l'oeillière del hiaume; mais li dus s'abaissa et guenchi le cop, et puis se mist à la voie. Et quant Ernols l'en vit aler, il dist à un sien escuier que on apeloit Estoutin : « Diex aie ! » Dist Estoutins : « Encore nos porroit bien Diex aidier, puisque lor bons chevaliers s'en vet et nos guerpist place. » Mais ce n'estoit pas cil que il quidoit. Ains ert cil en mi l'estor, où il faisoit ce qu'il savoit bien faire. Che estoient beles proeces et parans.

H Que voz en diroie je plus? Totes furent desbaretées les gens l'empereor et les gens le conte Ferrant. Li cuens Ferrans meismes fu pris, si com je voz ai devant dit, od grant plenté des haus homes de sa terre. Il fu pris Hellins de Waverin, li seneschaus de Flandres, qui assés noveaus chevaliers estoit. Si furent pris li troi fil Rasson de Gaure, le boteillier de Flandres, Rasse, li ainsnés, qui molt ert preudom de son aage, et si dui frère Ernols et Phelippes. Si
I fu pris Girars de Grinberghes, qui molt ert preudom autresi. Si furent pris autresi Gauters de Ghistele et Phelippes de Maulenghien, qui molt valoient; et Pierre del Maisnil, uns jouenes hom, li fils le boen Pieron del Maisnil, qui tant fu preudom et sages. Robiers de Betune fu pris; mais il fist tant à un chevalier que on apeloit Flamenc de Crespelaines, que cil le delivra et mist à salveté.

J Des gens[1] le roi d'Engleterre furent pris Guillaume Longe Espée, li cuens de Salesbieres, frère al roi d'Engleterre.

Si fu pris Rainaus de Dantmartin, li cuens de Beloigne, et pluisor autre chevalier od ces deus contes.

Des gens l'empereor fu pris li cuens Velus[2] et Bernars d'Ostemale, uns très boens chevaliers,
K et Conras de Tremoigne, qui molt revaloit, et pluisor autre.

Ernols d'Audenarde, qui flamens estoit, fu ensement pris; mais li rois l'ostega tantost al conte de Soissons, qui cousins il estoit, et à Rogier de Rossoi, qui fille il avoit. Par qoi li dus de Borgoigne dist al roi, le soir : « Voz avés droit qui l'ostegiés; car voz eussiés deus cens chevaliers plus en vostre prison que voz n'aiés se il ne fust. » Et li rois respondi al duc : « Par la
L lance saint Jaque, dus de Borgoigne, ce croi je bien; mais il n'ama onques la guerre, et toz jors l'a desloée à son seignor, ne onques n'en volt faire homage al roi d'Engleterre quant li autre le fistrent; et se il m'a fait damage par son seignor loiaument servir, de ce ne li sai je nul mal gré. » Icest honor dist li rois à Ernol d'Audenarde.

[1] *Le ms. porte* Les gens. — [2] *Voyez*, p. 767, note 17.

Que voz en diroie je plus? Tant i ot pris d'uns et d'autres, de barons, de bachelers, de A
sergans, que ce ne fu se merveille non. Près furent chacié de deus loées de terre. L'empere[re]
s'enfui vers Valencienes, et jut la nuit à l'abeie de Saint Sage[1], et li autre s'enfuirent çà et
là, si com il porent, com gent molt desbaretées.

Et li rois s'en repaira en France od tote s'ost et od ses prisoniers, et mist le conte de Bo-
loigne en la tor à Pierone en prison, et les autres mena à Paris. Si mist le conte Ferrant en B
prison en la tor de Lovre; et Ustace del Roes od lui, un haut home de Hainau, que on tenoit
à molt haut home et à molt faintisme. Et des autres mist il la plus grans partie en prison
en chastelet sor Grand Pont, et une partie en chastelet sor Petit Pont; ilueques les tint lonc
tans, et ot puis grant raençon des pluisors, et au quant li eschapèrent si com vous orrés.

Mais puis ne fu qui guerre li osast movoir; ains vesqui puis en grant pais, et tote la terre C
fu en grant pais grant pièce, fors de ses baillius, qui molt faisoient de tors, et li baillius
son fil assés plus, de tant de terre com il ot à tenir; et ce fu par un sien sergant que on
apeloit Nevelon, qui baillius estoit d'Arras, qui en tel servage mist tote la terre de Flandres,
qui en la partie Looys estoit escheue, que tot cil ki en ooient parler s'en esmerveilloient
coment il le pooient souffrir ne endurer. D

Cele bataille de Bovines fu faite par un diemenche[2], el mois de julie, en l'an de l'incarna-
tion mil ans et deus cens et quatorse.

Après cele bataille de Bovines, dont je voz ai conté, mut une descorde en Engleterre entre
le roi Johan et ses barons, ki torna à grant mal. De premiers orent li baron la force vers le
roi, et le chacièrent fors de la terre, si qu'il se mist en mer et vint dusq'à Doivre[3], et d'iluec E
en droit mut il puis à force et ala aseoir le chastel de Rovecestre[4] : car grans gens vindrent
à lui de Flandres et de Brabant et d'autres terres en soudées, qu'il manda, par qui force il
prist le chastel de Rovecestre, et chevauça par Engleterre de force, et i fist molt de ses
volentés.

Mais en cel point que ces estranges gens vindrent à lui, reçut il grant damage de Hue de F
Bove, ki de la terre le roi de France estoit banis et qui molt bien l'avoit servi, qui nés brisa
par une tempeste à un banc de fors Donewis. Si fu noiés Hue de Bove, et tuit cil qui od lui
furent[5].

A cel jor meisme et en cel meisme contor repareilla une nés chargie de chevaliers de
Flandres, où Gautiers de Sotinghien, uns jouenes hom, et un sien frère germains od lui, ki G
Balduins ert apelés et ki encore ert enfes, et uns siens autres frères de par sa mère, c'on ape-
loit Everart Radolf[6], qui frère germains ert Ernol d'Oudenarde; et od ces trois frères
noièrent autre chevalier pluisor, dont grans damages fu à lor amis, et dont li rois Johans fu
molt iriés.

Quant li baron d'Engleterre virent qu'il n'auroient nul pooir vers le roi, il se mistrent de- H
dens la cité de Londres, et pristrent conseil entr'els et trovèrent à lor conseil qu'il envoie-
roient en France à Looys, le fil le roi Phelippe, et li manderoient que, s'il voloit venir à els,
il le recevroient al roi, et li mettroient le règne en sa main se il venoit jus sa chape trossée[7]:
car li rois Johans avoit tant fait qu'il n'i avoit mais nul droit, ne si oir autresi, et forjugiés en
estoit par sa deserte. Dui conte alèrent en cel message, cil de Herefort[8] et cil de Wincestre, I
que on apeloit Sohier de Quinchi. Et quant Looys ot lor parole oïe, il s'en conseilla à ses
conseilliers et as conseilliers son père, qui bien le loèrent la chose à entreprendre. Ses pères
faisoit samblant en apert qu'il ne s'en voloit mesler, por la triewe qu'il avoit donée, mais à
privé quidoit on bien qu'il meist son conseil.

Molt cortement après la venue des deus contes vint Looys dusques à Calais, et envoia par J
le conseil as deus contes VII^{xx} chevaliers en Engleterre por aidier as barons qui à Londres
estoient lor afaire à maintenir. Et il meismes ot en covent qu'il meismes i passeroit à la Pasque
après sans faille. En cel estoire de ces VII^{xx} chevaliers ala Guillaume, li chastelain de Saint
Homer, et Giles, li chastelains de Beaumès, et Hue, li chastelains d'Arras, et li fils Ustace
de Noevile, le boen preudome, c'on apeloit ensement Ustace, et Guillaumes de Douve[9], qui K

[1] *L'Abbaye de Saint-Sauve.*

[2] *La bataille de Bouvines fut livrée le 27 juillet 1214; le souvenir en a été consigné dans les termes suivants sur un feuillet du calendrier de Psautier de la reine Ingeburge :* Sexto kalendas augusti, anno Domini M°CC° quarto decimo, veinqui Phelippe, li rois de France, en bataille, le roi Othon et le conte de Flandres et le conte de Boloigne et plusors autres barons.

[3] *Le roi séjourna à Douvre du 1er au 19 septembre 1215.*

[4] *Les actes du roi Jean sont datés de Rochester à partir du 13 octobre 1215.*

[5] *Le naufrage de Hugues de Boves et de Gautier de Sotteghem arriva le 26 septembre 1215.* Histoire des ducs de Normandie, p. 155. *Ce naufrage eut lieu sur la côte de Dunwich* (Suffolk).

[6] Évrars Radous, *dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 154.

[7] *La même expression se trouve dans l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 160 : S'il voloit venir en Engletierre sa cape toursée.

[8] *Henri de Bohon, comte de Hereford.*

[9] Guill. de Wimes *ou* de Dewime *suivant les mss de l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 161. — *Voyez, un peu plus loin,* p. 773 A.

A molt ert vaillans chevaliers, et Anseaus, ses frère, et Hue Tacons d'Aubeigni, qui ert I des barons de Flandres, et tant des autres que VII^xx en i ot.

Looys envoia od ces Flamens Bauduin Bretel et Gilon de Meleun et Guillaume Pié de Rat, de Beaumont, un petit chevalier, qui mareschaus fu de cele estoire. Cil estoires arriva à un port en Engleterre c'on apele Orewiele[1], et d'iluec en alèrent à Londres, où on fist grant B feste d'els. Ce fu devant un yver que cil estoires arriva[2].

Et, tost après son arrivement, prist li rois Johans le chastel de Rovecestre, et puis ala prendre ses tenses en Engleterre, et ala à force en Loonois destruire la terre le roi d'Escoce que on apeloit Alixandre, et qui encore ert enfes[3]. Cis Alexandres fu fils al boen roi Guillaume[4].

C En cel meisme yver[5], en après Saint Andrieu, renvoia Looys VI^xx chevaliers après les autres VII^xx, ki les voiles levées alèrent dusq'al pont de Londres par Thamise. Et cil XIII^xx chevaliers furent tuit l'iver à Londres à grant meschief, car vins lor failli. Si lor convint contre lor norreture boivre de la servoise, qui molt lor greva, et molt lor covint finer à grant durté, car molt furent povre; mais non porquant molt menèrent bone vie et se contindrent noblement, D comme cil qui grant gerredon quidièrent avoir en la fin de lor boen service, et il l'orent molt povre. Car cil de sa terre qui miels le servirent en cele guerre, ce furent cil qui il plus honist en la fin.

En[6] cel meisme iver ravint grant mesaventure à Londres de Joifroi de Mandervile, uns des plus haus homes d'Engleterre, que Guillaumes Acroce meure, uns bachelers de France, E ocist par mescheance à bohorder. Mais onques faidis n'en fu, et si fu grans doels de sa mort.

El novel tans puis cest afaire, après Pascor, vint Looys à Calais od molt grant gent, et entra en le mer landemain de l'Ascention[7], et le samedi[8] arriva en l'isle de Thanet, droit encontre Sanwis, où li rois Johans estoit od tote s'ost[9]. Mais quant les gens Looys furent totes arrivées, et il fist samblant de passer, li rois Johans ne l'osa pas atendre. Ains s'enfui parmi F les Vaus dusqu'à Wincestre[10], et laissa grans garnison el chastel de Dovre, et Looys prist la vile de Sanswis et totes les nés le roi, où grans avoirs fu gaaigniés, et puis s'en vint à Cantorbire od tote s'ost, et renvoia tuit son estoire des nés arière en Flandres et en Bolenois, et les nés gaaigniés ensement.

Droit al jor de la Pentecoste[11] asist Looys le chastel de Rovecestre, et landemain li fu G rendus. Et à cel siège de Rovecestre vindrent à lui si chevalier qui avoient à Londres sejorné l'iver, et li baron d'Engleterre ensement, dont il reçut les homages; puis s'en ala à Londres, et si fu receus le joedi en la Pentecoste[12] à procession en l'eglise Saint Pol des chanoines, que Gales, uns legas de Rome, avoit escumeniés de par l'apostoile, por ce qu'il chantoient sor son deffois : car Looys et tuit cil qui li aidoient cele guerre à maintenir erent escumenié H de par l'apostoile, por le roi Johan, qui ses terres d'Engleterre et d'Irlande od receues de l'eglise de Rome, sor qoi Looys et li sien entreprendoient, ce li sambloit.

Tote cele semaine et le jor de la Trinité[13] ensement fu Looys a Lamée[14], une maison l'archevesque de Cantorbire, qui siet encontre la sale de Waismonstier, d'autre part de l'ewe de Thamise. Et endementres envoia ses chevaliers qui avoient sejorné à Londres, que on por ce I apeloit Londrois, en Norfac, ki li conquistrent Donois et Norwis et Lane[15] et molt d'autres chastels en ces parties là. Et il meismes s'en ala landemain de la Trinité[16] vers Wincestre, où il quida le roi Johan trover od tote s'ost, qui molt ert grans. Car il i ot plenté des barons d'Engleterre, et cil de la terre son père et de la soie i èrent venu molt efforciement. Cerviels[17], li cuens de Nevers, i ert od cent chevaliers. Engorrans de Couchi et si dui frère, J Thomas et Robers, le servirent ensement en cele guerre à cinquante chevaliers; Robers de Dreues, à XXX chevaliers; Estevenes de Sansoerre, à XII chevaliers; Johans de Montmiral, à XX chevaliers; Johans, li cuens de Rossi[18], à X chevaliers; li viscuens de Toraine[19], à XIIII chevaliers; Guillekins, li cuens de Hollande, à XXXVI chevaliers; Guichars de Belgieu, à X chevaliers; Ernols, li cuens de Ghisnes, à XV chevaliers; Daniels, li avoés de Betune, à XV cheva-

[1] Orewele, *dans* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 161.

[2] *Avant l'hiver de 1215-1216.*

[3] *Le roi Jean était sur la frontière de l'Écosse au mois de janvier 1216.*

[4] *Alexandre II, roi d'Écosse, avait succédé à son père Guillaume, le 6 décembre 1214.*

[5] *Décembre 1215.*

[6] *Comparez* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 164.

[7] *20 mai 1216.*

[8] *21 mai 1216.* — L'île de Thanet (Kent).

[9] *Le roi Jean avait séjourné à Sandwich le 15 et le 18 mai 1216. Le 21, il était à Cantorbéry.*

[10] Vaus, région du Sud-Ouest de Kent. *Le roi arriva à Winchester* (Hampshire) *le 28 mai 1216.*

[11] *29 mai 1216.* — Rochester (Kent).

[12] *2 juin 1216.*

[13] *5 juin 1216.*

[14] Lambeth, à Londres, *encore aujourd'hui* palais de l'archevêque de Cantorbéry.

[15] Norwich *et* Lynn (Norfolk).

[16] *6 juin 1216.*

[17] *Hervé, comte de Nevers.*

[18] *Jean, comte de Rouci.*

[19] *Raimond IV, vicomte de Turenne, qui venait de succéder à son père Raimond III.*

liers. Molt i ot d'autres haus homes, dont je ne sai mie la some quans chevaliers chascuns i A
ot; mais je voz nomerai pluisors des haus homes qui i furent. Il i fu Willaumes Crespins;
Robers Bertrans; Guis de la Roche; li viscuens de Meleun[1]; Adans de Beaumont, qui ma-
reschaus fu de l'ost; Johans, ses frère; Balduins de Belveoir; Michiels de Arnes; Michiels de
Boulers, ses niés, qui conestables ert de Flandres; Hue de Miralmont, qui ses niés ert ense-
ment; Boidins de Metres, ses cousins, et Maelins, ses frères; Alars de Croisilles; Reinaus, B
ses frère; Robiers de Bailues; Hue Havés; Raols de la Tornele, ses oncles; Girars la Truie;
Hue de Malaunoi; Raols Plokes; Raols d'Estrées; Rainaus d'Amiens; Thiebaus, ses frère;
Bauduins, li chastelains de Lens; Hellins de Wavrin, li oncles; Gautiers, li chastelains de
Pierone; Raols de Neele, li frère Johan; Johans de Hangest, ses seroges; Florens de Hangest;
Reinaus de Maigni; Gillies de Plaissie; Johans de Cousdun; Ansous de Ronkeroles; cil de C
Remi; cil d'Ancre, et tant autre que trop seroit grief chose de toz nomer. Robers de Cortenai,
que j'avoie oblié à nomer, i fu à grant chevalerie, et maint autre haut home qui ci ne sont
pas rameinteu.

Looys, od ceste grant ost, s'en ala à Wincestre, et prist en sa voie le chastel de Regaté[2] et
celui de Geudefort[3], et celui de Fernehem[4]. Et quant li rois Johans sot sa venue, il li vuida D
la cité de Wincestre, et s'enfui vers le Corf[5], et laissa sa garnison el chastel de Wincestre,
et com il s'en parti, boutèrent ses gens le feu en la cité, si que grant partie de la vile arst.
Et ces fumées virent bien cil de l'ost Looys, qui assés près d'iluec estoient logié.

Landemain après ce que la cités arst, vint Looys devant le chastel de Wincestre et l'asist,
et i fu tant que il li fu rendus, et il le dona al conte de Nevers. Et puis prist le chastel de E
Suhantone[6], et celui de Porcestre[7], et les dona ans deus ensement al conte de Nevers. Et puis
assist un petit chastelet que on apeloit Odihem[8], qu'il prist; et à cel siège envoia à lui Hue
de Noevile et li rendi le chastel de Merleberghe[9], qu'il avoit en garde, et il le dona à Robert
de Drewes, son cousin. Quant cil chastelés fu pris, Looys ala à un parlement encontre le
legat vers Wincestre; mais rien n'i ot fait. De cel parlement se partirent de l'ost Hue Havés F
et une partie des Artisiens, et très le siège d'Odihem s'en fu partis li cuens Willekins de Hol-
lande. Et Looys s'en vint od s'autre gent à Londres, et d'iluec ala asseoir le chastel de Douvre,
et li cuens de Nevers et Robers de Drewes alèrent asseoir le chastel de Windesores[10], où il
n'esploitièrent gaires : car bones gens trovèrent dedens et bien defendables, qui deus fois
lor[11] coupèrent la flèche de lor perrière, et lor fistrent mainte bele saillie. Puis vint li rois G
d'Engleterre meismes od s'ost à Radinghes[12], por els venir dessegir, et tant les aprocha près
que cil de l'ost des François oïrent bien ses trompes et furent tuit armé et apresté com por
combatre. Par nuit vindrent li Galois traire en l'ost, et demenèrent molt grant noise et molt
laide, de qoi li François orent grant paor. Mais en la fin li rois se setraist arière, par qoi la
bataille ne fu pas[13]. H

Ci le lairons ester del conte de Nevers et de Robiert de Dreuwes. Si voz dirons de Looys
qui s'en vint à Dovre et se herberga en la priorie. De ses gens se herbergièrent li pluisor en
la vile, et li pluisor en lor paveillons defors la vile; mais tost après ce apetisa molt l'os : car
li cuens de Roussi et li viscuens de Toraine et Hue de Ruveigni[14] et Johans de Montmiral et
Manessiers de Merlon et maint autre chevalier s'en alèrent. I

Devant[15] la porte qui ovroit devers Cantorbire avoit une barbecane de molt boen roilleis,
et i avoit un fossé defors estroit ki l'avironoit. Defors cele barbecane issoient cil del chastel
tuit armé et monté sor lor chevals. Mais onques poigneis n'i ot dont on deust molt parler,
fors ke de ses arbalestiers qui aloient traire à els. Et avint que par un jor que li plus preus
arbalestriers que Looys eust i fu pris, c'on apeloit Perervaut. Après ce, s'en ala Looys el mont, J
et assist le chastel tot entor, poi s'en failli. Et tant i fist que la barbecane fu prise, que Pierres
de Creon ot à garder. Si dist on qu'il en morut de dueil. A l'asaut de cele barbecane fu na-
vrés Balduins de Belveoir, qui molt bien le fist. Mais cil qui premiers i entra fu uns escuiers
qui portoit la banière l'avoé de Bietune; si l'apeloit on Huart Paon; s'en fu molt proisiés
d'assés de preudomes. Hubers de Bors ert garde del chastel, et saciés qu'il ot o lui molt de K

[1] *Adam, vicomte de Melun.*

[2] Reigate, comté de Surrey. *Voy.* Histoire des ducs de Normandie, p. 172.

[3] Guildford, comté de Surrey.

[4] Farnham, comté de Surrey.

[5] Corfe, comté de Dorset. *Le roi Jean quitta Winchester le 5 juin 1216 et arriva à Corfe le 23 du même mois.*

[6] Southampton, Hampshire.

[7] Porchester, Hampshire.

[8] Odiham, Hampshire.

[9] Marlborough, Wiltshire. *Voy.* Histoire des ducs de Normandie, p. 175.

[10] Windsor, comté de Berks. *Voy.* Histoire des ducs de Normandie, p. 177.

[11] *Le ms. porte* loz.

[12] Reading, comté de Berks. — *Le roi Jean demeura à Reading le 6 et le 7 septembre 1216.*

[13] *Comparez l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 178 et 179.

[14] Hues de Rumegny, *dans le passage correspondant de l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 177. *En 1253, un chevalier nommé* Hugo de Rumigniaco *tenait un fief du roi dans la châtellenie de Péronne. Voy.* t. XXIII, p. 680.

[15] *Comparez l'*Histoire des ducs de Normandie, p. 178.

A preudomes que li rois Johans i ot laissiés de Poitou et d'autres terres. De Flandres i fu Girars de Sotengien et Gautiers, ses frère, et pluisor autre que je ne voz sai pas toz nomer.

En cel point commença l'os molt apetisir de rechief, quar il s'en ala Michils de Harnes, et Robers de Bailoes, et Guillaumes de Diwime [1], et Baldewins de Belveoir, et molt autre. Mais là encontre arriva li cuens de Perche [2] od x chevaliers, qui pas ne crut tant l'ost que cil la
B descrurent.

A cel siège vindrent noveles de Innocent, l'apostoile de Rome, qui ert trespassés de cest siècle [3]. Si ert Honoirés apostoiles, qui bien ert d'aage. De ces noveles fu Looys molt lies, et toz ses conseils autresi, mais ne lor besoignast; car li novels apostoiles conferma tantost la sentence de l'escuminement d'Engleterre que ses ancestres ot faite.

C Henris, l'emperere de Constantinoble, morut ensement en cel an [4]; et Pierres de Cortenay, qui cuens ert d'Açuerre, et de par sa feme cuens de Namuir, s'apareilla d'aler en Romenie, por avoir l'empire entre lui et sa feme la contesse Ydolent, qui suer ot esté à l'empereor Henri.

Après ce, vint li rois d'Escoce, qui enfes ert, en l'ost à Dovre, à Looys, et li fist homage
D de sa terre.

En [5] cel point erent mort dui bacheler en l'ost, dont li uns ert de Bolonois, et li autres d'Artois : cil d'Artois ert apelés Ustaces de Souches [6], si fu enfois el cymitère de la priorie; li autres ert apelés Johans de La Rivière, qui molt fu vaillans bachelers et qui molt fu plains; cil fu aportés enfoir en Bolonois, son païs, où grans doels en fu fais. Puis morut à
E cel siège meisme Guichars de Beaugieu, et fu ensement portés en son païs por enfoir. Robers de Drewes s'en parti de l'ost et s'en ala en France, et ses frère, li cuens de Bretaigne, arriva à Douvre, et fu puis od Looys, son cousin et son damoisel, qui il servi molt bien.

Tant fist Looys à cel siège que si mineor fistrent chaoir l'une des deus toretes qui seoient lès la porte. Si dust estre li chasteaus pris; car une grans partie des gens Looys entrèrent
F ens; mais cil dedens les en gietèrent fors molt vighereusement, et se refermèrent al miels qu'il porent del boen mairien qu'il avoient. Puis furent prises triewes entre Looys et cels del chastel. Et après ce, morut hastéement li rois d'Engleterre [7], dont Looys fu molt lies.

En cel an meisme morut Othes, ses niés, l'emperere de Rome [8]. Si fu eslis à empereor des barons de l'Empire sans contredit li enfes de Puille, que on apeloit Ferri par non de bap-
G tesme, et cil emperères Ferris, tantost qu'il fu coronés à Ais [9], prist le signe de la crois, et maint haut home od lui.

Deus fils od li rois Johans et deus filles de la roine, sa feme, et ele remest enchainte de la tierce fille [10]. Li ainsnés des fils le roi od à non Henris, ki tantost après la mort son père fu coronés à roi de Galon le legat [11], et li puisnés des fils ot à non Richars. Cil coro[ne]mens de
H cel roi Henri et la mort de son père, et la mort de son cousin l'empereor Othon de Rome, et la mort l'empereor Henri de Constantinoble, et la mort l'apostoile de Rome Innocent, avindrent en une seule anée. Ce fu en l'an de l'incarnation Nostre Signor Dieu Jhesu Crist mil ans et CC et XVI.

Si [12] com Looys se fu partis de Dovre, après ce que les triewes furent prises, vint il à
I Londres, et de Londres ala sor les chasteaus que li rois Johans tenoit encore. S'en prist grant partie. Il prist le chastel de Berkamestede [13], et celui de Herrefort [14], et celui de Dorefort [15], et celui de Colecestre [16], et celui d'Inghehem [17], et la cité de Nicole [18] sans le chastel, et la cité de Norewis [19], et Chantebruge [20], qui molt bone vile estoit, et le chastel del Plaisseis [21].

[1] *Probablement* Guillaume de Wime. *Voy., plus haut*, p. 770 E.

[2] L'Histoire des ducs de Normandie, p. 179, *mentionne l'arrivée du comte du Perche; elle ne parle pas du départ de Michel de Harnes et des autres Flamands.*

[3] *Innocent III mourut le 16 juillet 1216.*

[4] *Le 11 juin 1216.*

[5] *Voy.* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 179.

[6] *Il n'est pas question de la mort d'Eustache de Souches dans* l'Histoire des ducs de Normandie, *qui mentionne la mort de Jean de la Rivière* (p. 180), *celle de Guichard de Beaujeu, le départ de Robert de Dreux et l'arrivée du comte de Bretagne* (p. 179).

[7] *Le roi Jean mourut le 19 octobre 1216.*

[8] *L'empereur Othon ne mourut que le 19 mai 1218.*

[9] *L'empereur Frédéric II fut couronné à Aix-la-Chapelle le 25 juillet 1215.*

[10] *Les enfants de Jean sans Terre furent : Henri III, qui lui succéda sur le trône d'Angleterre; Richard, comte de Cornouaille; Jeanne, femme d'Alexandre, roi d'Écosse; Isabelle, femme de l'empereur Frédéric II, et Éléonore.*

[11] *Le 28 octobre 1216.*

[12] *Tout ce paragraphe est à rapprocher du passage correspondant de* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 182.

[13] Berkhampstead, comté de Hertford. *Suivant Mathieu de Paris, ce château fut assiégé le 6 décembre 1216.*

[14] Hertford. *Le siège de ce château est rapporté par Mathieu de Paris, au 12 novembre 1216.*

[15] *Les mss de* l'Histoire des ducs de Normandie *portent* celui de Dorefort *ou* celui d'Orefort. *Il doit s'agir du château d'*Orford, comté de Suffolk.

[16] Colchester, comté d'Essex.

[17] *Le ms. porte* celui de Dinghehem; *mais nous y lisons* Inghehem *un peu plus bas; la forme* Ingehem *est la seule que nous offre* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 182.

[18] Lincoln.

[19] Norwich, comté de Norfolk.

[20] Cambridge.

[21] *Le château du Plessis* (Pleshey, comté d'Essex) *était dans la famille de Mandeville déjà du temps du roi Étienne;* Mathæi Parisiensis Historia Anglorum, éd. Madden, I, 271.

Pluisor de ces chasteaus rendi il as barons d'Engleterre qui les clamoient, et pluisors en A
dona il à ses gens : le chastel de Herrefort rendi il à Robert le fil Gautier; le Plaisseis, al conte Guillaume de Mandevile; Inghehem, al conte Robert de Ver; le chastel [de] Dorefort dona il [à] Gilon de Meleun; Chantebruge, à Symon de Poissi; Bercamestede, à Raol Ploket. Puis s'en repaira à Londres, et envoia Huon, le chastelain d'Arras, à Nicole, od les Norrois, por asseoir le chastel et por garder sa terre conquise en ces parties là. Cel chastel de Nicole B
ot à garder une dame que on apeloit madame Nicole, qui molt ert engigneuse et mal querans et vighereuse vielle.

Phelippes d'Aubeigni, uns riches hom d'Engleterre, qui devers le roi Johan se tenoit, fist tant en cel point à unes gens que on apeloit les Waudois, por ce qu'il manoient en une terre c'on apeloit les Waus, que, par lor force et par son engien, reconquist il La Rie[1], C
une trop forte vile qui seoit ès Waus, que Joifroi de Sai ot à garder de par Looys. Et quant Looys ce sot, par le conseil de ses barons d'Engleterre et de ses gens de France, s'en ala il cele part; et li cuens de Garane[2], qui devers lui s'ert tornés très le siège de Wincestre, le mena gesir od lui en son aler à un sien chastel c'on apeloit Leaus, où il ot une bone priorie de Cluigni[3]; et d'iluec s'en ala avant à Winchenesel[4], qui seoit si près de La Rie qu'il n'ot D
entre ke un bras de mer estroit. Et Winchenesel ert bone vile assés mieudre que La Rie. Mais n'ert pas si fors, et là ala Looys por la vitaille qu'il i quida avoir, dont il ne quida rien avoir à La Rie, por les Waudois qui la destorbaissent à venir as passages, qui trop sont fort et felon par les Waus, où il avoient jà les pons brisiés par tot, et les passages desfais, si com Looys estoit passés. E

Quant Looys vint à La Rie, et il quida trover les borgois de la vile, il n'en i trova nul, ains en èrent tuit fui par la mer en lor nés à Phelippe d'Aubeigni à La Rie, qui là ert od grant estoire de nés. Cil Phelippes od en garde la mer de par le roi d'Engleterre. Li borgois de Winchenesel, ains qu'il s'en alaissent, brisièrent toz les molins de la vile, par qoi Looys ne ses gens ne porent molre le blé, dont il trovèrent à plenté en la vile, s'à mains moeles F
non, qu'il fistrent. Et ce fu grans meschiés. Lor mieudre viande qu'il avoient à mangier avoec lor pain, ce furent grosses nois. Cil des nés les assailloient sovent et venoient traire à els et puis repairoient à La Rie.

Looys, quant il vit ce, molt en fu iriés. Tant fist qu'il envoia ses messages à pié à Londres et à ses chasteaus où si chevalier estoient, et lor manda qu'il le secorussent : car li G
Englois le destraignoient molt et par mer et par terre.

Guillaumes, li chastelains de Saint Homer, et Hue Tacons et Raols Plonkes et Johans de Beaumont, quant il oïrent ces noveles, il pristrent toz les chevaliers qu'il porent avoir et s'en vindrent à Romenel[5], car il n'orent pas pooir d'entrer es Waus por gens qu'il eussent. Et com il furent là venu, il envoièrent en Bolenois al prieus del Wast, un trop sage moisne del H
siècle : del ordene de Cluigni estoit, et ert prieus d'Abevile[6] et del Wast[7] en Bolenois ensement; cil moisnes ert baillius de Bolenois et de Hesdin de par Looys. A celui moisne mandèrent li haut home que je vous ai devant només la destrece de lor seignor, et qu'il lor envoiast des nés de Bolenois et de Flandres ce qu'il en porroit avoir, por lui secorre, ou autrement seroit ses aferes en trop grant peril. Et li prieus ne s'oublia pas, ains lor envoia I
près de II cens nés, qui totes arrivèrent à Douvre, fors une seule qui par la vaillance [des maronniers[8]] arriva à Winchenesel, où ele fu molt bien receue : car par cels qui en li vindrent sot Looys les vraies noveles de son secors, dont il fu molt liés.

Cil qui à Romenel estoient, quant il oïrent les noveles de lor nés qui arrivés èrent à Douvre, il alèrent tantost cele part come cil qui quidièrent ens entrer por aler secorre J
lor seignor; mais une tempeste leva, et vens à contraire; par qoi il lor covint sejorner bien une quinzaine. Dedens cele quinzaine fu Looys en grant destrece, et tout cil qui od lui èrent.

Il od o Looys un chevalier de Bolenois c'on apeloit Ustace Le Moine, qui molt savoit de la mer[9]. Celui Ustace Le Moine ot Rainaus de Dantmartin, li cuens de Boloigne, al tans qu'il L
tint Bolenois, chacié de sa terre, et cil ot molt guerroié. Cil Ustaces Li Moines, par son engien et par le comant Looys, à qui il l'ot loé, fist armer une galie molt bone qui en la vile

[1] *L'épisode relatif à Rie* (comté de Sussex) *se trouve dans* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 182-184.

[2] *Guillaume V, comte de Warren.*

[3] Lewes, comté de Sussex; *prieuré de l'ordre de Cluni.*

[4] Winchelsea, comté de Sussex.

[5] Romney, comté de Kent.

[6] *Dans le passage correspondant de* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 184, *le prieuré d'Abbeville n'est pas nommé.*

[7] Le Waast, Pas-de-Calais, c^on Desvres.

[8] *Nous rétablissons ces deux mots d'après le passage correspondant de* l'Histoire des ducs de Normandie, p. 184.

[9] *Sur cet aventurier, voy. le* Roman d'Eustache Le Moine, *publié en 1834 par Francisque Michel, et en 1891 par W. Fœrster. L'édition de Fr. Michel, qui n'a pas été donnée, comme on l'a dit, par la Société de l'histoire de France, contient le texte de curieux documents anglais relatifs à Eustache Le Moine.*

A estoit, et fist faire en une grant nef un chastel si grant qu'il passoit les bors de la nef, de chascune part, grant masse. Si la regardoit on à merveilles.

Endementres c'on faisoit cel chastel, fist Looys II perrières drecier sor le rivage por geter à lor nés, et fist molt haster le chastel que on fesoit en sa nef, dont il les quidoit molt destraindre; car Ustaces Li Moines avoit devisé que cele nef trairoit on à bateaus après la galie por
B li garder, et par ce destraindroit on molt lor nés. Or oés quel meschéance avint à Looys. Par un soir, avant que li chasteaus de la nef fust parfais, vindrent li Englois, qui bien orent espié lor afaire, et pristrent le galie, qui mauvaisement fu en cel point gardée, et la despiecièrent toute, voiant les oels as François; dont Looys fu molt iriés, et molt en tencha al visconte de Meleun, por ce qu'il i avoit mis si mauvais gard; et li viscuens le mist sor ce qu'il ne
C pooit trover chevalier qui gaitast por la destrece de la famine. Lors respondi Ustaces de Noevile, et dist al visconte qu'il disoit mal, car bien troveroit on qui le gaiteroit[1].

[1] *La suite n'a pas été copiée dans le manuscrit.*

INDEX GEOGRAPHICUS.

IMPRIMERIE NATIONALE.

C

IMPRIMERIE NATIONALE.

D

E

G

H

K

L

M

IMPRIMERIE NATIONALE.

N

O

P

Q

R

IMPRIMERIE NATIONALE.

S

T

U

V

IMPRIMERIE NATIONALE.

W

X

Y

INDEX PERSONARUM.

IMPRIMERIE NATIONALE.

B

IMPRIMERIE NATIONALE.

IMPRIMERIE NATIONALE.

D

E

IMPRIMERIE NATIONALE.

G. GU. W.

IMPRIMERIE NATIONALE.

IMPRIMERIE NATIONALE.

H

IMPRIMERIE NATIONALE.

K

IMPRIMERIE NATIONALE.

M

IMPRIMERIE NATIONALE.

N

O

IMPRIMERIE NATIONALE.

Q

IMPRIMERIE NATIONALE.

IMPRIMERIE NATIONALE.

S

IMPRIMERIE NATIONALE.

U

TABLE
DES NOMS DE LIEUX ET DE PERSONNES
CONTENUS DANS LA CHRONIQUE
DE L'ANONYME DE BÉTHUNE.

IMPRIMERIE NATIONALE.

I

J

N

O

P

IMPRIMERIE NATIONALE.

S

T

U

V

W

Y

Z

